P. IOANNIS ANTONII

VELAZQVEZ

DE

MARIA ADVOCATA NOSTRA.

MARIA ADVOCATA NOSTRA

DE

VELAZQUEZ

DE

MARIA

ADVOCATA NOSTRA.

ADNOTATIONES, ET EXEMPLA.



AVCTORE P. IOANNE ANTONIO VELAZQVEZ
olim Provinciali Societatis IESV in Provincia Castellana, & in Regio Salmanticensi Collegio Sacrarum litterarum Professore; modò Regio Theologo è cœtu Immaculatæ Conceptionis B. Virginis.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

Cum Indice rerum, & Concionum festivitatum B. Virginis, & feriarum Quadragesimæ.

CVM PRIVILEGIO

MATRITI, Excudebat Matthæus Fernandez. Anno 1668.

de la Librería del Coll.º de la Comp.ª de Jhs de Soria



MARIAE

MAGNI DEI MAGNÆ MATRI, SPONSÆ, FILIÆ
Eminentissimæ post Deum Maiestati
A primo Conceptionis instanti immaculatæ
VIVO DEI SIMVLACHRO

Cœli Terræ, ac Maris, Angelorum, ac Hominum Reginæ
Excellentiarum Dei Compendio, Abysso gratiarũ, & Donorum Dei,
Sanctitatis Pleæ, Decori, & ornamento Orbis terrarum
Gloriæ immensitate super omnes simul Beatos Maiori

HVMANI GENERIS ADVOCATÆ
SALVTIS MORTALIVM COOPERATRICI
Tesseræ Salutis, & Bonorum omnium Causæ
Ecclesiæ Catholicæ Protectrici

PERPETVÆ HISPANIARVM PATRONÆ
Miserorum paratissimo Refugio, omnium Matri indulgentissimæ,
semper magis amandæ, semper magis admirandæ, à solo
Deo dignè laudandæ.

Auctor libri intimo supplicantis affectu seipsum devovens, ex Ioannis Damasceni ore venerabundus.

Supplicat.

AD Te, ò Deipara! pro dignitate laudandam omnis inops est lingua; etiam animus excelsior mundo in laude tua vertiginem sentit. Cum tamen Clemens exsistas fidem nostram, qua laudes tuas amplectimur accepta: Nosti enim desiderium Tui nobis divinitus inspiratum. Tu es quippè summa Christianorum Antistes: hinc magna Te laudum contentione veneramur: & cum Sophronio Patriarca: *Os meum aperiens Intemerata Domina! tuas medulari laudes promisseram, quia genuisti sapientiam à se ipsam subsistentem. Verùm quoniam immundus ego Te omnium intaminatissimam hymnis (ut par foret) nequeo prædicare, inde perficiendo conatui, in eo auxilium Tuum imploro.* Itidemque cum Anselmo. *Adsis igitur Domina! & non mea merita, quæ execror, sed tua, quæ precor, in illis digneris attendere, quæ vereor. Tu quidem nosti, mentem meam in hoc esse, quod me omninò indignum iudico, de Te loqui, aut aliquid*

Damascenus in Menæis Græcis, die 1. Ianuar. Sophr. in Menæis, die 1. de Geneb. Anselm. de excellentia Virginis, c. 2.

ſcribere. Sed queniam inſitæ Tibi pietatis oculo ſuper multos mei ſimiles, ſcio te reſpexiſſe aliquo licet dignitati tuæ non digno meæ devotionis obſequio velim agere erga Te, quatenus ipſo conſuetæ miſericordiæ tuæ oculo, quandoque digneris me reſpicere. Sed addiderim etiam cum S. Ioanne Euchaita: *Maximarum tuarum laudum patentiſſimus campus me in angiſtias redigit Domina! & orationem meam vbertate rerum dicendarum ſuffocat: ſicque mihi præter omnem modum, & morem ipſa paupertas ex abundantia naſcitur.* Ergo ò vera Dei Genitrix Auguſtiſsima mundi, cœlique Regina; cuius divinum ingenium eſt, elevare de ſtercore pauperem, & humilia in cœlo, & in terra reſpicere, exſiles hos laudarum tuarum manipulos, quos exſilis ego, & pauper collegi, vt ſupplicibus animis Maieſtati tuæ offerrem, ne quæſo reijcere, aut deſpicere velis. Vtinam quidē ò Domina! Scientiarum omniū theſauros, & omnē divinæ, & humanæ eruditionis ſuppellectilem habere, qua pulcherrimis omnium Scripterum floribus ſerta, & coronas Auguſtiſſimo Capiti tuo vteumque dignas contexerem: & quidquid magni, & inuſitati dici, cogitarique poteſt mihi ſupereſſet, vt omnem laudem, omnem gloriam, quacumque laude, & gloria tua minorem, omnes triumphos, & innumerabiles, omnium creaturarum fauſtas acclamationes cum infinitis victorijs tuis pro filij tui gloria, & ſalute hominum partis, mundo patefacerem. Quamvis cuncta ab humano ingenio profecta, immenſæ dignitati tuæ explicandæ, vt punctum lineæ, vt gutta Oceano, vt minima terræ portio cœlo Empireo fuerint: cum ſola Dei ſapientia, quæ Te creavit, vt dignum ſibi habitaculum conſtrueret; te norit, *ac propterea ſolius Dei ſit Te pro dignitate laudare.* Iam ergo benignitatis Tuæ ò Regina! erit, ſuſcipere ardentem hunc humilis ſervi Tui affectum toto corde concupiſcentis, vt cœlorum condita theatra perſonent benedictum tuum Nomen, tuum divinum benefaciendi ingenium: tuam inexplicabilem miſericordiam: & totus terrarum Orbis cum ſuis incolis, & vaſtiſsimus Oceanus concinat laudes Tuas in æternum, & vltra. Finio cum ſtudioſiſsimo tuæ Maieſtatis Nazianzeno ad Te inclamante.

S. Ioan. Euchaita, die 30. Ian. Ode 9. Canon. 2

O puella gratia
Æquanda nullis: Mater, & Virgo ſuper
Omnes decora Virgines, & Maxima,
Quæ vincis omnes cœlitum eximior choros
Regina, Domina, generis humani bonum
Amica ſemper eſto Tu mortalibus,
Et mihi quovis ſis loco præſens ſalus.

In tragœdia de Chriſto patiente

Salve Regina Mater miſericordiæ ADVOCATA noſtra.

And. Cretenſ. orat. 2. de dorm. Virg.

FA-

FACVLTAS R. PATRIS PROVINCIALIS Caſtellanæ Provinciæ.

MIchael de Arbizu Prouincialis Societatis Ieſu in Caſtellana Provincia, poteſtate ad id mihi facta à Rever. admodum P. Ioanne Paulo Oliva Præpoſito noſtro Generali facultatem facio, vt liber de Maria Advocata noſtra à P. Ioanne Antonio Velazquez noſtræ Societatis, olim Sacræ Scripturæ in Regio Salmanticenſi Collegio Profeſſore, & huius Provinciæ ſemel, & iterum Provinciali compoſitus: gravium virorum iudicio approbatus typis mandetur. In quorum fidem litteras has manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus. Pinciæ die prima Octobris anno 1667.

Michael de Arbizu.

CENSVRA P. EMANVELIS DE NAXERA Societatis Ieſu, & Regij Concionatoris, ex mandato Ordinarij.

EX commiſsione D. D. Franciſci Forteza, Matriti, & per eius Eccleſiaſticam ditionem Vicarij, vidi librum de Maria Advocata noſtra. Auctore P. Ioanne Antonio Velazquez noſtræ Societatis, olim apud Salmanticenſes in Regio Collegio ſacrorum librorum interprete, nihilque in eo reperi, quod à Catholica doctrina, aut à bonis moribus diſſonet; immò cuncta, quæ continet certatim conſpirant ad excitandos, & promovendos animos in pietatem erga Sanctiſsimam Virginem. Et quidem Auctoris opera iam pridem edita, ipſum ita commendant, vt nullius laude iam indigeant; mihi verò librum hunc perlegiſſe ingenti voluptati fuit. Ita cenſeo facultatem illum in lucem edendi, concedi debere. In hoc Imperiali Collegio Societatis Ieſu, die vltima Octobris anni 1667.

Emanuelis de Naxera.

CEN-

CENSVRA OPERIS ILLVSTRISSIMI, AC Reverendiſsimi D.D. Didaci de Silva Pacheco è Profeſſore emerito Theologiæ, & Generali Sanctiſsimi Ordinis Benedictini, Epiſcopi Accitani, & Regij Conſiliarij.

SENATVS Regis iuſſu vidi tractatum ſuper dulciſsima illa verba, *Eia ergo Advocata noſtra*; quæ Sancta Mater Eccleſia canit in precatione *Salve Regina*, cuius Auctor fuit S. Petrus Moſanto, ex noſtro inſtituto Archiepiſcopus Compoſtellanus, quem librum elaboravit Reverendiſsimus Pater Magiſter Ioannes Antonius Velazquez è Societate Ieſu, biſque in viteriore Caſtella Provincialis, & inde à Rege noſtro Philippo cognomento magno inter ſuos Theologos adſcitus; præcipuè verò aſsignatus Regio cætui, in quo de Immaculata Virginis Conceptione aſſerenda ſerio agitur. Et verò cum librum iſtum à prima vſque ad extremam lineam evolvi, præterquam, quod nihil inveni, quod fidei orthodoxæ, & bonis moribus conforme non ſit; tam ardentem in eo pietatem, & tenerrimũ in Sanctiſsimam Deiparam affectum cum ingenti, & exquiſita eruditione, ex Sanctis Patribus deprõpta coniunctũ animadverti, vt non tantùm iudicem facultatẽ edendi in lucem concedendam, ſed omnimodo compellendum, vt diuinũ hunc theſaurum, & cœleſtem ignem communem cunctis fidelibus faciat, vt eorum corda in Mariæ Dominæ noſtræ, quæ Aſylum humani generis eſt, ardentius inflammentur. Sic ſentio, venerans, vt ſemper colui tot lucida ſydera, tot inquam ſcripta, quibus ſapientiſsimus hic Magiſter Eccleſiam, & Orbem illuſtravit. Matriti in Cœnobio Benedictinorum Sancto Martino Sacro, die 23. Decembris anno 1667.

Magiſter Fr. Didacus de Silva Pacheco,
Epiſcopus Accitanus.

SVMMA PRIVILEGII REGII.

REgio Diplomate cautum eſt, ne quis librum de Maria Advocata noſtra à P. Ioanne Antonio Velazquez Societatis Ieſu, compoſitum citra eiuſdem Auctoris placitum intra decennium in Regnis Caſtellæ imprimat, aut alibi locorum impreſſum in ea Regna inferat, venale reponat. Qui ſecus taxit, librorum confiſcatione, & gravi pecuniaria pœna mulctabitur, vt latiùs explicatur in Regijs litteris. Datis Matriti die 18. Ianuar. anno 1668.

ERRATA CORRIGENDA.

FOl. 2. col. 2. ipſis, leg. ipſius. Fol. 24. leg. 42 ibi col. 2. D. carnes, leg. carnis. Fol. 288. 1. luxiſſet, leg. ſoxiſſet. Fol. 255. 1. B. Nutrici, leg. Nutri. Fol. 442. 2. B. homina, leg. homine. Fol. 531. 2 B. Actuum 2. verſ. 4. leg. 3. verſ. 2. Fol. 441. 1. A. Lucæ 2. leg. 21. Fol. 501. inhtub, & cooperatrix, dele, & fol. 517. in titulo typus, leg. typum. Fol. 528. ex Mariæ, leg. à Mariæ. Fol. 500. 1. ante quatuor vltimas lineas, alia, leg. iria.

¶ His demptis reſpondet originali. Matriti die 22. Auguſti, ann. 1668.

Matthæus Fernandez.

SVMA DE LA TASSA.

TAſſaron los Señores del Conſejo eſte libro, intitulado, *de MARIA Advocata noſtra*, compueſto por el P. Iuan Antonio Velazquez, a ſiete maravedis cada pliego, como mas largamente conſta de la fee del Secretario Pedro Hurtiz de Ypiña. En Madrid a 22. de Octubre de 1668.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISS. D. D. MEO

D. ANTONIO PAYNO

ARCHIEPISCOPO HISPALENSI

REGIO CONSILIARIO.



VM Deo auſpice (Illuſtriſsime, & Reverendiſsime Domine) Librũ *de MARIA DEIPARA ADVOCATA NOSTRA; cauſa omnium bonorum, & Nota Salutis* conſcriberem; à prima quidem linea, quam formabam; animo illum Tibi dicavi, & inſcripſi; non ſolùm, vt frequentem Scriptorem morem ſequerer; qui ab illuſtri præſcriptione tituli ſplendorem, & famam litterarijs laboribus auſpicantur, & tunc laudem aſſequi exiſtimant, cum Patronum illis aptè elegerint; ſed ea potiſsimum ratione, quod ipſemet libri titulus, & argumentum ad Te ducebant: nam Deiparæ Tractatus & Immaculatæ Conceptionis Aſſertio, cui potiùs, & iuſtius debebatur, quam Illuſtriſsimo Præſuli, Sanctiſsimæ Virginis ſtudioſiſsimo; qui modo, pro re natâ ardenti in ipſius obſequium pietate, & integerrimo iudicio, tanquam Sedis Apoſtolicæ Legatus, necnon Archiepiſcopali munere fungens pro immunitate MARIÆ immaculatè conceptæ; ne, ſcilicet, *Verbo, aut ſcripto, vel alio quovis excogitabili modo* lædatur, peremptoriam ſententiam tulit; iure quidem id exigente, iuxtà Alexandri VII. Pontificis Maximi iuſtiſsimum, & opportuniſsimum Diploma; & efflagitante, atque acclamante Venerabili, & perilluſtri Capitulo Hiſpalenſi, cunctiſque Hiſpaniæ Eccleſijs applaudentibus: & gratulantibus; quod tam iuſtum, & fidelem Vindicem, & Advocatum Advocata humani generis habuerit, qui omnium primus in Hiſpania cæteris Prælatis ad Pontificiam Bullam exſecutioni mandandam exemplo ſuo viam præmuniverit.

Iam verò;si pro ſplendore,quem à priuata Illuſtriſsimæ Dominationis tuæ vita libro meo opto,animum,& cogitationem ad ipſam converto,alium nullum facilè inveniam,in quem tot bona confluxerint,nobilitate clarum; litteris,& doctrina illuſtrem; virtutibus illuſtriorem,magnificentia Pontificali inſignem,ſplendidis honoribus,& dignitate inter Hiſpaniæ culmina præexcellentem, Principibus auctoritate, & fide ſpectatiſsimum, Patrem pauperum, Orphanorum Patronum,& verè quod vanè de Magno Alexandro dixit Plutarchus : *Virtutis Opificium*, cuius nimirum vitæ ordo,& morum compoſitio eam Chriſtianæ perfectionis formam exprimat; quam Paulus dicebat:*Noſtra autem converſatio in cœlis eſt*: neque enim ſydera illa magis ordinatè,& recto curſu incedunt,quam cunctæ actiones tuæ: Philo Hebræorum diſſertiſsimus, queritur, poſt peccatum primi hominis, vt in arcam Noe; ſic in cor humanum innumerabiles beſtias immiſſas,quæ rugitibus,latratibus, alijſque inconditis vocibus,& motibus Rationem Dominam perturbant;at *Tu, velut incorporeus* (vt de Noe inquit Philo) *inſuperabilis paſsionibus in medio tantorum motuum gubernabas*: verè abſconditus cordis homo, vt Apoſtolorum Princeps loquitur;ab Ambroſio hunc in modum explicatus:*Nemo ante Petrum tali expreſsione vſus eſt,vt diceret cordis hominem: exterior enim homo plura in ſe membra habens,interior autem cordis homo totus ſapientia eſt; plenus gratiæ,plenus decoris*, vt his verbis Ambroſius interiorem cordis tui hominem;velut de facie cognoſcendum,& publici iuris feciſſe videatur.

Ad Philip.4.

Ambroſ. tom.4. epiſt.47.

Et quidem,ſi ab origine incæpero:hic virtutum,ſapientiæque concentus,à prima ætate in te novimus eluxiſſe:vix enim infantiæ limen egreſſus in litterarum ſtudia omni cupiditate ferebaris,vt morſi à dipſade ſitiunt ad mortem,ſic iuvenilis tuus animus guſtata ſemel ſcientiarum dulcedine anhelabat,neque iam paſsibus,ſed vt incitatus curſu Sol per ſtudia volare videbatur;vt illud animo,& mente exprimeres,quod dixit Seneca: *Niſi ad hæc ſpectanda, & ſcientias comparandas admitterer, non erat operæpretium naſci.* Philoſophia ergo,& Theologia eximiè exculptum Salmanticenſis Academia Mater ſtudiorum,

Seneca lib.2.natur. qq.

&

& omnium ſcientiarum Princeps in Maximo Ovetenſi Collegio te excepit, vt Gymnaſijs ornamento; ſapientibus & litteratis hominibus admirationi, Sacræque Theologiæ ſplẽdori eſſes: nam cum florenti ea ætate Magiſtrum ageres, in qua cæteri diſcere conſueverunt; quis non miraretur? tantam in rebus difficilibus explicandi facilitatem, facultatem, fœcunditatem, elegantiam; & in vera, & ſubtili doctrina tradenda perſpicuitatẽ, vt fluere viderentur ex ore profundo limpidi Sapientiæ latices, & ex aureo fonte peremniter manare aureæ vndæ: Iam, quis Te (Illuſtriſsime Domine) tam acri, & florenti ingenio eximiaque ſcientia præditum, & ab optimis artibus ad famam, gloriãque erectum viderit; fœlicem non iudicet? ſed cum omnis ſcientia ſe ipſa frigida ſit, niſi pietate incaleſcat; imò verò ſæpèſæpiùs pietatem ſoleat exſiccare; fœliciorem Te omninò dixerim; qui res diuerſus ſcientiam, & pietatem, tam arcto nexu copulare noviſti, vt in pietate ſcientia, & in ſcientia pietas eluceret, ſicut ſapienter dicebat apud Caſsiodorũ Rex ille Theodoricus: *Digniſsima Sapientia, in qua mens honeſtiſsima conquieſcat, quæ animo ſemper aliquid ſalutare complectitur.* Vt iam exinde, vt ſcientia clarus, ita probitatis, honeſtatis, ac modeſtæ gravitatis exemplar voce, ac digito ſignareris. *Caſiodo. lib. 2. epiſt. 3.*

Hæc tua fuere ſub initium felicia ſtudia, præclaræque actiones, quæ Te ſtatim in ſublime extulerunt; cum alij vix valent ſtudiorum ponere fundamenta, & in illuſtribus Hiſpaniæ Eccleſijs Abulenſi, & Conchenſi electorũ ſuffragijs Canonicatus dignitati aſsignarunt, congredientibus in certamen ſpectatiſsimis viris, quos fractos in arena reliquiſti, non equidem, quod ipſi non eſſent ſatis litterati, & idonei, ſed quod id habeat, qui incautus cum Adverſario fortiori vires ſuas experitur *impar congreſſus Achilli*, vt iam hinc futuræ proceritatis tuæ certum ſumeremus indicium ratione non fallente; ſicut viſo Herculis veſtigio ſtatim collegit Pythagoras, vt ſcribit Agellius, quantum Hercules corporis magnitudine, & proceritate cæteros mortales ſuperaret. Vidimus Te ergo in magnis hiſce Eccleſijs in veneratione omnium, quam non adulatio, ſed veritas, & virtus dabant. Verum non diu Te vidimus, cum diffuſa mox tui fama Magnus

Rex noſter Philippus ad Epiſcopale faſtigium Autienſis Eccleſiæ non favore,aut affectu,ſed optimo,& perpetuo iudicio ſuo te evocavit; ingenti quidem ſapientum omnium acclamatione,vt voces lætitiæ indices,& plauſum non tenerent,quaſi præclarum id munus non tam Tibi,quàm virtuti,& ſapientiæ datum foret.

Ne verò ambitum aliquem, & volatum ad gloriam, poſſet aliquis in Te ſuſpicari;præterquam quod vt dixit Seneca: *Non habet Fortuna longas manus,& neminem occupat niſi hærentem ſibi*; cui Tu quidem adeò non hærebas, vt divortium potiùs cum illa feciſſe videreris,procul à Curia;procul à ſalutationibus Procerum;illi omninò monito veteri innixus *Virtute ambire* oportet;hæc prima tua Electio ad eam normam facta eſſe videtur,quam ex verbis Samuelis de Davide in Regẽ à Deo deligendo. *Quæſivit Dominus virum,iuxtà cor ſuum* præſcripſit Gregorius Magnus. *Quæſiſſe virum dicitur,vt eligendorũ Antiſtitum forma hominibus præbeatur*: nempè vt quæſiti,non quærentes eſſe videantur: Nimirum Rex Philippus Madrito Cæſaraugustam iter facturus; cum inopinatò tranſitum per Vrbem Conchenſem deflexit;omninò ipſum à recta itineris via aberraſſe,poterat non nemo dicere;qui Te inibi commorantẽ,& concionatorio muneri incumbẽtem non obſervaſſet;vt Sapientiſſimus Rex eligendorum Antiſtitum formã ſecutus vndequaque exprimeret,quod indidem Dominus Samueli ſeggeſſit: *Vnges, quem monſtravero tibi* ſubijciente Gregorio: *Quia niſi quæſiti diu,à Domino non monſtrantur*. Monſtratus quippè Regi velut indice à Deo fuiſti,cum Te ille in magna Eccleſia audivit concionantem. Nempè non fuit contenta liberalis erga Te,& quaſi prodiga Natura (verius dixerim Divina Providentia, quæ Te omnibus numeris abſolutiſsimũ facere voluit) niſi, cum Theologica ſubtilitate egregiam Concionandi facultatem, facilitatem,& elegantiam in Te cõiungeret,quàm ſubtilibus Theologis deeſſe frequẽter videmus,quin ſe valeant expedite ad popularem captum,& plauſum accõmodare: Etenim eamnet gloriam,quam in Theologicis diſſertationibus adeptus es,itidem in concionandi munere cumulatiſsimè æquaſti: Audivit ergo Te

Seneca epiſt.82.

1. Reg. 13. verſ. 14. Gregor. Magn.

1. Reg. 13. verſ. 14. Gregor. Magn.

Rex ſcientiſsimus quidē huius facultatis Arbiter, de Regno cœleſti,& de Virtutibus ſectandis,vitijſque fugiendis diſſerentem, tum tanto ſententiarum pōdere,& ſolidiſsimæ doctrinæ ex ſacris litteris,& Sanctis Patribus hauſtæ;tum etiam ea dicēdi ſuavitate, grata in verbis concinnitate cum miro lepore coniuncta;vt ea quam dicebas oratio,ſibi cytharæ videretur perſimilis, quā peritus canendi Artifex ſumma dexteritate percurrit,dum eadem ſæpè chorda,varietate maxima,nūc acutum,nunc grave,nunc altiorem,nunc varium, nunc ſtabilem edit ſonum; & vnà ſæpius plurium voces implet;dum eodem proſus modo acutiſsima Tua mens cum diſſertiſsima lingua coniuncta, vt plectrum inter tot ſcientias,& SS. Patrum ſententias velut inter chordas oberrans,mira arte omnia tangeres,& ex omnibus eligeres,quod maximè aptum eſſet.

Quæſitus ergo à Rege ad Epiſcopale Aurienſis Eccleſiæ faſtigium;ipſemet ex viſu,& auditu plenè cognovit;illum,quem ex fama quæſierat poſitum in iuſtitiæ ſtatera (aliter quam infelici Balthaſari evenit) inventum fuiſſe plus habentem, vt proinde Aurienſem Epiſcopatum Tibi,nō vt commeritæ dignitatis terminum,ſed gradum poſuerit,vt ab eo ad Eccleſiam Zamorenſem,nec multò poſt ad Burgenſem Archiepiſcopatum,& tandē ad Eminentiſsimū Archiepiſcopatus Hiſpalenſis culmen conſcēderes,ſapientiſsima vt ſic dixerim œconomia prudentiſsimo Rege diſponente,ne tranſcendendo media,ſumma imis cōtinuaret,ſed vt per grandium honorum gradus illud virtutis,& prudentiæ dares documentum,quo iam dudum planum fuit ſummum dignitatis apicē tibi deberi,ſicut de Caſsiodoro viro multarum virtutum dicebat Rex Theodoricus: *Qui non fragili felicitate provectus fortunæ ludo ad apicem faſcium repentinis ſucceſsibus evolavit, ſed vt creſcere virtutes ſolent, ad faſtigium præconij conſcendit gradibus Dignitatum.* *Daniel. 5.v.27.* *Caſsiod. lib. 1. epiſt. 4.*

In altum verò ſublatus;haud Tibi difficilè fuit, plurimarum virtutum præſidio ingentis fœlicitatis onus perferre, quod qui ijs deſtituuntur ſuſtinere non valent. Omnis quippè locus altus facit vertiginem,& cœlum ipſum ſecuriſsimum licet, rotatur, & nubibus obducitur,& quamvis lædi non poſsit inhonoratur

Tertull. lib. 1. ad Nationes cap. 5.

nube, dicente Tertulliano: *Cœlum ipsum nulla serenius, tam collata purgat, vt non alicuius nubeculæ flocculo resignetur*: sic multos fœlicitate velut nimio onere frangi videmus, qui adversis frangi non potuerunt; *quia miseriæ tolerantur, fœlicitate corrumpimur*, & aureos etiam mores mutant honores. Prævaluit tamẽ in Te adversus ingens fœlicitatis onus infracta mens virtutis, & sapientiæ arte munita; vt Imperium, seu Prælatura accederet modestia non abscederet, & eamdem moderationem, & animi habitum, quam privatus habebas in florentem vitæ fortunam transferres: Enimverò cum legitimus Antistitum vsus insignia Tibi condere præscripserit; non gentis tuæ nobilem clypeum, sed eam Christi Domini Crucem, quæ in Magni tui Ovetensis Collegij scuto gloriosè eminet prostemmatè vsurpare voluisti, vt vel de Te, tãquam de germano Christi milite, & belli duce dixerit Magnus ille Prudentius contra Symmachum

Prudentius lib. 1. cõtra Symmachum.

Clypeorum insignia Christus
Scripserat, ardebat summis Crux addita cristis.

Vel Tu opportunius diceres cum Paulo: *In carne enim ambulantes, non secundùm carnem militamus. Nam arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo* (Græcè *Virtus* Dei:) Vnde quidem nihil nimium in moribus tuis conspici potuit, sed ad modum & medium virtutis exacta omnia, ratione & pace quadam æterna composita, vt omnes actiones aureæ monetæ similes viderentur; quæ vna Crucis forma fuerit percussa.

2. ad Corinth. 10. v. 4.

Interfuit tamen illud non leve discrimen inter præsentem hunc altitudinis, & illum mediocritatis statum; quod de gemma pretiosa Carbunculi optimum Præsulem adumbrante dixit Plinius: *Tunc lucem magis detegit, cum sursum attollitur*: vt dixerit: cum altior, clarior. Quod S. Synesius Episcopus Arcadio Augusto scribens sapienter videtur elucidasse, inquiens: *Eatenus Altitudinem & Maiestatem honorificam esse, quatenus ad Virtutem exercitationem contulit, eademque evexit; cum & materiam suæ magnitudini consentaneam desideraret*: quippe egregiæ tuæ virtutes, quæ cum sint multitudine pœne innumerabiles, magnitudine præstantissimæ, specie pulchertimæ, genere

Plinius lib. 37. cap. 1.

ſingulares,excellentia ipſa admirandæ conſentaneam materiã in ampliſsimo Hiſpalenſis Eccleſiæ theatro per quem exſpatiari, & eminere poſſent,invenerunt,vt pro dignitate lucerent:cum rarò tam honorata,& ſibi conſtans virtus habita ſit.

Sed Præeſſe quidem Artem omnium eſſe maximam ſapientes omnes docuerunt; Gregorius verò Nazianzenus Artem Artium appellavit,& peritiſ in Arte credendum eſt: Eum autem Artem hanc benè percallère,qui non ſui,ſed ſubditorum cauſa præſit;qui ſic tanquam Sydus,ac carbũculus fulgeat,vt ſibi ipſi non luceat;ſed ijs qui in domo ſunt, cuius nimirum ſplendor mortalium vſibus deſerviat, qui paſtor cùm ſit, non ſibi datas oves,ſed ſe ovibus datum,vt Curator,& cuſtos earum non rerum arbiter ſit; omnium Sapientium calculo probatum eſt: Quod cum dixi,Illuſtriſsimam Dominationem Tuam deſcripſiſſe,imò,& quidditativè diffinijſſe mihi videor:Quid enim aliud ſit indefeſſa cura,& exactiſsima diligentia,qua Eccleſiæ tibi cõmiſſæ gubernationi, & Bono publico indeſinenter incumbis? qui cum primum collata fuit tibi à Deo Eccleſia,quæ ipſius Spõſa eſt,ipſam in manus,& in ſinum recipiendam putaſti:in ſinum quidem,vt ipſam foveres, aleres,nutrires: in manus verò vt formares,inſtitueres,ornares,donec formaretur Chriſtus in ipſa.Sanè cum Apoſtolus Epiſcopatũ *Bonus opus* eſſe affirmavit; Pauli ſenſum Tu omninò percalluiſti,quaſi Res maximè difficilis ardua, & laborioſa tibi fuerit cõmendata,à S. Iſidoro Peluſiota ſic expenſa: *Ad eum omnia ea,quibus ſubditi opus habẽt ſuſpenſa ſunt. Quæ tandem iſta? Eorum,qui divino cultui conſecrati ſunt,explorationes,eſurientium alimoniæ, ſitientium pocula,nudorũ indumenta,eorum quibus iniuriæ inferũtur præſidium, eorum,qui orbitatem lugent procurationes, viduarum defenſio, qui iniuriam inferunt,vltiones,eorum,qui ſceleratè,& flagitiosè imperiũ gerere conantur,reprehenſiones, ægrotorum curationes, eorũ, qui in calamitatibus verſantur conſolationes:Quod ſi quis ad hunc thronum evehatur;idcircò inſtituitur,vt legitimè certet,non autem,vt citra periculum in luxu,& delicijs verſetur*:Hæc omnia Iſidorus. Planè, ac ſi Te ad hunc Hiſpalenſem thronum evectũ, & ſic inſtitutum,& legitimè certãtem;eaque ipſius ſenſa expri-

Ad Timoth.

S. Iſidor. Peluſiot.

mentem vidiſſet: *qui omnibus omnia factus*, vt omnibus proſis, omnes Deo lucrifacias, qui negotia pro ſolatijs habens, qui miſerorum preces, & querelas audis, qui à conſpectu tuo, neminem arceri permittis, qui opem, aut ius ſibi reddi petat, ne anicula quidem contempta.

Hinc illa Tibi perpetuò cura fuit Diœceſes viſitandi, earum oppida, & Eccleſias obeundi, cum optimè noſſes, quantum cõmodi afferat præſens rerum inſpectio, & in rem præſentem venire, ſpiritualibus, & tẽporalibus neceſsitatibus occurrere, quin alienæ fidei credas, alienis oculis videas, alienis auribus audias; ſignatè verò, vt iuxtà Iſidori monitum, eorum, qui diuino cultui conſecrati ſunt explorationes facere; ratus non excuſari Prælatos, ſi quæ per malos miniſtros peccantur, neſciant; turpeque eſſe Patri familias facta ſervorum neſcire in domo; domum verò Prælati, Epiſcopatus ditionem eſſe; vt ea propter omnia per ſemetipſum obire velis: ſic bonum Principem Traianum Imperatorium munus implentem demulcebat Plinius: *Felices illos, quorum fides, & induſtria non per internuncios, & interpretes, ſed ab ipſo Te, non auribus tuis, ſed oculis probabantur. Conſecuti ſunt, vt abſens quoque de abſentibus nemini magis, quàm Tibi crederes.*

Nec hoc in loco fuerit prætereundum; has à Te viſitationes exercitas non per planas vias, & ſpacioſos itinerum tractus, ſed per difficilium montium acclivia, horridas rupes, immania ſaxa ſemitas inacceſſas; quæ non ſine ingenti moleſtia, & diſcrimine ſuperari queant; ad hæc, anguſta inibi hoſpitia, in ſuaves epulæ, & plura incõmoda offerri neceſſe eſſe: quæ tamen omnia, tum innata tibi Magnanimitate; tum vel maximè ſtudio placendi Deo, & muneris tui partes explendi facilè ſuperabas, vt de Te potiùs, quàm de ſuo Principe videatur prænunciaſſe, idem Plinius: *Veniet ergo tempus, quo poſteri viſere, viſendum tradere minoribus ſuis geſtient: Quis ſudores tuos hauſerit campus? quæ refectiones tuas arbores? quæ ſomnum ſaxa præbuerint; quod denique tectum magnus hoſpes impleveris*: ſed illud certo certius fuerit: difficilibus hiſce itineribus multum quidem laboris, ſed plurimum vtilitatis ineſſe: ſcitè ſiquidem à Columella dictum

novimus, *facundum in agro pedem domini esse*: & à Latinio Pacato noſtro Imperatori Theodoſio adulabunda, licet laude ingeſtum *Iovi terras obeunti ſub pedibus flores naſcuntur*; Quãtum ergo putamus cœleſtis fæcunditatis à tuis veſtigijs populis acceſiſſe? Quæ vitia non correcta? qui probi mores nõ inducti? quæ diſsidia non compoſita? qui à recta via errantes ad bonam frugem non ſunt reducti? Quot, & quales in ſubditorũ animis, & præparatis ad cœleſtem ſatum cordibus virtutes exſurexiſſe credimus? Nam ſi de tuis in vinea Domini laborantibus adminiſtris; & Eccleſiaſticis operarijs ad Evangelizandum populis à te indeſinenter miſsis prænunciavit Vates: *Quàm ſpecioſi pedes Evangelizantium pacem, Evangelizantium bona* propter ingentes progreſſus, quos tuis exhortationibus, & prædicatione faciunt; quid non cœleſtium donorum expectandum ab ipſiuſmet Apoſtolici Præſulis, non mittentis ſolum operarios, ſed poſt illos euntis, & verbo, exemplo, & opere eorum miniſterium cõplentis: iure quidem ipſi eademmet Iſaiæ verba aptavero, provt legiſſe videtur Sanctus Cyrill. Alex. hunc in modum: *Vt ver pura luce nitens ſuper montes*, vt ſicut ver, quod poſt hyemem pura luce fulget ſuper montes homines exhilarat agros, montes, valles verſicoloribus complet flotibus, & omnia facit vernantia, ita adventus, & viſitatio tua pulſis vitiorum, & ignorantiæ tenebris omnia faciat virtutibus vernare, & cœleſtibus donis florere, fiatque verum per Te, quod vaniſsima adulatione infantibus ſuis matres, & nutrices apud Satyricum optabant, & augurabantur.

Quidquid calcaverit pes tuus, roſa fiet.

Hiſce ſpecioſis greſsibus tuis illoſmet omninò adiunxero, quos opportunius in Te videro, quam in Imperatore Veſpaſiano obſervabat Plinius Senior, cum de ipſius beneficentia dicebat. *Deus eſt mortali iuvare mortalem, & hac ad æternam gloriam via. Hac Proceres iure Romani. Hac nunc cœleſti paſſu vadit Veſpaſianus Auguſtus feſsis rebus ſubveniẽs.* Etenim Illuſtriſ. Domine, vt à pedibus ad manus tuas tempeſtivè iverim, inter præclaras animi tui dotes, & maxima, quæ in Te ſunt, quaſi è ſublimi ſpecula ſeſe oſtendit, atque extollit, divina ad benefaciendũ prona natura, & quaſi infinita erga pauperes miſericordia, &

Pacatus

Iſai. 52. v. 7. ad Rom. 10. ver. 15.

Perſius.

be-

benignitas, quæ ſanctiſsimorum Præſulum perpetua nota, & character fuit, eorum cordibus inuſtus. Quot ergo in te viſuntur miſerendi rationes, & modi? Quàm immenſa in donando liberalitas! Quàm ingenioſa in malis alienis, & paupertate charitas! Quàm plena manus ad ſuccurrendum miſeris! Quã ingens, & excelſus animus ad ſubveniendum feſsis rebus! Credo equidẽ; nec vana fides, multos ſanctos Præſules, quorum eleemoſynas, & liberalitatem in egenos Eccleſiaſtici Scriptores cõmendant: ſi non affectu (nam *ſpirituum ponderator eſt Dominus*) effectu tamen à Te maiorem opum à Deo copiam aſſecuto, fuiſſe ſuperatos. Nam ſi huic rei demonſtrandæ intentus per primã Palatij tui portã introiero: *Specioſam* illam merito appellaverim; ſicut fuit ea tẽpli Actuum 3. v. 2. Quæ enim ſpecioſior porta, quã quæ omnibus omninò indigẽtibus cottidie aperta, nullum indonatum dimittit? Quæ porta ſpecioſior ea, per quã Chriſti pauperes *hæredes regni*, vt eos appellat Iacobus velut familiæ filij in domum ſuam fidenter levamen accepturi ingrediuntur; quod benè norint, eam ſuo Præſuli mentem, & animum eſſe, Eccleſiæ bona pauperibus deberi, atque ideò; Te vehementer gaudere, cũ miſeri, & egẽni in expenſis leguntur; maximè verò cum vtramque paginam faciunt: Quod ſecus quidem Regum, & Regũ ſimulantiũ clientibus evenit (vt inquit Seneca) *qui per fores malignè apertas non intrant, ſed illabuntur cũ deinceps multa ſint oſtia, quæ receptos quoſque excludunt*. Quid hac porta ſpecioſius? quæ Burgis fame exardeſcente; quod hiberno tempore ea Vrbs Aquilonaribus flatibus, & rigido cœlo expoſita atroci vndequaque gelu circumvallata, & *nivali compede vincta* rei frumentariæ aditum non præberet; eſurientem populũ alebat, & iuſtà panis annonà ſuſtentabat: ſed cũ vix pelli poſſet fames, inopia panis æquè creſcẽte, ac deficientibus reditibus; ne ſpecioſa porta indigentibus clauderetur; voraci vſuræ à Tua pietate cedendum, & feris nummularijs decem pro centum extorquentibus obſequendum fuit, donec ſerenior, & vberior ſeſe cœli pars conſpicienda daret.

Prover. 16. v. 2.

Act. 3. v. 2.

Iacob. 2 v. 5.

Seneca lib. 6. de Benefic. cap. 35.

Sed cum ſint in Principum domibus primæ, & ſecundæ admiſiones, vt indidem aiebat Seneca, illam quidem ſpecioſiorem

portam

portam dixerim,quæ ſecretior eſt,per quam videlicet occultæ eorum nobilium indigentium neceſsitates intrant;quibus è ſtatu,vnde exciderũt accipere pudor eſt;eaque ratione vltra paupertatẽ,& famem fama tuenda eſt,ne pauperes videantur: *Quia cum homini probo* (inquit Seneca) *ad rogandum os corruat, & ſuffundatur,qui hoc tormẽtum remittit,multiplicat munus ſuũ.* Cui quidem gratiſsimæ beneficentiæ exſequendæ ſelectos ſemper domi habuiſti Sacerdotes,quibus illud vnum curæ ſit,nobilem paupertatem inveſtigare,& ſecretiſsima ei ratione ſuccurrere,copioſiora nummorum præſidia per eorum manus conferens,quibus eius fortunæ homines,& præſenti indigẽtiæ occurrant,& ad futuram famem armentur:ac proinde pretioſior tua illis liberalitas,& Tibi tutior virtus ſit,iuxtà pulchrũ illud S.Nicolai Myrenſis Antiſtitis exemplum,& celebratiſsimum pudorem,qui cœleſte Domini monitum: *Te autem faciente eleemoſynam neſciat ſiniſtra tua,quid faciat dextera tua*: ex ſenſu S. Laurentij Novarienſis Epiſcopi tãta ſecreti cautione exſequebatur;vt non ſecus,ac fur cum deprehenditur,erubeſceret;dixit ſiquidem Laurentius. *Tale eſt,quod dicit. Quando bonum aliquod conatur facere dextera,id eſt,anima non illam impediat ſiniſtra,quæ eſt caro;ſed tanquam dormiente ſiniſtra feſtinet dextera furtivo modo operari,quod bonum eſt:* O pulcherrimum,& vtiliſsimum benefacientis ſtylum; *cui ſuum ipſum bonum erubeſcendum eſt.*

Seneca lib.2.de Benef. cap.1.

Matth. 6.v.3. Ierem.2 v.26.

S. Laurent. Novar. ſer. de eleemoſyna.

Iam verò alia,& ſecretior,& ſacratior in Aula tua Porta eſt, ob Dei Matris Virginum Virginis honorem;prudentibus Virginibus ad eam pulſantibus obvia:alias enim Virgines,vt illibatũ pudorem ſervent competenti pecunia ſecretò ſublevas; alias verò præſertim illas,quæ nobiles,& virtutis ſtudioſæ cenſentur, decenti dote maritare curas,in quo benefaciendi genere illud æqua laude,ac admiratione dignum fuerit;quod in his Virginibus,ſive in monaſterijs,ſive in matrimonio honeſtè collocãtis, vna omninò hebdomadà quinquaginta & ſex ducatorum millia erogaveris:ò liberalitatem prodigioſam!ò ſummam nummorũ admirandam!ò manum æmulatricem Divinæ miſericordiæ,& benignitatis,qui *Dives eſt in miſericordia*; & cui iure dicimus

Tertull. lib. de Virgin. cap.2.

Pſal. 9. verſ.4.

Or-

Orphano tueris Adiutor. Ne verò hæc in honorem Virginis, tam profusa liberalitas ephimera, aut hebdomadaria censeatur, Monialium Cœnobium Spiritui Sancto dicatum, cuius Amore succensus annuis reditibus munifica manu sustentas, quin aliquid sacratis Deo Virginibus, sive ex ijs quæ ad Ecclesiæ cultum, & ornatum; sive ad victum, & vestitum eaque omnia, quæ ad vitam transigendam necessaria sunt, vlla ratione desit. Nec miniori quidem Tibi curæ sunt pauperum Xenodochia; quibus tanta liberalitate succurris, vt cum tibi ab eo, qui cuiusdã Xenodochij curam gerebat renunciatum aliquando fuerit, decẽ inibi ad pauperes, qui aderant, lectos deesse respondisse diceris: *Ita ne? Archiepiscopo Hispalensi, cui pauperum cura incumbit, & egenorum Pater esse debet, decem solummodo lecti petendi sunt? Absit? Quinquagenta ergo lectos dari iubeo*. O Præsule Apostolico, & Te ipso dignam vocem!

Verum enim verò liceat mihi iam, Illustrissime Antistes Te illismet, satis huic rei opportunis verbis affari, quibus Traianum Hispanum, & liberalissimum Principem Plinius, non tam Panegyristes, quàm Consulis, & Censoris partes agens, hunc in modũ interrogabat: *Cogitanti mihi, eũdem Te collationes remisisse, donativum reddidisse congiarium obtulisse, vectigalia temperasse, interrogatus videris: Satis ne computaveris imperij redditus? An tantus vires habeat frugalitas Principis, vt tot impendijs, tot erogationibus sola sufficiat?* Et verò quamvis huic interrogationi cordatus quispiam possit facilè occurrere, quasi hic sit germanus tuæ frugalitatis fructus: Nam qui Tuam parsimoniam, & inutilium sumptuum, ac deliciarum fugam spectaverit, nihil nimium putabit, & acceptis expẽsas respondere facilè animadvertet: Ego verò firmiorem habeo Ambrosij sensum non opinione, sed vera sapientia, & vsu edocti, qui pro te sic fideiubet: *Scio plerosque Sacerdotes; quo plus contulerint; plus abundasse*: Sanè, quasi ipsa liberalitas pro inexhausta auri vena sit. Ita quidem de Sancto Ioanne, cui perpetuæ eleemosynæ *eleemosinarij* nomen dederunt in eius Actis legimus, magnum Deo certamen obtulisse: vtrùm ne plus dare Deus, quàm ipse in pauperes erogare posset? Solet nimirum Deus Opt. Max. hanc gratissimis sibi, & libera-

Ambros. lib. 1. officiorum

issimis hominibus mentem inijcere, vt eleemosynarum largitione pauperiores nunquam fore credant, sed ipsammet liberalem manum pro thesauro illis futuram: huc omninò potentiam suam velut fideiussoria obligatione advocans: Paulo affirmante: Qui parcè seminat, parce, & metet, & qui seminat in benedictionibus de benedictionibus, & metet: itidemque subijciente: *Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est, dispersit, dedit pauperibus; iustitia eius manet in sæculum sæculi*: & ad hæc verba observante Chrysostomo eleemosynam *dici semen, quod non sit sumptus, sed redditus*: vt velit Paulus ex semine eleemosynæ ingentem segetem, & messem opum, & bonorum temporalium Dei nutu, & potentia succrescere; vt quidquid in pauperes confertur multo cum fœnore ad largitorem redeat, eaque illi bonorum accessio fiat, vt alios omni beneficentiæ genere reficere, & recreare possit: Quam quidem observationem Illustris. Domine: Tuæ largitati vndequaque congruere videmus, quæ donat, & abundat, & cum Tuæ munificentiæ, & benignitatis fons omnibus ad hauriendum semper fluat, nunquam tamen exhauriri possit aureis denuo fluctibus divinitus velut provocata cœli venâ in fontem refluentibus. 2. ad Corin. 9. v. 8.

Enim verò Illustris. Præsul cum quidquid in te Divina manus liberalissimè erogavit, fideliter dispenseris, & dederis pauperibus, quin nihil omninò tibi reliqueris, ad eum sanè fælicitatis gradum videris perveniisse, vt de misericordia, itidemque de centuplo in hac vita promisso disputare possis cum Deo: ecce enim argumentationem: Vbi Domine centuplum, quod promisisti? Rationes accepti tui, & expensi mei pares sunt, nulla manet: igitur vicimus; cum quanta tua in me benignitas opum fuit; tanta mea in pauperes: iam sumus ergo pares in misericordia: Quam quidem argumentationē vrgere visus est S. Ioannes Eleemosynarius, qui iam iam moriturus, cum dimidium nummi illi restaret. *Hoc* (inquit) *fratribus, ac dominis meis pauperibus dari iubeo, vt totum Christo reddam*: At enim verò Bonus Deus, qui *vincit cùm iudicatur*; vinci quidem non vult; Psal. 50

imò

imò efficit amplius,ne vinci posit; tum fonte, quo plus effundat,plus plus scaturiente: tum vel maximè huic largitati illam infinito intervallo humanam benignitatem superantem, qua dicet: *Euge serve bone, habebis thesaurum in cœlo: vbi fur non appropriat, neque tinea corrumpit.*

Nec omisserim ad partem Centupli in hac vita eleemosynis tuis promissi referre ingentem tuæ gubernationis fælicitatem Dei dono Tibi datam,dum Virtute Duce; Comite Fortuna cœlesti huic Pietati eximiam Prudentiam;& Iustitiam, tam distributivam,quàm commutativam adiungens,perfectã gubernandi Artẽ Te nosse,& exercere manifestè demonstras. Nempè tua gubernatio sedata,& quieta Divinæ adsimilis esse videtur,quæ immota manens,dat cuncta moveri: Sanè vt gubernator in magnà navi flectit, & regit omnia parvo motu; ita Illustris. Dominatio tua,amplissimam Hispalensis Archiepiscopatus Ditionem parvo motu;imò & nutu, sed valido regit,qui fædere certo scis iussus à Deo,& premere habenas cum opus est;& dare item laxas cum oportet: vt cum omnia pacata,& virtute, ac pietate prædita, ac florentia viderimus, optimo merito sapiẽtissimo gubernatori dicere possimus, quod Imperatori Septimio Severo Tertullianus: *Cultissimum Imperij tui Rus est,*

Hoc aurea seges
Cingit, qua fructus defendit prata metallo
Intus rura micant, manibus, quæ subdita nullis
Perpetuum florent, zephyro contenta colono.

Tertull. Claud. de nuptijs Honorij.

Ne verò aliquid huius præclaræ gubernationis, & œconomiæ successoribus in Archiepiscopatu, vel ad solatium, vel ad exemplum deesse posit; qui infinitam in pauperes beneficentiam recensui, illud silentio premere non debui, quod Illustrissimi Pontificis egregiam Magnanimitatem mire ostendit. Præsulem nimirum animo modestissimum,& sibi parcum, magnificis simul, & splendidis rebus semper intentum Archiepiscopalem domum senectute, atque alijs incommodis se ipsa minorem, regià magnificentia velut à fundamentis excitatam in pulcherrimum Palatium successoribus reliquisse imitatus exẽplum Sanctissimi Arnesti Pragæ Archiepiscopi, iam dudum inter

Divos à Romanâ Sede relati, qui sibi & successoribus Archiepiscopis amplissimam domum exstruxit, atque in eius ornatu, nihil Electoribus, maximisque Principibus (qui Pragæ id temporis regia magnificentiâ certatim domos ædificabant) concessit; vt Bohuslaus Balbinus dissertissimus vitæ Arnesti Auctor scripsit: Qui statim vt occurreret ijs, qui hanc magnificentiam malignè interpretarentur; sapienter inquit: *Apud ignaros humanæ vitæ, & opum inexpertos Magnificentia sæpè malè audit. Parvi & Pygmei, vt sic loquar animi semper intra fortunæ suæ paupertatem latentes, quid excelsum in opibus sit, ignorant; parvisque & suis cubitis magnitudinem animorum, & magnificentiam, ac splenderem Principum metiuntur; sed alia nimirum virtus est religiosorum intra claustra degentium, alia Principum: aliæ privatorum; aliæ Pontificum, ac Præsulum curæ, qui nisi alta quædam, ampla, & splendida designent, quæque ad vtilitatem communem referuntur, ament; lucris suis tantùm intenti, mercatorum agunt vitam, non Principum. Qui magnus esse studet, cum magnitudine commertium habeat, oportet. Ideòque nunquam satis laudari poterunt ij Pontifices, qui magnifici in omni vita fuerunt, & in eius virtutis argumentum Vrbem Romam pulcherrimis, æterniisque operibus exornarunt. Ea res animum contemptorem opum, & publicò bono natum Principem ostendit; propriaque Principum, & Pontificum virtus iure censetur*: Macte ergo Illustrissime & Magnanime Domine, fruere hac gloria, & illud à Magno Philosopho dictum tibi habe. *Non qui in se insumit Magnificus est, sed qui in publica*: Alij sanè in insanos sumptus, luxum, convivia impendunt, vt nunc sæculum fert: Tu posteritatem beatam, & æternam vitam in oculis habes, & vix nisi alienum fructum in operibus tuis spectas: vt futuri Præsules, *si non quasi à Magistro*; sic ferè Plinius Traiano; *sed tamen sub exemplo præmoneantur, quà potissimum viâ possint ad eamdem gloriam adniti.*

Sed tandem, qui libro meo à tam illustri præscriptione tituli splendorem, & famam auspicari intendi, hac illum iam luce conspicuum Illustrissimæ Dominationi Tuæ, non meo solum, sed præcipuè Societatis nostræ nomine do, dico, consecro

ob

ob egregia beneficia, quæ in ipſa perpetuò cumulaſti, quæ non numero, quod numerum excedant, nec curſim præſtringo, ne quid de eorum magnitudine demam. Vnum affirmo, ea quidem eſſe, quæ ob magnitudinem ſuam ſolvendi ſpem nobis auferant. Sed benè eſt, quod auctore Auſonio Gratianum Auguſtum alloquente. *Privatorum iſta copia eſt, inter ſe eſſe munificos: Tua beneficia maieſtate præcellunt, ita mutuum non repoſcunt.* VALE Illuſtriſ. ac Reverendiſ. Domine.

Auſon. ad Gratianum Auguſt.

Illuſtriſsimæ Dominationis Tuæ

Addictiſsimus Cliens

Ioannes Antonius
Velazquez.

ILLVSTRISSIMO D. D.
DECANO, ET CAPITVLO SANCTÆ METROPOLITANÆ ECCLESIÆ HISPALENSIS.

Ioannes Antonius Velazquez Societatis IESV, & è Regio cœtu Immaculatæ Conceptionis.
S. P. D.

CVM iam pridem nomine Regij huius cœtus Conceptionis Immaculatæ B. Virginis Mariæ Illustrisimo D.D. Antonio Payno Hispalensi Archiepiscopo ingentes gratias egerim; quod in causa immunitatis Deiparæ ab originali labe in primo Conceptionis suæ instanti adversus eos, qui minùs cautè locuti, sive oblocuti fuerant, tam iustè, & sapienter, quàm piè, & religiosè rectissimum iudicium tulit; gravissimo piaculo me obstrictum putarem; si ignavo silentio prætermisissem: iustissimam hanc litem summo pietatis in Sanctissimam Virginem ardore adversarijs motam fuisse ab Illustrisimo Capitulo Hispalensis Ecclesiæ Innixo iuri, & iustitiæ bonæ causæ, & SS. Pont. Max. Alexandri VII. diplomati prohibenti, ne quis *directè, vel indirectè, vel alio quovis excogitabili modo* adversus piam de Deigenitricis immunitate sententiam loqui auderet. Cui Magnus Rex noster Philippus IV.

——Quo iustior alter,
Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis.

Victricem illam manum, auxiliarem dedit: donec tandem religiosa vestra constantia ad fœlicem victoriæ exitum lis ista perducta fuit, sapientium omnium acclamatione, & plausu. Nimirum hic Sacri Capituli character; hic perpetuus mos; hæc divina propensio est Sãctissimam Virginem omnibus obsequijs medullitus colere; signatè verò ipsius immunitati favere, & in eius defensionem, & laudem omnes nervos contendere. Digna quidem res, quam posteritas sciat, & in quam noster calamus diligentem operam navet.

Quòd si primà repetens ab origine pergam, & vacet Annales vestrarum audire gloriarum, quæ quà oritur Sol, & quà occidit circumferuntur: nullus, opinor, erit, qui prisci ævi historias, vel à li

P. Quinanadue ñas de SS. Hispalensib.

mine ſalutaverit, qui neſciat, primum Illuſtriſsimæ Eccleſiæ veſtræ Antiſtitem fuiſſe Sanctum Pium Iacobi Hiſpaniarum Patroni diſcipulum, fidumque Achatem; qui pro ſui nominis pietate limpidiſsimo doctrinæ ſuæ fonte Hiſpalenſes perfundens illicò Mariæ Virgini Hiſpaniarum Tutelari ſacram Aram erexit; non enim copioſam augurari poterat fœlicitatis meſſem, niſi hoc fortunatiſsimo ſydere Hiſpalenſem Vrbem, ſedemque ſuam illuſtraret. Nec poteſt in dubium vlla ratione verti; ipſum Immaculatæ Conceptionis Mariæ illuxiſſe Aſſertorem, qui Beato Iacobo aſsiduus cœleſtis doctrinæ arcana, & puriſsimas vndas ab eo frequenter hauſit: ſed & Cæſar-auguſtam Sanctiſsimus Præſul Magiſtrum comitatur: ipſeque cum eo exſtruendi admirabilis Templi, & à Columna firmiſsimi, curas partitur; & vterque in tractu Bracarenſi ædem Angelorum, hominumque Reginæ divino inſtinctu conſecrant: vſque adeo, ſcilicèt, naſcentis Capituli Hiſpalenſis initia Deiparæ cultus, flagrantiſsimuſque amor afflavit, poſtmodum verò: proh dolor! cum malo fato illuvie Saracenorum in Hiſpaniam inundante *Ara Pia* diruitur Deipara, vt poſſeſsionem ſuam vindicaret divinum propitiavit Numen, & inclytum Regem Ferdinandum, cognomento Sanctum, in ſacrum bellum incendit, ipſeque ſacris monitis obtemperans Hiſpalim obſidione cinxit; Mauros oppugnavit, & expugnavit, ipſiſque magna ſtrage victis, & fuſsis victrices Aquilas, & Leones Hiſpanos iterum Vrbi intulit. Quibus tamen auxiliaribus copijs Fortis Rex victoriam retulit? Quibus nam bellicis tormentis? Inimicas terruit, & ſtravit phalanges? Auxiliari planè Deiparæ manu: cuius Imaginem velut præſentiſsimum Numen per Chriſtianum exercitum circumferebat; quamque victoria parta ſpecie Bellonæ ſacræ triumphatricem ſolemni pompa deductam (Quid ni triumpharet, quæ vicit?) Templo tandem repoſuit, quod Mariæ dicatum iam diù efloreſcit Tanti Capituli paradiſus.

Hinc quidem (nec me mea fallit opinio) Eccleſiæ, & Capitulo Hiſpalenſi clariſsimus ſplendor: hinc ingentia incrementa virtutum, & omnium apices dignitatum ſemper contigere. Hinc illud eſt omninò (vt ipſi opportunè verba Sancti Iſidori Peluſiotæ aptavero) *moderationis delubrum; domicilium Prudentiæ; fortitudinis arxi, Metropolis iuſtitiæ; humanitatis penu; manſuetudinis ſacrarium, & vno verbo virtutum omnium theſaurus*: Quibus egregijs titulis illum meritò addiderim, quo vſus aliquando fertur Honorius Pontifex, vt Hiſpalenſe Capitulum *Pharetra Chriſti* in victricis Mariæ manu dicatur; ex qua identidem ortum perpetuò ducunt ſagittæ electæ viri inquam, tum ſanctitate perilluſtres, tum etiam ij, in quibus tam natu-

Lib. 2. cap. 151

ræ dotes,& ingenij artes,quàm Fortunæ ornamenta ad gloriæ cumulum æmula laude conſpirant: Rubeſcunt quidem in hoc Viridario(meliùs dixerim Paradiſo) Sanctæ Romanæ Eccleſiæ purpureo galero eminentes,florent inde Sapientiſsimi Doctores,qui Conciliorum decretis conciliarunt auctoritatem, fœliciſsimi itidem Scriptores,arcium fidei Erectores in Academijs,& in almo eiuſdem Tribunali Cenſores ſuppremi,ſagittæ planè acutæ in corda eorum, qui Immaculatæ Virginis Conceptioni obſiſtũt. Emicuerunt etiam inde,quod omnium ad gloriam maius,& divinius eſt,virtutum,ſanctitatiſque faſtigio ſublimati, cœliteſque ſacrà apotheoſi culti ab Eccleſia Pius,Maximus,Laureanus, Leander, Iſidorus, qui velut cryſtallina Paradiſi flumina Eccleſiam veſtram irriguis virtutis,& ſapientiæ aquis vbertim fœcundarunt: atque inde perenni curſu erumpentia Hiſpaniam totam perfuderunt. *Tamai. in Anam neſt, tomo 2.*

Foret ſanè infiniti temporis,& laboris, ſingulos veſtri ſacri cœtus heroas recenſere,adeòque fœlices,& rebus geſtis claros; ſatiſfuerit dicere;illum ſemper exſtitiſſe Regni Hiſpani lumen, & columen,victoriarumque Deiparæ ſcaturiginem, triumphorum ſegetem;egenorum levamen,ſalutis præſidium,& virtutum omnium exemplar. *Qui tot annis continuis*(ſic Caſsiodorus,ac ſi Capitulũ Hiſpalenſis Eccleſiæ ob oculos habuiſſet) *ſimul ſplendet claritate virtutis, & quamvis rara ſit gloria,non agnoſcitur in tam longo ſtemmate variata: ſæculis ſuis producit nobilis vena primarios: neſcit inde aliquid naſci mediocre; tot probati,quot geniti,& quod difficilè provenit,electa frequentia.* Nempè ita quidem ſe res habet, vt quemadmodum ſine Mariæ luce nemo fuerit,qui in hoc dubio mortalis vitæ pelago inoffenſos confecerit fœlicitatis curſus,& in turbido hoc rerum Euripo naufragium non fecerit,ſive ignorantiæ adhærens ſyrtibus, ſive cæcis improvidæ mentis ſcopulis illiſus,ita prorſus Eccleſiæ Veſtræ,quæ ab hoc divino Sydere oculos nunquam deflexit,& cui plena fronte illud ſemper candenſiſsimum affulſit: cum ipſo incipiens, & cum ipſo adoleſcens ad eum magnitudinem erecta eſt,vt nihil ſplendidius;auguſtius nihil decora,& vera laude celebretur: atque ideò ego præclariſsimas laudes veſtras tenuitate ingenij non æquaſſe,pro magnifico habeo;quippè volui,& auctore Plinio ad Veſpaſianum: *Etiam non aſſecutis,voluiſſe,abundè pulchrum,atque magnificum eſt.* *Caſsiod. lib. 3. c. 6.* *Plinius.*

Verùm vt ad primum inſtitutum meum redeam ſplendidis his Maiorum titulis novus ille ævo noſtro Illuſtriſsimo Capitulo inclaruit,quo Immaculatæ Conceptionis Mariæ non ſine ingenti per orbem gloria,ſignatè Defenſores,& propugnatores auditis. Quis namque neſciat,quàm ardenter vos honori Deiparæ quoad primum in-

ſtans

ſtans ſanctitatis,& gratiæ velificaſſe? Quis ignoret? velis, ac remis, nec ſine gravibus expenſis,ſive in Hiſpania, ſive in Romana Curia indefensè contendiſſe,vt in meliorem libertatem Maria vindicata à Filio,& eius Vicario Pontifice Maximo declararetur,nec audiret offuſſa peccati tenebris, quæ totum orbem exorientis Solis radijs mirè perfudit. Hæc veſtra ſolicitudo;hæc ingens cura indeſinenter ſubijt animos veſtros clariſsimos: Quo quidem vno erga Deigenitricem obſequio,tum ipſam ſummopere demeremini, & ſuorum cultorum animis arctiſsimè obſtringitis,tum etiam antiquiores Senatus veſtri Patres Conſcriptos,aut exequaſtis, aut ſi animoſius dicere liceat,planè deviciſtis,qui non tantum opes, & opulentos redditus profundere,ſed & vitam quoque pro tanto myſterio parum videtur: Mactè Viri Clariſsimi. *Hac itur ad aſtra*: hàc in Hiſpania crevit,hac tempeſtate exardeſcens flamma devotionis in Dei Matrem. Qua nihil vtilius, nihil opportunius ad ſalutem nobis eſſe poſsit.

Qua ſanè de cauſa videor mihi(fidenter dixerim) veſtræ pietati Levocinari,dum librum hunc de MARIA Advocata noſtra, in quo immunitas ipſius à labe originali identidem aſſeritur (qui hac ratione Veſter potius eſt)ſub veſtris auſpicijs lucem videre decreverim: nec exorato opus fuerit, cum & agnatum Mæcenatem opus hoc habeat,& pro me denuò fideiubeat Plinius Veſpaſianum Imperatorem allocutus. *Quibus de cauſis,vt nihil auſo promittere, hoc ipſum Tu præſtas quod ad Te ſcribimus: nec fiducia operis hæc eſt,ſed indicatura: multa ideò pretioſa videntur,quia ſunt templis dicata.* Quis humanius laureatos apices,triumphaleſque coronas pluris faciet, quàm Alexander? Ecquis nam ſereniori vultu labori noſtro de Maria Deigenitrice indulgeat ? quàm ſacrorum hominum Senatus cultui Mariano aſſuetus virgineiſque laudibus extollendis natus? Veſtra ergo vmbra Viri Clariſsimi libro lucem dabit;& ipſe accipiet immortalem. Vale Illuſtriſsime Senatus.

PRAEFATIO AD LECTOREM, ET AVCTORIS CONSILIVM.

CVM sapienter dictum sit à Venerab. Richardo à S. Laurentio *Maxima misericordia Dei est, infundere alicui gratiam diligendi MARIAM*; itidemque in hunc sensum ea verba Psalmi 88. *Et ædificabo in generationem, & generationem sedem tuam* de ipsa, tanquam de excelsissima Dei Sede, quæ indesinenter à fidelibus ædificatur, *quia ad honorem eius novæ Ecclesiæ ædificantur*: acceperit: mihi quidem eius misericordiæ cupidissimo, æquè ac indigentissimo peculiare hoc dilectionis specimen magnopere placebat, si in tantæ Reginæ honorem templum aliquod; seu sacellum construerem. Sed cum iuratæ paupertatis homo, nec re, nec industriâ assequi id possem; illa mihi ex gentili Seneca succurrebat consolatio. *Scriptorum monumenta unum esse in rebus humanis opus, quod nulla consumat vetustas: cetera quæ per constructionem lapidum, & marmoreas moles, & terrenos tumultus in magnam altitudinem eductos constant, longam diem non propagare: immortalem esse ex ingenio memoriam*: vt proinde dilectionem, & propensionem in Deiparam potissimum in eius laudibus conscribendis fore collocandam, & voce, & calamo celebrandum MARIÆ templum cum Andræa Hierosolymitano ipsam salutante *Gaude ornatissimum Divinæ gloriæ templum.*

Richar. lib. 10. de Laud. Virg.

Seneca in cõsolat. ad Polyb. cap. 37.

Sed enim, cui templum construendi iurata paupertas obstabat, eidem librum de Beatissimæ Virginis Laudibus conscribere, vt immensi ponderis argumentum humeris ob exilitatem ingenij, & doctrinæ longissimo intervallo imparibus plus plus obstare, necesse erat: Dixit quippè Damascenus orat. de Nativitate Virginis. *Virgo omnium encomiorum legem excedit. Nec si in toto orbe dispertitæ linguæ in unum coeant eius laudes oratione consequi possunt*: & eodem ductu S. Sabbas: *Eius enim meritorum excessus omnem creatam cogitandi facultatem superat*: Similiter Bernardus: *Nemo enim neque in cœlo, neque in terra inventus est*

Damasc. orat. 2. de Nativit. Virgin. Sabbas in Menæis die 15. Augusti. Bernard. serm. 2. in Salve Regina.

dignus, aperire librum prærogativarum eius, & dignè ſolvere ſignacula eius. Ex quibus legitimè intulit Anſelmus: *Quare iam ſileat, qui dignè eloqui non potest. Quis enim Matris Dei gratiam oculo mentis aſpiciente eloquitur non fiat:* Sic applaudente ei citato loco Bernardus: *Viri divitiarum multi de Civitate Domini virtutum miſerunt manus ſuas ad hæc fortia, & tamen multitudinem divitiarum harum ad liquidum comprehendere non potuerunt, quia inveſtigabiles viæ iſtæ, & inſcrutabilia universa: conati ſunt, & non datum eſt ultra, dum adhuc ordirentur, ſuccidi ſunt.*

Anſelm. lib. de Excellentia Virgin. cap. 11.

Hæc quidem animo volvens pedem ab incepto opere (verum dico) referre cogitavi, & ſemiputatam vitem in vltimo relinquere; contentus exquiſitiſsimam Virginis dignitatem, ſummamque eminentiam hymno ſilentij venerari, iuxtà Anſelmi monitum *ſileat, qui dignè eloqui non poteſt*; imò verò dolens cum S. Ephrem oratione de Laud. Mariæ dixi non ſemel: *Miſer ego, qui effulgentes ſplendores Deiparæ, radios terribiles, & incomprehenſas facultates cœli, & terræ inhabitatæ myſterium, admirandumque Propitiatorium verbis conſequi tentavi.* Cum ecce tibi; neſcio quo fato (bonum opinari eſt animus) incidi in Annales Vvadingi nobilis Scriptoris Seraphici Ordinis, qui ad annum 1345. de B. Livino M. ſuæ Religionis affirmat. *Hunc ſæpius inviſit B. Virgo Filium deferens: ſed aliquando, cum ille Opuſculum, quod inceperat in honorem Filij, & Matris abieciſſet, apparuit quidèm ei Deipara, ſed ſine Filio; quo facto ille admonitus reſumit laborem, præſertim iubente Virgine, & Martyrium promittente.* Hæc ibi: vt hinc conijcere fas fuerit Deiparam, quæ maior eſt omni laude, & quæ humanis elogijs non eget; tamen vt rem noſtram agat, & benefaciendi, ac remunerandi laudatores ſuos occaſionem habeat, agreſtem, & quaſſatam eorum calamum non faſtidire: itidemque admonere; ipſius à nobis decantatas laudes (qualeſcumque illæ fuerint) Filio ſuo pergratas eſſe: Quod nos etiam docuère PP. dixit enim Bernardus: *Nec dubium eſt, quidquid in laudibus Matris proferimus ad Filium pertinere:* & S. Sabbas: *Hanc Matrem tuam Domine, dum generationes hominum omnes Beatam dicimus. Te quoque magnificè prædicamus:* Itidemque Rupertus: *Totus honor impenſus Matri redundat in Filium:* A quibus PP. edoctus Cardinalis Godfridus fidenter dicebat: *Nihil in huius Virginis laudibus hæſitemus: honorat ſiquidem Filium, qui laudat Matrem. Hanc igitur Sanctiſsimam, & admirabilem Virginem laudemus, quia Virginis Filio placere ſine Virginis laude non poſſumus:* Ex quibus opportunè dixeris; Deiparam dum Livino inceptum opus de eius laudibus abijcienti apparuit, ſignatè præſentiam Filij ſui ei ſubtraxiſſe, quaſi in eo laudando inventus fuerit minus habens.

Bernar. hom. 4. in Miſſus eſt. S. Sabb. in Menæis die 1. Ianuarij. Rupert. lib. 6. in Cantica. Cardin. Godfrid. ſerm. 8. Philipp. Abbas lib. 4. in Cant. c. 1

Ergo à Deipara officij admonitus, & vncumque animatus, indubius volui amplecti Venerab. Philippi Abbatis ſenſum, qui dum

cœleſtes ſpiritus in Virgine collaudanda ſtupentes, hærenteſque ſic inducit: *Illos quidem affectuoſa devotio commonet, vt aliquid dicant, conſideratio verò mirandæ Magnitudinis revocat, ne quid dicant: parum enim ſibi videtur, & ſufficiens quidquid dicant. Dicunt tamen, vt in nobis affectum ſuſcitent audiendi, nobis auditoribus qualemcumque fiduciam dent dicendi:* Ex eorum imitatione ſic concludit: *Eorum, qui ſunt Adminiſtratorij ſpiritus formâ, & ſollicitudine commonemur, vt pro poſſe qualicumque, & nos Virginem laudibus veneremur*: Quare fiduciâ iam conceptâ cum Damaſceno audenter dicimus: *Quid ergo? An quia eam pro dignitate laudare minimè poſſumus; idcircò metu repreſſi conticeſcemus? Minimè quidem; quin potiùs temperatâ metu cupiditate cum ſacra reverentiâ tremente manu, ac cupido animo vires ingenij noſtri primitias Regiæ Matri de vniverſa naturâ benè meritæ grato, candidoque animo, tanquam debitum quoddam perſolvemus.* Damaſ. orat. 1. de Aſſump. Virg.

Hæc quidem pro excuſatione Scriptoris in auſu ſcribendi de immenſis Deiparæ laudibus: benè ducentis *Magnis excidiſſe aſſis*: De re verò, & ſcriptione ipſa facilè quivis viderit non ex proprij ingenij fætu, ſed ex SS. Patrum & Nobilium Scriptorum racemis noſtram nos vindemiã feciſſe; quam vel hàc ratione, quod noſtra non ſit, non excuſatam modo, ſed probatam ducimus. Ita quidem eſt; minimè ab hoc inſtituto eà de cauſa fuiſſe deterritos, quod tot ante nos Auctores, tum veteres, tum etiam recentes huic negotio operam navarint, & neceſſariâ ratione plura in hoc libro invenienda, quæ in illorum ſcriptis reperiantur, cum id accidat ex eodem fonte haurienti, & eidem fodinæ incumbenti, quod nulli vnquam fraudi, aut culpæ fuit: Quid? eundum ne nobis erat extra Solis, & mundi vias, vt alios fontes, aut rivos quæreremus? Nonne ſatis fuerit Menæa cuncta Græca impenſius inveſtigaſſe, vt ex illis PP. non nihil fortè impevium afferre poſſemus?

Sed quid de exemplis, ſive hiſtorijs, quæ ſingulis adnotationibus de induſtria affigimus? Dixerit forſan non nemo: infra Scriptionis dignitatem id fuiſſe: ſed ego contra exiſtimo, quod & ad mores formandos, & ad animos in Deiparæ obſequium permovendos multo efficacius id ſit. Certè Auguſtinus in libro de Catechizandis rudibus, nihil exemplis opportunius ad ſuadendum eſſe docebat, quòd ab illis, & doctrina facilius percipitur, & animus efficacius permovetur: Ideò de induſtria adnotationibus ſingulis, provt earum doctrinæ conſentanea videbantur appingere ſtuduimus. Quoniam verò ab Ariſtotele ſapienter dictũ eſt: *Ordinem eſſe animam diſciplinæ*: ſic & adnotationes, & exempla, tanquam huius corporis membra diſponere, & coordinare curavimus, vt quoad fieri potuit, aliquam inter connexionem, & ordinem habere videantur.

Tan-

Tandem verò vt vt id fit, delectat nos imitari B. Hermannum ex sacro Prædicatorum Ordine anno 1243. florentem, qui Deiparam studiosissimè laudans post laudes dicebat. IESV *suavissime dignare me Tuam, Meamque Matrem super omnes speciosam, ore laudare, corde admirari, & imitatione subsequi.*

Tu verò bone Lector, studium hoc qualecumque in sanctissimam Virginem boni consule, & delicta senectutis, & ignorantias, ne memineris: nam *opere in magno fas est obrepere somnum.*

Vt tamen brevi compendio, quæ in hoc Libro tractantur vniuersa, cognoscas subiectum Indicem, tum Adnotationum, quibus constat, tum etiam peculiarium præcipuè cogitationum, quæ ad Cõciones pro festivitatibus Sanctissimæ Virginis vsui esse possunt præfiximus: copiosiorem, & rerum notabilium, & materiarum ad alias Conciones spectantium ad calcem operis reijcientes.

CONSPECTVS OPERIS, SIVE INDEX ADNOTATIONVM DE MARIA ADVOCATA nostra, quæ in hoc Libro continentur.

LIBER PRIMVS.

Adnot. 1. Maria ex dono Dei Humani generis Advocata est, fol. 2. col. 1.
Exempla. fol 6.

Adnot. 2. Maria misericordiæ Advocata apud Filium suum, fol. 10. col 1.
Exempla. fol. 15.

Adnot. 3. Maria Advocata, & Mater misericordiæ, 17. 1.
Exempla. 21. 1.

Adnot. 4. MARIA Optima Advocata, quod Regina misericordiæ, ac proinde sua interest hominū salus, 22. 1.
Exempla. 27. 2.

Adnot. 5. Maria Advocata ad saluandū, quæ Deum Salvatorem peperit, 29. 1.
Exempla. 33, 2.

Adnot. 6. Maria Advocata misericordiæ, à quâ Dei Filius Advocatus factus in salutem nobis fuit, 34, 2.
Exempla. 39. 1.

Adnot 7. Maria Advocata misericordiæ, quæ Dei Filium itidem Advocatum misericordiæ nobis fecit, 40. 1.
Exempla. 45. 2.

Adnot. 8. MARIA Advocata misericordiæ, à quâ Dei Filius Advocatus interpellans Patrem pro peccatoribus, 46. 1.
Exempla. 51. 1.

Adnot 9. Maria Advocata misericordiæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus, 52. 2.
Exempla. 57. 1.

Adnot. 10. Maria apud Filiū pro peccatoribus Advocata, quæ cum ipso, tanquam cum debitore creditrix causam ipsorum legitimo iure agit, 58. 1.
Exempla. 62. 2.

Adnot. 11. Maria Advocata nostra, quæ Dei Filium debitorem habet, quod à carne ab ipsa susceptā factus sit denuò Filius Dei naturalis, & extensivè completus, 63. 2.
Exempla. 69. 1.

Adnot. 12. Maria apud Christū ex iure Advocata, quæ pro ipso salutē homini allaturo redemisit, cū cōsensum & carnem, quā sumeret ipsi dedit, 70. 1.
Exempla. 74. 2.

Adnot. 13. Maria apud Deum Advocata ex iure, quæ ipsi carnem dederit saluti humano generi dandæ peropportunam, 76. 1.
Exempla. 81. 1.

Adnot. 14. Maria apud Deū Advocata ex iure, quæ ex cōtractu bonæ fidei cū ipso inito carnem ad humani generis redemptionem ipsi dederit, 82. 2.
Exempla. 87. 1.

Adnot. 15. Maria, quod Deo Salvatore fideiusserit efficax Advocata hominum est, 88. 2.
Exempla. 92 1.

Adnot 16. Maria apud Filiū Advocata iustitiæ, quia illic apud ipsum paravit thronum suum, vt iudicaret orbem in æquitate, 93. 2.
Exempla. 98. 1.

Adnot. 17. Maria felix hominum Advocata, quæ Deo maximè irato ob viam misericorditer eat, 98. 2.
Exempla. 102. 2.

Adnot. 18. Maria Advocata misericordiæ, à qua Filius Dei humanam carnē susceptam, & vmbra salutis factus, itidem Mariam fecit nobis vmbrā salutis, & vitæ, 103. 1.
Exempla. 107. 1.

Adnot. 19. Maria Advocata nostra, vmbra & protectio ab ira iudicis, 107. 2.
Exempla. 112. 1.

Adnot. 20. Quod Maria Humani generis Advocata sit, firma clientibus suis spes salutis inest, 112. 2.
Exempla. 116. 2.

Adnot. 21. Maria humani generis Advocata, cuius patrocinio nūdus alias ruiturus firmiter consistat, 117. 2.
Exempla. 123. 1.

LIBER SECVNDVS.

De Virginis Deiparæ in patrocinando Dignitate, Sapientia, industria, efficacia, & felicitate.

Adnot. 1. Mariæ patrocinium efficacis-

simum, & potentissimum esse, quod Dei Mater sit, 125.1.
Exempla. 119.2.
Adnot. 2. Maria opportuna Advocata nostra, quod Dei Mater est, 131.2.
Exempla. 136.1.
Adnot. 3 Mariã vt opportuna Advocata esset, dignè Matrẽ Dei effectã, 136.2.
Exempla. 142.2.
Adnot. 4. Maria humani generis Advocata, quæ apta, nata Mater Dei est, 143.1.
Exempla. 147.1.
Adnot. 5. Maria humani generis Advocata, quæ adeò apta nata Mater Dei est, vt Dei Filius ab ipsa, tanquam ab arbore naturalis fructus prodierit, 148.1.
Exempla. 153.1.
Adnot. 6 Maria Advocata opportunissima generis humani, ob quã Deus, homo fieri voluit, vt ipse tantâ Matre frueretur, & illâ hominum patrocinium susciperet, 153.2.
Exempla. 159.2.
Adnot. 7. Maria Advocata nostra, cui tanquam dignissimæ Matri Deus, nihil omninò negare possit, 161.1.
Exempla. 165.2
Adnot. 8. Maria opportuna hominũ Advocata, cuius gratia virtutis, & merita omnium Sanctorum hominum, & Angelorum merita collectivè in vnũ cumulum conjecta longo intervallo superant, 167.1.
Exempla. 172.2.
Adnot. 9. Maria opportuna pro humano genere Advocata, quæ in primo Cõceptionis suæ instanti à labe originali existit immunis, 173.1.
Exempla. 178.2.
Adnot. 10. Maria apud Christum iudicem efficax ex iure Advocata, ad impetrandam ab ipso misericordiam, quod lac illi, & nutrimentum ad vitam dederit, 180.2.
Exempla. 185.2.
Adnot. 11. Maria efficax Advocata nostra, à qua Dominus misericordiæ pietatis, & indulgentiæ vbera suxit, 186.2.
Exempla. 190.2.
Adnot. 12. Maria opportuna Advocata, quod ab ipsius lacte iudex mitis, & suauis sit factus, 191.2.
Exempla. 195.2.
Adnot. 13. Maria Advocata nostra, cuius patrocinium ligandi, atque solvendi potestatem habet, 196.1.
Exempla. 199.2.
Adn. 14. Maria optima Advocata spontanea opitulatione subveniens, 200.2.
Exempla. 205.2.
Adnot. 15 Mariã Advocatã à peccatoribus propositã, cuius ore diuino aliqua pro illis dicatur excusatio, 207.1
Exempla. 211.1.
Adnot. 16. Maria felix hominum Advocata, quæ suos clientes fortunatissimos facit, & fortunæ dominos, qui fingant fortunam sibi, 212.1.
Exempla. 216.2.
Adnot. 17. Fortunam, sive felicem exitum, qui à Maria est, non temere, sed cum magno consilio hominibus obtingere, 218.1.
Exempla. 221.2.
Adnot. 18. Mariam Optimam Advocatam, cui sine personarum acceptione æqualiter sit cura patrocinandi pro omnibus, 223.1.
Exempla. 227.2.
Adnot. 19. Mariam adeò omnium Advocatam esse, vt quivis fideliũ ipsam non modo Advocatam nostram, sed singillatim Advocatam meam dicere, & invocare valeat, 229.2.
Exempla. 234.1.
Adnot. 20. Maria Optima Advocata, cuius patrocinium, vt pretiosissimum, ita minimi comparatur, 237.1.
Exempla. 237.1.

LIBER TERTIVS.

De MARIA Advocata Clientes suos dirigente.

Adnot. 1. In Maria, vt idonea esset humani generis Advocata Deus Opt Max. cunctos Bonitatis, Misericordiæ, & gratiarum thesauros collocavit, 245.1.
Exempla. 250.2.
Adnot. 2. Maria diligẽs hominum Advocata, quæ illis viæ ad salutem ferẽtis ducem se præbet, 251.1.
Exempla. 255.2.
Adnot. 3. Maria Optima Advocata quæ clientes suos panecœlesti nutrit, donec per incrementa virtutum formetur Christus in eis. 257.1.
Exempla. 261.1.
Adnot. 4. Maria hominum Advocata, quæ pravis cupiditatibus medetur, & obsistit, 263.1.

Exem-

Exempla. 267.1
Adnot.5. Mariam Advocatam esse,ne eius clientes tentationibus succumbant, 268.2
Exempla. 272.2
Adnot.6. Mariam hominum Advocatam,quæ ipsos opportunè detinet,ne in peccata labantur, 274.1
Exempla. 278.2
Adnot.7. Mariã hominum Advocatã, quæ sic ipsos in iustitiã detinet,ne in peccata labantur,vt simul vitæ temporali illorum prospiciat, 279.2
Exempla. 282.2
Adnot 8. Maria Advocata pro virtute castitatis, 288.1
Exempla. 288.2
Adnot.9. Maria apud Deum pro eximia humilitate hominũ Advocata, itidẽ eos edocens humilitatem, 295.1
Exempla. 301.1
Adnot.10. Maria Advocata hominum, quæ ipsos docet magnanimitatem, cum humilitate coniunctam, 301.2
Exempla. 306.1
Adnot.11. Maria Advocata,quæ magnanimitatẽ suo exẽplo docet, 307.1
Exempla. 311.2
Adnot.12. Maria humani generis Advocata adversus malas dæmonis artes, 312.1
Exempla. 316.2
Adnot.13. Maria peccatores,ne i peccatis pereant,auxiliari manu sustentat, 318.2
Exempla. 323.2
Adnot.14. Maria Advocata peccatorũ, quæ ipsis,vt ad bonam frugem se recipiãt auxiliatricem præbet manũ,ne criminũ fluctibus obruantur, 325.2
Exempla. 330.2
Adnot.15. Maria peccatorum Advocata,& perviam ad pœnitẽtiam,& gratiam portam esse, 331.2
Exempla. 336.1
Adnot.16. Maria peccatorũ Advocata, quæ ab eis cor lapideũ aufert,vt dignos pœnitentiæ fructus faciant, 338.2
Exempla. 341.2
Adnot.17. Maria talis peccatorũ Advocata,quæ despectos,ac derelictos colligit,& Deo reconciliat, 345.1
Exempla. 349.2
Adnot.18. Maria desperatorũ peccatorum Advocata,quæ iam iam desperantes fovet,& a Deo misericordiam eis obtinet, 351.2
Exempla. 356.1
Adnot.19. Mariam adeò potentẽ apud Deũ Advocatam hominũ esse,vt pro eorũ salute,& cõversione miracula, & prodigia frequenter faciat, 359.2
Exempla. 363.1
Adnot 20. Maria peccatorũ Advocata, quæ delet, quod erat adversus eos Chirographum Decreti, 365.2
Exempla. 369.2
Adnot.21. Maria Chirographũ peccati,sic delet,vt nullum in cõvestigiũ nulla litura maneat, 374.2
Exempla. 378.2
Adnot.22 Maria perfectissima Advocata,quæ deletionẽ Chirographi,tã in scientia iudicis,quàm in conscientia peccatoris perficit, 379.2
Exempla. 383.2
Adnot.23. Maria Optima Advocata, quæ ægris peccatoribus,non tantum sanitatem,sed etiam pulchritudinẽ, & decorem reddit, 384.1
Exempla. 388.2

LIBER QVARTVS.

De MARIA Advocata clientes suos,è Maria fluctibus ad portam perducente.

Adnot.1. Mariam Optimam Advocatã, quæ clientibus suis pro re salutis litigantibus expensas gratiæ à Deo obtinet,& indesinenter distribuit, 391.1
Exempla. 395.1
Adnot.2. Mariam hominum Advocatã, & Patronam esse, quæ à Deo auxilia gratiæ congrua, & efficacia singillatim impetrat. 395.2
Exempla. 400.1
Adnot. 3. Maria Dulcis Advocata hominum,quæ occasiones, & opportunitates salutis ipsorũ obtervat, 401.1
Exempla. 405.1
Adnot. 4. Mariam opportunam hominum Advocatam, quæ ipsos ad salutem consequendam tanta benignitate allicit,vt alacres,& læti in Dei obsequium currant, 406.1
Exempla. 410.2
Adnot.5. Maria fideliũ Advocata, quæ in illos divinæ gratiæ radiis illuminandos solem iustitiæ opportunè,& directè inflectit. 411.2
Exempla. 417.1
Adnot 6. Maria Sapiens hominum Advocata,quæ vt illos ad virtutem alliciat,decipere,ac incantare ipsos quo-

damnmodo videatur, 418.2
Exempla. 423.2
Adnot. 7. Maria sapiens hominum Advocata, quæ ipsis inimicorum animæ dæmonis, mundi, & carnis fraudes detegit, & eorum animos contra eas munit, 426.1
Exempla. 430.2
Adnot. 8. Mariam sapientem Advocatam, quæ vt homines salvet veneficia per contraria sanat, 431.2
Exempla. 436.1
Adnot. 9. Maria optima Advocata, quæ sibi fideles in viam salutis, sic dirigit, vt donum perseverantiæ à Deo obtineant, 438.1
Exempla. 442.2
Adnot. 10. Maria fidelis suorum Advocata quæ suis precibus perseverantiæ donum ipsis impetrat, 444.1
Exempla. 449.1
Adnot. 11. Maria optima Advocata, quæ suis clientibus vitam præstat puram, iter parat tutum, vt donum perseverantiæ à Deo consequantur, 449.2
Exempla. 453.2
Adnot. 12. Maria Advocata opportunissima in hora mortis, 455.1
Exempla. 459.2
Adnot. 13. Maria in hora mortis Advocata, sine qua nulli potest bona mors obtingere, 462.2
Exempla. 466.2
Mirabile exemplum de Innocētio III. Pont. Max. qui per intercessionem Deiparæ æternam damnationem, cui erat addictus, misericorditer cuasit, 471.1

LIBER QVINTVS.

De tesserâ salutis, quæ Mariæ clientibus feliciter obtingit.

Adnot. 1. Maria felix, & Optima Advocata, quæ clientes suos salvat, 475.1
Exempla. 479.2
Adnot. 2. Maria Advocata, cuius clientes tesseram salutis habent, 480.1
Exempla. 482.2
Adnot. 3. Maria peccatorū Advocata, quæ cōdemnatos, & extremo supplicio addictos à morte liberat, & à sinistra Dei manu ad dexteram collocat, 481.1
Exempla. 490.2
Adnot. 4. Sic Deiparam Advocatam esse, vt fictis clientibus, qui admoniti à peccatis non referunt pedem, sed de industria peccant, charactere rem salutis non impertiatur, 496.2
Exempla. 499.2
Adnot 5. Maria humani generis Advocata, quæ illius Redemptionis egregia Adiutrix, & cooperatrix exstitit, 501.1
Exempla. 506.1
Exempla. 506.1
Adnot. 6. Maria stans iuxtà Crucem efficax humani generis Advocata, quòd pro ipso in causa Redemptionis, iam pridem fideiusserit, 506.2
Exempla. 511.1
Adnot. 7. Maria optima humani generis Advocata, quæ stans iuxta Crucem peccatoribus veram pœnitentiam, & remissionem peccatorum impetravit, 512.1
Exempla. 517.1
Adnot. 8. Mariam iuxta Crucem stantē, & nō flentem, vt fortitudinis typum, ita patrociniū nobis præseferre, 517.2
Exempla. 523.1
Adnot. 9. Maria Optima Advocata, cuius servis Christus moriens beatitudinis hæreditatem testamento reliquit, 523.2
Exempla. 527.2
Adnot. 10. Clientes Virginis ex Mariæ patrocinio, ex testamento Christi hæredes esse æternæ beatitudinis, 528.1
Exempla. 533.1
Adnot. 11. Serui Deiparæ ex testamento Christi cœlestem hæreditatē consequuntur, 534.1
Exempla. 586.2
Adnot. 12. Mariam adeò felicem, & securam suorum Advocatam esse, vt ipsos in libro vitæ conscribat, 539.2
Exempla. 543.2
Adnot. 13. Mariam Optimam Advocatam esse, à qua electorū nomina scribuntur in libro vitæ, 544.1
Exempla. 549.1

CONCLVSIO OPERIS.

Extremam dementiam, & noxiam ruditatem esse, peccatores, sive in vita, sive in mortis hora ad Mariam non recurrere, vt veniam, & salutem consequantur, 549.2

INDEX COPIOSVS

AD CONCIONES PRO CVNCTIS Festivitatibus Sanctissimæ Virginis MARIÆ.

Pro Festo Conceptionis.

1 PRimum vide lib. 2. Adnot. 9. tota sub titulo Maria opportuna pro humano genere Advocata, quæ in primo Conceptionis suæ instanti à labe originali fuit immunis, fol. 173. 1.

2 Deinde observa Mariam *librum generationis Christi* dici: quod in ipsa, & ab ipsa Christus scriptus sit Patris æterni manu, & Spiritus Sancti calamo, à quo nulla labes nulla littura esse possit, lib. 2. Adnotat. 5. *Maria adeò apta nata Mater Dei, vt Dei Filius ab ipsa, tanquam ab arbore naturalis fructus prodierit*, 148. 1.

3 Filij David; filij Abraham: Benè Hieronym. *Ordo præposterus necessariò commutatus.* Quare? Audi S. Thomam 3. p. q. 31. art. 2. *Quia in Abraham primo incepit Circumcisio: in David maximè est manifestata Dei electio.* Ergo sic cape præposterũ ordinem in Conceptione Deiparæ necessariò commutatum, vt postposito Abraham, cui data circuncisio in remedium peccati originalis: in Davidis electione significata fuerit electio Mariæ à Deo ab æterno facta, lib 2. adnot 6. fol. 153.

4 Observa in Mariæ Conceptione, vt totam generationis Christi seriem in Mariam, vt Christi Matrem deduci; ita ipsius carnem, à qua caro Christi erat futura ab Spiritu Sancto ab originali peccato præservatam, disertissimè docente id omne Nazianzeno orat. 38. vbi cum totum Incarnationis Dominicæ Sacramentum, & œconomiam sic descripsisset: *Iste Patris Terminus, & Ratio ad Imaginem suã se confert, & carnem ob carnem gerit, & cum intellectuali anima propter animam meam iungitur, vt simile per simile repurget*: subijcit de ipsius Conceptione, & Nativitate ex Maria: *Atque humana omnia excepto peccato suscipit conceptus quidem ex Virgine animo, & corpore à Spiritu præpurgata*: vbi primum observa, quàm attentè Gregorius de Mariæ puritate locutus verterit stylum, dum de hominum purgatione, & expiatione agens dixit, vt simile per simile repurget: de Maria verò à Spiritu præpergata, id est, præservata præventa: quod expressit in oratione S. Mater Ecclesia deprecans: *Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriosæ Virginis Matris Mariæ corpus, & animam, vt dignum Filij tui habitaculũ effici mereretur Spiritu Sancto cooperante præparasti*: vbi vides præparatam Virginem, vt à Gregorio præpurgatam: Deinde vide vt Theologus affirmans, Christum humana omnia excepto peccato suscipiẽtem consequenter dixisse conceptum fuisse ex Maria à culpa originali præventa: iuxtà Leviticum Canonem, de quo vide lib. 2. Adnot. 9. num. 4. fol. 175.

5 Quoniam verò in quibusdã Ecclesiis in festo Conceptionis canitur Evangelium ex Luca 11. v. 27. *Beatus venter, qui te portavit, & vbera quæ suxisti*: observa, sæpè sæpius in Canticis Mariæ vbera, & lac ab Sponso cœlesti commendari: Quia videlicet lac Mariæ nihil omninò à lacte Evæ traxit, sicut aliarum mulierum lac, alioquin Dei Filio dulce non fuisset: audi Rupertum lib. 3. in Cant. vbi premens ea verba: *Meliora sunt vbera tua vino.* Sic ait: *Sola vbera tua pulchra sunt, cæterarum cuncta vbera fœminarum, ex quo id acceperunt, vt filios suos lactare possent, etiamsi quid pulchritudinis priùs habuerunt, pulchra esse desierunt, ita vt ad ipsa quisque lactentium veraciter dicat*: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea: *scilicet, in iniquitatibus Adæ, in peccatis Evæ*: vide fol. 290. exemplum de S. Roberto infantulo virili animo respuente mulieris impuræ vbera, & lac: Adde Cant. 4 vers. 10. *Quàm pulchræ*

ubera mammæ tuæ. Soror mea Sponsa: vbi Rupertus: *Cum indignam te reputares lactare filium hominem, digna habita es mammis pulchris, vberibus pulcherrimis, mammis virgineis vberibus intactis lactare Filium Deum, & hominem*: Nec aliter Guillielmus ibi, inquiens: *Quæ gratæ sunt oculis Patris mammæ, quæ Filium vnicum aluerunt: quàm pulchræ sunt, quæ lacte singulariter candido tumuerunt.*

Pro Festo Nativitatis Mariæ.

1 *De qua natus est Iesus.* Merito dubites: Cur cum de Nativitate passiva Mariæ agitur: non de illa, sed de activa, qua Mater Christi esse dicitur sermo fiat? sed respõsio ad manum est: notanter vt apta nata significetur: dici, natum de ipsa Filiũ Dei: quasi nata videatur ad dignitatem Matris Dei, tãta videlicet proportione inter Filium, & Matrem servata; quemadmodum de vitis sapientibus, aut fortibus dicitur: natos esse ad litteras, natos ad arma, lib. 2. Adnot. 4. tota, fol. 143.

2 *Natus est Iesus*: Qui Iesus, id est, Salvator natus; à Maria nasci debuit: quæ Deum Salvatorem peperit, lib. 1. Adnot 5. fol. 29. 1.

3 *De qua natus est Iesus.* Notanter: qui natus nobis Iesus, & Salvator à Maria natus esse dicitur, quæ tantæ rei omnem operam, & materiam, carnem, scilicet, ministravit: Tertullian. lib. de carne Christi cap. 6. *Vnde caro, si non nata? Quia nasci haberet ea futura, quæ nascitur*: ecce totum salutis nostræ cardinem. Ipsomet Tertull. sive Novatiano lib. de Trinitate cap. 11. afirmante de Christo illo ab Hæretico, vel ex cœlesti, vel aërea materia confecto: *Quid mihi solidum possum repromittere, si à Maria nihil accepit.* Lib. 1. Adnot. 9. fol. 53.

4 *De qua natus est Iesus.* Damascenus orat. 1. de Nativitate Virg. *Vitam naturâ præstantiorem habebis: non tibi ipsi, neque enim tui ipsius causa progenita es, pro circa Deo habebis, ob quem in vitam prodisti, vt orbis vniversi saluti Administrã te præberes, atque antiquum Dei consilium, hoc est Incarnationẽ Verbi, ac nostræ Deificationis per te implere-*

tur: Ecce Virginis Nativitatem non sibi, sed Deo, & nobis factam: & Virgini quidem, quà Deo, & Deo omninò, quia nobis: vide primum lib. 1. Adnotat. 7. & seqq.

5 Deinde observa Mariã Dei Administram in salute hominum. Vnde Advocata misericordiæ, *quia non est bonum hominem esse solum, faciamus ei Adiutorium simile sibi*, lib. 1. Adnot. 2. fol. 11.

Pro Festo Præsentationis, & Sanctæ Mariæ ad Nives.

1 *Extollens vocem mulier de turba dixit illi.* Richard. à S. Laur. lib. 2. de Laud. Virg. *Volebat Filium laudare, & dixit*: Beatus venter, qui te portavit *intelligens per Spiritum Sanctũ in Matris laudibus Filium collaudari*, lib. 1. Adnot. 5. fol. 152. & lib. 5. Adnot. 11. fol. 551.

2 *Beatus vẽter, qui te portavit*: Magna quidem laus Mariæ Matrem Dei esse, lib. 2. Adnot. 1. fol. 125. Magna laus, & magna felicitas Filium Dei, nõ Angelicam, sed humanam naturã susscepisse; *profundo cõsilio* inquit Augustin. tract. 24. super Magnificat; pergit *Profundum erat consilium, vt pro homine Deus homo fieret*: sed quare? vt videlicet vt Mariam Matrem haberet, lib. 2. Adnot. 6. fol. 153.

3 *Beatus venter, qui te portavit, &c. at ille dixit: Beati, qui audiunt Verbum Dei, &c.* Notantissimè Dominus ventris Mariæ non opposuit, sed apposuit *Verbum Dei* denotans generationem eius ex vtero Patris dicentis, *ex vtero ante Luciferum genui te*, Psal. 109 observante Basilio lib. 5. contra Eunomium ad hæc verba: *Vterum se ipsum ad generandum habere Deus dixit ad cõfusionem impiorum, vt saltem suam considerarent naturam, proprium Patris fructum, sicut ex vtero suo natum Filium esse prædicant*: pulchrum quidem pro Mariæ castitate. Habere ipsam, & Filium communem cum Patre, & vterum, vt planum fiat, quod dicebat Bernardus: *Humilitate placuit Virginitate concepit.* Et Chrysostomus apud Metaphrastem serm. de Nativitate: *Cũ enim Maria supra omnem humanam naturam castitatem servaret, propterea Christum*

Dominum in vtero concepit, lib. 3. Adnot. 8. fol. 258. & lib. 2. Adnot. 6. n. 6. ibi: *Transi hospes, & orna mensam*, fol. 159. 2.

4 *Beatus venter, qui te portavit*: Accuratus dicendi modus pro ineffabili Virginis laude, quo exprimitur dignã Matrem Dei fuisse, cuius humeri tanto honori, sive oneri pares fuerunt: Gregor. Taumat. serm. 1. de Annunt. *Sola fert cum, qui Verbo omnia portat*, lib. 2. Adnot. 3. num 5. fol. 139. Cui sensui subscribens Christus Verbum Dei sese nuncupavit subdens: *Quinimò beati, qui audiunt Verbum Dei*, vt dixerit, me portavit, non hominem tantum, sed Deum.

5 *Beatus venter, qui te portavit* Benè Richardus à S. Laur. lib. 2. de Laud. Virgin par. 5. *Beatus venter, & beata vbera, quia ex eorum repræsentatione Christo in precibus impetrat nobis beata hæc Mater absolutionem à culpa, & benedictionem in gratia, & glorificationem in gloria*: similiter Arnoldus Carnotensis tractatu de Laudibus Virg. *Securum accessum habes homo ad Deũ, &c. Christus nudato latere Patri ostendit latus, & vulnera, Maria Christo pectus, & vbera*, lib. 1. Adnot. 2. fol. 11.

6 *Et vbera quæ suxisti*. Notanter cũ Maria triennis in templo Deo sistitur; ventris & vberum eius ab Ecclesia mentio fit. Quod à Deo tanquam pretiosa præda, & rapina, iam tunc sibi futuræ Matris, lib. 2. Adnotat. 7. præsertim num. 2. fol. 162.

7 *Beatus venter, qui te portavit*: Vt in te omnes nos generaret ad vitam opportunè Vvtericus ser. 1. de Assumptione: *Eva vetus illa, non tam mater, quàm noverca, quæ filijs ante propinavit præiudicium mortis, quàm initium lucis; dicta est quidem mater cunctorum viventium, sed inventa est verius interemptrix viventium, seu genitrix morientium, cum filium generare nihil aliud sit, quàm mortem ingenerare. Et quia illa non potuit fideliter interpretari nomen suum, ista implevit mysterium: Mater siquidem est vitæ, qua vniversi vivunt, quã dum ex se genuit, omnes qui ex ea victuri sunt quodammodo regeneravit. Vnus generabatur, sed nos omnes regenerabamur*, lib 5. Adnot 10. num. 4. fol. 529. & Adnot. 12. fol. 530. & seqq

8 *Et vbera quæ suxisti*. Quare? Quia purum, & virgineum lac Tibi Dei Filio dederunt. Scitè Vener. Alanus in cap. 1. Cant. *Quæ delectabiliora? quæ meliora? quàm illa vbera, quæ propinarũt lac Christo non ex libidinis fœditate, sed ex virginitatis fœcunditate. Talia optabat Christus vbera, à tali vbere lac suggere, quod non saperet carnis lubricum, sed Virginitatis Antidotum*: Vnde opportunè de futura Matre Filio Dei lac præbitura festum Præsentationis in templo agitur, cum Maria Castitatis votum emisisset, lib. 3. Adnot. 8. fol. 288. ibi ex Vverrico. *Felix Castitas vteri virginalis, quæ huic operi materiam ministravit.*

9 *Et vbera quæ suxisti*. Rupertus lib. 3. in Cant. cum indignam te reputares lactare filium *hominem, digna habitaces mammis pulchris, vberibus pulcherrimis lactare Filium Deum, & homi*, nẽ? Nẽpè Maria virginitate placuit, humilitate concepit, lib. 3. Adn. 9. f. 295.

10 *Quinimò beati, qui audiunt Verbũ Dei, &c.* opportuna ex Augustin. Beda: *Eadẽ Dei genitrix, & inde quidem beata, quia Verbi incarnandi ministra facta est temporalis, sed inde multò beati, & quia ei sedem amandi custos manebat æterna*, vt dixerit Dominus laudanda quidẽ Maria, à ventre quo Mater mea fuit, sed potissimum laudari debet à mente, qua nive candidior omni humana natura glorioſior, ac purior Verbum Deiconcipere meruit, lib. 2. Adnot. 3. num. 6 fol. 140. & Adnot. 4 nu. 3. fol. 148. & 149. ibi ex Damasceno *gubernatam habens mentem.*

11 *Beatus venter, qui te portavit, & vbera quæ suxisti*. Maria apud Christũ iudicem efficax ex iure Advocata ad impetrandam ab ipso misericordiam, quod lac illi, & nutrimentum ad vitam dedit, lib. 2. Adn. 10. f. 180. 1.

12 *Vbera quæ suxisti*. Maria efficax Advocata nostra, à qua Dominus misericordiæ, pietatis, & indulgentiæ vbera suxit, lib. 2. Adn. 11. fol. 186.

13 *Vbera quæ suxisti*. Maria opportuna hominum Advocata, quod ab ipsius lacte iudex mitis, & suavis factus est, lib. 2. Adnot. 12. fol. 191.

14 *Vbera quæ suxisti*. Cant. 8. ego murus, & *vbera mea sicut turris*: ad munimen, & protectionem Tertullianus *felicitatem ab vtero, & vberibus transtulit in discipulos*, lib. 3. Adnotat. 7. fol. 282.

Pro Annunciatione B. Virginis, & festo Expectationis.

1 *Missus est Angelus Gabriel ad Mariam.* Nonne sublimior Angelica natura, quàm humana: cur ergo Angelus ad Mariam mittitur, & non potius Maria ad Angelum? cur inquam Dei Filius humanam potiùs, quàm Angelicam naturâ suscipere voluit? Nempè, vt quæ Mariæ dignitas super omnes Angelos est; tantam Dei Filius Matrem haberet, lib. 2. Adnot. 6. fol. 153.

2 *Ave gratia plena*: Pro *Ave*, sive ex Græco verbo *gaudere*, sive ex frequenti more Hebræo salutandi is sensus est, vt docet Maldonatus. *Iubet Mariam Angelus, gaudere lætari, bono animo esse*: ita Greg. Nyssenus orat. de Nativitate Domini, inquiens, *Ave*: cõtraria est hæc oratio illis vocibus, quas prima mulier audivit: tunc enim illa dolo ribus propter peccatum damnata est: nunc autem in hac per gaudium dolor expellitur: Similiter Andræas Cretensis hæc verba sic illustrans: *Salve lætitiæ organum per quod delicti nostri condemnatio expiata, ac veri gaudij plena facta compensatio est.* Vnde ipse Angelum, sic secum ratiocinantem facit. *Ab ipso gaudio exordii summã lætitiæ signa statim ei denuncians; decet enim in præconijs ita Reginam salutare.* Melius vero Gregorius Thaumaturgus hanc à summo Patre salutationem Angelo dictatam, sic affirmat serm. 3. in Annunciat. *Tu illud Ave gratia plena ad Mariam dicito, vt ego æruminosæ, atque afflictæ misereat Evæ*, lib. 1. Adnot. 7. fol. 40. *Maria Advocata miserecordiæ, quæ Dei Filium Advocatum misericordiæ nobis fecit*: opportunè siquidem dixit Irenæus lib. 3. cap. 33. *Sicut Eva seducta est, vt effugeret Deum: sic Maria suasa est obedire Deo, vt Virgini Evæ Virgo Maria fieret Advocata.*

3 *Ave gratia plena.* Titus Bostrensis. *Quandoquidem Deus ad Evam dixerat*: in dolore paries filios, *propterea Angelus gaudium per quod Olim decretus dolor solvitur, Virgini denunciat*: & Irenæus præfato cap. 33. Sic autem, & Evæ inobedientiæ nodus solutionem accepit per obedientiam Mariæ, quod enim ligavit Virgo Eva per incredulitatem, hoc Virgo Maria *solvit per fidem*: ecce tibi Mariam ligandi, atque solvendi potestatem habẽtem, lib. 2. Adnot. 13. fol. 196.

4 *Gratia plena.* S. Thomas 3. p. 30. art. 4. *Præmisit idoneitatem ad Conceptum in hoc, quod dicit* gratia plena: *& expressit conceptum in hoc, quod dicit Dominus tecum*: Sic Angelicus Doctor: à quo edoctus alter S. Thomas à Villanova serm. 3. de Nativitate Virginis, ait: *Antequam conciperet Filium Dei, iam idonea erat, vt esset Mater Dei*, lib. 2. Adnot. 2. num. 7. & seqq. fol. 135. Maria digna Mater Dei: vbi habes ad munerã non nisi idoneos ministros deligẽdos

5 *Gratia plena*: Sed quæ hæc idoneitas fuerit? nempè eximia puritas; & ardens Castitatis amor, sine quo plena gratiæ non subsisteret: Sic S. Ephrem hom. de Margarita scitè gratiam propendẽtem faciens, donec hanc in Maria idoneitatem inveniret, qua Divinitati proxima esset, ait enim: *Non amplius propendens erat gratia, sed dum iure optimo incorruptionis vim illi præbet ides naturam adduxit, & hanc excipiens gratia, non amplius corruptibilem passa est, verum sibi ipsam adiunxit*: atque ita facta est Sancta *Maria, non iam mulier, sed Virgo, & gratiæ plena*: Vt dixerit: vt idonea esset Maria ad Dei Filium concipiẽdum, necesse erat elevari supra se, & supra humanam naturam corruptioni obnoxiam: at enim cum ipsa puritatis esset amantissima, non iam mulier, sed Virgo gratia plena inventa est: Nimirum *puritas, & ab omni malo alienatio* (inquit Nyssenus orat. in beatitudines) *Deitas* est, lib. 3. Adnot. 3. fol. 288.

6 *Gratia plena.* S. Gregor. Thaumaturg. iam citatus. *Convenienter Archangelus* S. Mariæ *Virgini primo illud Ave gratia plena præsignificavit quoniam in ea totius gratiæ thesaurus reconditus erat.* Vt noveris per eam divitem te esse futurum, lib. 3. Adn. 1. fol. 245. vide ibi, num 9. fol. 249.

7 *Gratia plena*, S. Fulgentius. *Cum dicit* gratia plena *ostendit in integro iam exclusam primæ sententiæ, & plenam benedictionis gratiam restitutam*: Vt à Virgine, & per Virginem perdita salus inventa fuerit: & ex bonæ fidei contra-

ctu carnem Dei filio ad excludendam iram, & redemptionem humani generis dederit, lib. 1 Adnotat 14. fol. 82.

8 *Gratia plena*, Bernard. serm. de Aquæductu *plena sibi super plena nobis*. Richard. à S. Laurentio lib. 1. de Laud. Virg. cap. 4. *Bene enim dicta es; gratia plena, & in tantum plena, vt ex tuo Redundante totus hauriat mundus. Si enim prudentes Virgines accedeunt oleū in vasis suis cum lampadibus: tu prudētissima Virgo, & Virgo Virginum non vnum tantum vas habuisti oleo gratiæ repletum, quo lampadem tuam inexstinguibiliter ardentem nutrires; sed aliud gestasti vas redundans, & indeficiens, ex quo effuso oleo misericordiæ omnium lampades illuminares, & vasa omnium vsque ad summum, & perfectum impleres, & in illo nihil minueres.* Hæc ille, & alia, quæ habes in eo elusione operis sub titulo extremæ dementiæ esse; peccatores, sive in vita, sive in mortis hora ad Mariam non confugere, vt veniam, & salutem consequantur, fol. 549.

9 *Gratia plena, Dominus tecum: Quia Dominus tecū; Dominus nobiscum est*: Leo Imperator orat. 7. in Annunciat. *Acclamamus igitur*, Ave gratia plena: *per te Dominus nobiscum: quæ tanquā lilium in medio confusissimi, & perturbatissimi passionum humanæ naturæ campi efflorauisti, & propter hoc Rex ex sua celsitudine sine eius detrimento descēdens cum terrigenis habitauit constructo sibi ex sua violentia tua*: observa: *Per te Dominus nobiscum* affluens muneribus gratiæ, quæ nobis per manus tuas distribuit: vt hinc noveris; vt omnia nobis bona à Maria adveniret; ita sine illa nihil in nobis boni esse nisi gemitum, & egestatem dicente Ecclesiastico cap. 36. *Vbi non est mulier ingemiscit æger*, sive vt alii legunt *egens*. Sic hæc explicante Richardo lib. 6. de Laud. Virginis: *Maria mulier, quia vbicumque non est, nō est nisi gemitus, & egestas, Ecclesiast. 36. Vbicūque enim non est Maria per gratiam, non potest esse nisi miseria, & egestas*: vide lib. 3. Adnot. 1. fol. 245. & lib. 4. Adnot. 9. n. 6. fol. 441.

10 *Benedicta tu in mulieribus*: Huic benedictioni; illa tantopere nobis facienda optanda, & procuranda benedictio: *Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum* connexa, & per Mariam obtinenda nobis est: ita id observāte Simone de Cassia lib. 2. de Virgine Maria cap. 2. Neque ista benedictio sibi soli propter eam *solam applicata est; sed vt in ea omnium benedicendorū, & vocandorū in extremo iudicio ad percipienda regna cœlestia: similiter, & æterna benedictio ante celebraretur enunciata per Angelum de numero Angelorum, in quorum similitudinē beatitudinis electi sunt transfeuendi*, lib. 5. Adnot. 1. & 2. & 3. à fol. 475. vsque ad 485.

11 *Benedicta tu in mulieribus*. Richard. à S. Laur. lib. 1. de Laud. Virg. *Per Mariam enim effusa est benedictio super mulieres. O quot! eius auxilio, & precibus de maledictione eruptæ sunt, & cottidiè eripiuntur*. De sinistra ad dextrā translatæ, lib. 5. Adnot. 3. fol. 485.

12 *Quæ cum audisset turbata est*, Richard. à S. Laurentio lib. 1. de Laud. Virginis cap. 6. *Audito hoc Verbo* Benedicta tu in mulieribus *turbata est, quia in Virginibus benedici semper optabat, & ideò cogitabat qualis esset ista salutatio, quæ ab initio videbatur esse suspecta*. Talis, tantusque erat Virginis castitatis amor, & firmū de ea custodienda propositum, lib. 3. Adnotat. 8. fol. 288. & seqq.

13 *Et cogitabat qualis esset ista salutatio*; quæ videlicet ipsi præeximia humilitate quadrare nō posse videbatur: Laur. Iustin. serm. in Annunciat. *Revolvebat Virgo animo singula, nuntij cœlestis verba, seque metiebatur in se parvitatem, situm Dei altitudinem profusam illius bonitatem matura consideratione pēsabat, nihilque tanti oraculi dignum sibi inesse cernebat: vnde magno cogitationū æstu intus vrebatur, tanto muneri humilitate resistente*, lib. 3. Adnot. 9. num. 7. fol. 298.

14 *Invenisti gratiam*: Hugo Card. *Non dixit Angelus Habuisti gratiā apud Dominum*, sed invenisti, *quia res habita, vt propria custoditur: res inventa restituitur illis, qui amiserant*: vide lib. 1. Adnot. 18. n. 4. fol. 225. adde Bernardum hom. 3. in Missus est. *Quam gratiam? Dei & hominem pacem, mortis destructionem, vitæ reparationem.*

15 *Invenisti gratiam apud Dominū*. Bernard hom. 3. in Missus est, *O si scires, quantū tua humilitas Altissimo placeat! quanta te apud ipsum sublimitas*

mancat, Angelico te indignam, nec alloquio iudicares, nec obsequio, vt quidenim indebitam tibi dixeris gratiam Angelorum, quæ inveniſti gratiam apud Deum? lib. 3. Adnot. 9. à n. 2. fol. 296.

16 *Inveniſti gratiam apud Deum:* Bernard. ſerm. in Nativit. Virgin. *Prudens Virgo non ſapientiam, vt Salomon; non divitias, non honores, nõ potentiam, ſed gratiam requirebat:* ſed quam gratiam? reſpondet alibi idem Bernardus ſerm. 4 de Aſſumpt *Hæc eſt, qua totius mundi reparationem obtinuit, ſalutẽ omnium impetravit. Conſtat enim pro univerſo genere humano fuiſſe ſolicitam, cui dictum eſt. Ne timeas Maria inveniſti gratiam, vtique quam quærebas,* lib. 1. Adnot. 3. fol. 17.

17 *Inveniſti gratiam apud Dominũ!* Sapiens dicebat *Mulierem fortem, quis inveniet?* Richardus lib. 2. Mariæ dictum eſt *inveniſti gratiam apud Dominum:* ſicut enim Mariæ inventio fuit habere talem filium. Ita Chriſto fuit inventio habere talem Matrem, lib. 2. Adnot. 6. n. 7. fol. 152.

18 *Spiritus Sanctus ſuperveniet in te:* Ambroſius libro 1. in Lucam. *Hodie primum auditur Spiritus Sanctus ſuperveniet in te, & auditur, & creditur:* Ad cuius guſtum Rupertus in cap. 1. Matth. *Ab hoc loco primum inſonuit in auribus noſtris, hoc inſigne vocabulum proprium, & abſolutum Spiritus Sanctus vbi Angelus ad Mariam Spiritus Sanctus ſuperveniet in te:* Sed enim, Geneſ. 1. verſ. 3 dicitur *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas:* Sive vt eſt in Hebræo *incubabat aquas:* Subſiſtit tamen Ambroſij, & Ruperti conſideratio: nam in Geneſ. de formatione, ſeu creatione rerũ, ſiue piſciũ, & avium in quibus futuri homines ſignificabãtur agitur, ideò notanter Spiritus Domini iis adſcribitur: in Maria vero primum auditur ſuperveniens Spiritus Sanctus, quia ab ea Filius Dei naſciturus; & ab ipſo; & per ipſam mundo ſanctitas erat adventura, pulchrè Bernard. ſer. de Nativitate Virg. *Plena eſt gratia, & gratiam adhuc invenit. Dignè prorſus invenire, quod quærit, cui propria non ſufficit plenitudo, nec ſuo poteſt eſſe contenta bono, &c. petit ſuperefluentiam ad ſalutem univerſitatis:* Spiritus Sãctus *ait ſuperveniet in te, & pretioſum illud balſamum tanta copia tibi, tanta plenitudine inſtuet, vt copioſiſſimè effluas vnicuique,* vide lib. 3. Adnot. 1. fol. 245.

19 *Et virtus Altiſſimi obumbrabit tibi:* Gregorius Magnus. *Per obumbrationem enim vocabulum incarnandi Dei vtraque natura ſignificatur: vmbra enim à lumine formatur, & corpore. Dominus autem per Divinitatem lumen eſt. Quia ergo lumen incorporeum in eius vtero erat corporãdum, rectè dicitur* virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: *Id eſt, corpus in te humanitatis accipiet incorporeum lumen Divinitatis:* Ecce tibi Dei Filium à Maria humanam carnem ſuſcipientem factum nobis vmbram ſalutis, lib. 1. Adn. 18. fol. 103.

20 *Ecce concipies in vtero:* Concil. Epheſinum cap. 7. *O vtere! in quo arma aduerſus mortem fabrefacta ſunt,* nimirum *Dominus regnavit decorem indutus eſt, indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe* accipiens à Maria carnem ad vincẽdum opportunam, lib. 1. Adn. 13. fol. 76.

21 *Ecce concipies in vtero* opportunè Gregor. Thaumat. ſerm. 3. de Annunciat. *O vteri in quo confectus eſt cõmunis noſtræ libertatis libellus! ô ventri! in quo adverſus mortẽ fabre facta ſunt arma! ô templum! in quo Deus ipſe factus eſt Sacerdos! naturam non demutans, ſed eum qui eſt ſecundum ordinem Melchiſedech per miſericordiam induens:* Eleganter & ſignatè omnia: Pende verò hæc extrema *per miſericordiam induens,* vt videris eum, qui indutus eſt *lumine, ſicut veſtimento,* Pſalm. 103. à Maria miſericordia indutum: à qua miſericordia Advocata factus eſt Advocatus miſericordiæ, lib. 1. Adnot. 7. n. 2. ibi *fiat manus tua, vt advocata ſit mei.*

22 Et paries Filium, & vocabis nomen *ius Ieſum,* benè Chryſologus ſerm. 142. *Non dixit* Tibi, *non dixit* tuum. *Monita ergo per Angelum Virgo, ne præſumas hunc vocare Filium tuum, ſed mox, vt genueris invoca ſalvatorem; quia virginitas non parit ſibi Filium, ſed parit pignus Auctoris:* vt dixerit cum Bernardo: *Talis decebat Virginem partus, vt non pareret niſi Filium Dei:* fuerat nimirum indecens, & importunum, virginitatem, quæ cum Deo cognata eſt tum vel maximè, quæ non poteſt niſi ex Deo parere; hominem gignere, ergo quæ parit Deum, non ſibi vni pariit, ſed omnibus omnino hominibus

ad quorum ſalutem venit, lib. 2. Adnot. 18. fol. 223. & Adnotat 19. fol. 229.

23 *Filius Altiſſimi vocabitur*: obſerva Dei Filium, qui ſemper Altiſſimi Filius erat; à Maria habuiſſe, vt vocaretur ab hominibus Altiſſimi Filius nimirum, ſicde ipſo à Maria nato dicebat ipſe. *Verbum meum ad me non revertetur vacuum*, Iſaiæ 55. lib. 1. Adn. 11. fol. 68 2.

24 *Ecce ancilla Domini*: Richard. à S. Laur. lib 4. de Laud. Virg. *Charitas Mariæ adnos apparuit in Annunciatione: quando reſpondit*, ecce ancilla Domini *cupiens filium procreare, qui noſter ſervus fieret*, & ideò ſe nominavit Ancillam, quia partus ſequitur vētrem, vide lib. 3. Adnot. 14. fo. 328.

25 *Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundum Verbum tuum*. Bernard. hom. 4. in Miſſus eſt. *Reſponde Angelo, imo per Angelum Domino reſponde Verbum, & ſuſcipe Verbum: profer tuum, & concipe Divinum: Quid tardas? Quid trepidas?* Dixerim, non importunè Bernardo pro Virgine: Merito quidem eum, qui ad fideiubendum in re gravi invitatur, trepidare, & tardare, dicente Salomone, Prov. 6. verſ. 1. *Fili mi ſi ſponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam illaqueatus es verbis oris tui*: Et verò Maria Deo aſſenſum præbens pro ipſo ſalutem daturo fideiuberet viſa eſt, lib. 1. Adnot. 12. fol. 74.

26 *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum Verbum tuum*, Titus Boſtrenſis. *En tabula ſum quamcumque Scripturam ſuſcipere idonea*: Quæ egregiam Deiparæ magnanimitatē ſignificant, quaſi totam Dei potentiam, mundi creationem, & rerum formationem in ſe transferre videatur: ſic premente S. Laur. Iuſtin. ſerm. de Annūciat. Virginis verba: *Fiat mihi ſecundum Verbum tuum prolatum à te: ſecundum Verbum illud per quod Pater cœlum creavit, & terram: dixitque fiat lux, & facta eſt: ſecundum illud Verbum dico, quod à principio Deus erat Verbum*, lib. 1. Adnot. 11. tota, fol. 307. & Adnot. 10. fol. 301.

27 *Ecce ancilla Domini, Fiat mihi ſecundum Verbum tuum*, Bernard. hom. 4. in Miſſus eſt: *In ſempiterno Dei Verbo facti ſumus omnes: & ecce morimur: in tuo breui reſponſo ſumus reficiendi, vt ad vitam revocemur*, lib. 1. Adnot. 13. n. 5. fol. 78. 1.

28 *Fiat*. Pulchrè Damaſcenus orat. 1. de Nativitate Virgin. exclamato: *O quot miraculorum, & cuius modi fœderum hæc filiola, hæc ſterilitatis fœtus: officina exſtitit Divinitatis, & humanitatis*: in qua quidem Deus homo factus icto fœdere humanā Redemptionem firmavit, lib. 1. Adnot 12. n. 5. fol. 91.

29 *Fiat mihi ſecundum Verbum tuum*: O omnipotens Verbū, & Magnanimitate divina plenum. Fiat Dei voluntas: Fiat beneplacitum Patris: Fiat mundi Redemptio. Fiat ſalus hominum; ſanè vt iam indè Regium, & divinum ſigillum Spiritus Sancti ad aperiendum cœlum, & ligandi, ac ſoluendi poteſtatē Virgo habere videatur: dicente Geometra: *Sigillum Spiritus Sancti in te exprimetur*, & S. Bernardino Senenſi ſer 61. art. 2. cap. 1. *Fuit B. Virgo ſignum magnæ gratiæ in Incarnatione Filij Dei demonſtratæ, & datæ: Signum* (id eſt, ſigillum) *operit, & claudit, quod ſignatum eſt: ſic B. Virgo in immaculato vtero ſuo ex dono gratiæ magnæ, & infinitæ clauſit, & aperuit Filium Dei pro nobis, quando Verbum Dei caro factum eſt*. Similiter Aug. ſerm. 17. *Virgo perpetua fides tua mundo, aut aperit cœlum, aut claudit*, lib. 2. Adnot. 13. fol. 197.

Pro feſto Viſitationis.

1 *Exſurgens Maria abijt in montana, cum feſtinatione*. Obſerva promptitudinem Mariæ ad ſalutem ferendam, quæ non vocata exſurgit: ſpontanea opitulatione ſubveniens, lib. 2. Adn. 14. fol. 200.

2 *Exſurgens*, obſerva accuratum dicendi modum; quo Maria ſalutem afferens ſublimem ſeſe oſtendit; & Reginam cui proprium eſt benefacere, & opem ferre, lib. 1. Adnotat. 4 fol 22.

3 *Cum feſtinatione* indidem, num. 8 fol. 203. *Introivit in domum* Zachariæ Ambroſius in Lucam *contuendum eſt, quia ſuperior venit ad inferiorem, vt inferior adiuvetur, Maria ad Eliſabeth. Chriſtus ad Ioannem*. Mira Mariæ humilitas, lib. 3. Adn. 8. fol. 188.

4 *Et ſaluta vit Eliſabeth*. Ambroſius:

Nec *ſolum venit, ſed etiam prior ſalutavit. Decet enim, vt quanto caſtior Virgo tanto humilior ſit.* Sit Magiſtra humilitatis; *in qua eſt profeſsio Caſtitatis*, lib. 3. Adnot 9. fol. 295.

5 Preme denuo Ambroſium, *vt inferior adiuvetur.* Vt videris Mariæ humilitatem cum magnanimitate coniunctam indicent, Adnot 10 fol. 301.

6 *Vt audivit ſalutationem Mariæ Elilabeth exſultavit infans in vtero eius.* Bernardus ſer. 1. de Aſſumptione. *Hæc eſt enim, cuius ſalutationis vox, & ipſos exſultare facit in gaudio, quos materna adhuc viſcera claudunt: Quod ſi parvuli, nec dum nati anima liquefacta eſt, vt Maria locuta eſt*, lib. 4. Adnot. 3. ſub titulo Dulcis Aduocata hominum, quæ occaſiones, & opportunitates ſalutis eorum obſervat fol. 401.

7 Et ſignatè Adnot 4. fol 406. ibi Mariam opportunam hominum Advocatam quæ ipſos ad ſalutem conſequendam tanta benignitate allicit, vt alacres, & læti in Dei obſequium currant, fol. 406.

8 Et Adnot 6 fol. 418. Sapiens Advocata, quæ vt homines ad virtutem alliciat decipere, ac incãtare eos quodammodo videtur.

9 *Vt audivit Salutationem Mariæ*, Maldonatus ibi: *Id eſt, ſtatim, vt audivit voluit enim Evangeliſta ſignificare ſalutationem ipſam Mariæ cauſam fuiſſe, vt & Ioannes exultaret in vtero, & vterque Mater, ſimul & Filius Spiritu Sancto repleretur, quaſi Maria plena, iam Deo Dei ſpiritum in Eliſabetham eiuſque infantẽ os ad loquendum aperiens exhalaverit*, lib. 4. Adnot. 8. tota præcipuè num 5. fol. 434.

10 *Benedictus fructus ventris tui.* Nulla eminentior, nulla maiori emphaſi plena Mariæ laudatio, quàm affirmaſſe Dei Filium velut naturalem ventris eius fructum eſſe: quaſi eiusdẽ naturæ, eiusdem qualitatis opportunè S. Vigilius contra Eutychem lib. 3. *Germinet* terra herbam virentem, &c. *Si ergo generis ſui naturæ germina, & fructum propriæ qualitatis ex ſeſe ligna producunt, non dubium eſt Ieſſeicæ radicis virgam; Beatam videlicet Mariam naturæ ſuæ germen, id eſt, Dominum Ieſum ex ſuæ carnis materia protuliſſe*: Notanter: naturæ *ſuæ germen*, lib 2. Adnot. 5. fol. 148.

11 *Exſultavit infans in vtero eius.* Benè id *quaſi Maria plena, iam Deo*, &c. Sapienter Rupertus in id Cant. 1. *Introduxit me Rex in cellaria ſua*, ſic ait: *Qui enim Verbum ſuum, quod erat, & eſt in corde ſuo mihi totum infudit, quomodo non etiam cum illo mihi omnia donavit? Non enim introductio qualiſcumque hæc debet intelligi, ſed introductio cum iure poſsidendi*: Hæc ille quibus adde, & diſtribuendi: Quæ ligandi, atque ſolvendi poteſtatem habet, lib. 1. Adnot. 13. fol. 196.

12 *Benedicta tu in mulieribus.* Vvericus, *Quæ primæ matris maledictionẽ diſſolvit, vt per iſtam benedictionem hæreditatem poſsideant, qui per illam ſub præiudicio maledicti æterni fuerant nati*: vbi vides clientes Virginis cœleſtem hæreditatem aſſequi, lib. 5. Adnotat. 11. fol. 534. Itidemque Mariam peccatores à ſiniſtra Dei manu ad dexterã ſtatuere, lib. 5. Adnot. 3. fol 485.

13 *Benedicta tu inter mulieres*: Eva illi maledictioni addicitur: *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos*, Geneſ. 3. Maria verò dicitur benedicta, quod dum Mater Chriſti eſt, multorũ filiorum efficitur Mater: ita Ambroſ. lib. de inſtitutione Virginis. *Vnũ grãum frumenti fuit in vtero Virginis Chriſtus Dominus, & tamen acervus tritici dicitur* (Cant. 7.) *quia granum hoc virtute continet omnes electos, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.* Similiter Richard. à S. Laurentio lib. 1. de Laud. Virg. cap. 5. *Benedicta in mulieribus non tantum, quia ſola ſine concupiſcentia cõcepit, & ſine dolore peperit, ſed quia præ omnibus in prole multiplicata eſt; & ſi enim carnaliter vnum genuit filium, in eo tamen ſpiritualiter Mater effecta eſt magnæ multitudinis filiorum, quorum Chriſtus primogenitus eſt*, vide lib. 5. Adnot. 10. n. 4. fol. 529.

14 *Benedicta tu inter mulieres*: S. Petr. Damianus ſer 40. qui eſt de Nativitate Virginis. *Per mulierem infuſa eſt maledictio terræ; per mulierem redditur benedictio terræ, per cuius manũ potus mortis amaræ porrigitur, per eã quoque dulcis vitæ poculum exhibetur*, lib. 3. Adnot. 3. Maria clientes ſuos pane cœleſti nutrit, fol. 257.

15 *Benedictus fructus ventris tui.* Notatiſsimè Dei Filius ab Eliſabeth fructus ventris eius appellatur. Qui ni

dem fructus ventris Patris esse perhibetur, Psalm. 109. *Ex vtero ante Luciferum genui te*, de quo Basilius libro 3. adversum Eunomium: *Non quoniam vterum Deus habeat, &c. sed vterum se ad generandum habere Deus dixit ad cõfusionem impiorum, vt saltem suam considerantes naturam proprium Patris fructum, sicut ex vtero suo natum Filium esse prædicant.* Vbi observa eumdem Dei Filium fructum Patris, & fructum Mariæ appellari: compone vnam arborem cum alia, vt excellentiam Virginis omni cogitatione maiorem noveris, lib. 2. Adnot. 5. fol. 148.

In Purificatione Virginis.

1 Vt sisterent eum Domino: Benè quidem, & Theologicè ambigit Athanasius in Catena S. Thomæ. *Sed quando à paternis aspectibus latuit Dominus, aut quis locus excipitur ab eius imperio, vt ibi exsistendo semotus à Patre sit? nisi afferatur Ierosolymam, & introducatur in templum?* Cui dubitationi, sic respondet. *Sicut non gratia sui homo factus est, sic propter nos sistitur Domino:* vt semetipsum offerat oblationem, & hostiam pro peccatis nostris per manus Mariæ; iam inde *purgationem peccatorum faciens* factus Advocatus interpellans Patrem pro peccatoribus, lib. 1. Adnot. 8. fol. 46.

2 *Vt sisterent eum Domino:* Opportunè Maria sistit Domino Christum, quæ ex contractu bonæ fidei, cum ipso inito carnem ad humani generis Redemptionem ei dedit, lib. 1. Adn. 14. fol. 82.

3 Cum impleti sunt dies purgationis Mariæ. Purgatione ne egebat Sole purior? Absit: *Si legis ipsius diligentius verba perspexens* (inquit Beda) *profecto reperies, quod ipsa Dei genitrix, sicut à commixtione virili, sic & legali, sic iure immunis.* Cur ergo & se ipsam, & Filium suum legibus subijcit? Sanè vt inde peccatores moneantur, non solum sanitati, sed etiam pulchritudini virtutum intendere; eamque à Virgine obsecrare, lib. 3 Adnotat. 23. fol. 334.

4 *Cum impleti sunt dies purgationis Mariæ*, Bernard. serm. 3. de Purificatione. *Vere, o beata Virgo, vere non habes causam, nec tibi opus est Purificatione: Sed numquid Filio tuo opus erat Circumcisione? esto inter mulieres, tanquam vna earum: nam & Filius tuus est in numero puerorum.* Pulchrè *tanquam vna earum* ab humilitate, lib. 3. Adnotat. 9. fol. 193.

5 *Par turturum, aut duos pullos columbarum*, Ambros. lib. 2. de Abrahã cap. 8. *Hoc ipso quod aves posuit, intelligere possumus cælestium meritorũ volatus:* Vide lib. 4. Adnot. 6. à nu. 5. fol. 421.

6 *Par turturum, aut duos pullos columbarum*, Origenes hom. 14. in Lucam: *Sicut nova fuit generatio Salvatoris non ex viro, & muliere, sed ex sola tantùm Virgine; sic & par turturum, & duo pulli columbarum: non erant illæ volucres, vt istæ, quæ per aërem volitant, sed divinum quoddam, & humana contemplatione augustius sub specie columbæ, & turturis apparebat:* Concinit his Ambrosius lib. 5. Hexameron cap. 19. inquiens: *Hoc est verum Christi sacrificium pudicitia corporalis, & gratia spiritualis; pudicitia ad naturam refertur, ad columbã gratia:* Ergo inquit Origenes pudicitiam, & gratiam Mariæ sub turture, & columba designatas divinum quid, & humana contemplatione augustius sacrificium fuisse: divinas, scilicet, & ineffabiles virtutes: à quibus ad pudicitiam, & gratiam assequendam à Maria admonemur, & vrgemur, lib. 3. Adnot. 8. fol. 288.

7 *Dies purgationis*, Vyerticus serm. 4. de Purificatione. *O filij hominum tẽpus Purificationis advenit, quando Mater summæ puritatis, de cuius purgatione dies festus est nobis, pariter, fontem edit, & exemplum dedit nobis, quo debeamus purgari. Satius est, & suavius fonte purgari, quàm igne*, vbi observa Mariam nobis esse huius purgationis administram, lib. 3. Adnot. 14. num 5. & 6. fol. 328. & seqq.

8 *Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon*, S. Ildephonsus Toletanus in Catena Græca Corderij: *Sanctus iste senex mundum designat, quasi longo senio, & gravi iam ætate declivem. Accepit ergo senex puerum Christum in vinas, quia mundus in vltima sua ætate Dei Filium incarnatum accepit, & ab eo vetustate peccatorum exutus in bonam Christianæ Religionis infantiam est regeneratus* interveniente Deipara, quæ

reſtauratrix ſæculorum dicitur à Bernard. ep. 174. & à qua Dei Filius factus eſt in ſalutem, lib. 1. Adnot. 6. fol. 34. & lib. 2. Adnot. 18. n. 4. fol. 225. & cuius precibus mundus conſtat, ne in interitum ruat, lib. 1. Adnot. 21. f. 117.

9 *Et ipſe accepit eum in vlnas ſuas.* Vverricus ſerm. de Purificat. *Si quis ſe imperfectum ſenſibus, aut incondutum intelligit moribus veniat in templum cum Simeone, & puerum, quem Mater affert Maria accipiat in manibus, id eſt, Verbũ Dei, quod Mater offert Eccleſia complectatur affectibus*: & poſt nonnulla: *O Sion anima ſpeculans æterna conſidera, quæ ſit illa Maieſtas ſuſcipienda: cogita, quanta cura, ac diligentia te illi præparare locum oporteat*, lib. 3. Adnot. 3. de Maria, quæ clientes ſuos pane cœleſti nutrit, donec per incrementa virtutum formetur in eis Chriſtus, fol. 257.

10 *Nunc dimittis ſervum tuum in pace*, Ambroſius lib. de Bono mortis cap. 2. *Quaſi neceſsitate quadam teneretur in hac vita non voluntate, ita dimitti petit, quaſi à vinculis quibuſdam ad libertatem feſtinaret. Sunt enim velut vincula quædam corporis huius, & quod gravius eſt vincula tentationum, quæ nos alligant, & ad iniuriam captivitatis adſtringunt quadam lege peccati*, lib. 3. Adnot. 5. de Maria, quæ clientibus opem fert, ne tentationibus ſuccũbant, fol. 268. & Adnot. 6. fol. 274.

In feſto Aſſumptionis Mariæ.

1 *Intravit Ieſus in quoddam Caſtellum*, Bernardus ſerm. 2. de Aſſumptione. *Quid introiſſe eum dicimus in caſtellum? etiam in anguſtiſsimum virginalis vteri diverſorum introivit.* Ita ſane: ſed iam quomodo intravit? & quomodo etiam egreſſus eſt? Audi S. Ildephonſum lib. de Virginitate Mariæ: *Abſque veſte Deus, vt ita dicam ingreditur, qui vt certè dicam, carne veſtitus egreditur. Ad domum ſui operis venit, carnis veſtem tulit*: Carnis nempè veſtem; qua à Maria indutus eſt: de qua ipſe apud Paulum, Hebr. 10. verſ. 5. *Ingrediens in mundum dixit: Sacrificium & oblationem noluiſti corpus autem aptaſti mihi.* Obſerva corpus aptum, ſive aptatum, & concinne congruum divinitati (id enim eſt *mihi*) regiam, ſcilicet, purpuram tanto ſplendoris candore micantem, vt ſolaribus radijs candidior, & ſplẽdidior eſſet; eique ſuppar, qua Deitas amicta dicitur, Pſ. 103. v. 2. *Amictus lumine, ſicut veſtimento*: Sed & purpuræ addito regium diadema, vt habetur, Cant. 3. verſ. 11. *Egredimini Filiæ Sion, & videte Salomonem in diademate, quo coronavit eum Mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius*: explicante Ambroſio lib. de inſtitut. Virgin. cap. 16. *Beatus Mariæ vterus, qui tantum Dominum coronavit, quando formavit; coronavit eum, quando generavit*; & Bernardo ſerm. in Epiphania. *Qui à Patre ſemper coronatur corona gloriæ, à Maria Virgine coronatus eſt corona infirmitatis, & humanitatis*: Ecce tibi vt Maria Dei Filium abſque veſte ingredientem in mũdum veſtierit, ornaverit, coronaverit: Audi modo menſuram, qua Bonus Filius Matris in ſe pietatem remenſus fuerit in die Aſſumptionis eius, ex Ioanne Apocalyp. 12. *Ecce ſignum magnum apparuit in cœlo. Mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim*: obſerva amictum ex Bernardo reſpondentem amictui, quo veſtivit Filium: *Amicta Sole*, ſic enim ille: *Planè amicta lumine, ſicut veſtimento. Quam familiaris ei facta es Domina, quam proxima, imò quam intima fieri meruiſti; quantã inveniſti gratiam apud Deum: in te manet, & tu in eo: & veſtis eum, & veſtiris ab eo. Veſtis cum ſubſtantia carnis, & veſtit ille Te gloria ſuæ maieſtatis: Veſtis Solem nube, & Sole ipſa veſtiris*: Quæ ſic diffundit Vverricus ſerm. 2. de Aſſumptione ex perſona Chriſti, inquiens: *Veni electa mea, & ponam in te thronum meum. Nullus plus mihi miniſtravit in humilitate mea; nulli etiam abundantius miniſtrare volo in gloria mea. Communicaſti mihi, quod homo ſum: communicabo Tibi, quod Deus ſum*: Preme extrema hæc: *Communicabo ego, quod Deus ſum*: ſed cui (inquis) Deus cum benefacit non communicat, quod Deus ſit? At non eſt is ſenſus: ſed potiùs Deum in Virgine glorificanda vires Divinitatis ſuæ exercitum: & quidem optimo merito, & iure ipſo exigente: ſic hæc capiente Bernardo indidem: *Iure Maria Sole perhibetur amicta, quæ profun-*

diſſi-

diſsimum diuinæ Sapientiæ vltra quã credi valeat, penetrauit Abyſſum, vt quantũ ſine perſonali vnione creaturæ cõditio patitur, videatur immerſa: vbi præter quã quod Bernardus ineffabilem aſſerit, & vltra humanum captum gloriam Virginis, notanter ait: *luce Sole perimbetur amicta*: vt acceptam à Virgine carnem Sole puriorem: Sole ipſo Diuinitatis in ipſam profuſæ Filius eius perſolvat, vt hinc videris, quã opportuna ea doctrina ſit; quæ aſſerit Virginis gloriã, omnium Sanctorum, hominum, & Angelorum glo iam in vnum cumulum coniectam longo intervallo ſuperare, lib. 2. Adnot. 8. tota, fol. 167. Adde S. Thomam à Villanoua ſerm 2. de Aſſumpt. dicentem: *Quid de tuis delicijs dicam, ô Maria! Si oculus non vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus diligentibus ſe. Quod præparavit gignenti ſe, & proculdubio præ omnibus diligenti, quis loquatur*: Vide præfatã, Adnot. 8. num. 8. ibi. *Quid conſervos cum Domino ſocias tuo?*

2 *Optimam partem elegit ſibi Maria*: Richard. à S. Laur. lib. 1. de Laud. Virg. *Maria quod Deum genuit optimam partem elegit: optimam quantitate, quia totum habuit: optimam qualitate, quia puriorem; optimam dignitate, quia dignior pars intelligi non poteſt*, lib. 2. Adnot. 2. fol. 131.

3 *Optimam partem elegit ſibi Maria*: imò verò ipſa tanquam optima pars potiùs, quàm Angelica à Dei Filio electa eſt, qui non Angelicam, ſed humanam naturam voluit aſſumere, vt tali Matre frueretur, lib. 2. Adnot 6 tota, fol. 153.

4 *Optimam partem elegit ſibi Maria*: Cui dicitur *veni electa mea, vt ponam in te thronum meum*: vt Deus iudex benignè iudicet gentes in æquitate Maria interveniente, lib. 1. Adnot. 16. fol. 93.

5 *Optimam partem elegit ſibi Maria*: Sophronius ſem. de Aſſumpt. Virginis: *Meruit exſaltari ſuper choros Angelorum, vltra quam noſtræ humanitatis eſt natura: vbi non ſubſtantia tollitur, ſed gloriæ magnitudo monſtratur, cum elevatur in dexteram Patris, vbi Chriſtus pro nobis introijt Pontifex factus in æternũ*: vt quemadmodum Chriſtus pro nobis interpellat ad Patrem, ita Maria, tanquam Advocata apud Filium pro nobis ſemper interveniat, lib. 1. Adn. 2 num. 8. fol. 14. 2. & lib. 3. Adn. 14. n. 6. fol. 329.

6 *Optimam partem elegit*: Thronus Dei facta Maria ſedem nobis cœleſtẽ parat, ſic Menæa Græca die 17. Auguſti de Maria. *Thronus palam divinus, in quo qui conſedit, ille omnibus nobis, cœleſtem in eo ſellam confecit*: obſerva *in eo*. Nimirum is thronus, qui Mariæ & Maria eſt, ligandi, atque ſolvendi poteſtatem habet. Vnde Arnoldus tractatu de Laud. Virginis, inquit: *Eſt illa conſtituta ſuper omnem creaturam, & quicũque Ieſu curvat, genu Matri quoque pronus ſupplicat, & acclinis, & à dominatione, vel potentia Filij Mater poteſt eſſe ſeiuncta*, lib. 2. Adnot. 13. fol. 196.

7 *Optimam partem*, S. Petrus Damianus ſerm. 45. *Gloria, quæ eam de hoc mundo tranſeuntem accepit, principium ignorat neſcit filium*: aliter Andræas Hieroſolymitanus principium cum fine, ſic coniungens: *Virgo ipſorum Seraphim ipſam vincens naturã miraculo Dei generationis, Mater, quæ ipſum vivere pepererat, conſecuta vitæ finem, partui non abſimilẽ*: obſervo eum dicendi modũ *ipſum vivere pepererat*, quo Divinitas Filij viventis, & vitam dantis mirè exprimitur: profitẽte Eccleſia *Te ſemper idem eſſe, vivere, & intelligere profitemur*: & dicente Ioanne 1. v. 4. *In ipſo vita erat, & vita erat lux hominum*: vt velit Andræas Mariã Dei Filium viventem, & vitam dantẽ peperiſſe, & eum finem vitæ fuiſſe aſſecutam, vt thronus Dei fieret, in quo indulgentia, abſolutio, & vita hominibus tribueretur: ſic dixit Damaſcenus orat. 2. de dormitione Virginis. *Hodie Edem novi Adam paradiſum ſuſcipit animatum; in quo ſoluta eſt condemnatio, in quo plantatum eſt lignum vitæ*, lib. 1. Adnot. 14. fol. 82.

8 *Optimam partem elegit ſibi*: vt dixit Petrus Damian. *Conſecuta vitæ finẽ partui non abſimilem*: Dixit quippè Damaſcenus orat. 1. de Dormit. Virgin. *Mors perficit, beatoſque oſtendit; id videlicet ipſis afferens, vt in eorum virtutem nulla iam mutatio cadat, minimè tamen hoc in te vſurpavimus. Nec enim mors tibi beatitudinẽ attulit, nec migratio perfectionem conciliavit. Omnium enim bo-*

norum initium, medium, & finis, securitas etiam, ac vera confirmatio in illa seminis expertè cōceptione posita fuit. Ex quibus attentius expende, quò tādem progressa fuerit vsque ad felicissimū vitæ finem ea gratiæ plenitudo, quæ tale, ac tantum initium habuit; cum de Maria dixerit cœlestis Sponsus, Cant. 6. *Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol*, affirmante inibi Ruperto, & Richard. de S. Laur. lib. 7. de Laud. Virg. B. Virginem in principio vitæ fuisse, vt Auroram, in Filij Conceptione vt Lunam, in morte vt Solem; quibus varijs lucis corporeæ statibus varietas gratiæ processu temporis in Deipara declaratur, donec ad excelsissimum fastigium pervenerit, in quo ipsius virtutes, & merita omnium Sanctorum hominum, & Angelorum merita collectivè in vnum cumulum coniecta longo intervallo superat, lib. 2. Adnot. 8. fol. 167.

9 *Optimam partem*: Regiam nimirum coronam Angelorum, & hominum Bernardus serm. in signum Magnum: *Denique & coronavit eum, & vicissim ab eo meruit coronari. Dignum planè stellis coronari caput, quod & ipsis longè clarius micans ornet eas potius, quā ornetur ab eis. Quid ni coronent sydera, quam Sol vestit?* de qua Mariæ gloria hac die Angelos oblectante, sic S. Petr. Damian. serm. de Assumpt. *Sublimis ista dies, & splendidiore Sole refulgurans, in qua Virgo Regalis ad thronum Dei Patris evehitur, & in ipsius Trinitatis sede reposita naturam, etiam Angelicā solicitat ad videndum.* Ad quid vero humanam naturam Regia hæc Mariæ gloria solicitat: occurrit Regius Vates, Psal. 44. vers. 11. cum vt *adstitit Regina à dextris tuis*: Vt nimirum salutem, opem, & vitam hominibus afferat, sic Richard. à S. Laur. lib. 4. de Laud. Virgin. *Maria vera est, & vnica Filij imitatrix, ex quo ascendit in cœlum dabit, & ipsa dona hominibus: siquidem nec facultas ei deesse poterit, nec voluntas*: Vide lib. 3. Adnot 6. fol. 274. & Adnot. 13. 318 & Adnot. 14. 325. & Adnot. 15. 331. Notanter verò adstat Maria, vt videat nostra discrimina, & opem ferat, lib. 3. Adnot. 2. nu. 5. fol. 253.

10 *Optimam partem elegit*: Docemur hinc Maria Magistra, duce, & Advocata optimam, & securiorem viam ad salutem consequendam eligere, cū hic opus, hic labor, hic noster scopus, & finis esse debeat dicente Vate: *Benedictus es Domine: doce me iustificationes tuas*: quæ verba Agellius opportunè, sic elucidat: *Largus es tu Domine, & munificus, & benedictionibus plenus: Ego verò à te vnam benedictionem dari opto, vt me doceas iustificationes tuas, non tantum, vt intelligentia complectar, sed multò magis, vt ad vsum vivendi: moresque quod intellexero traducam; id namque verè est doctum esse, & alicuius rei peritum rem illam facilè, & frequenter efficere.* Lib. 3. Adnotat. 2. Maria diligens Advocata hominum, quæ illis viæ ad salutem ferentis ducem se præbet, fol. 251.

11 *Elegit sibi Maria*, Cant 4. vers. 13. *Fons hortorum, puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano*: Vbi Maria tanquam Regina coronatur: Guillielmus ibi: *Et fons hortorum rigando eos: puteus aquarum viventium continendo eas, continet sibi abyssos vitæ, & immortalium gaudiorum, sed non ita continet sibi, vt non effundat, & alijs: effundit Angelis, & hominibus pro captu singulorum: Angelis quidem torrentem voluptatis: hominibus in hac peregrinatione rivulos sanctitatis, donec & ipsi cives affecti inebrientur ab vbertate domus eius, & torrente voluptatis eius potenter*, lib. 3. Adn. 1. tota, 250.

12 *Optimam partem elegit sibi*: Observa Mariam dantem dona hominibus, & auxiliarem illis manum præbētem; *sibi* ipsi optimam partem elegisse, quod ipsorū Regina sit, & ea propter eorum salus, & vita ad ipsam pertineat; ideò sua interest, suumque negotium agit, cum subditorum patrocinium suscipit, lib. 1. Adnotat. 4. fol. 22.

13 Conclude concionem, cū Leone Imperatore orat. 6. Mariam in hac die salutante: *Ave Palatium ex quo humili habitu progressus Rex erectam contra nos mortis potentiam sustulit, durissimamque ipsius, ac molestissimam tyrannidem in quietem commutavit, ad quam Tu hodie reciperis, & ad immortalitatem per te præbitam proveheris.*

In Lamentatione B. Mariæ Virginis.

1 *Stabat iuxtà Crucem Maria, Ambroſius ſtantem lego flentem non lego*, mira Mariæ fortitudo, & magnanimitas lachrymas cohibentis, vt omnimodā voluntatis conformitatem, cum Deo præſeferret, lib. 5. Adn. 8. fol. 517.

2 *Stantem lego*, vt Cruciformis facta eamdem cum Filio pro noſtra ſalute Paſsionem, & crucem ſubiret, tanquam ſalutis humanæ egregia cooperatrix, lib. 5. Adnot. 6. à num. 4. fol. 508.

3 *Stantem lego*, Ambroſius lib. de Iacob, & vita beata cap. 6 premens ea Pauli verba ad Rom. 8. v. 32. *Qui proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.* Sic opportunè ait: *Pulchro verbo vſa eſt Scriptura, vt Dei Patris erga te pium propoſitum declararet. Conſidera affectum patrium. Quod pieratis eſt, quaſi morituri Filij ſuſcepit periculum, quaſi orbitatis hauſit dolorem, ne tibi periret fructus Redemptionis*: Apta hæc Mariæ optimæ Patris diſcipulæ, & imitatrici: *Conſidera affectum maternum*, & penſiculatius obſecro expēde: quia in Maria multo valentior, quàm in alijs matribus fuit: de quo ſcitè differit Amed. hom. 5. de Laud. Virginis ad præſens inſtitutum, inquiens: *Effugit omnem ſenſum humanos intellectus exuperat concepta de paſsione Nati triſtitia. Nulla huic ſimilitudo; nulla ad tantam mœroris accedit acerbitatem.* Reddit rationem. *Quæ enim Mater dilexit Filium ſuum, vt iſta? Non enim fortuitò concepit, vt cæteræ mulieres, ſed vnicus Patris pia electione, & gratuita bonitate matris viſceribus influxit. Hoc eſt vnde magis diligebat*: vt tantæ dilectioni opportunam, ſcilicet, vicem redderet. Pergit Amædeus: *Eumdem quoque habuit Deum, quem & Filium, quia* homo natus eſt in ea, & ipſe fundavit eam Altiſsimus. *Et hoc eſt, vnde magis incomparabiliter diligebat.* Sola enim à ſæculo meruit habere eumdem filium, atque Deū. *Ergo abyſſo abyſſum invocante duæ dilectiones in vnam convenerant, & ex duobus amoribus factus eſt amor vnus, cum Virgo Mater Filiò, Divinitatis amorem impenderet, & in Deo amorem Nato exhiberet.* Ex quibus legitimè infert: *Quò igitur magis diligebat, plus doluit, & amoris magnitudo attulit fomenta Paſsionis.* Ergo tandem, quæ ſic doluit *ſtantem lego flentem non lego, quæ morituri filij ſuſcepit periculum, quaſi orbitatis hauſit dolorem, ne tibi periret fructus Redemptionis*, vide lib. 5. Adnot. 5. n. 5. fol. 503. & lib. 1. Adnot. 10. n. 9. fol. 62.

4 *Stabat iuxta Crucem* Ambroſius. Quia *cognoverat per Filij mortem mundi Redemptionem. Aula Regalus putabat ſe, & ſua morte publico muneri aliquid additurum*, lib. 5. Adnot. 5. Mariā Redemptionis *egregia cooperatrix*, f. 501.

In Nativitate Domini.

1 *Exijt edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniverſus orbis*, Lucæ 2. Cum inter Deum, & Mariam ſolēnis, & bonæ fidei contractus de humani generis Redemptione fiat; *habes* (inquit Ambroſius) *omnia quæ in contractibus eſſe conſueverunt vocabulum ſummam illi poteſtatem gerentis, diem, locum, cauſam*, lib. 1. Adnot. 14. fol. 82.

2 *Ecce Evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo. Quia natus eſt hodie vobis Salvator*, Lucæ 2. Numquid Dominus non erat ab æterno Salvator, & Deus ſalvos faciendi: quomodo hodie natus nobis Salvator dicitur? Quia Natus, & factus à Maria, iuxtà Davidis votum *Fiat manus tua, vt ſalvet me*, vide lib. 1. Adnot. 5. *Mariā Deum Salvatorem peperit*, fol. 29. & Adnot. 6. fol. 34.

3 *Invenietis infantem poſitum in præſepio*: & ſtatim: *Videntes cognoverūt de Verbo, quod dictum erat illis*: obſerva diſcrimē, quod inter viſum, & cognitionem; itidemque inter infantem, & Verbum eſt: Vnde ergo tam ſplendida illis lux oborta eſt, vt videntes infantem cognoverint Verbum: ſanè à Maria: Ambroſius. *Vide quàm ſingulariter Scriptura libret momenta Verborum; etenim cum caro Domini videtur, videtur & Verbum*; ſed quæſierim ab Ambroſio: vnde locus: vt librata cenſeantur momenta Verborum, dum aliud verba, aliud res fuiſſe videantur; cū aliud fuerit videre infantem, aliud cognoſcere Deum: reſpondet tamen Ambroſius in Carne Domini à Maria ſumpta cognoviſſe Deum: quod

tális partus Mariæ convenit, vt non posit parere nisi Deum, lib. 2. Adnot. 4 fol. 143.

4 Subtilius in infante, & Verbo ambigere videtur Richard. à S. Laur. lib. 4. de Laud. Virg hunc in modum: *Quomodo si Verbū est, infans est? Si enim infans, non fatur; si non fatur, Verbum non est. Quomodo ergo & Verbum est, & Verbum non est*; ita ille, sed si verum excutias, paralogizatur Richardus *in Verbo*: nam Verbum non loquitur vt persona, sed est locutio, aut sermo personæ loquētis; quem profert, dum loquitur. Quare vt videris, & Verbū, & infantem simul, quære; quis ille sit, qui loquitur Verbum hoc; quod sic aperit Paulus ad Hebræos cap. 1. vers. 1. inquiens: *Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis. Novissimè diebus istis locutus est nobis in Filio*; ecce tibi Patrem loquentem in Filio; id est, loquentem Verbum, & infantem, *qui factus est ei ex semine David secundum carnem*. Roman. 1. vers. 3. Quid ergo Verbum & infans, quod loquitur Deus? Respondet August. serm 9. de tempore, vbi cum dixisset: *Ecce tanquā Sponsus de thalamo Mariæ Christus procedit; occultatur in membris infantis potentia Maiestatis, Deus pendet ad vbera genitricis; pannorū vilium squalore contegitur dorissimi suffert præsæpius angustijs*: subijcit opportunè; *& totum misericors humiliter patitur, dummodo mūdus, qui perierat liberaretur*; observa *totum misericors patitur*, nimirum *factus ei ex semine David secundùm carnem* à Maria, à qua misericors factus dicente Vate fiat misericordia tua, vt Advocata sit mei, lib. 1. Adnot. 7. fol. 40.

5 *Positum in præsæpio* Eucherius in Catena in Lucam: *Stabulum vocatur Ecclesia, ad quod Dei animalia vndique confluunt: ibique stant, & morantur in ea; ibi positum inveniunt Christum; ibique comedunt panem vivum. Beati qui huius præsæpis cibis aluntur, & de delicijs ibi positis reficiuntur*, lib. 3. Adnot. 3. fol 257.

6 Ambros. lib. 3. de Virg. *Omnia habemus in Christo, & omnia nobis Christus est. Si vulnus curare desideras, medicus est; si febribus æstuas, fons est; si gravaris iniquitate, iustitia est; si auxilio indiges virtus est, si mortem times, vita est, si cœlum desideras, via est; si tenebras fugis, lux est, si cibum quæris, alimentum est: gustate igitur, & videte, quoniā suavis est Dominus Iesus. Beatus qui sperat in eo*, lib. 1. Adnot. 8. fol. 46. & Adnot. 9. fol. 53 fol. 43. per totum.

7 *Gloria in altissimis Deo*, Maldonatus sensus est, *Gloria in altissimis, id est, in cœlo parata est Deo, hoc est materia glorificandi Deo Angelis, qui in cœlo sunt Christo nato exhibita est*. Nimirum, vt cum Regi nascitur Filius primogenitus: Aula repletur gaudio, & gratulatione, quæ Regi exhibetur; sic Deo gloria canitur, quia factus est ei Filius ex semine David secundū carnem, lib. 1. Adnot. 11. fol. 63.

8 *Et in terra pax hominibus*, Bernard. serm. in Nativitate Virginis, sic primum præmittit: *Verbum erat apud Deum lucem profectò habitans inaccessibilem, & dicebat Dominus*; ego cogito cogitationes pacis; *sed penes te est cogitatio tua, & quid cogites, nos nescimus. Descendit itaque cogitatio pacis in opus pacis, Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*. Deinde verò cum dixisset: *Incomprehensibilis erat, & inaccessibilis, invisibilis, & inexcogitabilis omninò. Nunc verò comprehendi voluit, videri voluit, cogitari voluit*: Subijcit. *Quonam modo? inquis: Nimirum iacens in præsepio, in virginali gremio cubans*: Ecce cogitationem pacis descendentem in opus pacis, in virginali gremio cubantem, & serm. 2. in Cant premēs verba Angeli ad pastores: *& hoc vobis signum*, ait *cuius rei signum? indulgētiæ, gratiæ, pacis, & pacis cuius non erit finis*, lib. 1. Adn. 15. fol. 86.

9 *Et venerunt festinantes*, Maldonatus in præcedentia verba, *vt discesserunt ab eis Angeli*, inquit: *Vtile moribus nostris exemplum: omnes inspirationes bonæ Angeli sunt, qui nobis Christum Salvatorem nostrum nunciant cum discesserunt, cunctandum non est, ne iniecta in animum nostrum sancta desideria refrigescant. Statim quærendus Christus, qui non nisi in Bethlehem, id est, in Ecclesia, in præsepio, id est, in summa paupertate, in summa humilitate invenitur?* Maria quidem duce, quæ viam salutis demonstrat, lib. 3. Adnot. 2. fol. 251.

Pro Circumciſione Domini.

1 *Vocatum eſt nomen eius* Ieſus. A quo nomen Ieſus Filio Dei impoſitũ? id Angelus Mariæ in ſalutatione expreſsit, cum ait: *Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum:* Bernard. hom. 3. in Miſſus eſt Mariam. ſic alloquitur: *Hæc eſt ergo gratia, quam inveniſti apud Deum: Ecce concipies, & paries, & vocabis nomen eius Ieſum intellige prudens Virgo ex nomine filij promiſsi, quantam, & quam ſpecialem gratiã inveneris apud Deum:* Quæ videlicet ſalutem, & omne bonum humano generi attulit: & Dei Filium Advocatum interpellantem pro nobis fecit, lib. 1. Adnot. 7. fol. 40. & Adnotat. 8 fol 46.

2 *Vocatum eſt nomen eius Ieſus:* Pulchrè S. Ambroſius in Pſalm. 118. ſer. 22. litteram *ſcin*, qua Ieſu nomen conſtat obſervat propriè ſignificare *ſuper vulnus*, quod eò refert, vt humanæ naturæ ad mortem ægrotanti cœleſtis medicina, ſit appoſita Audi *Super vulnus, quid eſt niſi medicamentum, quo vulneris acerbitas mitigatur: ſuper vulnus oleum infunditur, vt omnis vulneris aſperitas molliatur*, lib. 1. Adn. 9. fol. 54. num. 4.

3 *Vocatum eſt nomen eius Ieſus:* Petrus Cellenſis lib. 2. ep. 4. *O pondus nominis Ieſu. Quis appendere? quis dinumerare? quis æſtimare valeat hoc nomine in pondere:* imò verò potiùs dixeris: nomine Ieſu nihil ſuavius, nihil levius, nihil iucundius: pergit verò Cellenſis. *Nunquam ſine pondere nominandus eſt Ieſus: pondere vtique ſanctuarij: quia neno poteſt dicere Dominus Ieſus, niſi in Spiritu Sancto:* Vt dixerit: En nomen Ieſu, ſine pondere habens põdus, quod non niſi reverenter; & cum fide viva enunciandum eſt, vt ſalutem, & vitam afferat: Sic S. Bernardinus Senẽſ. tom. 2. ſerm. 49. *Hoc eſt nomen, quod dedit cæcis viſum, ſurdis auditum; claudis greſſum, ſermonem mutis: proinde ſi quæ infirmitas tibi, vel tuis occurrat, ad invocationem nominis Ieſu os tuum ſonet,* Ambroſ. lib. 3. de Virg. omnia nobis Chriſtus eſt, lib. 1. Adn. 9. f 53.

4 *Vocatum eſt nomen eius Ieſum*: à Virgine, ſcilicet, vt vidimus: vt Angelus ei annũciavit, ſed audi Origenẽ lib. 1. contra Celſum. *Non incantationibus pollere videntur Chriſtiani, vt Celſus aiebat, ſed nomine Ieſu, cum commemoratione eius factorum. Nomen Ieſu lymphatis ſanat, & dæmones exigit, morbis, etiam præſentaneum affert auxilium.* Sanè quaſi adverſus erroris venena tutelare amuletum, lib 5. Adnot. 7. fol. 426. ijs quæ ibi dicuntur adde Arnobium lib. 7. adverſus gentes. *Ieſu nomen auditum fugat noxios ſpiritus, arrogantium magorũ fruſtari efficit actiones.*

5 Poſtquam conſummati ſunt dies octo: Anaſtaſius in Catena Græca: *Sublimiori ſenſu, qui efficaci, ac quovis ancipiti gladio acutiore Dei Verbo omnem ſpurcitiem, & carnis concupiſcentiam ex ſemetipſis excindunt, & quodex generatione contractum eſt velum impietatis ex intellectu, rationeque deijciunt hi rectè octavam diem Circumciſionis Domini tranſigunt. Nos enim in illo ſumus circumciſi ſpiritualiter Circumſione non manu facta*, vide lib. 3. Adnot. 8. f. 288.

MARIA ADVOCATA NOSTRA, SIVE TESSERA SALVTIS ÆTERNÆ, IN DEVOTIONE BEATÆ VIRGINIS MARIÆ.

PROOEMIVM.

SOLEMNIS verà, & opportuna ſanctæ Matris Eccleſiæ ad Beatiſsimam Virginem Dei Genitricẽ Mariam deprecatio perpetuò fuit: *Eia ergo Aduocata noſtra*: quaſi in hoc tutellæ, & patrocinij Deiparæ cardine noſtræ litis, & cauſæ in æternæ ſalutis negotio, & tota noſtræ ſpei ratio vertatur: Quid enim Deum Maria oret, quod nõ exoret? quid cõtendat, quod non obtineat? quid patrocinandum ſuſcipiat, quod victoriam & palmam non aſſequatur? Huic ergo ſalubri cogitationi firmiter adhærentes indeſinenter clamamus: *Eia ergo Aduocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte*; pulchrum, & ſalutarem, hunc ſenſum frequenter exprimentibus PP. in quem & eruditum, & rude vulgus curſu vadit: ita Bernard. ſerm. 1. de Aſſumptione, *Aduocatam* (inquit) *præmiſit peregrinatio noſtra, quæ tamquam iudicis Mater, & Mater miſericordiæ ſuppliciter, & efficaciter ſalutis noſtræ negotia pertractabit*: & ſerm. 2. de Aduentu. *Domina noſtra; Mediatrix noſtra: Aduocata noſtra*: & eodem ductu S. Ephrem ſer. de Laud. Virginis: *Aue Dei, & hominum Mediatrix optima: Aue totius terrarum orbis conciliatrix efficaciſsima: Aduocata vnica peccatorum*. Ad quem modum Auguſt. ſer. 18. de Sanctis, Irenæus lib. 5. *contra hæreſes* cap. 19. Petrus Damianus ſer. 1. *de Natiuitate Virginis*, Epiphanius orat. de Laudib. Virginis, Anſelmus apud Antoninum 4. par. titulo 15. §. 7. Albert. Magnus, ſuper Miſſus eſt, & Richard. à S. Laurentio pluribus in locis loquuntur: ſignatè verò S. Bonauent. in Speculo cap. 8. inquit. *Maria fideliſsima mediatrix ſalutis, veluti fideliſsima colũba inter ſummum Noe, & mundum ſpirituali diluuio ſummerſum*, & in Hymno, Te Deũ laudamus Virgini aptato *Tu agonizatrix pugnantium Aduocata pauperũ, miſeratrix, & refugium peccatorum. Tu erogatrix munerum: poſt Deum ſola ſpes.* Hæc ibi & alia: Sed & hùc mirè iuerit egregia hæc S. Germani Archiepiſcopi Conſtantinopolitani oratione de *Zonâ, & faſcijs Virginis* ratiocinatio, ſiue ad Virginem deprecatio. *Quis poſt Filium tuum, ita humani generis curam gerit ſicut tu? Quis ita nos defendit in noſtris afflictionibus? Quis tam citò præueniens nos ab irruentibus libeat tentationibus? Quis in ſupplicationibus adeò pugnat pro peccatoribus?* Ex quibus concludit feliciſsimæ aduocationis Mariæ munus, ſic adornans. *Nullus enim eſt, qui ſalvus fiat, ò Sanctiſsima! niſi per te: Nemo eſt, qui liberetur à malis, niſi per te, ò puriſsima!*

Auguſt. *Irinæus* *Petr. Dam.* *Epipha.* *Anſel.* *Richar.* *Bonau.* *S. Germanus.*

Bernar. *S. Ephrẽ*

ma? Nemo est, cuius misereatur gratia, nisi per te ô honestissima? Quamobrem, quis te Beatam non pronunciabit? ita Germanus: cui sic adstipulatur S. Sabbas in Menæis Græcis, die 28. Ianuarij in penultima Stropha de S. Ephrem: vbi Deiparam sic affatur. *Spes desperatorum omnium, afflictorum letitia, iniquè oppressorum Patrona: sustentatio pauperum, exulantium consolatio; in fluctibus laborantium Portus: imbecillium robur; laborum æstu confectorum vmbraculum, Auxilium, Baculusque cæcorum esse consueuisti à Deo, Altissimi Mater.* Hæc S. Sabbas, quibus nihil elegantius, nihil plenius, & opportunius ad munus Aduocatæ significandum de Maria dici potuit: Sed nec ideo omittenda ista Guillielmi Parisiensis lib. de Rhetorica diuina: *An falsò, & inaniter vocat te omnis Ecclesia Sanctorum Aduocatam suam, & miserorum Refugium? Absit à Matre Dei, quæ fontem pietatis toti mundo peperit, vt cuiquam miserorum suæ misericordiæ subuentionem vnquam deneget.* Concludo cum Ecclesia Græca, die 9. Iulij Ode. 3. de S. Pancratio, dicente: *Omnes quidem Christiani te, vt intervẽtrice valida, & efficaci apud Deum, Filiumque tuum fruuntur.*

S. Sabbas.

Guilli.

Ecclesia Græca.

MARIA ex dono Dei Humani generis Aduocata est.

ADNOTATIO I.

1 SApienter quidem meditatur Bernard. serm. in *Signum magnum*, ad benignissimam Dei Opt. Max. misericordiam fore referendum; quod ipse penitissimo consilio in nostræ infirmitatis auxilium, & ad obtinendam peccatorum veniam Beatissimã Virginem Aduocatam nostram cõstituerit: Nam cum dixisset: *Opus est enim Mediatore ad Mediatorẽ ipsum* (de Christo loquitur:) *nec alter nobis vtilior, quam Maria, &c. Quid ad Mariã accedere trepidet humana fragilitas? Nihil austerum in ea; nihil terribile tota suauis est; omnibus afferens lac, & lanã. Reuolue diligentius Euangelicæ historiæ seriem vniuersam, & si quid forte increpatorium; si quid durum, si quod denique si quum, vel tenuis indignationis occurrerit in Maria, de cætero suspectã habeas:* subijcit opportunè. *Quod si (vt verè sunt) plena magis omnia pietatis, & gratiæ plena mãsuetudinis, & misericordiæ, quæ ad eam pertinent inueneris; age gratias ei, qui talem Mediatricem benignissima misericordia prouidit.* Hæc Bernardus: Cui omninò consentit S. Sabbas in Menæis Græcis, die 29. Ianuarij in vesperis S. Ioan. Chrysostomi, pulchrè in hunc sensum inflectens ea verba. Psal. 44. vers. 11. *Adstitit Regina à dextris tuis*: vt Dei Filius Mariam, tanquam humani generis Aduocatam in dãda hominibus salute comparatricẽ sibi adhibuerit: ita enim ille cũ Virgine locutus. *Propheta Dauid, per te auitus Numinis progenitor factus, dulci cantu ad eum, qui fecit tibi magna hunc in modũ vaticinãs exclamauit.* Adstitit Regina à dextris tuis. *Te quippè Deus, cum lubens naturam ex te humanam indueret, pro Matre sua, & vitæ æternæ comparatrice adhibuit, vt sic suam ipsis imaginẽ refingeret passionibus, depraua tam, vnaque ouem, quã errantẽ in montibus deprehensam humeris suis imposuit Patri Diuino restitueret:* Sic Sabbas pulchrè illud pro *Matre sua, & vitæ æternæ comparatrice*, quæ ipsum in salute hominibus danda mirificè adiuuaret. Ad quorum PP. gustum Richard. à S. Laur. lib. 2. de Laud. Virg. inquit: *Cõquerebatur enim Dominus ante quã Maria nasceretur dicens Isaiæ 64.* Non est, qui consurgat, & teneat me: *Sed ipsa facta est Aduocata nostra, & allegat pro nobis fideliter coram Filio suo ventrem, & vbera ei repræsentans; & ipse veluti pyssimus infans delectatur ab vbere Matris:* hæc primum Richard. deinde adstipulatus sensui constituenti Deiparã à dextris, tanquam humani generis Aduocatã subijcit. *Ad quod innuendũ Christus moriens ipsam habuit ab Aquilone, quo significantur peccatores, quasi hoc ipse diceret, quod ipsa mediante dexteram suæ propitiationis extenderet peccatoribus congelatis: quod & ipsa facit modo nobis peccatoribus, prout significat imago Crucifixi.* Pergit: *Et nota, quod nõ solum ex ea parte dexterã extendit, sed & caput spinis coronatũ inclinauit: quasi diceret. O vos peccatores! precibus Matris meæ vobis dexterã porrigo, & caput meũ spinis confixũ ostendo. Nõ sit ergo molesta amaritudo cõpassionis ijs, quos delectat*

Bernar.

Psal. 44 v. 11.

Isai. 64

Richar.

dex-

dextera propitiationis. Hactenus ex Richardo.

2 Concinit verò ijs Psalmi 44. verbis totus Psalmus 86. quem frequenter ad Mariam Ecclesia, & PP. referunt: signatèque ipsi ea verba *gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei*, tribuunt Gregorius Neocæsariēsis ser. 3. de Annuntiatione. Georgius Nicomediens. orat. de Præsentatione. Bernard. in deprecat. ad Virginem. Germanus orat. de Zona, & Richard. lib. 11. latissimè: & vero inibi pro magna Virginis gloria Dominus inducitur, dicens: *Memor ero Raab, & Babylonis scientium me*: & statim: *Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum; hic fuerunt illic*: vt sensus horum Verborum sit, Deiparam tanta benignitate, vna cum potenti patrocinio peccatores suscipere, vt qui à peccato deformes, & velut Æthiopes nigri erant, ipsius interuentione candidi, tanquam lana munda Dei cōspectui offerātur: benè hæc diffundēte Richardo præfato loco, vbi ex persona Domini, inquit: *Memor ero admisę ēi non ad puniendum* Raab, & Babylonis; *ideſt, peccatorum*; *per Raab enim meretricem intelligitur anima more meretricio voluptatibus seruiens, & vitijs prostituta, quæ vadit per latam viam, quæ ducit ad mortem*; & Babylonis; *ideſt, illorum, qui in confusione malorū prius positi operibus se præbebant ciues æternæ confusionis, & de ciuitate diaboli, quæ est Babylon*: *Memor inquam ero eorum, si confundantur bona confusione, quæ adducit gloriā, Eccles. 4. & ad sinum Matris misericordiæ toto corde confugiant, quæ est ciuitas refugij (Numer. 35.) vt ipsa mediatrice mihi Filio suo satagunt reconciliari: Vnde sequitur*, Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopū, &c. *Quod dicitur*, Ecce: *aduerbium demonstrandi est: ac si diceretur in propatulo est, quomodo Mariæ charitas omnes recoligit in sinu maternæ pietatis confugientes ad se, & facit ciues vtriusque Hierusalem*: Hæc omnia Richardus. Quæ opportunè firmauero egregijs verbis Gregorij Pontificis VII. lib. 1. epist. 47. Matildem Filiam Beatricis Thusciæ Ducissæ, sic monentem. *De Matre verò Domini, cui te principaliter commisi, & committo, & nunquam committere, quousque*

Ps. 86. v. 2. & seqq. Gregor. Georgius. Bernar. Germ. Richar.

Gregor. PP.

A *illam videamus, vt cupimus, omittam, quid tibi dicam? Quam cœlum, & terra laudare (licet vt meretur nequeant) non cessant. Hoc tamen proculdubio teneas, quia quantò altior, & melior, ac sanctior est omni matre; tanto clementior, ac dulcior, circa conuersos peccatores, & peccatrices*: Vnde sic concludit. *Pone itaque finem in voluntate peccandi, & postrata coram illa ex corde contrito, & humiliato lachrymas effunde; inuenies illam (indubitanter promitto) promptiorem carnali matre, ac mitiorem in tui dilectione.* Sic Pontifex: Hæc sanè ab oculos habuisse videtur Ecclesia Græca in Menæis, die 4. Ianuarij Ode. 9. de S. Theoctisto ad Deiparam, sic exclamans. *O quæ redimendis mortalibus vitam peperisti! Meam quoque animam per iniquitates cadauer effectam reduc ad vitam, tanquam Mediatrix, & vnica sub Pallium tuū confugientium clientulorum Patrona nullis vnquam maculis inquinata.*

Eccles. Græca.

Adstipulatur his mirabilis illa visio de gentilium vocatione Petro ostensa visio Actuum 10. vers. 11. quā pro Sacramento humanæ Redemptionis fusius explicauimus in epist. ad Philipp. to. 1. cap. 2. adnot. 7. & pro Mariæ patrocinio ad ipsius gloriam non importunè modo referemus. Ergo volente Petro gustare (inquit Lucas:) *Cecidit super eum mentis excessus, & vidit cœlum apertum, & descendens vas quoddam velut linteum magnum quatuor initijs submitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentia terræ, & volatilia cœli: & facta est vox, ad eum surge Petre, occide & manduca*: Eoque vehementer abnuente, & displicente, quod omne commune, & immundum, nunquam manducasset *vox iterum ad eum facta est. Quod Deus purificauit commune ne dixeris.* Vbi primum ex ipsa visionis serie, (quamuis omnium PP. & auctorum interpretatio non accederet, manifestè liquet) per hasce feras, & immunda animantia peccatores omnibus flagitiorum sordibus contaminatos, qui ex gentibus Christo nomen daturi erant debere intelligi: Deinde obserua, siue ex Hilario canone 33. in Matthæum linteum istud tot ferocissima animalia sustinens significare syndonem, in qua

3

Actuum 10. v. 11.

Hilari.

Gloſſa Interl.

Exodi 3 v. 25.

Ambr.

Galat. 4. v. 4.

Richar. à S. Laur.

Ildeph.

Prouer. 31. v. 24.

S. Thomas à Villan.

1. Petr. 1. v. 19

Chriſti corpus de cruce depoſitum inuolutum fuit: ſic enim Hilarius. *Hic munda ſyndone corpus inuoluit: & quidē in hoc eodem linteo repe imus de excelſo ad Petrum vniuerſorum animalium genera ſummiſſa.* Siue ex Gloſſa Interlineari capiente linteum de ipſomet corpore Chriſti, his verbis: *Vas corpus Chriſti, quod eſt vt linteum, quoniā ſine ſemine conceptum candorem caſtitatis cuſtodit, & quia mortuum: magnum verò propter Deitatis conſortiū, & quia reſurrexit.* Iam ex his vide, quam optimo iure Petrus ad horum animalium viſionem nauſeans, & abhorrens fuerit illis vocibus increpādus. *Quod Deus purificauit commune ne dixeris*: nam perinde id fuit; ac ſi Chriſtus dixerit: quos ego meo ſanguine redemi, laui, & meæ vitæ pretio comparatos, mundos reddidi, tu viles, & communes ducis? erras quidem, & adeò vehemēter erras, vt ipſos plurimi facere, & terram, in qua ſtas nudis pedibus, & flexis genibus adorare debeas. Vade ergo, & quanta vis poteſtate fuaris: *Solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas terra ſancta eſt,* (Exodi 3. verſ. 25.) eorum nempè animæ meo corpore, & ſanguine mūdatæ, ad quas non niſi cum magna reuerentia oporteat accedere: ſapienter exprimente, & vtraque verba inter ſe committente Ambroſio in cap. 6. Apocalyp. hunc in modum: *Vnde & Dominus in viſione quadrupedum, atque reptilium Petrum, ne gentes deſpiceret, docuit, dicens.* Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris. *Ad hunc igitur ſenſum pertinet illud, quod Dominus dixit ad Moyſem*: Ne appropries huc ſolue calceamentum de pedibus tuis, &c. *Ac ſi alicui ex magnis Apoſtolis Dominus dixiſſet: Quāuis mortuos ſuſcites, quamuis vmbra corporis tui ægrotos ſanes.* Solue calceamenta de pedibus tuis, *ideſt, auferodium, & deſpectionem gentium de corde tuo*: locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt, *ideſt, mundus, in quo habitas, meo ſanguine redemptus eſt.* Hæc Ambroſius.

Quæ iam quidem, ſi benè æſtimas, immediatè ad Mariam ſpectant, cum vas & linteum de corpore Chriſti, & de opere Redemptionis accipi debeant: Nam vnde quæſo hoc vas, ſiue corpus? non ex virgine factum? dicente Paulo ad Galat. 4. verſ. 4 *Miſit Deus Filium ſuum factum ex mulie e*, audi Richard. à S. Laur. lib. 10. de Laud. Virgin. dum ipſam, vas admirabile, opus excelſi, ex Eccleſiaſtico 43. verſ. 2. facit: & hunc in modū exponit *vas admirabile, quod cæleſtis auri faber, qui ſapientia ſua de luto facit aurum formauit de luto humanæ naturæ, non tamen luteum, ſed verè aureū, de quo etiam vaſe integro ineffabiliter formauit poſteà vas corporis ſui.* Vnde itidē, rogo, hoc incarnationis, & Redemptionis opus? Audio Ildephonſum lib. de Virginitate Mariæ cap. 12. & ei fidem do: cum ait: *At nunc verò ad te ſola Virgo Mater Dei procido coram te: ſola opus incarnationis Dei mei, &c.* & poſt pauca: *Cōcedas etiā mihi adhærere Deo, & tibi: illi ſicut factori meo: tibi ſicut genitrici factoris mei, illi, ſicut Redemptori meo: tibi ſicut operi Redemptionis meæ: Quod enim in mea redemptione eſt operatus, in tuæ perſonæ veritate formauit. Quod pretium redemptionis meæ factus eſt, ex carne tua eius incarnatio fuit.* Hæc ille, & alia alibi commodè exſcribenda, vt tam hæc Ildephonſi, quam totam cogitationem, quā ad honorem Virginis in manibus habemus, omninò firmauerim ex Salomone Prou. 31. verſ. 24 de Maria prænunciante, *Syndonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo*, vbi cum vox *Syndon* tenuiſſimam, & ſubtiliſſimam telam ſignificet, ad Chriſti corporis telam à Virgine contextam, ſic pulchrè accepit S. Thomas à Villanoua in ſermone de Aſſumptione: *Syndonem hoc eſt mundiſſimam texuit telam, nitidiſſimam, puriſſimam, ſacroſanctam illam carnem, quam ſapientiſſimus ille Artifex Spiritus Sanctus ex Virgineis ſanguinibus veluti exſtaminibus in viſceribus illius, vt in textorio ſine virili ſemine intexuit: illam telam quaſi propriam, & ex carne eius intextam ſapiens mulier vendidit Deo Patri, vt inde talaremtunicam, & polymitam Filio ſuo faciat.* Sic S. Thom. vbi vides per tunicam à Virgine factam redemptor nos *pretioſo ſanguine quaſi Agni immaculati*: vnde S. Theophanes in Menæis Græcis, die 17. Ianuarij Ode. 7. de S. Antonio ad Deipa-

ram sic clamabat: *O intaminatissima Genitrix Dei animæ meæ vulnera, & insticlas à peccato cicatrices emunda fontibus è Filij tui latere profluentibus abluens, & tuis ex illo gratiæ fluentis easdem abstergẽs: Ad te enim exclamo: ad te quoque cõfugio. Te denique vt gratia plenam implore.* Hæc Theophanes omninò ad rem.

S. Theophanes.

5 Clamat ergo Diuinum Oraculum, *Quod Deus purificauit, commune ne dixeris*; tantum non dicens: Quod Dei Filius corpore, & sanguine à Virgine accepto redemit, vt mũdaret sibi populum acceptabilem sectatorem bonorum operum, ne appellaueris, aut existimes immundum: nec quem modo vides leonem, vt leonẽ considera, aut tygridinem; aut serpentem dicito serpentem, aut tygridem; tanquam ciues Babylonis, sed Matris meæ interuẽtione domesticos Dei, & cœlestis Hierusalem ciues: in cuius veritatis confirmationem denuò *vas receptũ est in cœlum*: Syriacè *sublatum*: idest, cum honore eleuatum, & exaltatum! Cui sanè visioni mirificè cõgruit illa, quæ oblata est Beatæ Getrudi (vt habetur lib. 4. Reuelationum cap. 53.) hunc in modum: *Post hæc videbantur Beatæ Getrudi, quasi sub pallium intemeratæ Virginis accurrere quædã diuersi generis bestiolæ, per quas notabantur peccatores omnes ad ipsam specialem deuotionem habentes, quas omnes Mater misericordiæ benignè suscipiens, & quasi pallio suo protegens delicata manu sua singulas contrectando, deliniendo ipsis amicabiliter blandiebatur, quemadmodũ quis blandiri solet catulo suo; per hoc manifestè insinuans, quam misericorditer suscipit omnes se inuocantes, & quàm materna pietate defendat, ac protegat homines adhuc peccatis deditos, donec eos Filio suo reconciliet.* Hæc omnia ibi: omninò ad sensum Ecclesiæ Græcæ, quæ Mariæ dicebat: *Meam animam per iniquitates cadauer effectam reduc ad vitam, tanquam miseratrix, & vnica sub pallium tuum confugientium Patrona*: Vbi minimè prætereundum; quantum emphasis, & decoris habeat perfugiũ peccatoribus ad pallium Deiparæ, ipsamque sub illud ipsos suscipere: quippè illo innuitur, nihil securius, & tutius ab omnibus irruentibus malis, imò & à supremi iudicis ira

Actuũ 10. v. 2.

Syriaca S. Getrudis.

Ecclesia Græca.

A ipsis posse contingere, quòd videlicet id ad honorem, & decus protegentis pertineat: vti Loth. Genes. 19. vers. 8. irruentibus in hospites suos dicebat: *Viris istis nihil mali faciatis, quia ingressi sunt sub vmbra culminis mei*: ita S. Theophanes in Menæis, die 7. Ianuarij Ode 1. de S. Ioanne Baptista Virgini fidenter dicebat. *O grauida Deo Maria! Virginitatis sacratissimum Templum: eos qui confugiunt ad te, quique vt Aduocatam inclamant, tuis ad Deum precibus serua, pariterque pericula, quæ insultant, auerte.*

S. Theophan.

B

6 Firmat quæ diximus ipsamet Deipara his precibus annuens, & illamet quadrupedium, & serpentium noxia agmina supremo, & diuino capiti suo, cœlesti sponso manu ducente superimponens: sic enim Cant. 4. vers. 8. *Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano: Coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus Leonum, de montibus pardorũ*: Quæ sanè visio, nec hilum differre videtur, à lintei, siue vasis visione Petro ostensa, *in quo erant omnia quadrupedia, & serpentia terræ*: vt si admirabundus clamaueris, quid diuino Mariæ capiti cum ferocium bestiarum consortio? Imò verò cur à Mariæ capite, tam noxia animantia, non longissimè auertantur? cœlestis tibi vox occurrat. Quod *Deus* Maria interventrice purificauerit *commune ne dixeris*. Nimirum Maria sua intercessione, & meritis apud Deum feras hasce mansuetas, & mundas reddidit; & immane serpentium venenum abstulit, emundans fontibus è Filij sui latere profluentibus, & suis ex illo gratiæ fluẽtibus abstergens. Sapienter id pensitante Richardo à S. Victore cap. 26. in Cantica hunc in modum: *Quæ etiam coronanda dicitur de capite Amana, Sanir, & Hermon, de Principe, videlicet, huius mundi principante mundi amatoribus, & per mũdi fœtorem, siue per alia peccata à Deo separatis; hunc mũdi Principem, & caput iniquorum Beata Virgo superauit, calcauit, & vires eius contriuit.* Et post nonnulla in eamdem sententiam subdit. *Quæ Beata, dum ab eorum cordibus, quos vel aperte sæuiendo deuicerat, vel occulta, & varia fraude tectus deceperat, meritis, & intercessione sua liberauit, de cubilibus, seu montibus*

Cant. 4. v. 8.

C

D

Richar. à S. Victor.

E

Leonũ, atque Leopardorũ coronari perhibetur. Sic Richardus. Iam quid æquè purificatum; Sanctum ve dixeris, quã quod in Mariæ capite imponitur? Nõne ipsa stellis coronari perhibetur: Sed de vtraque corona in sequẽtibus adnotationibus fulsius: modo audi S. Ioſephum à cubili Leonum liberari per Deiparam exoptantẽ; cum in Menæis die 8. Februarij Ode. 6. de S. Antonio, sic ipsam exorabat. *Venator ille vaferrimus me, tanquam prædam cottidie captat, verum ab illius molaqueis Domina atque sub diuino tegumẽto alarũ tuarum illesum me custodi.* Ita ille: & eodẽ sensu S. Sabbas die 7. Februarij in vltima Stropha inquiens. *Quantus, quantus sum decretoriam damnationis sentẽtiam merui. Quo igitur fugiam? aut vbi quæram auxilium præterita Domina? cõmoueantur viscera tua, atque ad me saluandum accurre.*

7 Iam verò vt noueris, quam sit apud Deũ antiquum, id quod dicebat Bernardus. *Gratias age ei, qui talẽ tibi Mediatricẽ benignissima miseratione prouidit:* Contemplare Deum optimũ maximum, *qui semel loqui* (Psal. 61. vers. 12. cõsueuit: Totos quadraginta dies in monte cum Moyse colloquentem. Et hac de re audi S. Methodium M. in Hypapante Deiparam, sic alloquentẽ: *Nonne Moyses ille magnus propter figuras intellectu difficiles, quæ Virgo tangebant diutius in monte cõmoratus:* Vt videatur Deus Moysi dicere, quod dixerat Abrahæ: Num celare potero Abrahæ, quæ facturus sum, nimirum, vt notũ Moysi faceret Dominicæ incarnationis Sacramẽtum: nempè *Filium Dei factum ex muliere*, Galat. 4. vers. 4. quæ cœlis gloriam, pacem & salutem mundo daret: itidemque vt quoniam hominum natura, & ingrata, & ad malum prona in noua crimina foret lapsura: ipsorum Aduocata, & Mediatrix foret, ne debitas, æternasque pœnas lueret: Ergo Deum Moysi dicentem considera: Cum Filius meus inter arta præsæpia vagiet; membra eius pannis inuoluta Virgo Mater alligabit, & Dei manusque pedes stricta fascia cõstringet, quia Filiũ ob mundi scelera iratum tenebit, & continebit, & vt illum lacte, & vberibus nutriuit; ita etiam lacte & vberibus indignationis eius fulmen extinguet, & osculo vindicis iustitiæ sceptrum oculatissimũ consopiet, & materni corporis obiectu ipsum lanceas ad confodiendos peccatores rapientẽ ad misericordiam, & gratiam flectet sæpesæpius inclamans, *refrigerare, refrigerare cupis, & ingredere in vaginam tuam*: Sed quorsum (inquis) hæc tam longa tunc de futuris collocutio? Fuit quidem satis pro re nata opportuna: videbat quippè Deus ingratum populũ in immane idololatriæ scelus ruentem, & sese diro ad dicentẽ supplicio volebatque iustissimæ iræ modũ imponere: Ideò Mariæ optimæ Aduocatæ exemplum Moysi, tã longo sermone proposuit, vt & ipse Aduocatus populi factus *auerteret iram eius*: & morti addictos ex vindicis iustitiæ manibus extorqueret: vnde è vestigio clamauit ad eum. *Vade, descende, peccauit populus tuus* (Exodi 32. vers. 7.) *quem eduxisti de Ægypto. Recesserunt de via, quã ostẽdisti eis, &c. Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos.* Nec cũctatus Moyses proposítum sibi à Deo Mariæ efficacissimæ Patronæ Dei manus, & pedes stricta fascia alligantis exemplum imitari. *Orabat Dominum Deum suum dicens: Cur Domine irascitur furor tuus contra populũ tuum, quẽ eduxisti de terra Ægypti, &c. Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui.* Et post modũ vers. 31. Eodem obseruationis feruore, siue impetu: *Aut dimitte eis hanc noxã, autsi non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti*: Vt autem ex Mariæ exẽplo Deum videris illigatum, audi Philippum Abbatem in cap. 25. Cant. Sic extendentẽ ea Domini verba *Dimitte me*, quasi ipse Moysem illum tenentẽ rogaret vt dimitteret, ille vero non exaudiret: Ita enim Philippus. *Rogantẽ se dimittere Dominũ non vult exaudire, sed firmius alligatũ suis precibus misericorditer obedire cogit.* Ita Philippus.

Ergo Bonus Dominus, qui cum Moyse collocutus magnum opus Redemptionis humani generis communemque salutem nolebatur: & profundissima sapiẽtia, tot populi sui dissidia, & periculosas causas intuebatur Mariam efficacissimam, & planè assiduam Aduocatam benignissima misericordia prouidit, vt humani generis curam gereret, quæ humani

ge-

S. Ioseph. *S. Sab.* *Psal. 61 v. 12.* *Metho. M.* *Ierem. 47.* *Exod. 32. 7.* *Exodi 31. v. 11.* 8

generis amatorem in lucem edidit: Quare S. Theophanes in Menæis Græcis die 9. Ianuarij Ode. 9. de S. Polycredo ad ipsam sic exclamat. *O quæ salutari erga homines miseratione afficeris, vt quæ peperisti humani generis Amatorem, idest, Verbum Patris æterni eripe nos à violenta, & graui necessitate, tua cingimur: Nos enim Christiani te solaceu præsidio inexpugnabili fruimur.* Nec aliter S. Iosephus in iisdem Mænæis die 10. Martij post Ode. 3. de SS. MM. Quadrato, & sociis ad debitas Deiparæ gratias, & laudes pro suo in nos patrocinio, sic se & nos excitans: *Ne igitur taceamus Deipara! potentias tuas licet indigni, quin de re tam sublimi loquamur. Nam si tu Patrona, & Nutrix nostra non fuisses, quis è tãtis nos periculis eruere alius poterat? Quis hucvsque præter te libertatem nostram conseruasset indemnem? Non absistamus igitur à contentione laudandi te Domina. Tu enim famulos tuos perpetuò seruas, quæcumque discrimina ingruant.* Hæc ibi Iosephus: & die 13. Ianuarij Ode. 3. de S. Aquilina M. in clausula eodem sensu, sic inquit. *Quis porrò ad tuã se protectionẽ ô Deipara! confert, qui nõ celeri per te immunitate donetur? Teque Auxiliatricẽ agnoscat tam potẽtem, vt nullius clientis fiducià sinas cõfundi.*

9 Iam tandem pro coronide maximè obseruandum, tãtum, tamque inæstimabile donum Patrocinij B. Virginis: signatissimè à Christo Domino, iam iam in Cruce morituro præstitum fuisse illis in verbis ad Matrẽ de Ioãne, *Mulier ecce filius tuus*, Ioann. 19. vers. 26. cum in vno Ioãne cunctos fideles ad vnum intellexerit, atque numerauerit, vt Patribus solẽne est sentire, sic Bernardinus ser. 55. de Passione to. 1. inquiens: *In Ioanne intelligimus animas electorum, quorum per dilectionem B. Virgo Mater effecta est:* similiter Rupertus, ibi: *Quia ibi dolores, vt parturientis sustinuit omnium nostrum, salutem B. Virgo peperit, & facta est omnium Nostrũ Mater.* Vnde opportunè Card. Toletus, sic infert. *Magnũ mihi profectò in hoc mysterium significatũ videtur: omnes enim nos Dominus curæ B. Virginis, & protectioni eius, & intercessioni commendauit, nobisque fiduciam dedit, vt tanquã ad Matrem, & Dominã dilectissimam in omnibus nostris confugeremus. Est enim post Christum singulare, tutissimum, & efficacissimum refugium. Ioannes enim nos omnes repræsentabat.* Hęc Card. Toletus, cuius sensum opportunissimè diffundit, & suadet vir ille eximiæ doctrinæ, & sanctitatis Thomas de Kempis, qui Auctor esse dicitur libri, nũquã pro dignitate laudati, cui titulus, *Contemptus Mundi*: in sermone 2. ad *Nouitios*, cum eos tum ad Mariã in specialem Aduocatã suscipiendam; tum etiam ad ipsam, tanquam Patronam dignè colendam, sic hortabatur. *Eligite hanc Matrẽ Iesu præ cunctis parentibus, & amicis vestris in Matrem specialem, & Aduocatam ante mortem, & salutate eam Angelica salutatione frequenter, quia hanc vocẽ audit valdè libenter, si malignus hostis vos tẽtat, & à laude Dei, & Mariæ impedit, non curetis, nec laudare, & orare cesseris, sed eò ardentiùs Mariam inuocate, Mariam salutate, Mariam cogitate, Mariã nominate, Mariam honorate, Mariam semper glorificate ad Mariam inclinate, Mariam vos cõmendate, cum Maria in cella manete, cum Maria filete, cũ Maria gaudete, cum Maria dolete, cum Maria laborate, cum Maria vigilate, cum Maria orate, cum Maria ambulate, cum Maria sedete, cum Maria Iesum quærite, cum Maria Iesum in vijs portate, cum Maria, & Iesu in Nazareth habitate, cum Maria in Ierusalem ite: cum Maria iuxta crucem Iesu state: cum Maria Iesum plorate: cum Maria Iesum sepelite: cũ Maria & Iesu resurgite, cum Maria & Iesu ascẽdite: cũ Maria, & Iesu viuete, & mori desiderate:* & statim: *Fratres, si ista benè cogitatis, & exercetis, diabolus fugiet à vobis, & in spirituali vita proficietis.* Hactenus studiosissimus Virginis Thomas de Kempis: eum hominẽ nobis delineãs, qui Mariã dignè Aduocatam habeat: His adiunge pulchrã salutationẽ, qua Venerabilis Dominicus à Buschero Capuccinus apud Bouerium in Annalibus ad annũ 1589. num. 5. & seqq. Deiparam sic honorare solebat. *Aue Sacrosanctũ Dei Templũ: Maria cũctorũ spes mortaliũ. Tu Spiritus Sancti Sacrarium; certũ miserorum refugium. Qui ad tuum recurrunt præsidium, mortem non timent, nec dæmonium. Quare te precor, Virgo pia! vt mihi sis ad cælum via.* Optimè, sanè, & opportunè.

S. Theophan. — Ioan. 19 v. 26. — S. Bernardin. — Rupert. — S. Ioseph. — Eccles. Græc. — Cardin. Tolet. — Thomas Kempis

EXEMPLA.

MARIAM humani generis Aduocatam, Patronam, Mediatricemque eſſe per quã à Deo miſericordiam, & omnia bona mortales omnes conſequantur; tot exempla conteſtantur, vt non per hyperbolem, ſed magis ex vero dictum exiſtimes, quod ijs legendis vix hominis vnius ætas poſsit ſufficere: ſanè nulla eſt Chriſtianæ pars veritatis, quæ magis ſplendida, ſiue antiquis, ſiue nouis, probatiſque in diem exemplis efloreſcat. Certant veteribus recentia, & veluti in ſacro verè flos florem excipit; nec euaneſcit: Ex ijs nonnulla, quæ huic inſtituto fuerint, quàm maximè opportuna ipſa Dei genitrice adiuuante ſeligere, & ordinatè ſuis locis aptare curandum nobis erit.

Et quidem MARIAM noſtram eſſe Aduocatam illud in primis planum facit, quod apud Beatam Gertrudem lib. 4. Reuelationum cap. 49. & cap. 53. habetur: Etenim poſteriori hoc loco dicitur, quod *cum in feſto Natiuitatis B. Virginis ad completorium cantaretur, Salue Regina, pulchra hæc illi viſio oblata eſt: Cumque Gertrudis per verba illa. Eia ergo Aduocata noſtra benigniſsimam Matrem in ſuũ auxilium conuocaret, videbatur ipſa Mater inclyta velut funibus quibuſdam validis tracta inclinari ad eam, per quod intelligit, quod quoties aliquis ipſam ſuã* Aduocatam, *cum deuotione nominando inuocat, per hoc nomen materna, pietas eius in tantum commouetur, quod nullatenus ſe valet cohibere, quin benignè precibus illius acclinetur.* Hæc Gertrudis, cui concinit Richard. à S. Laur. lib. 2. de Laud. Virginis affirmans: *De iſta Aduocata narrauit quidam Sanctus homo, quod cum quidam Religioſi cantaret iſtam Antiphonam*, Salue Regina, *& dicerent Verbum illud*, eia Aduocata noſtra: *Plures in Spiritu ipſam Matrem Domini viderunt; ante Filij præſentiam, & pro totius illius ordinis conſeruatione precari*: Sic Richardus: Rurſum verò Gertrudis cap. 49. Ipſoſmet homines peccatis obnoxios ſub beſtiolarum imagine (de qua in adnotatione) ab ipſamet Domina ſub ſalutari alarum ſuarum vmbra non modò ſuſceptos, ſed blanda manu delicatè delinitos, ſic Sancta illa Virgo Gertrudis nobis ponebat ob oculos. *Quas omnes Mater miſericordiæ benignè ſuſcipiens, & quaſi pallio ſuo protegens delicata manu ſingulas contrectando, deliniendo ipſis amicabiliter blandiebatur, quemadmodum quis blandiri ſolet catulo ſuo, per hoc manifeſtè inſinuans, quã miſericorditer ſuſcipiat omnes ſe inuocantes, & quàm materna pietate defendat, ac protegat homines adhuc peccatis deditos, donec eos Filio ſuo reconcilier veraciter pœnitentes*: Hæc omnia ibi: Et cum verum vero conſonet, omnino ad guſtum Eccleſiæ Græcæ Deiparã (vt vidimus) orantis: *Meam animam per iniquitates cadauer effectam reduc ad vitam, tanquam Miſeratrix, & vnica ſub Pallium tuum confugientium Patrona.*

Firmat id validiſsimè exemplum à S. Antonino 4. par. titulo 15. cap. 5. §. 2. his verbis conſcriptum. *Quidam inſignis peccator videbatur ſibi à dæmone multipliciter accuſari: ſed B. Virgo, cuius ille erat deuotus, tanquam Mediatrix, & Aduocata reſpondet, & illius peccatis, quæ dæmon obtendebat, oppoſuit Filij ſui Paſsionem, quæ omnibus ſceleribus præponderat, iuxtà illud Iob. 6.* Vtinam appenderentur peccata mea, & calamitas, quam patior in ſtatera, quam arena maris hæc grauior appareret. *Denique cum ad præceptum iudicis in ſtatera appenderentur bona, & mala; & mala quidem, quæ erant plura præponderarent. Deipara manum ſuam ad ſtateram, in qua erant parva bona appoſuit; & traxit eam in terram, & præponderauit altera; quare diabolus confuſus abſceſsit: ille vigilans viam ſuam emendauit.* Hæc S. Antoninus, ò bonam! ò ſapientem, & ingeniosam Aduocatam! ò manum plenam miſericordia! ò auxilium opportunum!

Sed & Beatam Virginem, vt induſtriam, & ſapientem Aduocatã in forenſi iudicio pro reo reſpondentem, & iura citantem vidiſſes apud Pelbartum, ante ducentos annos tempore Xiſti IV. Pontificis, in deuotione Virginis maiori, quidem cordis pietate, quàm verborum elegantia florente, qui in Stellario Coronæ Virginis

lib. 12. par. vlt. cap. 10. sic inquit. *Legitur in libro, qui dicitur* Scala Dei, *quod fuit quidam Clericus libidini deditus: nihilominus hoc bonum tantum modo in eo erat, quod horas B. Virginis deuotè dicebat.* Cum autem quadam vice ad peccandum transiret per pontē quēdam, & dicere cœpisset officium B. Virginis, in fluuium cadens, submersus est, & à dæmonibus raptus. Tunc verò B. Virgo affuit, & compulit dæmones ad iudicium ducere ipsam animam: vbi cum altercarētur dæmones asserentes, quod eis deberetur anima in peccato mortali decedens: Ecce B. Virgo duo testimonia sacræ Scripturæ allegauit. Primum: *Vbi te inuento, ibi iudicabo*: Secundū: *Ex verbis tuis iudicaueris*: Ex quibus sic concluſit: *Iste dum mortuus est; meum officium dicebat, & in ore eius erat Angelica mea salutatio; ideircò mea debet esse anima ista* Tunc iudex præcepit afferri lingua eius, & cum inuēta foret in ea scriptum *Aue Maria*: Iudex dixit. Reuertere ad corpus, & age pœnitentiam, quia diabolo non datur potestas super te propter reuerentiam illius, quæ est omnium salus, & victoria fortis de hoste. Lauda ergo dulcissimam Matrem meam, & dic omnibus, quòd hoc est principiū humanæ saluationis, & recuperationis Beatam Mariam colere: Et sic liberatus est homo ille. Extracto eius corpore per Angelū de flumine anima ei vnita reuixit, & pœnitentiæ causa Religionem ingressus in ea laudabiliter consummauit.

Sexcenta quidem sunt huiusmodi exempla, quæ per librum spargemus: modo audi ex diuino Mariæ ore; nō solum in hac vita, sed etiam in alia hoc esse in Purgatorio ipsam hominum Aduocatam esse: Refert siquidē noster Eusebius Nitremberg tomo 4. virorum illustrium Societatis de Hieronymo Carualio virtutibus claro, sed signatè tenera in Deiparam familiaritate; quæ ei crebro apparebat; & ipsum aliquando meditantem, & paulo acerbius horrentem pœnas Purgatorij solata est declarans, se esse Matrem, & *Aduocatam peccatorum*, ac fidelium *amicam*, non tantum in hac vita, sed & post obitum.

Est etiam illud è re Patrocinij Beatæ Virginis, quod ipsa non tantum animæ salute Aduocata sit; sed etiam ad corporis, & vitæ eorum incolumitatem Pallium protectionis suæ extendat, vt sub illo clientes suos ad eædem quæsitos abscondat: vt videre est in historia Virginis Tungrensis lib. 1. cap. 13. vbi is casus scribitur: Duo coniugati magno cum feruore, & animi deuotione Camberonā nudis pedibus venerant. Maritus narrabat se in strage, cædeque grauissima, quæ in Anglia facta est à die Sacramenti ad diem vsque Sabbati subsequētis, cum plurimis aliis intra colli quias latitasse, non sine extremo vitæ periculo. Interea nāque temporis sæpiùs audiuit hostem conscendere gradus loco, in quo latebant, eos ad necē quærentem. Quā ob causam iam extremum vale vxori dederat, sibi quacumque hora persuadens, se ad mortem pro certo captandū. quando Spiritu diuino instigatus, & monitus ferùidè admodum B Virgini Camberoēnsi se ipsum fecit peregrinum, promittens, vbi mare transmeasset, nūquā se carnibus vesciturum, nisi priùs ediculam suam visitasset. Vbi autem eo venit, affirmauit, se illa ipsa hora, qua putabat se ferro impiorum necandum, Virginem benedictam vidisse, quæ eum proprio suo Pallio inuoluit, sicque inuolutum à morte præseruauit.

Nec eum succensuerim, qui vt lenidensis videatur: magni tamen momenti existimauerim; quod omninò commonstret, quantæ curæ sit Deiparæ seruitutis, & indemnitatis suorum clientum; & quo ipsos ardore defendat minimis, etiam in aduersis; narrante historiam Hugone Hauiniacensi in Chronico Verdunensi, his verbis: Erat quidē Berengarius Episcopus vir pius, paulo tamen iracundior: vnde cum aliquando iret ad nocturnam precum synaxim principalis templi B. Mariæ, vno famulo contentus, qui præiret ei, contigit, vt in ipso chori ingressu offenderet in Clericum nomine Bernerium ad Deiparam orantem, quem Episcopus pede percussit, sibi non assurrexisse videns. Dormienti subinde Berengario post preces adest Dei genitrix comitata Agneta, & S. Tecla, blandèque perit,

cur

cur clericum ſibi deuotum, & qui tũc colloquebatur cum Virgine interturbarit, & pede percuſſerit? Tum attonito ſubiecit. *Benè quidem mihi ſeruiſti: Benè in Eccleſia mea laborâſti; ſed nunc vt homo erâſti: Et melius eſt, vt nunc erati pœnam ſuſcipias: Pes igitur quo peccâſti, pœnas luat, vt cognoſcant omnes in te, quia diligentes me diligo & defendo*: His dictis B. Teclam Virgo admonuit, vt virga, quam tenebat pedem cæderet percuſſoris. Berengarius ſenſit ſe cæſum, confeſtimque pes eius exaruit, reliquaque vita claudus permãſit, maneque facto coram omnibus & culpam ſuam, & rem omnem falſus eſt: *Hactenus ibi, vt videris benedixiſſe Eccleſiam Græcam in Menæis die 17. Iunij Ode. 6.* Clientibus tuis in neceſsitate conſtitutis auxiliũ præbe: ſimul iniquè circumventos, tãquam Tutrix amplectere.

MARIA Miſericordiæ Aduocata apud Filium ſuum.

ADNOTATIO II.

1 EQuidem vt Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus ſit Mariam humani generis, & ſingillatim peccatorum Aduocatam eſſe; atque in eo præcipuè cardine bonam hominũ cauſam verti? Cum Maria merito à Ioanne Geometra Hymno 4. de B. V. *Ius dirimens lites* appelletur, de quo poſteà redibit ſermo: At enim verò ſi ad acuta veniamus; dixeris, nõ nihil huic ſenſui, ſiue locutioni illud obſtrepere, quod non videatur alio Aduocato humanum genus egere; cum nõ modo vnum, ſed duos, atque diuinos Aduocatos apud ſummum Patrem habeat; ipſomet Chriſto Domino apud Ioannem 14. verſ. 16. dicente: *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis*: Et Auguſtino tractatu 74. in Ioan. explicante: *In quo oſtendit, & ſeipſum eſſe Paraclitum. Paracitus autem Latinè dicitur Aduocatus. & dictum eſt de Chriſto* Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Chriſtum iuſtum 1. *Ioan.* 2. *verſ.* 3. quo itidem ſenſu inquit Apoſtolus ad Roman. 8. verſ. 34. *Chriſtus Ieſus, qui mortuus eſt: imò qui & reſurrexit, qui eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis*: Et ad Hebræor. 7. verſ. 25. *Vnde & ſaluare in perpetuum poteſt accedentes per ſemetipſum ad Deum: Semper viuens ad interpellandum pro nobis.* Quæ Pauli verba ſic elucidarunt PP. Concilij Francfordienſis *Aduocatus eſt, qui me iudicem interpellat, qui cauſam neceſsitatis meæ propria oratione defendit: Vnde à Paulo dicitur interpellare pro nobis*: Sic ibi: Ergo qui in cauſa noſtræ ſalutis Diuinam Sapientiã Chriſtum; itidemque Diuinam Bonitatem Spiritum Sanctum Aduocatos habemus; quid nobis alio Aduocato, qui nobis patrocinetur opus ſit? Nonne primæuæ illi Sapientiæ; necnon Summæ Bonitati eo ſanè modo derogare ea in re dixeris, non ſecus, ac ſi aliquis ſuæ cauſæ patronos habens M. Tullium, Quintilianum, Demoſthenem, aut Iureconſultos Vlpianum, aut Papinianum; ruralem neſcio quem Aduocatum eam oraturum accerſeret.

Occurrunt tamen his ſapienter, & opportunè PP. & quidem Richardus à S. Laurẽtio lib. 2 de Laud. Virginis egregiè hoc argumentum à primo ad vltimum pertractauit: Nam cũ præmiſiſſet: *Notandum quod multiplicem habemus Aduocatum in curia Dei. Primus eſt Spiritus Sanctus*, qui poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus *ad Roman. 8. ideſt, Facit nos poſtulare, quo eſt amor Patris, & Filij, & placat nobis iram Patris*: Secundus eſt Filius *Dei* ſemper viuens ad interpellãdum pro nobis, *qui tanquam bonus pugil oſtendit Patri ſtigmata Paſsionis, imperat etiam nobis Filius à Patre gratiã Spiritus Sancti: Vnde dicit Ioann.* 14. Ego rogabo Patrem, & aliũ Paraclitũ dabit vobis, & de hoc *Aduocato dicitur* 1. *Ioan.* 2. Si quis peccauerit, Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Chriſtum iuſtum: *Eſt ergo Filius Aduocatus apud Patrem, & impetrat nobis remiſsionem peccatorum*: Subijcit pro re noſtra. *Tertius Aduocatus eſt Beata Virgo præcipuè coram Filio ſuo, & nobis generaliter impetrat omne bonum, ſiquidem deerat nobis Aduocatus apud Filium, antequam Maria naſceretur:*

1. *Ioan.* 2. *v.* 3. *Rom.* 8. *v.* 34. *Hebr.* 7 *v.* 25.

2 *Richar. à S. Laurent.*

Geometra.

Ioann. 14. *v.* 16. *Auguſt.*

Gen. 2. tur? *Dixit autem Pater*, Geneſ. 2. Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: *Id eſt, non ſufficit nus Aduocatus, aut Mediator, aut interceſſor humano generi in cœlo, cum tot, & tam periculoſas habeat cauſas coram me.* Faciamus ei adiutorium, *ideſt, Beatam Virginem, quæ alleget pro genere humano coram Filio.* Hæc omnia Richard. à S. Laurentio: Pro quo fide iubet Bernardus, & Arnoldus Carnotenſis: nam cũ prior ſerm. de Natiuitate Mariæ primum dixiſſet. *Ad Patrem verebaris accedere, ſolo auditu territus ad ſolia fugiebas. Ieſum tibi dedit Mediatorem. Quid non apud talem Patrem Filius talis obtineat? exaudietur vtique pro reuerentia ſua. Pater enim diligit Filium. An verò trepidas, & ad ipſum? Frater tuus eſt, & caro tua tentatus per omnia abſque peccato, vt miſericors fieret. Hunc tibi fratrem Maria dedit:* Subdit per opportunè, *ſed ſo ſitã & in ipſo Maieſtatem vereare diuinam, quod licet factus ſit homo, manſerit tamen Deus. Aduocatum vis & habere erga ipſum? ad Mariam recurre. Pura ſiquidem humanitas in Maria, non modo pura ab omni contaminatione, ſed & pura ſingularitate naturæ. Nec dubius dixerim; exaudietur, & ipſa pro reuerentia ſua: exaudiet vtique Matrẽ Filius & exaudiet Filium Pater.* Sic Bernardus: Cuius veſtigia premens Arnoldus tractatu de Laudibus Sanctæ, ac perpetuæ Virginis Matris Chriſti Marlæ tomo 1. Bibliothecæ Veterum Patrum Pariſijs editæ ſic luculenter, inquit. *In huius beatitudinis commertio vnita ſunt diuinis humana, terrenis cœleſtia. Securum acceſſum, iam habet homo ad Deum; vbi Mediatorem cauſæ ſuæ Filium habet ante Patrem, & ante Filium Matrem. Chriſtus nudato pectore Patri oſtendit latus, & vulnera. Maria Chriſti pectus, & vbera: nec poteſt vllo modo eſſe repulſa, vbi concurrunt, & orant omni lingua diſſertius hæc clementiæ monumenta, & charitatis inſignia.* Pergit ſtatim: *Dividunt coram Patre inter ſe Mater, & Filius pietatis officia, & miris allegationibus muniunt Redemptionis humanæ negotium, & condunt inter ſe reconciliationis noſtræ inuiolabile Sacramentum:* Hæc Arnoldus.

Bernar. Arnold. Richar. à S. Laur.

3 Verè quidem, piè, & opportunè iſta dicuntur; at enim verò præfatam difficultatem non omninò opprimere videntur: quippè non nihil obſtrepit; Chriſtum humani generis Aduocatum, alio Aduocato opus eſſe. Porrò ſi mihi ingeſiſſes Beatam Virginẽ apud Deum Patrem, ſiue apud Chriſtum Dominum, tanquam ſupremum omnium iudicem; *nam Pater omne iudicium dedit Filio*: Ioan. 5. verſ. 22. Aduocati munere fungi, & noſtræ neceſſitatis cauſam propria oratione defendere, rem omninò indubitatam te affirmare dixerim; quid enim humanæ infirmitati adeò cõueniens, ac opportunum fuerit, quam in tribunali, atque iudicio tam ſeuero, atque terribili Aduocatam gratiſsimam, ſapientiſsimam, & iudici per omnia amabilem, imò & venerabilem habere? at enim verò apud Chriſtum, tanquam Aduocatum Virginem Aduocatam eſſe; videtur quodam modo Chriſti patrocinium eleuare, aut imminuere: nam qua ratione perfectũ, & dignum Aduocatum appellauerim, qui alio egeat Aduocato? Siue quomodo ei Aduocato cauſam meam ancipitem, & periculi plenam commiſſero, ad quem non ſine alio Aduocato valeo accedere? Venerabor quidem hunc, tanquam Dominum, ſiue etiam tanquam iudicem reuerebor; Aduocatũ verò non facilè dixerim: monẽte Arnobio lib. 7. aduerſus gentes: *Bonus auxiliator, nunquam rogari ſepeſcit ſpontanea opitulatione ſubueniens:* Subſiſtit tamẽ ijs acuminibus nihil pungentibus æquè Virginis Beatæ patrocinij, illuſtriſque, ac proprius Aduocatæ noſtræ titulus, necnon Chriſti Domini Aduocati nomen, munus, atque character; ſi tamẽ qua ratione Dominus; & qua ratione Domina Aduocati munus exerceant, nõ ad ſuperficiem; ſed re intrinſicus penſitata; omninò calleas.

Arnobius.

4 Sanè, ſi rem benè æſtimas, etſi Chriſtus Dominus pro totius mundi ſalute, & Redemptione mortem ſubierit; eo tamen modo Aduocatũ humani generis ſe gerit apud Patrem; vt pro ijs omninò exoret, ſuaque ipſi in eorum gratiam merita; ſanguinẽ, Paſsionem, ac mortem offerat, qui ad eum fide viua, & charitate non ficta accedunt, non verò pro illis, qui *de dolentes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ in operationẽ immunditiæ omnis in auaritiam:*

Ioan. 5. v. 22.

Epheſ. 4. 19.

itiam: ad Epheſ.4.verſ.19.ſicut ipſe-
met Dominus, necnon vterque Apo-
ſtolus præfatis locis diſſertè ſignifica
runt, dicente Ioanne: *Filioli mei, hæc
ſcribo vobis, vt non peccetis, ſed & ſi
quis peccauerit, Aduocatum habemus
apud Patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, &
ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris*;
vbi omninò adſtruit; Chriſtum Do-
minum pro illorum peccatis propitia-
tionem eſſe, quorum eſt Aduocatus;
at qui eorum tantum peccata abluit,
qui ea in ipſius ſanguine lauare, &
Apoc. 7 v.14. mundare ſtudent; vt dicitur Apoca
lyp.7. verſ.14. *Hi ſunt, qui venerunt
de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas
ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine
Agni*: Quare notanter ſubdit Ioan-
nes *Aduocatum iuſtum*; qui videlicet,
cauſam apud iudicem ita peroret, vt
citra miſeri rei condemnationem iu-
ſtitiæ rigori ſatisfiat; quòd ea huius
patrocinij cõditio ſit; vt iuſtitia ſimul,
& miſericordia conſtet; miſericordia
quidem dum reo capitali confeſſo, at-
que conuicto; cui ex fori iudicialis
legibus, & iure conſultorum reſpon
ſis mortis ſupplicium infligendũ erat,
venia relaxetur: iuſtitia verò; quia
pro illius delictis, quantumuis atro-
cibus iuſtum lytrum, ſiue redemptionis
pretium ſanguis, videlicet, Agni im
maculati Chriſti ſubiecto apto, rectè-
que diſpoſito applicitus offeratur.
Quod ſanè paulò ante idem Ioannes,
1. Ioan. 1. v.9. ſic monuerat: *Si confiteamur peccata
noſtra, fidelis eſt, & iuſtus, vt remitta
nobis peccata noſtra, & emundet nos ab
omni iniquitate*, 1. Ioan. 1. verſ. 9. pec-
catorum confeſſioni, quæ ex dolore,
& pœnitentia proficiſcitur, & tum in-
uocationẽ diuinæ miſericordiæ, tum
voluntatem faciendi ea, quæ à pecca-
toribus verè pœnitentibus Deus exi-
git coniunctam habet; adſcribẽs pro-
pitiationem, & remiſsionem peccato-
rum: quod itidem cap.3. verſ.21. in-
nuit, cùm ait: *Si cor noſtrum non repre-
henderit nos, fiduciam habeamus ad Deũ*:
& cap.4. verſ.16. *Qui manet in chari-
tate, in Deo manet, & Deus in eo, &c.*
Ecce tibi qua ratione Chriſtus Ad-
uocatus noſter, & Aduocatus iuſtus
dicatur: ſubſcribente huic ſententiæ
Arnold. piè, & eleganter Venerab. Arnoldo
tractatu 7. de Verb. Domini in cruce,
dum expendit verba Domini pro cru-
cifixoribus orantis: hunc in modum:
Hoc ſciens Ieſus, quod omnia dederit
Pater in manus, *Ioan. 12. cum dare poſ
ſet, quod petebat, & poteſtatiuè hoc pro-
pria contineret auctoritas; ſuppl. cantis
tamen pro tempore perſonam exhibuit,
vt ex affectu charitas, vt ex ſubiectio-
ne humilitas, & ex effectu innoteſceret
veritas, quod in tanti abſolutione crimi-
nis nulla eſſet inter Aduocatum, & iu-
dicem compugnantia voluntatum, ſed
vna & concors eſſet, in hoc negotio alle-
gatio vtriuſque, quia nullus omninò ſe-
ueritati locus ibi eſſe poterat, vbi vul
neratus Chriſtus propry mercedẽ ſangui-
nis exigebat*: Ergo exauditur pro ſua
reuerentia: *nec tunc gratis accipit, ſed
ingens erogat pretium, vt commendetur
nis, pro quibus res tanti põderis agitur.*
Hactenus Arnoldus.

Ad quem etiam modum Paulus 5
præfato loco ad Hebræor. cap. 7. verſ. *Hebr. 7*
25. cũ de Chriſti Sacerdocio, & Ad- *v.25.*
uocati munere dixiſſet. Hic autem eo
quod maneat *in æternum, ſempiternum
habet Sacerdotium*, inde ſic infert: *Vnde
& ſaluare in perpetuum poteſt accedentes
per ſemetipſum ad Deum ſemper viuens
ad interpellandum pro nobis*: vbi
& Græcè, & Syriacè habetur *pro eis*: *Lect.*
ideſt, pro accedentibus: ſignatiſsimè *Græca,*
Chriſti interpellationem, ſiue Adno *& Sy-*
cationem ad eos referens, qui per ip- *riaca.*
ſum ritè, & legitimè ad Deum acce-
dunt; vt omnes ibi explanatores ob-
ſeruant: *Fideles* (inquit Cornelius) *qui
per fidem, & obedientiam, quam Chriſto
præſtant accedunt ad Deum Patrẽ, eiu-
que gratiam, & amicitiam.* Enimverò
ipſemet Dominus in ipſamet Paſsio-
nis ſuæ nocte totum interpellationis,
& Aduocati muneris negotium no-
bis ſignificantiſsimè expreſsit; accu-
rata oratione, & quæſito dicendi mo-
do ſummum Patrem, ſic allocutus. *Ioan. 17*
Manifeſtaui nomen tuum hominibus, v.9.
*quos dediſti mihi de mundo. Tui erant,
& mihi eos dediſti, & ſermonem meum
ſeruauerunt, &c. Ego pro eis rogo, non
pro mundo, ſed pro iis, quos dediſti mihi*:
Ioan. 17. verſ. 9. obſerua illa: *non pro
mundo*; quibus notanter Dominus à
ſua oratione, & interpellatione mun-
dũ excludit. *Mundum* (inquit Augu- *Auguſt.*
ſtinus tract. 107. in Ioan.) *vult intelligi
eos, qui viuunt ſecundum concupiſcen-
tiã mundi*: & eodem ductu Hugo Car- *Hugo.*

dina-

dinalis *pro mundo*; *id est*, *pro hominibus mundo deditis*: quæ opportunè diffundit Card. Toletus, inquiens: *Iustitiã, & æquitatem suarum precum exponit; non enim pro omnibus sunt omnia petenda; nec pro impœnitentibus venia; nec pro incredulis salus peti debent: pro illis autem iusta est petitio, quibus quod petitur, iure conceditur. Dicit ergo: O Pater, dixi me rogare pro his, quos dedisti mihi; tales preces iustæ sunt: non enim rogo pro mundo, id est, pro perditis hominibus, qui suis dediti vitijs nolunt me sequi, sed rogo pro ijs quos tu mihi dedisti.* Hæc omninò ad rem Toletus: Quibus omninò cõsentanea sunt, quæ habet P. Maldonatus, & verò quoniam possent hæc non nihil negotij facessere ijs, qui vulgari oculo rem considerantes dubitarent, quomodo cum hoc sensu subsistat Christum, non solùm pro electis, & prædestinatis, (vt olim hæretici prædestinatiani somniarunt; & nostri temporis eorum asseclæ garriunt) sed etiam pro omnibus omninò hominibus mortem obijsse, *qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*, 1. ad Timot. 4. vers. 6. operæ pretium duxi verba Maldonati non pressè, sed ad longum scribere opportunè, hæc omnia pensitãtis. Sic ergo ille, *Potest quæri, quomodo dicat pro mundo non orare, cum pro crucifigentibus paulò post orauerit, qui mundus vtique erat. Lucæ 23. vers. 34. Maioris enim charitatis est, mori, quàm orare, &c. Christum pro omnibus mortuum esse, & pro omnibus orasse perspicuum est; sed quemadmodum Theologi docent, mortem Christi duobus modis considerari posse, aut quod attinet ad eius vim, atque virtutem, & ad Christi morientis, Patrisque ad mortem mittentis antecedentem, quam vocant voluntatem; aut quod attinet ad effectum, & fructum, qui ex ipsa consecutus est, & voluntatem, quam consequentem, & efficacem appellant; ita duplex eius oratio distinguenda est; altera: sufficiens quidem, sed non efficax: altera & sufficiens, & efficax: si priori modo, & mortem, & orationem Christi consideres, & pro omnibus hominibus mortuus est, & pro omnibus orauit: nam & eius mors satis habuit meriti, ac vis, vt omnes homines liberaret, & eius prima, & antecedens voluntas erat, vt omnes liberarentur; ideòque apud Lucam pro omnibus orauit: si autem species effectũ, quia is non ex sola Christi, sed ex hominum etiam, qui saluandi erant voluntate pendebat, quia non omnes oblatum à Christo Redemptionis beneficium accipere voluerunt, non omnes salui facti sunt, neque pro omnibus orauit, sed pro ijs, qui credidissent.* Hæc omnia Maldonatus: quibus vt nihil addi; ita nec demi potest.

Ex his omninò, vides Christum iure à Ioanne *Aduocatum iustum* dici; cuius patrocinij munus non laxe, & generaliter sumatur, sed vi nominis spectata, & ad iudicij, & tribunal relata, non tam misericordiam, quæ indigno, & immerẽti impertitur, quam ius, & æquitatem respiciat: ac proinde *Aduocatus iustus*, resipiscentium, & pœnitentium causam peroret, nõ verò eorum, qui oblatum Redemptionis beneficium accipere nolunt, quòd in flagitijs suis permanere velint: *Non enim nolentibus venire* (inquit indidẽ Card. Toletus) *& in flagitijs manere volentibus salus obtruditur*, sed per intimum animi sensum lauantibus stolas suas in sanguine Agni: Quò mirè facit illustris illa mulieris peccatricis historia apud Lucam, 7. vers. 38. cum ad pedes Domini proiecta, non nisi post largum lachrymarum imbrem vbertim effusum, & egregia pœnitentiæ, & charitatis signa exhibita Christi Domini Aduocationem, & patrocinium consequi meruit: Audi Lucam de illa, *Stans retrò secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat*: hæc pensitante Bernardo sermone *de Maria Magdalena*, hunc in modum: *Filius Virginis, peccatricis, & menstruatæ manibus attrectatur, Deumque, atque Dei Filium mulier infamata contingit; tangit pedes mundi, atque mundantis immunda, & vestigijs Creatoris mulier criminosa procumbit. Trãsit in affectum cordis præuaricatrix, & redit ad cor, & magnitudinem scelerum lachrymarum magnitudo condemnat*: Sed quid ad hæc Aduocatus iustus? Statim ne? Patrocinium peccatricis suscepit? Gratumque & placidum

Teleus.

1. Tim. 4. v. 6. Maldon

Luc. 23 v. 34.

6

Toletus.

Lucæ 7. v. 38.

Bernar.

Vultum, quo cælum, tempestatesque serenat.

ei ostendit? Audi rursus Bernardum. *Dissimulat pietas tangentis officium, & obsequiorum instantiam remuneratorius ille maiestatis oculus felici dedignatione non inspicit. Osculatur Maria pedes Christi frequentibus osculis, & oculis mundantibus vestigia Redemptoris infundit, tergit crinibus, odoriferis illinit, & irrorat unguentis*: Obserua illud *Dissimulat pietas* sanè, vt plus plus Mariæ iustitia crescat; & in ipsius animo peccatorum dolor altiùs radices figat; quo firmius, & solidius pœnitentiæ crescentibus meritis Bonus Aduocatus, tam iustitiæ vindici, quàm adstanti Pharisæo, & à primo conuersionis peccatricis exordio inuidenti, calumnianti, & redarguenti opportuniùs occurreret; & peccatricis patrocinium pro dignitate susciperet; pulchrè id imbi sic obseruante Bernardo. *Videt & inuidet singularitatis amator, & vtrumque redarguit Pharisæi iactantia; illum ignorantiæ, præsumptionis istam. Sed deliberans prouidentia suspendit iudicium, dum affectat obsequii, & inuectiuam retinet præparatam, donec Mariæ sacrificium in holocaustum pertranseat*: Hactenus Bernardus signatè inquiens: *Inuectiuam retinens præparatam, &c.* vt videlicet suscepta à Domino pro Maria aduocatio, sapiens, opportuna, & ad leges iustæ clementiæ facta omninò foret, nec nisi bonam causam bonus Aduocatus defendendam susciperet, quin deinceps accusatori criminandi locus patere posset: Ecce tibi Christum Aduocatum iustum, qui vt primum, tanquam humanissimus Deus; siue diuinissimus homo peccatoribus miseretur, eosque alliciens ad se trahit, ita subinde, tanquam Aduocatus iustitiæ sapienter, securè, & constanter aduersus calumniatoris criminationes eos in iudicio defendit.

7 Nec tamen cum Christum Dominum Aduocatum iustum audis; infinitæ misericordiæ, & clementiæ ipsius, nec hilum derogari putes; cum ipse totius pietatis, atque misericordiæ fons, & origo sit; & signatè hinc nobis magnæ gratulationis, & gaudij occasio oriatur; quod subindè cum simus habituri iudicem; qui modo noster Aduocatus est: sanè aliter nobis in futuro Dei iudicio, euenturum speramus, quàm hìc in forensibus causis accidit: quippè si ad defendendam causam tuam aliquem in Aduocatum elegisti: atque ipse causa perorata ad tribunal in iudicem deligitur; iure à causæ tuæ cognitione, & iudicio repellitur, quòd cum primum causam tuam defendēdam suscepit; eo ipso particeps eius factus est; nec minus sua, quam clientis bonus euentus interest: vt hùc intentus obseruauit Augustinus. serm. 119. de *tempore*: vbi cum dixisset: *Quid nobis felicius? Quàm quando venit is, quem desideramus? Quando venit, quem amamus. Si timeamus, quia iudex noster erit, qui modo est Aduocatus noster; ipse tunc erit iudex noster*: subiecit post pauca: *Si haberes causam apud aliquem iudicem agendam, & insrueres aduocatum; esses susceptus ab aduocato, ageret causam tuam sicut posset: & si non illam finisset, & audires illum iudicio venturum, quantum gauderes, quia ille potuit esse iudex tuus, quia fuit paulò ante aduocatus tuus? Et modo ipse pro nobis orat; ipse pro nobis interpellat. Aduocatum enim habemus, & iudicem timeamus?* Hæc Augustinus. Quo in loco iuuat exclamare, cum B. Amadæo Homil. de Laudibus Virginis: *O miseri, quibus non subvenit misericordia! O boni, quibus occurrit in gloria. O miseri, quos ipsa Vnigeniti Passio non aduuit! O boni! quos à morte perpetua eripuit!*

Benè ergo dicebat Arnoldus, *Habes, homo! mediatorem causæ tuæ Filium ante Patrem, & ante Filium Matrem*, vt videlicet, qui Aduocatus est iustus sit etiam misericors. Vnde quidem in hunc sensum peropportunè Richard. à S. Laurent. lib. 12. de Laudibus Virginis, Sermone peculiari de *eius Assumptione* inflexit verba Psal. 44. vers. 10. *Adstitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato*: Componens illa cum his Lucæ 11. vers. 27. *Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti*: vt ex vi verbi *Adstitit*: quod propriè dicitur de eo, qui ad adiuuandum præsto est, & ex ventris, & vberum Mariæ dignitate, & munere omninò innuatur: ipsam iam in cœlo efficacissimam pro peccatoribus

Aduo-

Augustin.

Amadæus.

Psal. 44. v. 10.

Luc. 11. v. 27.

Richar. à S. Laur.

Aduocatam exiſtere, quæ immediatè inter ipſos, & Filium ſuum aſsiſtit; ventrem & vbera ei repræſentans, vt propitium reddat, atque placatũ: Audi Richardum: dum præmittens Virginis aſſumptionem peropportunam nobis fuiſſe *ratione vtilitatis immẽſæ*, ſic rationem reddit: *quia ante Aſſumptionem illius Aduocata noſtra ſeparata erat à noſtro iudice, cum ille ſederet ad dexteram Patris, & ipſa adhuc maneret in terris: perutile ergò erat ipſis miſeris, vt Mediatrix inter ipſos, & Filium immediatè iudici aſsiſteret, vt ipſum precis è vicino exoraret, quod factum eſt in Aſſumptione, quando illud impletum eſt:* Adſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, *ideſt, in corpore glorificato: vt valeat ei oſtendere ventrem, quo portauit, & vbera, quibus lactauit,* quia delectatur infans ab vbere. Iſaiæ 11. *Ideò ſæpè dicendum huic infanti:* Beatus vẽter, qui te portauit, & vbera, quæ ſuxiſti: *Vt ex horum recordatione facilius ad miſericordiam moueatur. Decentiſsimè enim diſponitur Regina miſericordiæ, iuxtà Regem iuſtitiæ:* Hæc omnia Richardus: ſatis quidem ad mentem Sanctæ Matris Eccleſiæ Dominum in Oratione ſecreta Miſſæ in Vigilia Aſſumptionis Virginis, ſic orantis: *Munera noſtra Domine apud clementiam tuam Dei Genitricis cõmendet oratio, quã ideircò à præſenti ſæculo tranſtuliſti, vt pro peccatis noſtris apud te fiducialiter intercedat.* O vtinam!

Eſt vero in hanc rem peropportunus idem Richardus à S. Laurentio lib. 6. de Laud. Virginis, dum Mariã componit cum indulgentiſsima illa Matre Cananeæ pro filia ſua, ſic miſericordiam deprecante; quaſi ſibi ipſi præſtanda foret, dicebat, ſiquidem Domino apud Matth. 15. verſ. 21. *Miſerere mei Domine fili Dauid* (ſiue vt effert Lectio Syriaca *ſuper me*) *filia mea male à dæmonio vexatur*: quaſi Diua Virgo ſibi petat indulgentiam; ſibi fieri miſericordiam exoret; vt ei poſsit dicere tibi aras; tibi oceas: ſed audi Richardum, ſic hæc diffundentẽ: *Maria eſt mulier Chananæa, quæ clamat ad Deum pro filia, ideſt, peccatrice anima, cui etiam perſonam miſericorditer in ſe transformat, dicens*, Miſerere mei, fili Dauid, *& cui miſericorditer reſpondet Filius*: O mulier magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis. Ita ille cõſentientibus Filij, & Matris verbis. Nam illa dicente, *Miſerere mei*: Filius inquit: *Fiat tibi*: O fortiſsimam orationem! ò neceſſariam indulgentiam! ò fortunatiſsimum miſeris reis tribunal, vbi Iudex, & Aduocatus ſenſum miſericordiæ cõmunem habent; imò verò Regium ſanè miſericordiæ Tribunal, in quo ipſa iuſtitia iudicatur. Ergo hic litem noſtram conteſtemur, hic cõtendamus: palchrè Eccleſia Græca monente: *Illuc iure vnuſquiſque contendit, vbi ſecurã ſalutis ſuæ fiduciam habet. At certè, vbi ſi mile nobis refugium patet, ceu ad te Domina! quæ es Protectrix animarum noſtrarum*: O benè!

Matth. 15. verſ. 21.

Richar. à S. Laur.

Eccleſia Græca.

EXEMPLA.

PVlchrè obſeruauit bonus Auctor P. Boiueslaus Balbinus in Hiſtoriæ Diuæ Sancti Montis in Bohemia lib. 2. cap. 9. cum de fonte S. Montis differeret. Felici fato fieri, vt quemcunque Beatiſsima Virgo Mater ſibi cultuique ſuo delegerit locum; in eo continuò præduices, & ſalutares naſcantur fontes: in quam cogitationem multos ipſe enumerat de nominibus proprijs appellans addens, aliàs per orbem innumeras Virgini conſecratas ditiones ab aquarum ſalubritate laudari; quod ex noſtra Hiſpania facilè poſſet confirmare; ſed pergit diſſertus ſcriptor, ſic perquirens; ſibique reſpõdens: *Quid Mariæ cum aquis? Nimirũ Virginibus elementum illud, quod omnia purgat, & expiat ſemper placuit*: Et poſt nonnulla ad Mariæ miſericordiã ſic refert: *Vt Pallas quondam in fabulis ad fontem ſuam oleum in certamine produxit; ſic Miſericordiæ Mater cũ beneficijs pugnat, ad fontes ſtare ſolet, & victoriæ ſuæ liquidiſsima monumenta, quæcunque aquis iter eſt, fundit in terras.* Sic ille, tam eleganter, quàm opportunè ſenſum communem habeas cum PP. quippè Amadæus Mariam *Fontem Miſericordiæ* appellauit Homil. 8. de Laud. Virginis: & Damaſcenus orat. 1. de Natiu. Virg. eam eſſe dixit: *Fontẽ eſſe vniuerſo Orbi medicinã afferẽtem*: & Andræas Hieroſolymitanus, *Fontem*

appellauit immortalitatis, qui exhauriri non poteſt: fluuiumque perennem vitæ. Notanter verò Menæa Græca vno in loco, ſcilicet, 4. Aprilis in veſperis Deiparam vocant: *Fontem ſanctificationis à nemine exhauriendum*: & eodem ductu 12. *Maij* Ode. 3. *Fontem immortalitatis, qui aquam remiſſionis peccatorum effundit*: Quæ quidem omnia exemplis confirmabimus.

2 Et primum quidem cum Eccleſia ſapienter oculos Deiparæ miſericordes appellet, cum in oculis pietas, & miſericordiæ maximè eluceat: dixit enim *de oculis Plinius lib. 11. cap. 37. Neque vlla ex parte maiora animi indicia in cunctis animalibus, ſed homini maximè, ideſt, moderationis, clementiæ, miſericordiæ, &c. Hinc illæ miſericordiæ lacrymæ. Hos cum oſculamur animum ipſum videmur attingere; hinc fletus, & rigantes ora viui. Quis ille humor eſt in dolore, tam facundus, & paratus? aut vbi in reliquo corpore, &c.* Modo præterdicta in adnotat. prima de benignitate, qua Deipara peccatores omnes recipiat ad ipſam confugientes; obſerua eodemmet die Natiuitatis Virginis: cũ cantaretur in choro prædictæ Antiphonæ verba: *Eia ergo Aduocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte*: Eamdemmet Sanctam Gertrudem vidiſſe benigniſsimam Matrẽ blandiſsimo attactu vultum Filij ſui, & prædulces eius oculos ad terram conuertere, hæc ſuauiſsima verba elocuta: *Iſti ſunt miſericordioſiſſimi oculi, quos ad omnes me inuocantes ſalubriter poſſum inclinare: vnde & vberrimum fructum conſequentur ſalutis æternæ*: Pulchrum quidem dictu eoſdẽ Filij, ac Matris miſericordiæ oculos eſſe, nec poſſe Filium miſericorditer non ſuſcipere eum in quem Mater miſericordes oculos conuerterit.

3 Pro quo mirè fide iubet ſpecioſa viſio B. Leoni, Sancti Franciſci ſocio oblata, quæ omninò oſtendit, quid inter Aduocatum iuſtitiæ, & Aduocatã miſericordiæ interſit: & ipſam omnes Scriptores Seraphicæ Religionis ſignatè vero Vvadingus in annalibus ad annum 1232. & ab ipſis Hieronymus. Plati de bono ſtatus Religioſi lib. 1. cap. 14. & eſt eiuſmodi. *Videbat ille ſpeciem quãdam poſtremi iudicij, & geminas ſcalas à terra in cœlum pertingentes alteram, purpuream, cui Chriſtus incũbebat: alterã candido colore, cui Maria Virgo Chriſti Mater innitebatur. Inuitabat S. Franciſcus Fratres ſuos, vt per purpuream ad Chriſtum conſcenderent, ſed illi aliquãtulum adſpectu Chriſti deterriti, alius ex tertio, alius è quarto gradu, alius ex alto miſerè decidebant. Qua clade commotus Franciſcus ad candidã eos reuocat: vbi à Virgine blandiſsimè ſuſcepti ad vnum omnes in cœlum euaſerunt*: ſic ibi: Vt videris: Quanti noſtra interſit Mariam eſſe Aduocatã miſericordiæ, quæ decidentes à facie Aduocati iuſtitiæ colligit, & ſaluat: ſapiẽter hac ratione Virginẽ ſalutante Damaſceno: *Salve Scala, per quam è terra in cœlum, & ab interitu aſcendimus in vitã*: ita ille in Menæis Græcis, die 27. Iunij Ode. 7. nec abs re affirmãte Anſelmo lib. de Excellentia Virgin. cap. 6. *Velociter eſt interdum ſalus memorato nomine Virginis, quam inuocato nomine Filij, non quod ipſa maior, aut potentior eo ſit: nec enim ipſe magnus, & potẽs eſt per eam, ſed illa per ipſum verum, quia etſi merita inuocantium non mercantur, vt exaudiantur; merita tamen Matris intercedunt, vt exaudiatur.*

Concinit huic viſioni alia, quã Annales Ciſtercienſes cap. 3. num. 9. referunt. *Vidiſſe aiunt S. Guillelmum Claræualcenſem Monachum, aliquãdo Beatiſsimam Virginem procidentem ad pedes Filij ſui irati, & finem mundi indicentis, ac ſuppliciter exorantem, vt clementia motus velit parcere mundo, peccatoribus quidem dando locum pœnitentiæ: amicis verò ſuis largiendo tempus præparandi ſe ad cœnam Agni, & Spõſi Chriſti. Neque fuiſſe orationẽ bonæ Matris ab optimo Filio repulſam pallam. Ergo ipſa miſericordes oculos, mites, & maternos habet, quibus omnia omnibus cupit annuere.*

Iam verò nouum typũ Matris miſericordiæ exhibemus: in ineffabili Mariæ benignitate, & compaſsione, *qua Nicolaum Keyan Fucanenga Iaponum, qui fuit primus eorum, qui capite deorſum conuerſo, & in ſcrobem inſerto ſuſpẽſi per pedes Chriſtianam fidem in Iaponia illuſtrarunt, ſic pendulum voluit non ſemel viſitare, quin & eumdem ab hac tanti ſpei laniena, & à feraliſigno ſuis manibus depoſuit; & per indulgentiſsimam ſanè benignitatem, patu frigidæ recreauit, Oyathum eo loco*

relin-

relinquens, & Nicolaum à vinculis liberum: Sic P. Alegambe in libro, cui titulus Mortes illustres, qui sapienter subdit. *Qua pietate, & visibili apparatu significare voluisse videtur Pientissima Mater, quo deinceps inuisibili solatio, & auxilio subleuatura esset simili Martirij genere pro Christo exercendos.*

EIVSDEM ARGVmenti.

MARIA Aduocata, & Mater misericordiæ.

ADNOTATIO III.

1 DIxeris quidem CHRISTVM Dominum Aduocatum iustũ, *qui saluare in perpetuum potest accedẽtes per semetipsum ad Deum semper viuens ad interpellandum pro nobis*: Sed itidem iure optimo ipsum Aduocatum misericordiæ appellaueris, quod tibi MARIAM in Aduocatam misericordiæ humanissimam, benignissimam, & dulcissimam Matrem præparauerit; ad quam fiducialiter accedere valeas; quæque & non accedentes, etiam protegere; & semper viuens ad interpellandum pro peccatoribus inueniatur; quæ errantes reducat, dispersos colligat; discedentes attrahat; desperatis spei remedium præbeat, & mortuos ad vitã reuocet; & iam iam condemnatis veniam impetret; quæ quidẽ omnia dum singillatim persequi, est animus: audi primũ Bernardum serm. de verbis Apocalypsis signum magnũ, sic te admonentem: *Opus est mediatore ad Mediatorem Christum, quia licet misericors, habet tamen iudiciariam potestatem; nec alter nobis vtilior, quàm Maria. Crudelis nimirum Eua, per quam serpens antiquus pestiferum, etiam ipsi viro virus infudit, sed fidelis Maria, quæ salutis antidotum, & viris, & mulieribus propinauit. Illa enim ministra seductionis, hæc propitiationis; illa suggessit præuaricationem, hæc iniecit Redemptionem.* Et statim eodem ductu: *Quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas? Nihil austerum in ea, nihil terribile, tota suauis est offerens lac, & lanam:* Hæc modo Bernardus bonam Aduocatam à suauitate, & perutili patrocinio commendans; atque ideò subijciens. *Quod si, vt verè sunt plena magis omnia pietatis, & gratiæ, plena mãsuetudinis, & misericordiæ, quæ ad eã pertinent, inuenies; age gratias ei, qui talem tibi Mediatricem benignissima miseratione prouidit, in qua nihil possit esse suspectum:* Ita Bernardus, vt videris Aduocatum iustum, itidem, & misericordem Aduocatum esse, qui talem nobis misericordiæ Aduocatam dedit. Concinit his opportunè Bonauẽtura in epist. quam ipse vocat 25. *Memoralium*, in qua dum salutis monita tradit, de Deipara, sic ait: *Gloriosam Reginam Domini nostri Matrẽ benedictam in summo habeas honore, & ad eam in cunctis tuis necessitatibus, tanquã ad refugium tutissimum te conuertas: illam in tuam assumens ADVOCATAM, deuotissimè, ac securè, tuã illi causam committas, quia Mater est misericordiæ, cottidiè studens ei specialem reuerentiam exhibere. Et vt tua deuotio sit ei grata eius puritatem mente, & corpore in te seruando toto conatu vitaris humilitate, & mansuetudine eius vestigia imitare.* Hæc omnia S. Doctor.

Bernar. Bonau.

In quem sensum opportunissimè ratiocinatur Richardus à S. Laurẽtio lib. 11. *de Laud. Virginis*, dum Deiparam, & oculum, & aurẽ Dei, qua mediante, peccatores benigniori oculo respiciat, & audiat hunc in modum compellat. *Nunquam enim deuotè clamãtibus ad Virginem Beatam clauditur respectus misericordiæ eius; nam sicut oculi Domini super iustos, Psal. 33. Sic oculi Mariæ super peccatores similiter, nec auditus eius; quia præparationem cordis eorum; ideſt, fideliter, feruenter, & deuotè clamantium ad eam audiuit, auris tua Psal. 9.* Et statim, vt ostendat, quàm opportunè, & strenuè Aduocatæ munus B. Virgo impleat, sic subdit. *Nunquam clauditur lingua, vel loquela ipsius, quin velit orare pro miseris, vt surgant, & pro tentatis, ne succumbant: vnde Apocalypsis 12. terra, ideſt, MARIA aperuit os suum ad orandum pro muliere, ideſt, anima quam serpens, ideſt, diabolus infestabat:*

2 Richar. à S. Laur. Psal. 33 Psal. 9. Apocal. 12.

Hæc Richardus. Quibus omninò adnecte, quæ prafato loco addit Bernardus, vt Mariam perfectiſsimàm Patronã, & Aduocatam faciat: ſic enim inquit: *Denique omnibus omnia facta eſt ſapientibus, & inſipientibus copioſiſsima charitate debitricem ſe fecit; omnibus miſericordiæ ſinum aperuit, vt de plenitudine eius accipiant vniuerſi; captiuus redemptionem, æger curationem; triſtis conſolationem; peccator veniam, iuſtus gratiam, Angelus lætitiam; denique tota Trinitas gloriam.* Hæc Bernardus, & poſtmodum premens Virginem *amictam Sole* ſubdit. *Nimirum ea eſt, quæ velut alterum Solem induit ſibi. Quemadmodum enim ille ſuper bonos, & malos indifferenter oritur, ſic ipſa quoque præterita non diſcuſſit mea, ſed omnibus ſeſe exorabilem, omnibus clementiſſimam præbet; omnium denique neceſſitates amantiſſimo quodam miſeratur affectu.* Sic ille.

3 Pergit verò eodem loco Richardus Mariæ patrocinium illuſtrãs ſubdens. *Nunquam clauditur manus eius, quia manus ſemper aperit inopi, & palmas ad pauperem extendit:* vbi cum de Mariæ interceſsione loquatur, quæ in ore, & loquela cenſetur; meritò ambigas, cur manus cum ore, & labijs coniunxerit; quæ potius erogare, & miſericordiam impertiri videtur: ſed eſt reſponſio ad manum, ad hanc nimirum manuum ad opem ferendam extẽſionem præcedere eamdem manuum ad Filium extenſionem; qua ab ipſo veniam, & donorum largitatem hominibus Beata Virgo implorat, quã Dei Filius reuerenter intuetur, vt nõ poſsit Maternæ petitioni nõ annuere: ſapienter id penſitãte Imperatore Leone, homilia de *Aſſumptione* hunc in modum: *Reueretur Deus ſanctiſſimam aream, benignumque ſe exhibet iis, qui benignitate ſua ſunt indigni, pœnaque ſolvit, & iuſtitiæ lancem declinat alioque vertit propter tuam dignitatem, quaſi perſonarum acceptor factus extenſionem manuum tuarum reueritus, quæ tanquam vehiculum Deum geſtauerit.* Hæc Imperator pro Mariæ maieſtate, & patrocinij ſui dignitate regiè, & opportunè locutus: Cui mirè concinit Richard. à S. Laur. lib. 6. de Laud. Virginis in hũc ſenſum inflectens ea, Pſal. 44. verſ. 11. verba: *Adſtitit Regina à dextris tuis*, hunc in modum. *Aduocat enim adſtare deſcribitur, tanquam Aduocata à dextris Filij, ideſt, in potioribus bonis eius: quia peroptimè cõgruit cum Rege iuſtitiæ Regina miſericordiæ.* Sic ille.

Ergo clamat Mater Eccleſia pro filijs ſuis ad Virginẽ *Salve Regina Mater miſericordiæ*: quæ verba vſurpaſſe viſus eſt S. Dionyſius apud Sanctam Brigittam lib. 4. Reuelationum cap. 103. dum ſic Deiparam alloquens inducitur. *Regina miſericordiæ, tu es, cui data eſt omnis miſericordia, & Mater Dei facta es ob miſerorum ſalutẽ tu vides quantæ animæ periclitãtur omni hora.* Pulchrè, dilucidè, & opportunè ſingula verba à cœleſtis ſapientiæ ſpiritu dictata: *Tu es* (inquit Dionyſius) *cui data eſt omnis miſericordia*: non vtique tibi, quæ nullam noſti miſeriam; nulli obnoxia fuiſti culpæ, verũ omni omnino gratia præuentã; ſed vt plena, & ſuper plena in humanum genus diffunderes: data eſt tibi, vt dares depoſita in te, vt à fideliſsima depoſitaria omnes accipiant: *Mater Dei facta ob miſerorum ſalutem*, vt quaſi Diuinitatis conſors, & diuina benignitate imbuta miſeris hominibus ſalutarẽ opem ferres, & quæ Dei conditio eſt feſsis rebus ſubvenires. *Nam ſi tu patrona, & tutrix noſtra non fuiſſes* (vt dicebat in ſuperioribus adductus S. Ioſeph confeſſor in Menæis Græcis, die 20. Martij poſt Ode. 3. de SS. MM.) *quis è tantis nos periculis eripere alius poterat? Quis hucuſque præter te liberatrem noſtram conſeruaſſet indemnem.* Ita quidem rurſus in eamdẽ ſententiam Richard à S. Victore cap. 39. in Cant. inquit: *Maria facta eſt Mater propter miſericordiam: hanc indeſinenter curat coram Patre, & Filio pro humano genere.* Quæ S. Bonauentura *in Speculo* cap. 5. id luculentur diffundit: *Abyſſus eſt Maria in bonitate, & miſericordia profundiſsima: vnde profundiſſimam miſericordiam Filij ſui pro nobis interpellat, & quaſi abyſſus abyſſum inuocat: vnde ſpecialiter de eius miſericordia ait Bernardus; Quis miſericordiæ tuæ, ò benedicta! longitudinem, & latitudinem, & ſublimitatem, & profundum queat inueſtigare? Nam & longitudo eius vſque ad nouiſsimum diem inuocatibus eam ſubvenit vniuerſis: latitudo verò,*

Richar. à S. Laur.

4

S. Brigitta.

I

S. Ioſep.

Richar. à S. Victor.

Bonau.

Leo.

Pſal. 44. v. 11.

replet orbem terrarũ, vt tua quoque misericordia plena sit terra: sed & sublimitas eius supernæ ciuitatis inuenit restaurationem: & profundum eius sedentibus in tenebris, & vmbra mortis obtinuit Redemptionem: Hæc vterque Pater, quibus nihil verius, elegantius, & illustriùs dici potuit.

5 Sed ego quidem nescio, quid huic instituto, quantumuis humana mens defatigetur: dici aut excogitari possit aptius, & opportunius, quam iste, qui in ore omnium natat: communissimus titulus *Mater misericordiæ*: cum vel ex ipsa solum notione vocũ plena energia, qua omnimoda miserendi ratio significetur, vndequaque subsistat, ad eum quidem modũ, quo Oratorum primus M. Tullius, vt parridam criminis omnium pessimi argueret, non alio Rhetorico argumẽto vsus est; quàm voces, & terminos ipsos, tum Matris, tum occissionis ei ob oculos prius statuens exclamauit: *Matrem tuam occidisti: Matrem tuam occidisti*: Quid namque tenerius? quid ad miserendum fortius Matre? Audi Richard. à S. Laur. lib. 4. de Laud. Virgin. de Deipara, sic ratiocinantẽ. *Nec solùm Regina misericordiæ, quoad potẽtiam miserendi, sed &* Mater misericordiæ *appellatur, quoad affectum miserendi, libentiùs creaturis Filij sui misericordiam exhibens, quam aliqua Mater filijs vteri sui. Vnde dicit Isaias* 49. Numquid potest obliuisci mulier filium suum? *& statim. Vnde dicit quidã de hac Matre. Ad quem refugient filij miseriæ? si eos repellat Mater misericordiæ? Mater enim ista omnia bona nobis vult, sicut Mater filijs. Vnde dicere videtur Christianis illud Pauli ad Philipp.* 1. Testis enim mihi est Deus, quo modo vos cupiam in visceribus Christi *Filij mei*: Sic Richardus: & post pauca cum allusione ad verba Cant. 4. v. 15. *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano* subijcit: *Ipsa enim est fons misericordiæ, quia sicut fons per subterraneos meatus semper recipit aquam, & semper effundit: sic Beata Virgo fons est, & puteus aquarum viuentium, quæ à Christo ad ipsam, & ab ipsa in nos fluunt impetu de Libano, id est, de candore benignitatis vtriusque. Nõ enim Mater hæc dedignatur peccatores, sicut nec bona mater filium infirmum,*

M. Tullij.

Richar.

Cant. 4. v. 15.

A *quia propter peccatores facta se recolit misericordiæ genitricem; vbi enim nõ est miseria, misericordia nõ habet locum, & quia semper sumus in miseria, semper indigemus misericordia.* Hæc ille.

Quo opportunè referas Richardum à Sancto Victore cap. 42. in Cãtica, apud quem Deipara dicitur, *Vena veniæ fons vitæ*: & quidem rectè; cum vena & corporis, & aquarũ sit; & fons quidem minimè cohibet, siue retinet susceptam aquam, sed emittit & effundit semper manans, & continuo motu, & perennitate viuentia imitatur, quod Deipara depositam in ipsa Dei clementiam, atque benignitatẽ, nec per instans retineat, sed statim in peccatores effundat, & irrequieto motu diuinam misericordiã ipsis immittat, vt vel hac ratione à Bonauentura in Speculo comparetur cum Ruth (vt alibi vidimus) quæ interpretatur *videns*: seu *festinans*: *videns, scilicet* (inquit ille) *nostram miseriam, & festinans ad impendendam misericordiam*: & quidem in corporis sanguinaria vena mirè subintelligitur: per MARIAM veniam à peccatoribus obtineri; qui quoties ad ipsam recurrunt; venam veniæ tangunt, & ad salutem secant: dicimus quidem nos de eo, qui in re concupita dexterè scopum collimauit, *dio en la vena*; vagos aliàs incertos, & errantes iactus facturus: ita prorsus ille Deiparæ cliens *venam veniæ* tetigisse videtur, qui vt est in Menæis Græcis, die 13. Martij post Ode. 3. de Sancto Nicephoro apud Ecclesiam Græcam dicebat: *Cum recolerem mente immensas miserationis tuæ diuitias, vnaque insuperabiles tuæ Potentiæ vires, mox ceu inter angustias deprehẽsus, & curis multò grauissimis fluctuans ad Tuum confugi Præsidium, & fundo cordis mei cum lachrymis clamans. Virgo Deipara: fer auxilium mihi. Tu quæ es sola totius mundi tutela*: Hæc ibi. O bona, & salutaria verba, quæ ab ore Christiano nunquam debent abesse.

6 *Richar. à S. Laur.*

Ecclesiá Græca.

Verum enim verò mirificè hanc venæ imaginem illustrauit Bonau. in Speculo cap. 14. aucto censu de Maria inquiens: *Vena verè nobilis: vena Spiritu Sancto plena: vena fontis vitæ: vena salutis nostræ*: quibus opportunè affirmat; eum qui Deiparam adierit, omnino vitam, & salutem obtentu-

7 *Bonau.*

rum; quod cum eam venam tetigerit, quæ Spiritu Sancto plena est, proinde velut necessaria ratione diuinam misericordiam, & benignitatem effusura sit: sed enim cum Mariam venam fontis vitæ appellauerit Bonauentura, & Richardus modo citatus, fontem misericordiæ esse dixerit: obserua in his locutionibus Aduocatæ munus ab ipsa egregiè exercitum: vt verò cogitatio mollius cadat, reuoca in memoriam ea Anselmi verba, quæ in ore omnium natant lib. de excellentia Virginis cap. 6. *Velocior est nonnunquã salus memorato nomine Mariæ, quàm inuocato nomine Iesu: & id quidem non ideò sit, quod ipsa maior, aut potentior eo sit: neque enim ipse magnus, & potens est per eam, sed ipsa per illum. Quare ergo promptior salus in recordatione eius, quàm Filij sui sæpè percipitur?* Respondet statim: *Filius eius Dominus est, & iudex omnium, discernens merita singulorum. Dum igitur à quouis suo nomine inuocatus non statim exaudit; profecto iustè facit: inuocato autem nomine Matris, & si merita inuocantis nõ merentur, vt exaudiatur; merita tamẽ Matris intercedunt, vt exaudiatur:* vt dixerit, eos, qui ob peccata sua indigni sunt, vt exaudiantur, venam fontis vitæ scindentes, hoc est Mariæ intercessione veniam consequi: iam hùc fontis imaginem reuoca cum Richardo à S. Laurentio lib. 9. scitè affirmante, eius esse conditionis, qui nunquã congeletur: audi: *Non congelatur sicut cæteræ aquæ, sed iuxtà fluunt miserationes eius, quia non fluit ibi Aquilo aquas ligans*: En ergo mentem Anselmi, quasi illud discrimen constituat inter Christũ, & Mariam; quod licet vterque fons sit pietatis, at Christus nõ semel congelatur, ne fluat, dum à nostris iniquitatibus, quasi amnis ab Austro niuali compede vinctus detinetur: Maria verò, cui non cõpetit merita discenere, nec inferre supplicia, sed potiùs fauere, & fouere, is fons sit, qui nullis peccatorum Aquilonibus congeletur, sed indesinenter miserationes eius fluant: ac proinde ipsa, tanquam patrona inuocata promptissimè accurrat, & congelatum fontem pietatis Filij sui, precibus & interuentione ad natiuum misericordiæ cursum velut soluta glacie reddat: consentanea his sunt, quæ habet Bernardus serm. *insignum magnum*: dum hocmet sensu, & ipsummet inter Christum, & Mariam versans discrimen cum de Christo dixisset: *Non sola illi cantatur misericordia; cantatur pariter, & iudicium.* Inde infert: *Opus est ergo Mediatore ad Mediatorem; nec alter nobis vtilior, quàm Maria:* vt dixerit etiam cum Richardo. *Quia pe. optimè congruit cum Rege iustitiæ Regina Misericordiæ.*

Quò itidem facit MARIAM à PP. templum Dei multiplici ratione appellari, vt videre est apud S. Ildephonsum lib. de perpetua virginitate Virginis Mariæ cap. 10. Hesychium orat. 2. de Deipara. Damascenum orat. 1. *de Natiuitate B. Virginis.* Ambrosiũ lib. *de institut. Virginis* cap. 5. Gregorium Neocæsar. orat. 3. *de Annuntiatione.* S. Cyrill. Alex. *hom. in Nestorium.* Basilium Seleucien. orat. de *Annuntiatione.* Ioan. Geometram *in Catena apud Lucam*, 1. vers. 36. Signatissimè verò ab Augustino serm. 2. *de Assumptione*, & ab Anselmo *de Excellẽtia Virginis* cap. vltimo, dici *Templum misericordiæ Dei*: quòd videlicet in ipsa velut in sede propria misericordiæ suæ dona distribuat; & ipsam pro domo refugij, & misericordiæ templo ad quod peccatores sese recipiant, vt irati Dei minas, iram, & supplicia aufugiant; peculiariter habeat, vt proinde ab Amphilochio orat. in S. Deiparam *Templum sanctum spei nostræ* merito nuncupetur: Cum quisquis nocens ad templum confugit spem certam euadendi habeat, & quisquis ad templum misericordiæ Dei, quod est Maria cõfugiat, *misericordiam, & gratiam inueniat in auxilio opportuno*: imò & in templo gloriæ Dei se collocatum esse præsumat: certè S. Germanus Cõstantinop. orat. *de Zona Virginis*, vel ea solum ratione, quod in materiali Mariæ templo pedes statuisset, ipsam fidenter sic alloquebatur: *Ad templũ tuum, ò Deipara studiosè accurrimus, in quo cum stamus, in cœlo ipso nos stare credimus, in quo celebrantes, in Angelorum choros versari, nos existimamus.* Sic germanè Germanus: vt dixerit cum in conspectu tuo stamus: cum te, ò Deipara videre nos, videre videmus! saluos nos, & velut in cœlis mi-

A *Bernar.* *Ps. 100 v. 1.*

B *Anselm.*

C *Ildeph.* *Hesych.* *Damas.* *Ambro.* *Gregor.* *Neoc.* *Cyrill.* *Basil. Sel.* *Geome.* *August.* *Anselm.*

D *Richar. à S. Laur.*

E *Germa.*

seri-

sericordiam obtinuisse credimus: Potes ne ò Mater Misericordiæ intueri nos, quin nostri miserearis? Num istos misericordes oculos à nobis, aut deflectes, aut claudes? Et non potiùs conniuebis? Benè huc intentus. Bonus Auctor ex Plinio obseruauit, vix in millibus gladiatorum paribus, inuentum fuisse, qui contra ictum oculos non demitteret: duos tantum ob id in ludo C. Cæsaris *inuictos* appellatos: vt inde sic inferat opportunè. Si ergo neque belluæ illæ sanguinariæ efficere potuerunt, ne annuerent, an efficiet clementissima Mater misericordiæ, cùm confugimus ad Misericordiæ aram cadētes? Grādis misericordiæ ictus est, miserum videre? Conniuet, scilicet, cum ictus à calamitate in nos venit: & nostris quodammodo optima Mater vulneribus cruentatur: cōcinit hic pulchra, hæc consideratio S. Ernesti, Archiepiscopi Pragensis in Mariali, *Si aspectus Reguli, siue Basilisci tantam habet virtutem malitiæ, vt interficiat hominem, cur non dicam Beatissimæ Virginis oculos tantæ esse virtutis, & gratiæ, vt suo aspectu viuificet animam, vel ad vitam resuscitet hominem? Ideò toties nos miseri, & exules ad ipsam suspiramus gementes, & flentes, atque dicentes.* Eia ergo Aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Hæc optimè Arnestus.

Plin. lib. 12. c. 17.

EXEMPLA.

EXemplis quæ dabimus, ipsa Aduocata, & Mater Misericordiæ præire, & pro illis fideiubere vult apud S. Brigittam lib. 6. Reuelat. cap. 10. affirmans. *Ego sum Regina cœli: ego Mater misericordiæ: iustorum gaudium, & aditus peccatorum ad Deum. Nulla etiam pœna est in Purgatorij igne, quæ propter me non remissior erit, & lenior ad ferendum, quam aliter esset. Nullus est adeò maledictus, qui quamdiu viuit, careat misericordia mea, quia propter me leuius tentatur à dæmone, quam aliter tentaretur. Nullus est ita alienatus à Deo (nisi omninò fuerit maledictus) qui se me inuocauerit, non reuertatur ad Deū, & habeat misericordiam.* Hæc omnia clementissima Virgo.

In vita Odonis primi Abbatis Cluniacensis, quam Ioannes Monachus scripsit, refertur lib. 3. *Famosum quēdam latronem multis precibus, & emēdationis vitæ promissionibus ab Odone obtinuisse, vt illum in suum ordinē reciperet, & quidem tam felici successu, vt ad instar boni latronis paucarum horarum spatio in paradisum translati, cum in religione nō mediocres in virtute progressus fecisset consummatus in breui expleuit tempora multa: Moriturus verò visionem, quam habuerat Abbati Odoni, ita narrauit: proximā nocte sum raptus in cœlum; obviamque mihi fulgentissima Matrona processit, rogans num se cognoscerem? negāte me.* Ego (*inquit*) Misericordiæ Mater illa sum, quam toties inuocant Christiani. *Quid me (inquam) Domina facere iubes? Tu verò (inquit) post triduum, hùc venies, mortisque horam præsignauit: cessit dies, & hora. At ille tempore quidem nouus miles, & tyro: merito veterānus, vitam quo die, quo momento Virgo prædixerat terminauit. Illo ex tēpore beatus Vdo sanctissimam Virginem* Misericordiæ Matrem *appellauit, & prætermisso Mariæ vocabulo Deiparam dulcissimo illo circuitu, cuius ipsa Magistra fuerat, vocitabat.*

Ioan. Mon.

De Dominicano quodam Fratre, qui in Religione piè, & religiosè vixerat: refert Doctor Belluga in vita Deiparæ de illius patrocinio Reuelat. 3. *Morti iam vicinum, præteritarum culparum memorem cœpisse pauere, & tædere, & inter spem, & metum vehementius colluctari: quod animaduertens Aduersarius diabolus, qui tanquam Leo rugiens, quærit quem deuoret, & quamlibet rimam, qua intret obseruat; debilem illam muri partem tanto impetu oppugnauit, & sese illi videndum tanta feritate dedit, vt miser infirmus arma abijciens; suæ tandem saluti diffidens in verba desperationis proruperit. Aderat illi religiosus alter in adiutorium animæ, & leuamen datus, qui dum ingens illud discrimen animaduertit, & ea infelicia verba audiuit; multis ipsum rationibus tanti erroris admonuit; & vt mētem fiducialiter ad Deum erigeret misericordiæ abyssum ob oculos proposuit. Nam ipse (dicebat) quantum distat cœ-*

lum

lum à terra longè fecit à nobis iniquitates nostras: Quomodo miseretur pater filiorum miserius est Dominus timentibus se; quoniam ipse cognouit figmentum nostrum: Verum enim verò sic animum infirmi peruaserat tremor: adeò que horrore turbatus erat; vt ad mentem redire non posset: sed bonus socius animū minimè despondens ad sacram anchorā confugit; & Mariam Matrem Misericordiæ, & humani generis Aduocatam ob oculos posuit: vehementiùs obtestans, vt eam Ecclesiasticis illis verbis inuocaret: Maria Mater gratiæ: Mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe: *demone obsistente ne tanto auxilio frueretur: sed tandem persuasione socij victus, potius vero Deipara intercedente; dulcia illa protulit verba, vixque vltimum pronunciauerat; cum diuina luce animum illustrante plenus cœlesti lætitia auertens oculos ab eo loco, in quo malus demon se illi conspiciendum dederat: exclamauit nonne Dominam nostram Deiparā mihi adstantem cernitis? Vocate mihi cito P. Priorem; vt hanc meam diffidentiæ culpam ei confitear: eique referam; quomodo Virgo sanctissima instantes demones expulerit, & auxiliatricem mihi manū dederit: Ergo vix facta Prælato confessione feliciter diem obijt, & animam per Deiparæ manus Deo reddidit.*

MARIAM OPTIMAM Aduocatam esse, quod Regina misericordiæ sit; ac proinde sua interesse hominum salus.

ADNOTATIO IV.

1 ADeò quidem est blanda spērādi cuique pro se dulcedo; vt ad Deiparæ patrocinium velut denuo pro nobis firmandum adiungere audeamus: ipsam non tantum Aduocatam nostram, sed insuper Reginam misericordiæ dici, & esse: hoc vero Reginæ nomine ingens spei nostræ robur accedere: quippè nihil Regi carius, & pretiosius esse debet, quàm salus, vita, & felicitas subditorum, & ad ipsorum incolumitatem cuncta referre. Porus quidem Indiæ Rex ab Alexandro Magno victus, & captus, vt ab ipso victoria elato obtineret, vt non modo mitiùs cum eo ageret; sed etiam iracundiam amicitia commutaret, sic supplex illum orasse fertur *Regaliter mecum age*; sed enim cū Alexāder regiæ dignitatis velut oblitus ab ipso sciscitaretur. *Nūquit amplius?* scite ille respondit. *In verbo regaliter omnia insunt*: Et quidem rectè. Nimirum Regem non modo clemētia decet: & salutis humanæ cura: *nam seruare proprium est excellentis fortunæ*: sed humanitas, & benignitas, & beneficentia in omnes: Quare cum Deiparam Reginam appellamus, hæc omnia ab ipsa potiori ratione speramus; & de ipsius patrocinio maximè confidimus. Hoc planè sensu Deiparam Reginam misericordiæ, & Aduocatam clementiæ considerabat S. Ioseph Confessor in Menæis Græcis, die 15. Iulij post Odc. 3. de SS. MM. Quirico & Iulitta, hunc in modum: *Intaminata Mater, & ipsum planè Domini sceptrum super res omnes admiratione dignissimum me de laqueis eximè aduersarij dolosissimi, atque in petra mandatorum Christi stabili me gradu cōsiste*: etenim his verbis Sāctus Ioseph, non modo significat Deum per Mariā mira nos suauitate gubernare, sed singillatim cum allusione ad historiā Esther, cum Rex Assuerus ad Esther sceptrum aureum, quo significabatur signum clementiæ manū portendit. Mariam aureum Dei sceptrum esse monet, cuius extensione Diuinā Clemētiam obtinemus, & exitium à Dei iustitia nobis iustè paratum, misericorditer, atque feliciter euitamus.

Enerit verò hoc in limine dissertationis adnotandum cum nostro eruditissimo Theophylo Raynaudo in Nomenclatore ad titulum, *Regina Misericordiæ*, eo in celeberrimo Cātico, cuius initium est, *Salue Regina*, ab Hermano Contracto compositū: lectionem antiquam, & Germanam habere *Regina Misericordiæ*, & vocē, quæ nunc interponitur *Mater* aduentitiam esse; vt videre est apud Bernardum in Sermonibus, & Meditatione super *Salue Regina*: sic enim ibi

2

Plutar.

Seneca.

S. Ioseph. Confess.

Æsth. c. 8. v. 4.

Theoph.

Herm. Cōtract.

semper

ſemper legitur. *Salve Regina miſericordiæ, vita, dulcedo, &c.* & quidē peculiarem emphaſim ineſſe, huic titulo manifeſtum videtur: cuius germaniſsimus, & ſimpliciſsimus ſenſus is eſt, vt in miſericordiæ vſu, ſiue beneficio dando, abſolutiſsimè pro libito, ſeu bona voluntate, tanquam Regina, cui ſumma ſubeſt poteſtas diſponat; ſic id affirmante Bernardo ſerm. 1. *Conuenienter appellatur Regina miſericordiæ, quòd diuinæ pietatis abyſſum, cui vult, & quando vult, & quomodo vult creditur aperire, vt qui vis enormis peccator non pereat, cui Sanctaſanctorū patrocinij ſui ſuffragia præſtat.* Sic ille, & ad eius guſtum Richard. à S. Laurent. lib. 4. de Laudib. Virg. cum dixiſſet. *Regina cælorum eſt, miſericors eſt,* ſubdit. *Vnde & dicimus ei, Regina miſericordiæ commemorantes, quod poſsit tanquam Regina, & velit, tanquam miſericors nos adiuuare.* Rurſum verò Bernardus in Meditatione ſuper Salve Regina, cum ipſam interrogaſſet: *Sed cum plenus ſim miſeria à vertice, vſque ad pedum plantas, & putrefactus fœtorem grauem, & horrorem, quomodo dignaberis regere tam nobilis creaturæ?* opportunè reſpondet. *Quia tu es Regina miſericordiæ; & qui ſunt miſericordiæ ſubditi, niſi miſeri? Multum es ſollicita de miſeris, hos in tuos filios adoptaſti, hos regere Domina voluiſti: ideò Regina miſericordiæ vocaris.* Hæc ille.

Bernard. Richar. à S. Laur. Bernard.

3 Quod ſi verè æſtimas, eſt id proprium Reginæ munus: Nam in Pontificali Romano in Coronatione Reginæ temporalis; ſic ipſa à Metropolitano monenda præſcribitur: *Viduas, pupillos, pauperes, ac debiles ab omni oppreſsione defendes, omnibus te adeuntibus benignam, manſuetam, atque affabilem pro regia dignitate tua te præbebis. Et ita te geres, vt non ad tuam, ſed ad totius populi vtilitatem regnare, præmiumque benefactorum tuorum, non in terris, ſed in cœlo expectare videaris:* Quibus ipſa Regina, ſic indidem annuere debere dicitur: *Ego. N. Deo annuente futura Regina profiteor, & promitto coram Deo, & Angelis eius, deinceps legem, iuſtitiam, & pacem Eccleſiæ Dei, populoque mihi ſubdito pro poſſe, & noſſe benè facere, ac ſeruare:* Quæ ſanè omnia ab ipſis diuinis Reginæ cœli moribus ebibita eſſe ab Eccleſia, hæc præſcribente videntur, quā terræ Reginas imitari debeant: Iam verò ſi Reginę munus eſt viduis, pupillis, miſeriſque omnibus ratione regiæ dignitatis ſubuenire, & auxilium præſtare: Quis de Virgine, quæ Reginarum Regina, atque idæa eſt ambigat, non fore præſentiſsimam opem, & patrocinium miſeris omnibus allaturam? Quare indidem Richardus pergit. *Clamandum eſt igitur, iugiter ad Reginam miſericordiæ, Regina ſiquidem ſolet eſſe munifica, larga, & liberalis.* Ad guſtum verò Bernardi Mariæ dicentis: *Hoc in filios adoptati* oportunè inflectit Rupertus verba Cant. 1. verſ. 14. *Oculi tui columbarum.* inquiens. *Pullos alienos columba nutrit, & nos, qui eramus alieni ſecundùm carnem à genere tuo; ecce viuimus tuis meritis:* quippè tui ſumus ſubditi. Tu Sanctiſsima Regina noſtra es.

Cant. 1. v. 14.

4 Hinc illud inferre intēdimus eam Reginæ maieſtatis, atque coronæ Mariæ conditionem eſſe, vt ſaluo coronæ honore, & maieſtate non poſsit peccatoribus ad ipſam confugientibus non ſubuenire: Hoc vt præſtemus coronæ Marianæ ſtructuram, & plus quā Phidiæ opus iterum, atque iterū examinare opus eſt. Quare audi primum Ioannem Apocalypſis 12. verſ. 1. *Et ſignum magnum apparuit in cælo. Mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim:* Dignum planè ſtellis coronari caput tantæ Reginæ; tantæ Matris: Sed alteram ſubinde eamque diuerſiſsimam coronam iam attētè: ſic enim Cant. 4. verſ. 8. *Veni de Libano, Sponſa mea, veni de Libano: veni: Coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus Leonum, de montibus pardorum:* Vbi; quis, rogo, ad tam inſolitam regij diadematis ſtructuram non miretur? Ita ne regiæ coronæ maieſtatem præſeferenti feroces belluæ coaptari potuerunt? Sed vt, vt id fuerit, & *velut ægri ſomnia vanæ fingantur ſpecies; vt nec pes, nec caput vni reddatur formæ:* quæ tandem cogitatio feras cum ſtellis potuit componere? & ſenſum vtriſque communem reddere? Siue, quæ tam exquiſita perſpectiuæ arte, hinc micantia lumina, & ardentes ſtellæ in corona humanis obtutibus apparere;

Apoc. 12 v. 1.

Cant. 4. v. 8.

illinc

illinc autem immanes feræ conſpici videantur? aut quæ tandem tam prodigioſa metamorphoſis, rugientes, & vllulantes belluas in placidiſsima ſydera transformare potuit? Sed enim, ſi & vatem audis dicentem, *Hæc mutatio dexteræ excelſi*, Pſal. 76. verſ. 10. & ad potentiſsimum Mariæ patrocinium, & efficaciſsimam interceſsionem, itidemque ad puriſsimum, & ſalutare lac, quo clientes ſuos nutrire conſueuit, animum aduertis; omninò cognoſces, peccatores, qui merito belluis comparantur ab humana ratione degenerantes, cum ſub tegmine alarum Virginis ſe recipiunt, priſtinæ dignitati reſtituti in ardentiſsimas ſtellas commutari, è quibus ſplẽdidiſsima Mariæ corona conſtruatur; qua nulla ornatior, aut excellentior valeat excogitari. Vel gentili Seneca lib. 1. de Clementia affirmante: *Nullum ornamentum Principis faſtigio dignius, pulchriuſque eſt, quàm illa corona ob ciues ſeruatos.* Richardo à S. Laurẽt. in hunc ſenſum vtraque verba cõferẽte. Et quod iã vidimus vtrãque Virginis coronã ſic illuſtrante: *Ipſa de cubilibus Leonum, & de montibus pardorum dicitur coronari: & nota, quòd Apocalypſis* 12. *Dicitur Maria coronari de ſtellis: hic promittit ei Filius, quod coronabitur de feris: & quid eſt hoc, niſi quod feræ per gratiam, & orationes Mariæ fiũt ſtellæ, vt conueniant capiti tantæ Reginæ, vt de ſtellis ei corona videatur exhibita, quæ de feris fuerat promiſſa: & hæc eſt mutatio dexteræ excelſi*: Hæc modo ex Richardo.

Pulchrè illud: *vt conueniant capiti tantæ Reginæ*: tantæ enim Reginæ capiti nulla ſplendidior, nulla excellentior, aut maioris pretij eſſe poteſt, quã ob feras in ſtellas: enormes peccatores in iuſtos, & ſanctos videri cõmutatos: vnde poſt præfata verba. *Nullum ornamentum Principis faſtigio dignius, pulchriuſque eſt, quam illa corona ob ciues ſeruatos*: pergit Seneca. *Non hoſtilia arma detracta victis, non currus barbarorum cruenti, non parta bello ſpolia. Hæc diuina potẽtia eſt, gregatim, ac publicè ſeruare*: Nec me temperem quin ijs adijciam, quæ ante Senecam ſcripſerat ille:

Video fulgentibus armis
Conſpicuos poſtes, rectaque digna Deo,
Et Iouis hæc, dixi, domus eſt, quod vt eſſe putarem
Augurium menti querna corona dabat
Cauſa ſuperpoſitæ ſcripto teſtata coronæ
Seruatos ciues, indicat huius ope.

Quippè hæc ſternunt viam regio vati dicenti de Maria, Pſal. 86. verſ. 2. (vt PP. frequentius exponunt, Gregorius Neocæſarienſis ſerm. 3. de Annuntiatione. Georgius Nicomedienſis orat. de Præſentatione. Bernardus in Deprecat. ad Virginem. Richard. à S. Laurentio lib. 11. de Laudib. Virg. German. Conſtantinop. oratione *de Zona Virginis* cap. 1. Hugo Cardin. & alij: *Gloriоſa dicta ſunt de te Ciuitas Dei*: Quæ glorioſa? *Memor ero Raab, & Babylonis ſcientium me*, ſiue vt alij legũt apud Lorinum *Memorabo Ægyptum, & Babylonem inter ſcientes me*: ſed quo modo memor? reſpondet ex perſona Mariæ Richardus: *Memor ero ad miſerandum, non ad puniendum*: ſed *quibus memor ero*? Scientibus me (ſic legit ipſe) *vt ſcilicet ab ijs, qui me nouerunt, inde glorificer, & collauder, quia hanc gloriam meã alteri non dabo*. Benè quidem, quæ memor eſt *ad miſerendum, non ad puniendum*, inde glorificari tãtopere credat, vt eam gloriam ſuam omninò, nec alteri conuenire, quam ſummæ Reginæ exiſtimet: ita opportunè Seneca præfato lib. 1. de Clementia cap. 21. *Quiſquis ex alto ad inimici pedes abiectus alienam de capite ſuo, regiamque ſententiam expectauit, in ſeruatoris ſui gloriam viuet, pluſque nomini eius conferet incolumis, quàm ſi ex oculis ablatus eſſet*: ſcilicet, ad ſupplicium.

Pergit vates: *Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum hi fuerunt illic*: emphatice velut ob oculos recẽſens immanes illas feras magnorum peccatorum, qui non minus, quàm Æthiopes criminum nigredine turpes, atque deformes erant; nõ modo è ciuibus Babylonis in ciues ſanctorum, & domeſticos Dei commutatos: vt dixerit, ecce portentum omni admiratione dignum: ille qui olim in cubilibus leonum, & in montibus pardorum commorabantur; modo in corona Regia Dominatricis cœlorum conſiſtunt: cui emphaſi maiorem epitaſem addit lectio Tertulliani apud Loriuum, *Hi fuerunt illi*: iſtæ ſplendi-

diſsimæ

Pſal. 76 v. 10.
Seneca.
Richar. à S. Laur.
Apoc. 12.
Seneca.
Ouidius lib. 3. Triſt.
Pſal. 86 v. 2.
Gregor. Georg. Nicom. Bernar. Richar. Ger.ma. Hugo Ca.din.
Lorinus
Richar.
Seneca.
Tertull.

diſsimæ ſtellæ in Corona Virginis collucẽtes eædem ſunt cum feris illis immanibus Leonibus, & pardis horrorem pridem concutientibus: vide quàm felicem ſortem fuerint adepti, qui ſub palliũ Deiparæ confugerunt: Hæc mutatio dexteræ excelſi: ſola quippè excelſi dextera, quam Mariæ interceſsio ductabat feriſsimos leones, & pardos in collucẽtia luminaria ſuper Virginis caput radiantia potuit commutare: ita quidem præfato loco
Richar. B Richardus, inquiens. *Quod dicitur, Ecce, ſcilicet, aduerbium demonſtrandi eſt, ac ſi diceretur in propatulo eſt, quomodo Mariæ charitas omnes recolligit in ſinu matrem pietatis refugientes ad ſe, & facit ciues vtriuſque Eccleſiæ, quia alienigenæ, ideſt (vt ait Remigius) alieni prius à Deo, ſed poſteà vim ſibi facientes hac auxiliatrice recipiunt regnum cœlorum, quod vim patitur.* Sic Richardus. Hinc
Eccleſiæ Græcæ. C Eccleſiæ Græcæ PP. hac cogitatione imbuti auxiliarem Mariæ manum flagrantiſsimè exorant: & primũ S. Ioannes Euchaita in Menæis die 30. Ianuarij Ode. 7. Canonis primi de S. Baſilio, &c. ſic inquit: *Splendidam mãdatorum ſalutarium ſtolam per baptiſmum indutus, eamdem ſordidaui per incuriam miſer. Nunc ergo ad te curſu contendo ſupplicans tibi, ô Virgo, vt per te noua ſanioris animæ toga conueſtiar.* Ac ſi
Ioann. Euch. *S. Baſil.*
dicat, vt è fera in ſtellam euadam: Similiter S. Ioann. Damaſcenus die 13. Februarij in veſperis de S. Martiniano confeſſore, inter verſus ſimilares: *Annue, ô Virgo, ſupplicibus poſtulatis famulorum tuorum, & nobis lachrymarum fontes largire, quibus delictorum noſtrorum inquinamenta lauemus, vnaque perennantem, & doloris acerbiſsimi flammam extinguamus. Quicumque enim te ſui Domini Matrem omni cordis contentione implorant, eorum tu deſideria euentu pleniſsimo donas;* ſic itidẽ S. Theophanes eodẽ die
S. Ioan. Damaſc. *S. Theophan.*
13. Februarij poſt Ode. 3. *Diuinas manus tuas, ô Virgo, quibus Creatorẽ portaſti ad exorandũ nobis Chriſtum protende, vt nos à malis inſtinctibus immunes efficiat; nos, qui hæc tibi verba cupidiſsimè acclamamus: Gloria ſit illi, qui ex te nobis proceſsit. Gloria incolenti vterum tuum. Gloria denique per tuum nos puerperium in libertatem aſſerenti.* Hæc PP. Græci, quæ ſenſum communem habent cum feris illis in ſydera commutatis.

Iam verò, vt propoſitæ theſi ſatisfaciamus, in qua audenter diximus, è re magnitudinis, atque coronæ Virginis eſſe, auxiliatricẽ manum peccatoribus dare, vt in ſtellas cõmutentur; atque in tam felici ſtatu immoti conſiſtant: obſerua; iſtud inter Chriſti, & Mariæ coronam ingens intercedere diſcrimen; quod Chriſti corona iuſtitiæ ſit; ac proinde in manu poſita; Mariæ verò corona ad miſericordiam ſpectet, & in capite eius ſit; & ideò eà, quã maximè glorietur. Quòd nullum ſit pulchrius, digniusvè Principis ornamentum, quàm corona ob ciues ſeruatos: inde verò collige; vt ſalua Chriſto ſua corona peccatoribus pereuntibus ſubſiſtit; ita Mariæ diadema, quod feris in ſtellas commutatis conſtat, illis decidentibus quodammodo imminui, atque defloreſcere ad eum planè modum, quo regia corona radiis aureis, & gemmis ſplendens, ſi aliquas ab ipſa extraxeris gemmas, aut radiorum partem; deturparetur quidem, & à ſua pulchritudine caderet. Enimverò, vt meam omninò cogitationem explicem, atque confirmem; monitum te ſimul velim, vt cũ te ipſum, & iuſtitiæ cultorem, & Dei amicum, ac proinde ſtellam eſſe credideris dicente ad Philipp. Paulo cap.
Philipp. D 4. verſ. 16. *Inter quos lucetis, ſicut luminaria in mundo:* quo in loco ſis oportere, vt noueris; nempè in Chriſti manu, teſtimonium perhibente, Ioanne Apocalyp. 1. verſ. 15. *Et habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem;* & Salomone Sapientiæ 3. verſ. 1. *Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt,* & quod caput eſt ipſomet Domino ſignatiſsimè de ouibus ſuis affirmante: *Non rapiet eas quiſquam de manu mea:* Ioannis 10.
Apoc. 1. v. 16. *Sapient. 3. v. 1.* *Ioan. 10 v. 28.* E verſ. 28. & ſtatim: *Et nemo poteſt rapere de manu Patris:* vt planè noueris; poſſe te è tanto faſtigio, ſalua Dei maieſtate, & decore decidere, cum non ſis corona ipſius capitis; nec in capitis corona conſiſtas; ac proinde, non tam de corona, ſed de ipſius manu cadas: ſuggerente, & inſultante apud Iob cap. 35. verſ. 6. *Si peccaueris, quid nocebis ei? Etſi multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum?* Quid quod? A Chryſoſtomo ad ea Ioannis verba ob-

Iob. *Chryſoſt.*

seruatum est, Dominũ, vt dixerit. *Nõ rapiet eas quisquã de manu mea*; non tamen ideò affirmasse; non posse eas suo arbitrio se ipsas ab eius manu auellere; sed potentiam suam declarasse, vt quantũ in se est; oues ipsius eatenus, nõ perituras, quatenus nemo ipso fortior esse possit, vt valeat de manu eius eripere; atque ideò si, malo fato, illæ perierint, sua ipsarũ voluntate, & malitia, nõ ipsius infirmitate perire: Quò facit illud Domini de Iechonia impio Rege apud Ieremiã 22. v. 24. *Viuo ego dicit Dominus, quia si fuerit Iechonias filius Ioachim Regis Iudà, annulus in manu dextera mea, inde euellã eũ*: quod videlicet malitia sua tali fastigio ipse volẽs, & libẽs se fecerit indignũ: vbi notãtissimè obseruauit Hieronymus (quod alibi adnotasse me memini) in Hebræo ibi, nõ esse *Iechonias*, sed *Chonias* ablata prima syllaba Hebræa *Iaba*: quod Iechonias sit vox composita à *Ia*, quod est nomẽ Dei: & significet, *Dei præparationẽ*, siue *præparatũ à Domino*; quod quidẽ illi Regi, dum annulus in Dei manu erat, optimè quadrabat; cũ verò ipse à Domino recessit ab eius manu suamet voluntate decidit: quod planè nullũ diuinæ manui splẽdorem diminuit: imò verò ab ipsa recedente traditore Iuda nouimus dixisse Dominũ: *Nũc clarificatus est filius hominis*, Ioan. 13. v. 31. & hæc verba, sic explicasse Augustinũ tract. 63. in Ioan. *Discedente Iudæ, tanquã zizanijs separatis remanentibus, tanquã tritico Apostolis sanctis dixit: Nũc clarificatus est filius hominis.*

Ierem. 22. v. 24.

Ioan. 13 v. 31.

8 Ecce tibi quomodo Christus in manu sua stellas habeat, è quà salua eius maiestate possint ipsæ decidere; nunc vide aliud Deiparæ regnũ, & alterius quodãmodo conditionis eius coronã esse. Ni mirũ, dum hæc stellis ornatur: si ipsæ colluceant; corona resplendet; sin verò obscurẽtur, seu cadant; coronam deturpari, & diminui necesse est: Quæ sanè omnia vno verbo videtur præstinxisse Euthymius oratione *de Zona Virginis*, sic ipsam allocutus, vt copẽ mortalibus ferret. *Tua sumus hæreditas, o Virgo*: tantũ non dicens: Causam tuã Domina in causa nostra agis; & tuo quidem regno, tuæque coronæ prospicis; cũ nos tua hæreditas tuum peculium, tua corona, & regnũ simus: atque ideò si subsistimus; si in Dei

Euthymius.

A amicitia incolumes permanemus, si tanquã luminaria ex Dei gratia in mũdo lucemus, & floremus immoti, tua tibi, ò Regina corona subsistit, floret, splendet: Vnde quidem emphaticè, & per exaggerationẽ Virginem, sic alloquebatur Anselmus lib. de Excellent. Virg. cap. 12. *An ideò vtrùm pereamus amplius, non curabis, quia quidquid de nobis miseris vltra eueniat gloriæ tuæ iactura, nulla inde proueniet? Et hoc quidẽ,*

B *bona Domina fortassis aliquomodo dici posset, si pro tui solius exaltatione, & vtilitate Mater Dei facta fuisses. Sed vtique Deus, qui hominẽ assumpsit ex tua castissima carne, hoc fecit pro tua, & nostri omniũ salute. Si ergo tu, quæ plena salute es potita, non intendis, vt ea dẽ salus pro modulo nostro, etiã ad nos vsque pertingat, iam tuorũ sufficiens cõmodorum, nostrorũ negligens esse videberis*: Sic Anselmus; non affirmans quidẽ, imò nec

C dubitans de propensissimo Mariæ in nostram salutem studio, & cura (esset quippè absurda, & turpis ea dubitatio) sed vt per rem actu impossibilem ostendat: Deiparæ non posse, non pro munere suo nostræ salutis curam habere: sed huic cogitationi; nos addimus: vel ea ratione Virgini curæ esse nostram salutem; quod *gloriæ suæ iactura*, quodammodo eueniet, si perierimus, cum pars coronæ, & hæreditatis suæ ei defutura sit.

Anselm.

D Quo omninò ad voces Salomonẽ dicentẽ: *Misericordia, & veritas custodiunt Regẽ, & roboratur clementia thronus eius*, Prou. 20. vers. 28. siue vt est in Hebræo Codice: *& fulcit in misericordia thronum suũ*. Quod à clementia thronus Regis, siue Regnum firmum, & stabile subsistat; vt in hunc sensum eruditũ, & rudè vulgus cursu vadit: de quo scitè Seneca lib. 1. de Clementia cap. 11. *Clemẽtia non tantũ honestiores, sed tutiores præstat; ornamentumque imperiorũ est, simul certissima salus*: & cap. 16. *Hæc clementia Principẽ decet, vt quocũque venerit, mansuetiora omnia faciat. Nemo Regi, tam vilis sit, vt illum perire non sentiat, qualiscũque pars imperij est*: id nãque nostro instituto, tantò opportuniùs aptaueris; quantò Maria thronus gratiæ Dei, *à quo misericordia, & gratia inueniamus in auxilio opportuno*: ad Hebr. 4. vers. 16. vt verissimè dicitur ab Alberto Magno serm. in

9

Prouer. 20. v. 28.

E

Seneca.

Hebr. 4 v. 16.

dedi-

dedicatione Eccleſiæ, hunc in modum: *Thronus gratiæ eſt B. Virgo Maria: Vnde Apoſtolus*: Adeamus cum fiducia ad Thronum gratiæ, *ſcilicet, Mariæ, quæ eſt Thronus Salomonis eburneus*: Non ergo importunè dixeris è re quodam modo Throni Mariæ eſſe noſtrã ſalutem: nec vllam omninò animam, tam vilem ipſi eſſe, vt illã perire non ſentiat: Nimirũ, *qualiſcumque pars imperij eius eſt*: Sanè vel hac ſignatè de cauſa Deiparã ab Angelicis ſpiritibus ſummis laudibus celebrari, quod tãquam Regina animarũ ſubditorum ſuorum præſidiũ ſit, ſic affirmat Eccleſia Græca in Menæis die 5. April. Ode. 5. de S. Georgio. *Ipſæ cælorũ virtutes te, vt omnium viuentium Matrem debito tibi honore, tanquã ſatellites comitantur, & ſimul concelebrant hymnis, vt quæ exiſtas præſidium animarum noſtrarum*: Benè *tanquam ſatellites comitantur*, tanquam Reginam ſuum munus ex ſequentes.

Eccleſia Græca.

10 Nec fuerit abs re, hùc referre Paulum cum Philippenſes, blanda coronæ ſuæ appellatione, ſic demulcens: *Fratres mei chariſſimi, & deſideratiſſimi: gaudium meũ, & corona mea* (ſiue vt legit Chryſoſtomus, *gloria mea, & corona mea*) quia *perfectio diſcipulorũ gaudium, & corona Magiſtri eſt* (inquit ibi Ambroſius) ita eos ſtatim admonet: *Sic ſtate in Domino Chariſſimi*: quæſito quidẽ verbo *Stare*: ideſt, vt ait Chryſoſtomus: *immoti*, ſiue vt Anſelmus *firmi*: Sanè, ac ſi Paulus ſuæmet coronæ conſuleret: quippè ſi à gradu ſanctitatis, in quo Philippenſes conſiſtebant dimouerentur; corona Apoſtoli diſiparetur: ideò notãter, inquit ſtate; firmi, & immoti perſiſtentes in ſanctitate, vt corona mea conſiſtat, & perduret; quemadmodũ etiam Theſſalonicẽſes deliniebat 1. ad Theſſalon. c. 2. verſ. 19. inquiens: *Quæ eſt enim noſtra ſpes? aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum eſtis in aduentu eius?* vt dixerit; per vos, ante Dominum glorioſus, & coronatus in die extremo apparebo. Porrò Gregor. Magnus homil. 17. in Euãgelia Apoſtolos, & Apoſtolicos viros fidelibus, quos Chriſto pepererũt, coronatos in die iudicij, ſic ad noſtri inſtitutionem, ſeu exprobrationẽ contemplatur: *Ecce in maieſtate terribili inter Angelorum, & Archangelorũ choros videbitur, ibi Petrus, cum Iudæa conuerſa: ibi Paulus conuerſum, vt ita dixerim mundũ ducens: ibi Andræas poſt ſe Achaiam; ibi Ioãnes Aſiam; Thomas Indiam in cõſpectu ſui iudicis Regis cõuerſam ducet, ibi omnes Dominici gregis arietes cum animarum lucris apparebũt, qui ſanctis ſuis prædicationibus Deo poſt ſe ſubditũ gregẽ trahunt.* Hæc Gregorius. Hinc ergo quam firmam, quã inſuperabilẽ ſpem de Maria auxiliatrice concipere debes, quiſquis inter ipſius coronæ ſtellas cõputaris? Quãto ardẽtius? quãtò felicius ipſa exoptabit, itidemque curabit, vt firmus, & immobilis eius coronæ adhæreas? Videor quidem mihi Mariam, nõ modo dicentem contemplari, *ſic ſtate in Domino chariſſimi*; ſed totis nos etiã manibus, ne cadamus retinentem videre, ne ſua ſibi hæreditas, & corona minuatur: vt millies ex Bonauentura audiuimus ad verba Eccleſ. 24. *& in plenitudine Sanctorum detentio mea.*

Philipp. 4. v. 1.

Chryſoſt.

Ambroſ.

Anſelm.

1. Theſſ. 2. v. 19.

Gregor. Magn.

Bonau.

EXEMPLA.

PRo Deiparæ patrocinio, quod qua Regina, ipſa eſt præſtat: imò præſtare tenetur per opportunam damus hiſtoriam ab ſpeculo exemplorũ petitum, Exemplo 46. quod eſt eiuſmodi. *Erat quidam præsbiter Deo multũ deuotus, & naturali quodam caſtitatis dono refulgens ordinis Cruciferorũ. Is cum à primordijs floretis iuuentæ ferè, vſque ad triceſsimum annum, vel nullos omninò ob ingeniam caſtitatem, aut admodum pauços carnalium tẽtationum æſtus perſenſiſſet, neſcio qua dæmonis inuidia actum ſit, vt in prouectiori ætate, tam grauibus tentationum fluctibus inciperet agitari, vt de periculo caſtitatis hæſitans grauiter trepidaret. Cumque dæmon immundas cogitationes die, ac nocte ingereret, & prædictus frater profundis ſuſpirijs, prodigis lachrymis, & ſanctiſsimis precibus ambigua ſatis victoria decertaret. Tandem ad Reginam Virginem MARIAM ſpei ſuæ anchorã fixit, ipſamque adiutricẽ ſub tam acerba certaminis mole ſibi fieri poſtulauit. Verum dum illa non acceleraret præſidium, ſed texeret moras anxiè repugnanti, vidit quadã vice in Altari coram quo ſe in oratione pro-*

ſtrauit Virginis MARIÆ, & beatæ Gertrudis imagines, vel ſculptas neſcio, vel pictas. Sed cum Reginam cœli auro diademate renitentẽ, & beatam Gertrudem humiliori velo tectã conſpiceret, vt videlicet imperiale meritũ diſpar habitus denotaret, columbina ſimplicitate plenus in hũc modũ cæpit perorare. Nõ debueras Virgo Maria benedicta me crebrius te inuocantem hactenus protraxiſſe, & huc vſque in tuis caſtris militanti diu, ſæpéque optata negaſſe præſidia, cum te, & vulgatũ nomen miſerorum Adiutricẽ, & Regiũ diadema Virginum Principem ſignent. Verum nunc, quia grauius ſæuientẽ hoſte in me video periclitari caſtra pudoris, & bellũ impar viribus meis impoſitũ cerno, atque ex hoc conuitio hoſti in proximo ceſſura trophæa, eo vſque noueris rem proceſiſſe, vt hodie felix Virgo regiũ diadema, aut retineas, aut amittas, ſi inueneris fixum, manebit tibi. Si verò vel adhuc precantẽ ſpreueris, detracta ſublimẽ de vertice corona Gertrudis Virginis caput ornabo. At ipſa cũ ſe viderit per me, hoc honore præuentã tantis beneficijs, nõ ingrata à turpibus cogitationũ procellis me liberũ, atque ſecurum efficiet. O Deus! quid non facit innocentis hominis ſancta ſimplicitas. Mox enim vt his verbis Genitricem Dei, & Reginam cœli conueniſſet, ipſa quaſi tanti honoris faſtigio nolens priuari minantem ſibi fratrẽ ab huiuſmodi tentatione, tam potenter eripuit, vt poſt illam horam vſque in præſens tempus dicatur carnalium tentationũ fluctibus non quaſſari, ſed de tunc accepta puritate, nunc quoque lætatur.

Nec fuerit huic inſtituto minus opportuna viſio cuidã Virgini ſanctimoniali per quietem oblata à Cæſario Ciſtercienſi lib. 7. rerum mirabilium cap. 21. his verbis deſcripta. *Cũ chorus Monachorũ in Miſſa inclinando deuotè cantaret*: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabbaoth: *Virgo beatiſſima deuotioni eorũ congratulans coronam miræ pulchritudinis, quales in Eccleſia pendere ſolent per catenã auream ſuper Conuentũ demiſit. Loco autem nodi gẽma erat pretioſa nimis, ac lucida, in qua ſcriptũ erat*: O clemens: ò pia: ò dulcis Virgo Maria! *Ex nomine verò* Maria *radij quidã exeuntes nomina ſingulorum monachorũ eadem hora in choro aſſiſtentium, quæ per circuitũ coronæ ſcripta videbantur, illuminabant. In eiſdẽ nomini-*

A

bus magna erat inæqualitas, tam in poſitione, quàm in claritate, quia ſecundũ claritatẽ meritorum erat claritas nominum, &c. Cum autẽ ventum eſſet ad illum locũ in te Domine ſperaui, non cõfundar in æternũ *clara voce dixit*: Sicut ego hodie ſum in gloria mea: ita iſti omnes mecũ erunt in æternum. *Hæc ibi*: Vides vt Deipara, tanquã cœli Regina clientes ſuos coronet, & ab illis coronetur, nec ſine coronæ detrimento poſſe ex ipſis aliquem perire: Dicito ergo illis: *ſic firmi, & immoti ſtate.*

B

Ad hæc: Deiparam opportuniſſimã Aduocatã; quæ clientum ſuorũ ſalutem, & cõmoda cutet, & tanquam cęleſtium, terreſtrium, & infernorũ Regina, tam cęleſtibus ſpiritibus, quàm tartareis legionibus imperet, vt ſuorũ bono, & ſaluti inuigilet, & inſeruiant; duæ quidẽ hiſtoriæ mirãdæ, atque ſtupendæ ad oculũ demonſtrant: & primam quidẽ refert Vvadingus in Annalibus Frãciſcanis ad annũ 1529. de Ioãne de Parma Piſloto Miniſtro Generali Minorũ, qui inſigni in Deiparã affectu in eius honorem parvulũ officiũ inſtituit *Benedicta* vocatum, quod per totũ Ordinem recitandũ indixit; cuius inducendi occaſio fuit periculũ quoddã viarum, quod aliquando incurrit, dum Conuentũ ſui Ordinis viſitans, recitato eiuſmodi Officio ab eo feliciter euaſit. Hoc verò periculum eiuſmodi fuit. *Cum vnà, cum ſocijs iter perageret, & nocte ingruente ſylvã ingrederetur ignarus viarũ, ac tenebris oppreſſus id Officiũ recitauit, eoque abſoluto ſequens Cãpanæ ſonũ, quæ ibi pulſabatur, ad Monaſterij cuiuſpiam fores cũ ſocijs appulit, in quo & oppiparè exceptus eſt: Poſteà quietè aliquantulũ capta ſurgens ad Matutinas, audit in tẽplo Monachos, nõ tam inchoantes à ſolito verſu*, Domine labia mea aperies: *ſed ab hoc verſiculo Pſalmi* 35. Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatẽ: *reſpondentibus aliis*: Expulſi ſunt, nec potuerũt ſtare: *Quã de re turbatus optimus vir, illũ interrogauit, qui Abbatis locum, perſonãque gerebat. Quid hoc rei eſſet? Tũ audyt, omnes, quos videbat Monachos eſſe Angelos tenebrarũ, iuſſos tamẽ à Deo hoſpitiũ innoxiũ Ioanni, eiuſque ſocijs præſtare ob iuſſas ad Deiparã Matrem parvuli officij preces*: & his dictis tota Monaſterij ficti ſcena diſparuit; ſeque Ioannes cũ ſocijs in media

C

D

E

Vvadin

Pſal. 35

quadam ſpelunca collocatũ inuenit. Mira planè Deiparæ in ſuos prouidentiæ, & præſentiſſimum ad eius inuocationem auxilium; illudque magnificum, atque Regium.

Alteram verò hiſtoriam non abſimilem, ſed pulchriorem, & iucundiorẽ inuenies apud Zachariam Bouerium tomo 1. Annalium Capuccinorum, in qua, vt in præcedenti Deiparam Angelis tenebrarum imperantem ſuis cliẽtulis inſeruire audiſti, ita ipſam celeſtibus ſpiritibus ſimile hoſpitium famulis ſuis præparare videris: *ergo refert Bouerius: Duos Capuccinos, qui Latino Treuentum ex obedientia tẽdebant, fuiſſe in itinere ſæua tempeſtate, atque imbribus malè exceptos, & in nemus demun ipſa ambulandi neceſsitate coniectos imploraſſe Diuæ Virginis, ſanctique Michaelis auxilium, vt ſibi illa nocte: nam nox tempeſtatem ſecuta fuerat, propitij adeſſent. Fuſſa precatione protinus, non longè à ſe inter fulgurum coruſcationes animaduertunt domũ pulcherrimam, in ipſam tendunt, & pulſant, & à ſene quodam benignè admittuntur, qui eos induxit ad Dominam domus, quã vt Reginã equitum corona illuſtriſsima cingebat, & ab ea humaniter recepti, & omni conſolatione repleti, poſtridiè in viam reducti ſunt à ſene illo, qui eos admiſſerat, à quo etiã didicerunt, Dominam, quæ eos receperat, eſſe Beatam Virginem, ſe, Petrum Apoſtolũ, equites verò illos, quos viderãt, Angelorum cum Diuo Michaele triumphantium eſſe cæleſte agmen. Quibus dictis mox, & ipſe ſenex, & ſimul cum ipſo tota iſta magnifica ædificij moles ex intuentiũ oculis diſparuit, eoſque benè animatos in obſequium Diuæ Virginis, ſanctorumque Angelorum dimiſit.*

MARIA ADVOCATA ad ſaluandum, quæ Deum Saluatorem peperit.

ADNOTATIO V.

1 MIram quidem emphaſim (non ſine aliqua, quæ ad faciem appareat difficultate) habere videtur ea vatis obſecratio ſalutem, ſiue ſaluationem à Deo petẽtis, Pſal. 118. verſ. 173. *Fiat manus tua, vt ſaluet me*: cum nihil vati adeò notum fuerit; quam eam Dei naturam, & conditionẽ eſſe, vt feſsis rebus ſubueniens ſalutem, & incolumitatem afferat: & ad ſaluandũ omninò pronus ſit: quippè ipſemet vates dixit: *Deus noſter, Deus ſaluos faciẽdi*, ſiue vt Hebræa habent, *Deus noſter, Deus ad ſalutes*: ideſt, totus in benefaciendo, & ſaluando eſt. Pſal. 67. verſ. 22. Sanè ſi dixiſſet: *Emitte manum tuã de alto, & eripe me*, Pſal. 143. verſ. 7. *aut operi manuum tuarum porriges dextram*, Iob. 14. verſ. 15. rem nobis notam, & frequenter ob oculos poſuiſſet, qui benè nouimus, eam Deo fuiſſe manum, quæ lapſantes firmare, & periclitantibus auxilium præbere ſolita ſit; at ſalutarem denuò manũ Dei fieri in eo, qui *ad ſalutes* Deus ſemper eſt, vix concipi valeat: Ad hæc: ipſa (ſi pẽdis) verborum ſtructura ſibimet repugnat: *fiat manus tua*: quippè, qui dicit *tua*, iam ſupponit manum habere eum, cui manus facienda eſt: qui ergo dicis Deum habere manũ, quomodo petis, vt hæc eadẽ manus fiat? Verùm ad hæc omnia reſpõdent S. Gregorius Magnus hom. 2. in Ezechiel. & ab eo B. Amedæus hom. 4. de Laud. Virg. Vatẽ hac oratione Dominicæ Incarnationis Sacramentum à Deo efflagitare, vt manus Dei, quæ per Diuinitatẽ ab æterno genita eſt ſalutaris; modo per humanitatem fiat ad ſalutem humano generi afferenda: ſic namque Gregorius: *Manus quippè Dei, quæ per Diuinitatem non eſt facta, ſed genita per humanitatem facta eſt, vt vulnera noſtra ſanaret*: Ad quem modum Amædeus: *Manus Dei Vnigenitus Patris appellatur, per quem fecit ſæcula: hæc manus facta, quando incarnata.* Hæc ille, & alia elegantiſsima, quæ poſtmodum afferemus: modo vide, quã Theologicè loquatur Gregorius diſtinguens inter manum genitam, & manum factam Dei; quod illa ſolũ à Patre; hæc ſimul cum Matre: illa à natura; hæc ad artis diuinæ ideam, ac proinde ad ſaluandũ facta: Quod penitiùs explicare, fuerit operæ pretium.

2 Ergo quam alia nobis hæc manus facta ab illa genita, cũ reapſe vna eadẽque ſit, diſce ab illa, quã alibi ex PP. adſtruximus ſtaterã, in qua mediũ lo-

Pſ. 118. v. 173.

Pſal. 67 v. 22.

Pſ. 143 v. 7.

Iob. 14. v. 15.

Gregor. Magn. Amedæus.

cum, siue bilancē cōtinet hæc manus, siue sapientia Dei: erenim cum inter Patrem, & Spiritum Sanctum medius sit Filius, vt ex veteribus PP. sic docet S. Thomas opusculo 1. cap. 32. tit. 31. inquiens: *Medium extremorum ordinis veraciter tenet Filius inter Patrem, & Spiritum Sanctum*; merito huius rationem perquirit Iobius Monachus lib. 6. de Verbo Incarnato cap. 23. apud Bibliothecam Photij, hoc modo: *Cur Filius cum loquimur, medius assumatur, extremisque locis Pater, & Spiritus Sanctus?* Cui dubio ita respondet. *Quoniā iustitiæ trutina dicitur Deus proportione quadam cum trutina nostra: ideòque in natura diuina ordo eiusmodi excogitatus est, vt Filius medio occupato loco exactam æqualitatem cum extremis teneat.* & statim sic pergit. *Quin etiā trutinæ exemplum in infinite potentis Trinitatis æqualem omninò, ac parem potestatem subindicat, cum nulla trium personarū, vel plus altera assurgat, vel ad ima magis vergat, sed æquali, & pari, nulloque modo differente gloria, & essentia trutinetur:* Hæc Iobius ex Niceta, & aliis PP. Quæ eo adduxi, & refero, vt stateræ medium occupante diuina sapiētia, & manu Dei genita, ad ipsam totum salutis nostræ momentum reuocandum videatur, ipsa siquidē, & Patrem, cui potentia tribuitur, & Spiritum Sanctum; in quo charitas Dei cēsetur, velut bilances in statera sic tenet, vt nec hæc, nec illa ex diuinis personis ad operandum assurgat, quin à Diuina Sapientia trutinetur: dicente de Deo Paulo ad Ephesios 1. vers. 11. *Qui operatur omnia secundum consiliū voluntatis suæ* accuratissima locutione inter operationem, quæ à potentia proficiscitur, & voluntatem, quæ ad benefaciendum procliuis est medium constituens consilium, à quo vtraque ad operandū prodeant: Iam verò dum stateram hanc firmam, & constantem subsistere excogitamus, quin vel Dei potentia, vel charitas absque sapientia, & consilio præponderare valeant, sed omnia ad amussim, & in consilij pondere trutinentur: siue ad viuum resecentur, quis infirmitatis suæ cōscius de sua salute benè sperare posset? Vel vide Regem illum Balthasārem in statera appensum, & infelici sorte inuentum minus debito ponderе habentem: *Apparuerunt* (inquit Daniel cap. 5. vers. 5.) *digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in pariete*: ad quæ verba Glossa scripturam illam inter scribentem, & digitos, sic partitur. *In qua conscriptione scribens est Deus Pater: manus, Filius: digiti Spiritus Sanctus*: vt hinc stateram lætalē omninò videas, in qua Dei manus genita; nigrum *thecel*; id est mortis sententiam conscribebat. Nec existimes vnius Regis Balthasaris causam, & damnationem hanc esse, cum Iob cap. 13. vers. 26. queribunda voce hāc manum alloquens dixerit: *Scribis cōtra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ*: vbi *scribere amaritudines* appellauit sententiā mortis verbo forensi translatione facta, vt inibi obseruat Chrysostomus in Catena Græca à *Reibus, & iudicibus sententiam mortis scribētibus*. Quò facit illud Apostoli ad Romanos 11. vers. 32. *Conclusit Deus omnia in incredulitate* verbo *Concludendi* itidē è foro petito, cum rei capitalis causa cōcluditur ad sententiam mortis super ea ferēda: & eadem epist. cap. 5. vers. 12. *Per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransit*: quod sapienter extulit Augustinus in Enchiridion. cap. 26. *Iacebat in malis, vel etiam volebatur, vel etiam de malis in mala præcipitabatur totius humani generis massa damnata.*

Hinc vt viam præmuniret vates suæ petitioni, *Fiat manus tua, vt saluet me*, Domino suggesserat: *Numquid in æternum proiiciet Deus, aut non apponet, vt cōplacitior sit adhuc? aut obliuiscetur misereri Deus, & continebit in ira sua misericordias suas?* Psal. 76. vers. 7. & notanter Psal. 73. vers. 11. *Vt quid auertis manum tuam de medio sinu tuo in finem?* Notetur hic dicendi modus *auertis manum tuam*: ab ope, scilicet, miseris ferenda: & ille *continebit in ira sua misericordias suas?* Quo innuitur duplicatam Patris, & Spiritus Sancti misericordiā, nempe brachiū Patris, & Spiritus Sancti digitos ad benefaciendum, & miserendum pronos à manu Filij auertente sese, id est, à sapientia, & consilio secundum quod Deus omnia operatur quasi inclusas, & constrictas contineri: Quam ad rem obserua primum Paraphrastem Caldæum, sic transferre: *Quare auertis*

manum

S. Tho.

Iobius Mon.

Pphes. 1 v. 11.

A

B

G

D

E

Daniel. 5. v. 5.

Iob. 13. v. 26.

Chrysost.

Roman. 11. v. 32.

Augusti. 3

Psal. 76 v. 7.

Psal. 73 v. 11.

Caldeus

manum tuam, & dexteram tuam, quominus redimas: educ eam, & dele afflictionem: vel iuxtà Nebiensis translationem *dexteram tuam de medio bonitatis tuæ extrahe*: in quem sensum acceperunt Basilius, & Theodoretus *sinum* dicentes, hic significari omnium bonorum Dei thesaurum: Deinde Athanasium orat. 5. contrà Arrianos, & ab eo doctissimi Interpretes dexteram manum omninò Dei Filia intelligere, *qui est in sinu Patris*, Ioan. 1. vers. 18. vt lamentetur vates, *nō mitti de sinu Patris, vt carnem sumat, & salvet humanum genus*. Enim verò arcano dicendi modo id visus est significare, idem vates cum Psal. 114. inquit: *Misericors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur*: vbi, si attendis ter Deum nominat: bis misericordē: & semel iustum, itidemque dum *iustus*; enunciatur, medium quidem occupare locum, vt in æquilibrio trutinam tenere videatur, & bilanciū misericordias continere; ne videlicet, *dexteram de medio bonitatis suæ extrahat*; sed in sinu contineat: Quæ quidē omnia sic Deo reuerenter, & opportunè suggerebat Bernardus serm. 1. *de Natiuitate Domini*, hūc in modum. *Quousque angustata est misericordia tua in sola Angelorum parte, reliquam occupat iudicium, cum toto pariter humano genere*. Domine in cœlo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes: *terram vniuersam condemnans, & aëreas potestates. Dilatet misericordia terminos suos, extendat fines, exbaudat fletus; attingat à fine, vsque ad finem fortiter; disponat omnia suauiter. Restrictus est Domine iudicio sinus tuus? Solve cingulum tuum, & veni miserationibus affluens*: Hæc Bernardus satis ad rem. Nec aliter Petrus Chrysologus ser. 45. premens id Psalm. 6. vers. 4. *Sed tu Domine vsque quo?* his verbis: *Quousque patris? quousque dissimulas? quousque non subvenis? quousque dissipari opus tuum? deleri imaginem tuam permittis? vbi est Christus tuus? toties nunciatus? Veniat, veniat, vt carnem reparet: innouet animam, ipsam naturam in cœlestem cōmutet substantiam*: Sic ille.

Meritò ergo ob oculos hæc habens vates exclamabat: *Fiat manus tua, vt saluet me*, vt dixerit: Video Domine manum tuam scribentem contra genus humanum amaritudines, *terram vniuersam condemnans*: video manum tuam in medio sinu tuo continentem in ira misericordias tuas; tenentemque stateram firmam, sibique constantem; quin trutina ab æquilibrio in misericordiam propendeat: fiat iam tādem mihi hæc manus in salutem: Cui vatis deprecationi, & votò sic appositissimè occurrit Paulus ad Galatas 4. vers. 4. *Quando venit plenitudo temporis misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus*: In quæ verba hæc ei habet, inquit, Ambrosius lib. 1. de Fide cap. 6. *Filium inquit suum, non vnum de multis, non communem, sed suum: suum cum dicit generationis æternæ proprietatem significauit: Hic posteà factum ex muliere asseruit, vt factura non diuinitatis, sed assumptionis corporis adsciberetur*: Sic ille, & quidem rectè id *factura non diuinitatem*, &c. Quippè *factus ex muliere*: vt fieret manus Dei, quæ saluaret: manus ex Maria, quæ extraheret manum de sinu, siue de medio bonitatis: & thesauri omnium bonorum Dei; manus à vate tantopere expetita, à qua rigida illa statera, quę in trutina, & equilibrio continebat misericordias Dei: illam ad salutem propendētem faceret. Vide ergo quantum interfit inter manū Dei; quæ per diuinitatem non est facta, sed genita: & manum per humanitatem factam, dum illa scribebat amaritudinem terram vniuersam cōdemnans; hæc facta est, vt vulnera nostra sanaret: facta quidem ex Maria, & à Maria tota ad salutem, ad Redemptionem, ad auxilium, ad patrocinium, ad sanitatem, iam audi Amedæum post præfata verba num. 1. adducta: *Planè manus ista plena remediis, plena medicinis: sanauit omnem languorem morbos expulit, & mortuos suscitauit, inferni claustra dissipauit; fortem ligauit, & vasa eius diripuit, & Spiritum charitatis suorum cordibus infudit: Manus ista sanauit compeditos; illuminat cæcos, erigit elisos, diligit iustos, custodit aduenas: pupillum, & viduam suscipit, tentatos eripit à tentatione, dolentes reficit consolatione; mœstis reportat lætitiam, laborantes sub vmbra suæ protegit; meditantibus leges scribit; orantium corda tangit, &*

Nebiēs.
Athana.
Ioan. 1. v. 18.
Ps. 114.
Bernar.
Bernar.
Chrysol. Psal. 6. v. 4.
Galat. 4 v. 4.
Ambros.
Amēdæus.

benedicit, vt attactu confirmentur in benedictione, amore proficiant, & perseuerent in opere, dehinc ad patriam reducit, & ad Patrem perducit : Hæc omnia Amedæus: Vide quàm sapienter; quã necessariò petierit vates, *Fiat manus tua, vt saluet me*: itidemque quàm misericorditer, quam opportunè *misit Deus Filium suum factum ex muliere* manum, videlicet, factam ex Maria: vt eodem modo de ipsa merito dixerit S. Iosephus in Menæis Græcis, die 6. Ianuarij de SS. MM. Amouio, & socijs, *Sacrosanctissima Virgo Athletarum Christi ornamentum plane Diuinum, quæ ipsum nobis Christum dedisti venustatibus speciosis decorum, vt mea quoque anima eleganti ornatu venustetur.*

Amedæus. *S. Iosep.*

5

Hoc ergo, si benè æstimas Mariæ misericordiam, benignitatem, & suauitatem demonstrat: simulque commendat; atque ardẽtes in illam amoris, & reuerentiæ flammas excitat: & in admirationem, ac stuporem rapit; quod eadem Dei manus, quæ quòd sapientia, & iustitia Dei est, pœnas, & supplicia irrogabat: siue illa stateræ diuinæ trutina, quæ rigida, & cõstans bilances Potentiæ, & Bonitatis in cõsilii pondere, velut in æquilibrio tenebat; ipsamet inquam à benignissimo Mariæ impulsu, & attactu permota, & nostram salutem fuerit operata; & summi Patris, & Diuini Spritus bilances secum traxerit propendente in Virginem trutina. Expressit quidem hanc cogitationẽ Regius Vates, Psal. 66. vers. 8. qui vt Psal. 114. vers. 5. vt vidimus illis verbis, *Misericors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur Filium*, vt trutinam, seu medium stateræ iustitiæ tenacem fecit; ita hic illum in medio itidem collocauit, sed iam à Maria factum misericordẽ: sic enim vates: *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus*: opportunè hoc loco cunctis ferè PP. agnoscentibus Sanctissimæ Trinitatis mysterium: *Vide* (inquit Euthymius) *apertũ ac denudatũ Sanctissimæ Trinitatis mysterium, hac triplicatione, Deus, Deus, Deus*: Similiter Nicephorus, Arnobius, Hieronymus, Ruffinus, Cassiodorus, Beda, Haymon, Remigius, Bruno, vterque Hugo, RiKelius, Glossa Interlinearis, Lyra ad id loci: prætereà Ambrosius, Gregorius, & Alexander PP. apud Lorinum, qui ait plures ex ijs PP. obseruare, dici Deũ nostrum secundo loco, quia persona secunda per Incarnationem nostra peculiariter facta est: sed ad rem nostrã appositè S. Petrus Damianus serm. 43. qui est de S. Victore, sic inquit: *In illa Deitatis essentia media est inter Patrem, & Spiritum persona familiaris humano generi benignitate, familiarior identitate, cum sola nostræ carnis susceperit paupertatem. Vnde & Dauid in ipsius Diuinitatis abyssum immersus*, ait: Benedicat nos Deus, Deus noster: benedicat nos Deus: *& illum in medio Maiestatis esse protestans, & nostrũ asserens specialiter, qui nostræ mortalitatis induit vestimentum*: ita ille: sed & stateræ imaginem, in qua sumus, versans subdit: *Pater enim, & Spiritus impleuerunt quidem Virginem, sed maiestate non susceptione, ille est, & in medio Virginis ipsius vtero substantialiter illapsus, qui medietatem stateræ comprehẽdit humanæ. Deus enim noster ante sæcula operatus est salutẽ in medio terræ: terræ vtique illius, de qua scriptum est.* Nemo erat, qui operaretur terram: Hæc S. Petr. Damianus: obserua hæc, *Qui medietatem stateræ comprehendit humanæ.* Quia videlicet à Virgine, & per Virginem rigidæ stateræ trutina in nostram salutem inclinauit.

Remig. Bruno. Hugo. Richel. Glossa. Lyra. Ambros. Gregor. Alexãd. Lorin. Petrus Dam.

Meibo. M. *Psal. 66 v. 8.* *Ps. 114 v. 5.* *Exthy.* *Niceph. Arnob. Hieron. Ruffin. Cassiod. Beda. Haymo.*

Qua de re opportunè loquuntur PP. quippè S. Methodius M. hoc sensu imbutus Mariam appellauit fontẽ propensionis Filij Dei orat. in Hyppanthem: sic ipsam Salutans, *Salve Fily erga humanum genus fons propensionis*; planè, quod à Virgo fons, siue origo propensionis Filij Dei in humani generis salutem obuenerit, vt quem antea seuerum legislatorem; & rigidum criminum vindicem experiebamur, iam benignum, & misericordem sentiamus: Nec minus accommodatè S. Zeno Veronens. M. in serm. *ad Neophytos*: stateræ imaginem à Virgine in nostram salutem propendentem, ex obseruatione signorum cælestium Zodiaci; Leonis Virginis, & Libræ, sic adornans: *Leo noster, sicut Genesis protestatur, Leonis est catulus, qui ad hoc recubans obdormiuit, vt vinceret mortem, quem competenter sequitur Virgo prænuncians Libram, vt noscere-mus ab ipsam iustitiam, & æquitatem*

6

Metho. M. *S. Zen. M.*

terris

ceris illatam: sic Zeno: Ecce tibi libra ad æquitatem, & misericordiã à Virgine inclinatam, & Leonem terribilem in Agnum mansuetissimũ peccata tollentem conuersum: Nec te turbet in ijs Zenonis verbis; quod dixerit, terris illatam: quippè ipse non loquitur de iustitia vindicatiua pœnas fontibus irrogante, sed de iustitia, siue gratia sanctificante, quam à Christo, & per Christum in humani generis salutem inclinatum per Mariam accepimus.

7 Tandem verò pro manu ex Maria facta illustre est, Isaiæ vaticiniũ cap. 11. dum de Dei Filio ex Virgine homine facto illis verbis: *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascender*, quibus inducit Christum, tãquam florem virgæ saporem, & medicinalem, siue vitalem succum ab ea trahentem, sicut Ecclesia Græca eleganter excogitauit in Menæis, die 3. Aprilis Ode. 9. de S. Nizeta, inquiens Virgini. *Quem tu imbrem de cælo, vt vellus excepisti in vtero, eum ita dulcè peperisti, vt ille omnibus Ambrosiam, seu Nectar quoddã exhiberet*, subijcit vers. 11. *Et erit in die illa. Adijciet Dominus secundò manum suam ad possidendũ residuum populi sui*: vbi LXX. signatè reponunt: *adijciet Dominus ostẽdere manum suam*: vt dixerit: cùm iam Dominus olim manum suam ostenderit: *insignis*, atque portentis metum, atque terrorem *à sanguine occisorum, nudati inimicorum capitis* incutientibus: modo eum humano generi extremè laboranti salutem, & vitam afferre decreuit, manum suam *secundo*, aliter quidem, quàm primò ostendere voluisse, è sinu nimirum bonitatis suæ beneficam, & vitalem manum ex benignissimo Virginis genio Spiritus Sancti obumbratione, & donorum ipsius abundantia adornato extrahens: Hunc omninò sensum his verbis reddente Basilio Magno ibi; nam cum dixisset. *Per singulas quasque generationes multifariã, multisque modis manus Domini suas exeruit, & declarauit vires, vt ostensa virtute admirabilium signorum caperent homines, & comprehenderent, quam operatoria sit manus eius, & efficax: priore enim tempore in Ægypto permulta edidit prodigia, deinde in deserto, &c.* ad rem hæc addit. *Nunc autem manus Domini prædicatur se declarasse, per aduentũ nostri Saluatoris morbum omnem, omnem languorem, & infirmitatem curantis, quo premebatur populus, &c. Hanc enim virtutem apposuit ostendere Dominus, quod præcedentia signa neutiquam visa essent satis per se idonea ad inducendum populũ inobsequentem, & incredulum ad Dei plenam cognitionem.* Hæc Basilius: vides manũ Dei *secundo* ostensam, & è dura, atque terribili in beneficam, & salutarem commutatam? Apto hìc pulchra Hugonis à S. Victore, verba in allegorijs de Verbo Incarnato alibi à nobis appicta: *Verè Maria gratia plena fuit. Primùm gratia super eam; posteà gratia in ea: deinde gratia ex ea: super eam ad obumbrationem: in ea ad fœcunditatem: ex ea ad salvationem*: sic ille: pendet hæc extrema: *ex ea ad salvationem*: quod ex ea facta est manus, quæ saluat nos: & ab hac virga egressus est flos viuificus, & salutaris: sed hæc plus, plus elucidare oportet, quin vllà possit esse facietas assertionis; tam felicis patrocinij.

Isai. 11. v. 11.

Ecclesia Græca.

LXX.

Deuter. 26. v. 8.

Basilius.

Hugo de S. Vict.

EXEMPLA.

EQuidem, cum orat S. Mater Ecclesia: Da nobis salutem mẽtis, & corporis, vt ea, quæ pro peccatis nostris patimur, te adiuuante vincamus: dixeris nõ immerito; id quidem frequentius Deipara interueniẽte nobis aduenire: in cuius fidem videsis hominem à mentis, & corporis salute alieniſsimum: & grauissimas ægritudines pro peccatis suis patientem, tãdem mentis, & corporis, Deiparæ intercessione *saluti restitutum, & ad bonam frugẽ omninò receptũ*: Rem Annales nostri auctore Francisco Sacchino 4. part. ad annum 1585. num. 159. copiosè referunt his verbis. *Militem è præsidiarijs in Angolæ arce, dum in caupona aleæ operam daret, & iacturis ad iactus penè singulos afflictus linguã in execrationes horrendas solueret, & sibi, ac progenitoribus suis mala omnia imprecaretur, & furias infernas; quotquot essent ad se vltro malè perdendum aduocaret; hæc vomentem ore impuriſsi-*

mo

mo vis humana maior repẽte humo afflixisse, & cum ibi volutaretur, ab accurrentibus; qui aderant, mutum eum, surdumque subito effectum deprehensum fuisse. Qui quidem in eo stupore ad valetudinarium publicum deportatus, si qui ad ipsum curandi, consolãdi, ve causa accederent, in eos more rabiosi canis ore, ac dentibus infestis irruebat. Multos dies in illis intemperijs iacuit ligatus, ne obvijs, aut ministrantibus noceret, auditus sensu funditus carens lingua verò introrsum ad guttur contracta, & motus expertę. Conuenit sic iacẽtem Sacerdos è nostris, visuque, qui vnus ægro sensus reliquus erat, ad eum iuuandum vsus, nutibus miserum excitauit ad Diuinam opem implorandam. Intellexisse, atque obtemperare visus est, nec frustra. Nam quietior mox fuit, paulatimque relaxatis vinculis sibi permissus, sponte mutus, vt erat, vrbis templa circuibat, ante aras cum lachrymis se prosternens. Noster Sacerdos successu primæ admonitionis lætus surdo litterarum aliquid sciẽti scriptum obtulit, quo ei suadebat, vt ad præsidium Matris Dei, cum fiducia confugeret. Annuit ille se facturum, indeque saccella Deiparæ circumiens ad singula defixis in sacrã Diuæ Virginis effigiem oculis humi abiectus, & lachrymis diu perseuerabat. In his erat die, quodam Sabbati ante signũ Sacræ Virginis eo loco, eoque tẽpore peculiari religione cultæ; cum sensit insolita sibi fiducia compleri animum, ex qua consurgens cursu fertur in aliud eidem Reginæ cœli dicatum sacellum, cuius lychnum pensilẽ manu contingere se sperabat posse. Digitos in oleo ardẽtis lampadis tingit, eo liquore sibi fauces vngit, abiectusque in genua humillimè ibidem, ardentissimeque Dei Matri supplicat. Nõ diu id fecit, cum ecce linguæ illi vinculum soluitur. In voces erupit potentissimæ Reginæ beneficium prædicãtes. Accurritur, audit loquentes, vsque quos par erat grati, religiosique animi sermones indices magna mutua cunctorum cõsolatione reddit. Hinc expiato confessione animo, sacraque Eucharistia refectus ad se statuendum in posterum curas vertens, ante omnia Militiæ missionẽ impetrat. Tum se in seruum perpetuum verrendæ, ornandæ, custodiendæ, humilibusque id genus suæ facultatis ministerijs, quoad vita suppeteret, curandæ Liberatricis Magnæ Virginis ædi sacræ solẽni sponsione consecrat. Hæc de illo Sacchinus, qui de suo addit. Hoc in luce publica claræ Ciuitatis palam versatum, humanæ fragilitatis, Diuinæ liberalitatis exemplum subtrahere notitiæ legentium nostra, sine inofficiosi nota silentij non potui: *Vt verò sic ille, ita nec ego, tam illustri Mariæ gloriæ, quæ illi à beneficentia aduenit detrahere, nec potui, nec debui, quin libens trãscripserim.*

EIVSDEM argumenti.

MARIA ADVOCATA Misericordiæ, à qua Dei Filius Aduocatus factus in salutem nobis fuit.

ADNOTATIO VI.

DIximus in superioribus Christum, non solùm Aduocatum iustum; sed etiam Misericordem, qui nobis Mariam misericordiæ Aduocatam dedit: Rependimus modo vicẽ, & Mariam, inde Aduocatam misericordiæ facimus, quod Filium suum salutarem, & misericordem Aduocatum nostrum fecit. Quare persequimur, qua possumus pro nostra tenuitate diligentia, & prosequimur, qua debemus reuerentia, & honore, manum Dei factam, siue *Dei Filium factum ex muliere*, vt nos redimeret: factus in salutem: & verò idẽmet vates, qui hanc à Deo manum fieri diuino inspirante spiritu obsecrabat; eodẽ afflatus spiritu de tanto Bono, tamque ineffabili beneficio accepto ingentes gratias referebat in hunc modum, Psal. 117. vers. 21. *Confitebor tibi, quoniam exaudisti me; & factus es mihi in salutem:* vbi non possis non mirari, quàm frigidè, & insulsè, hæc verba ab interpretibus explicentur, ac si non viderint Hieronymum expressissimè totũ hunc Psalmum de Christo Domino

Ps. 117. v. 21.

acci-

accipientem: & quod plus est; ac si nō lege int sequentem versum Psalmi: *Lapidem quē reprobauerunt ædificantes hic factus est in caput anguli*; quem non solùm Apostolus Petrus ep. 1. cap. 2. vers. 7. sed ipsemet Dominus de se ipso interpretatus est apud Matthæum cap. 2. vers. 44. ergo notantissimè vates: qui exoptauerat fiat manus tua, vt saluet me: quod exauditus fuerit gratias agit, inquiens, *quod exaudisti me*: Nam dictum factum, vt est in Prouerbio: *& factus es mihi in salutem*: obseruante ibi Hugone plus esse fieri in salutē, quàm esse in salutem; aut cōferre salutē: Cum tamen nō reddiderit ipse huius discriminis rationem: nos iuxtà superius dicta ad Mariam omninò referimus, ex qua manus Dei; & Filius Dei factus est in salutem, & vitam humano generi dandum: peculiarem epitasim in hac faciendi locutione obseruantes: quæ vt Filio Dei, vt à Patre est, omninò denegatur: de quo ex fide dicimus, *genitum non factum*: ita qua ex Matre est notanter factus dicitur 1. Ioan. vers. 14. *Verbum caro factum est*: Lucæ 2. vers. 51. *Videamus hoc Verbum, quod factum est*: Roman. 1. vers. 3. *De filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem*, quem locum aduersus hæreticos negantes Mariam veram Dei Matrem esse: & loco propositionis *ex* reponentes *in* aut *per* sic vrget Tertullianus lib. *de carne Christi* cap. 20. *Sed & Paulus grammaticis istis silentium imponit.* Misit, inquit, Deus Filiū suum factum ex muliere, Galat. 4. v. 4. *Numquid per mulierem? aut in muliere? Hoc quidem impressiùs, quod factum potiùs dicit, quam natum; simplicius enim enunciasset natū: factum autem dicendo*, & Verbum caro factum est *consignauit, & carnis veritatem ex Virginis factum adseuerauit.* Hæc Tertullianus: sed & Paulus itidē ad Philipp. 2. v. 7. *in similitudinem hominum factus.*

1. Pet. 2 v. 7. Matth. 2. v. 44.

Ioan. 1. v. 14. Lucæ 2. v. 51. Roman. 1. v. 3.

Galat. 4 v. 4.

Tertull. Philipp. 2. v. 7.

2

Magist. sentent. S. Thomas.

Iam verò: discrimen inter natum, & factum discę ex PP. signatè verò ex Magistro sentēt. & S. Thoma in epist. ad Ephesios: *nascendi* locutionem ad naturam: *faciendi* verò ad artem referentibus, quod quidem appositis imaginibus arboris, & domus; benè explicant: cum arbor nasci non fieri: domus fieri, non nasci dicantur: nimirū, vt arbor naturæ vis propignitur: ita domus, non natura, sed arte ad ideæ normam construitur, & fit, hic hæc ad diuina transferens dixit S. Cyrillus Alex. lib. 6. Thesauri cap. 3. *Natura generat: operatio facit*: & similiter Fulgentius lib. contra sermonem fastidiosi cap. 8. *Filium suum proprium, & de sua natura Pater genuit: & de natura Virginis fecit*: ex quibus vides Dei Filium, non vtcumque ex Virgine natum, vt aliis euenit filijs, quos matres nullo opere intellectus, aut artis pariunt; sed mirabili artis æconomia signatè ad vsus nostros, hoc est ad salutem, & redemptionem nostram eo omninò modo, qui nobis maximè esset opportunus factum fuisse: ita id pensitāte Ambrosio lib. 2. in Lucam: *Duæ sunt in Christo generationes, vna est paterna: materna altera: paterna illa diuinior: materna verò, quæ in nostrum laborem, vsumque descendit.* Audis Dei Filium ex matre ad vsum nostrū factum? Audi etiam diuina arte factum ex Chrysologo serm. 142. qui Virgini ab Angelo scisciranti: *Quomodo fiet istud?* sic occurrit: *Ne quæras virgo; cesset opus hominis, quia ad creationē hominis sufficit ars diuina*: At enim verò toti huic discursui vltimam manum sapientissimè imposuit S. Leo Magnus aureis hisce verbis serm. 1. de Natiuitate Domini: *Virgo Regia Dauidicæ stirpis eligitur, quæ sacro grauidanda fetu Diuinam, humanāque prolem prius conciperet mente, quàm corpore*: Sic Leo: preme hæc: *Diuinā, humanamque naturam prius conciperet mente*: quæ Dominicam Incarnationem à Maria œconomicè, & arte diuina factam ostendunt; dum Virgo Deum, & hominem conceptura prius mente formaret eam Dei hominis Idæam, quæ tam Dei gloriæ, quā humanis vsibus aptissima foret: tali, scilicet, forma diuina, & humana Dei Filium factum, qui ad ferendam homini salutem, & vitam nihil aptius, aut opportunius posset excogitari: sic ipsam Deiparam alloquens Ecclesia Græca in Menæis dicebat: *Deitatis pulchritudinem, vnaque pulchritudinem humanitatis genuisti Deipara, easque ambas non inter se permixtas, sed absque confusione in vnum redactas.*

Cyrillus Alex. Fulgent.

Ambros. Lucæ 1. v. 34.

Chrysol.

Leo Magn.

Ecclesia Græca.

Benè

3

Benè quidem *Deitatis pulchritudinem genuiſti*: Sanè, vt Virgo Deitatem gignere non potuit; quæ ingenerabilis eſt, eamque à ſe ipſo Dei Filius habet; ita appoſitè dicitur Deitatis pulchritudo à Maria genita, quæ Deum hominibus pulchrum, beneficum, ſalutarem, & ad noſtros vſus factum ex præcognita Virgini Diuinitatis idæa, collectis illius lineamentis genuit: dixit quippè Apoſtolus ad Hebræor. cap. 13. verſ. 16. *Communionis, & beneficentiæ nolite obliuiſci: talibus enim hoſtijs promeretur Deus*: ſiue vt habet lectio Syriaca *talibus hoſtijs pulcreſcit Deus*: hoc eſt pulchrior in vobis Dei imago, & effigies apparet. Sed & humanitatis pulchritudinem à Deipara generatam; eadem etiam ratione, ſic expreſsit S. Ioſephus Confeſſor in Menæis die 6. Ianuarij de SS. MM. Amorio, & ſocijs. *Sacroſanctiſsima Virgo Athletarum Chriſti ornamentum planè Diuinum, quæ ipſum nobis Chriſtum dediſti venuſtatibus ſpecioſis decorum, vt mea quoque anima eleganti ornatu venuſtetur*: Quid namque pulchrius, imò diuinius, quàm mortali iuuare mortalem: opemque & ſalutem, & vitam illi dare: ecce tibi; quo modo *quando* venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere: Ecce manum Dei factam. Vnde notanter Ioannes 1. verſ. 3. cum de Dei Verbo dixiſſet, *omnia per ipſum facta ſunt; & ſine ipſo factum eſt nihil*: ſubijcit: *Quod factum eſt in ipſo, vita erat*: Sic enim diſpungendus eſt, hic locus ex Auguſtino, Ambroſio, Tertulliano, Origene, Clemente Alex. Cyrillo, Athanaſio, & alijs PP. apud Maldonatum, & Card. Tolętū, vt ſenſus Ioannis fuerit, in Verbo Dei, & primum facta, & ſubinde refecta omnia fuiſſe; vt qui in principio mirabiliter, & arte diuina Adamum creauit (ſic enim dixit Auguſtin. ſerm. 17. de Tẽpore: *Accipiens terram, inde hominem diuina quadam arte formauit*) ipſemet poſteà eidem à tanta dignitate lapſo *arte etia diuina* (vt dicebat Chryſologus) auxiliarem manum dederit, vt in priſtinum honorem reſtitueret: optimè ad hæc verba Ioānis id obſeruante Toleto: qui premens ea verba *in ipſo vita erat*, ſic inquit: Senſus talis eſt: *Non tantum per Verbum Deus omnia fecit, ſed etiam in eodem Verbo vitã ſpiritualem, cœleſtem, & æternam operatus eſt: Homo enim, quẽ Deus per Verbum creauerat, ſeipſum, omnemque ſuam poſteritatem peccando infecit, æternæ mortis in anima, & corpore factus reus: Hunc ergo in ipſo Verbo viuificare voluit; vt eodem Verbo, per quod omnia facta erant, homo, qui omnia quodammodo complecti debebatur, ad vitam reuocaretur, in ipſo igitur vita erat*: Hactenus Card. Toletus: Vt verò tanti boni, tantique remedij Dei Filium adiutricem Mariam habuiſſe videris, audi Coſmam Hieroſolymitanum in Menæis Græcis die 15. Ianuarij Ode. 3. Canone 2. de S. Gregorio Theologo, ſic Mariam alloquentem: *Primæ matris Euæ inueteratum, tam lapſum corrigiti Mater, & Virgo, quando in vtero tuo ſuſcepiſti Verbum illud, quod erigit alliſos, atque lapſu contractos.*

Heb. 13 v. 16.

S. Ioſep.

Ioan. 1. v. 3.

Auguſt. Ambroſ. Tertull. Origen. Clemẽt. Cyrill. Athana. Toletus.

Chryſol.

Toletus.

Toletus.

Coſmam

Gregor.

Fuerit verò huic cogitationi opportuniſsimum teſtimonium ex vate Pſ. 95. dicente: *Annunciate de die in diẽ ſalutare eius*: vbi primò obſerua annũciationem, ideſt, lætum, & bonum nuncium ſalutis à Deo miſſæ: ſic id adnotante Agellio ibi: *Annunciate, non idem eſt, quod narrare, ſed recens, ac novum aliquid, & iucundum narrare: ſalutem igitur (inquit) à Deo vobis recens paratam annunciate.* Deinde verò preme eam locutionem *de die in diem*: ſed vide, vt eam legerit S. Fulgẽtius ſerm. 2. *de Natiuitate Chriſti*: reponens ſignatè *diem de die* explicatiùs duplicatam diem aſsignans ad eum planè modum, quo eodem ſenſu dicebat, idem Pſaltes. *Dies diei eructat Verbum*, Pſal. 18. verſ. 2. ideſt, vt ex Bernardo ſerm. 15. ex parvis alibi vidimus: *Deitas Virginitati de vtero paternæ maieſtatis in vtero matrem integritatis*: Ergo in his verbis: *Annunciate de die in diem ſalutare eius*: omninò affirmat Dauid: ſalutem à Deo vobis recens paratam annunciate, ideſt, Deitatem, ſiue Dei Filium *diem de die* hominem factũ ex muliere; filiũque Mariæ: eſt enim hic dies de die: ſicuti hæc verba explicat indidem Fulgentius, hunc in modum ea diffundens. *Chriſtus dies æternus vnigenitus in forma Dei manens, Chriſtus in die temporis vnigenitus formam ſerui accipiens, Chriſtus dies æternus permanens, vt conderet nos;*

4

Pſal. 95 v. 2.

Agellius

Fulgent.

Pſal. 18 v. 2.

Bernar.

Fulgent.

Chriſtus

Christus in die temporis, pauper factus, vt redimeret nos; Christus dies æternus, Deus de Deo Patre: Christus in die temporis, Deus homo de Virgine Matre; Christus dies æternus, Verbum eructatum de corde Patris, Christus in die tẽporis Verbum caro factum de vtero Matris; Christus dies æternus, Deus verus de Deo vero; Christus in die temporis, sponsus procedens de thalamo suo. Dies æternitatis Christus Angelos sanctos creans; dies in tẽpore, Christus homines saluãs nos. Hæc Fulgẽtius; multa quidem, sed quibus nihil demere possis: vt in illis videas, vnde potissimum salus Dei hominibus annuncietur: quod videlicet, *dies diei*, ideſt, Pater Virgini *eructauit Verbum*, vt *dies de die* esset; hoc est Dei Filius ex muliere factus homo; *Dies in tempore Christus homines saluãs.* Vt merito hoc sensu imbutus dixerit Richardus à S. Laurẽtio lib. 2. de Laudib. Virginis, omni ratione, & omni modo mortales ex intimo corde debere diligere Mariam, à qua nobis salus, omneque bonum aduenit: audi illum. *Diligenda est Maria, & specialiter honoranda, quia ipsa mediante forma diuina sponte venit ad hominẽ deformatũ gratia gratis ad gratiæ ingratum: medicina non rogata vltro venit ad ægrotum virtus ad infirmum: sapientia ad fatuum: sanctificatio ad immundũ; veritas ad mẽdacem; pietas ad immisericordẽ: pax ad rebellẽ; misericordia ad impium: charitas ad inimicũ; iustitia ad iniustum: non vt eum secundũ suam iustitiam iud caret, & damnaret, sed vt eum à sua iniustitia iustificaret, & secundũ se formaret, & formatum secundũ se tandem gloriũcaret in se.* Hæc omnia Richardus: ex quibus illa modo signatè sumo: *Medicina non rogata vltro venit ad ægrotum virtus ad infirmum.*

Fulgẽt. Richar. à S. Laur.

5 Pro quo redeo ad verba Dauidis initio adnotationis proposita: *Cõfitebor tibi quoniam exaudisti me; & factus es mihi in salutem:* & cum illis compono illud cœlestis sponsi ad Deiparã, Cãt. 4. vers. 11. *Fauus distillans labia tua Sponsa: mel, & lac sub lingua tua;* Quæ verba acutè, & piè ad Dominicæ Incarnationis Sacramentum retulit Venerab. Guillielmus, apud Delrio ibi referens, *mel, & lac sub lingua* & nõ in lingua ad cunctationẽ, qua beatissima Virgo, cogitãs qualis esset Angeli salutatio respõsum dare differebat: vnde Angelum ad consensum humanæ reconciliationis vrgentẽ, sic inducit: *Ecce (ait) concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum, quasi dixerit; consenti Virgo per fidem mysterio reconciliationis humanæ, quia elegit quidem te Deus in hoc singulare mysterium; sed tamen de nescience, vel inuita nõ vult sumere hostiã reconciliationis, quod profectò ad singulare meritum, & gloriam tibi est. Hilari ergo fide da illi de te quod in salutem omnium expendatur:* & post pauca: *Dic ergo Verbum dulce, dic quod dictura es; quia tempus loquendi est, non tempus tacendi, noli tuo silentio salutem omnium suspendere, vel impedire, &c. Adhuc labia tua, sicut mel in faui cera, quia nondum erupit Verbum dulcissimũ:* & statim premẽs Virginis verba subiicit: *Nec morata Virgo:* Ecce (*inquit*) ancilla Domini fiat mihi secundum Verbum tuum: *Hoc planè est Verbum dulcisonum, quod & Angeli & homines desiderabant audire. Hoc verè est mel & lac, quod erat sub lingua Virginis.* Hactenus Guillielmus: & illud quidem bellissimè dictum: *Da illi de te, quod in salutem omnium expendatur:* vt factus ex muliere Maria Filius Dei: *factus* sit Dauidi, & humano generi *in salutem:* Ad quem etiam modum, sed paululũ immutata imagine. Hugo de Sancto Victore, hæc Sponsi verba premens serm. de *Assumptione* tom. 2. sic sub persona Sponsi, inquit. *Mea Diuinitas mel erat, & tua humanitas caro erat; & inde ne ergo favum feci; & factus sum: & ecce favus distillans labia tua; quod enim impressum est in se, assumptum est de te, & ipsum factum est dulcedine plenum in me:* Sic Hugo: audis? *factus sum,* & illud: *assumptum est de te, & ipsum factum est dulcedine plenum in me:* quid aliud enim id fuerit, nisi quod dicebat Virgini Ecclesia Græca adnotat. præcend. adducta: *Quem tu imbrem de cœlo suscepisti in vtero, eum ita dulcem peperisti, vt ille omnibus Ambrosiam, seu Nectar quoddam exhiberet.*

Cant. 4. v. 11. Guillel. Hugo de S. Victore. Ecclesia Græca.

Fauet huic sensui Angelorũ chorus in Christi Natiuitate pastoribus annunciantium: *Ecce annuncio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator:* Lucæ 2. v. 10. ad quæ verba obserua:

6 Lucæ 2. v. 10.

gaudium quo nihil maius dici, excogitarivè potuit; ab Angelis notâter significatum fuisse illa dicendi modo *natus est Saluator*; cum tamen vel aduentus, vel *visitationis* phrasi; qua Zacharias vsus fuerat cap. 1. vers. 78. potuissent exprimere: vt nimirum hunc honorem, siue hanc salutem deferrēt Dei genitrici, quasi ab ea Dei Filius notanter Saluator fuerit natus hanc cogitationem, hac verborum emphasi explicante S. Zenone M. serm. 3. de Natiuitate Domini: *Nascitur sine Patre Filius: sibi debens, quod conceptus est: Matri donans, quod natus*: obserua hæc *Matri donans; quod natus*: sed quomodo natus? Saluator, scilicet, vt quemadmodum Ecclesia Græca dicebat. *Quem tu imbrem de cælo suscepisti in vtero, eum ita dulcem peperisti, vt ille omnibus Ambrosiam, seu Nectar quoddam exhiberet*: sed denuò in Zenonis verbis obserua illud *Matri donans*: vt singulare, hoc & eximium, ac ineffabile donum Mariæ voluerit Dei Verbum conferre, vt ab ipsa ad mūdi salutem, & Saluator natus fuerit. Vnde rursum Ecclesia Græca in Menæis die 2. Iunij Ode. 8. dicebat: *Laudemus radicem immortalitatis, atque totius Orbis thesaurum grandem: in hac enim Virgine negotium mundi saluandi confectum est, simulque singulis hominibus venia parta.*

Ecclesia Græca.

Ecclesia Græca.

7

Hæc plane Domini corona, siue Diadema, quo illum Maria Mater coronauit dicente Salomone. *Egredimini, & videte filiæ Sion in diademate, quo coronauit eum Mater sua in die desponsationis eius, & in die lætitiæ cordis eius*, Cant. 3. vers. 11. & appositè explicante Ambrosio lib. de instit. Virg. cap. 16. *Beatus Mariæ vterus, qui tantū Dominum coronauit, quando formauit; coronauit eum, quādo generauit, quia & si eum sine aliqua operatione viri formauerit, quia Spiritus Sāctus superuenit in eam, &c. tamen hoc, quod ad omnium salutem eum concepit, & peperit coronam capiti eius æternæ pietatis imposuit.* Vbi vides Filium Dei à Maria *in salutem* conceptum, & natum: idest, *factum in salutem*, vt confitebatur Dauid. Quæ sanè omnia placet illustrare eiusdem variis verbis, Psal. 61. vers. 12. dicētis. *Semel locutus est Deus* (siue vt legit Hieronymus: *Vnum locutus est Deus*) *duo hæc audiui; quia potestas Dei est: & tibi Domine misericordia, quia tu reddes vnicuique secundum opera sua*: vbi obserua illud *semel*, siue *vnum locutus* est Deus: & si quæris, quomodo semel? quomodo vnum? Respondet Augustinus ibi; Bernardus serm. 36 ex paruis, Cassiodorus, & alij in ea verba. *Quia vnicum genuit Filium*: At obijcies vati: si *semel*: si *vnum*: Quo modo ais: *duo* te audisse: genuit ne Deus Pater duos filios? Absit: Verum enimvero qui *semel locutus* est, cum ab æterno vnicum genuit Filium; iam modo *nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio* (ad Hebræor. 1. vers. 1.) cum *factus est ei ex semine Dauid secundum carnē*: Rom. 1. vers. 3. sic hæc sapienter diffundente Anselmo lib. de Excellentia Virgin. cap. 3. *Vnum Filium consubstantialem, coæternum, omnipotentem ex sua natura sine initio Deus Pater genuit, & per eum omnes creaturas visibiles, & inuisibiles ex nihilo fecit. Hunc igitur sibi tam vnicum, quàm dilectissimū, & in omnibus omninò æqualem non passus est, remanere solummodo suum, sed eumdem ipsam voluit in Dei veritate esse beatæ Mariæ vnicum, & dilectissimum, & naturalem Filium: nec ita vt duo essent; vnus videlicet Filius Dei, alius Sanctæ Mariæ Virginis, sed vnus idem ipse, qui Filius Dei in vna persona esset Filius Sanctæ Mariæ Virginis, & qui Filius Sanctæ Mariæ, vnus & ipse esset in vna persona Filij Dei.* Hactenus dilucidè Anselmus: Ecce ergo tibi: Deum semel loquentem, quia vnicū genuit Filium, & Dauidem duo audientē; cum prophetico prænidit spiritu, summum Patrem minimè passum esse, hunc sibi tam vnicum quàm dilectissimum Filium remanere solummodo suum; sed eumdem ipsum voluisse in Dei veritate esse B. Mariæ vnicum, & dilectissimum Filium, vt hac ratione *nouissimè nobis loqueretur in Filio*: & benè quidem *nouissimè*, qui noua gaudia, nouam salutem, noua nuncia, atque lætissima locutus est: Verbum, scilicet, ex Maria hominem factū *plenum gratia, & veritate*. Quod planè explicare videtur vates, dum subijcit: *Quia potestas Dei est: & tibi Domine misericordia*: potestatem nimirum, hoc est imperium, fortitudinem, robur, potētiam, vires, nam hæc

Cant. 3. v. 11. Ambros.

Psal. 61 v. 12. Hieron.

August. Bernar.

Hebr. 1. v. 1.

Anselm.

Anselm.

om-

omnia comprehendit vox Hebræa, ad Verbum Patris, qua Deus est referēs; misericordiam verò ad Dei Filium, qua B. Marię vnicus, & naturalis Filius est; ad quem singillatim conuertit sermonem, *& tibi Domine misericordia* transferens: Pro quo facit Domini nomen, quod proprium Christi esse, ex Paulo nouimus; qui in epistolarum salutationibus perpetuò Dominum affirmat; vt in salutatione epistolæ ad Philippenses vidimus; & in eadem epistola cap. 2. vers. 11 notanter, inquit: *Quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris*, vbi in Græco omninò habetur: *Quia Iesus est Dominus.* Philip. 2. v. 11. Lectio Græc. Augustin. Hæc omnia confirmāte Augustino in oratione contra Iudæos, Paganos & Arrianos cap. 6. tomo 6. hunc in modum: *De ipso Verbo vnigenito ait Propheta Dauid*: Semel locutus est Deus, duo hæc audiui. *Quomodo semel locutus est Deus; & secundo sonuit? nisi quia Verbū intransgressibile prouidens de corde Patris, suscepit carnem, vt esset homo ex vtero Matris, venit, & mansit, ad nos venit, à Patre non recessit. Ecce per hoc, quod semel locutus est Deus, surrexit omnis fabrica nostra. Per hoc quod secundò sonuit factus est pax nostra, vt solueret inimicitias in carne sua:* Hæc Augustinus. *In carne sua*: à Maria accepta: *Neque eum agnoscimus Christum, qui nihil in se nostri corporis gessit, dum ex Maria nihil accepit*: vt dicebat Tertullianus sæpiùs adductus. Nec ab hoc instituto iuerit S. Sabbæ ratiocinatio cū Deiparam alloquitur in Menæis die 21. Ianuarii de S. Nicephoro, hunc in modum. *Illud inauditum absconditum, & Maiestate Numinis dignum intaminati Partus tui Mysterium Angelorum, simul & hominū choros implet admiratione; etenim inaccessibilis Deus factus est in vtero tuo accessibilis mihi, stupenda me ratione Diuinitati cōiungens*: ita ille. Tertull. S. Sabb. S. Nicephor.

A let, *dignata est tenens Filium in vinis Clerico cuidam inter quietem apparere hasque mittere voces.* Omnibus miserans indulsit Deus: *Subiicienti autem*: Numquid & mihi? *mora quadam temporis interiecta, hæc iterum effudit*, Omnibus miserans indulsit Deus viuis, & mortuis. *Cumque ille prostratus rursus interrogaret*, Numquid & mihi? *Tandem post aliquam moram subdidit.* Indulsit omnibus miserans Deus; atque etiam tibi. *Tuncque via Virgo disparuit: sic refert Iacobus Carlinalis lib. de Iubilæo, & ab eo Balinghem in Kalendario die 11. Octobris.*

B *Sed & Miserordiæ aures, & Filio, & Matri communes: siue easdem esse illud iisdem euincit, quod & Abrahamus Bzouius ad annum 1254. & Hieronymus Plati lib. 1. de Bono statu Religiosi cap. 14. referant. Innocentium nimirum Pontificem paulò ante mortem animosiorem, seu minus pronū in Franciscanos PP. & Dominicanos factum, priuilegia eorum impediisse! Quare illi ad preces, & præsertim ad Litanias fusi Romæ in Ecclesia Prædicatorum, dum eas deuotè recitant, vni ex ipsis contigit, vt Virginem videret super Altare stantem, vnà cum Filio hæc verba iterantem*: Fili exaudi eos: *Quod & factum est*: *Innocentio paulò post ex viuis sublato: Vnde prouerbio cessit in Romana Curia*: À litanijs Prædicatorum libera nos Domine.

C

D *Quod si & oculis, & auribus manum Virginis addideris: vt apud Lucam habes de Christo Domino* singulis manus imponens *cap. 4. vers. 40. Ita videris apud Thomam Cantipatrensem in vita Margaritæ Virginis, & Hyacinthum Choquerium in Sanctis Belgij: Virginem illam Margaritam, cum desperationis quadam tentatione vehementius afflictaretur, meruisse à Sanctissima Deiparæ manu sensibiliter in pectore tāgi, cum his diuinis vocibus* Sano te in anima, & corpore; & scito, tibi à Filio meo dimissa esse peccata.

E

EXEMPLA.

CVm Bonifacius Octauus Summus Pōtifex anno Domini 1300. Magnum Iubilæum Centenarium Romæ proposuit; Sanctissima Virgo quasi pro thesauro satisfactionis, quæ in Christi Domini sanguine censetur fide iubere vel-

EIVSDEM argumenti.

MARIA ADVOCATA misericordiæ, quæ Dei Filiũ itidem nobis Aduocatus misericordiæ fecit.

ADNOTATIO VII.

1 QVis ambigat MARIAM apud Deum pro nobis Aduocatam misericordiæ esse, quæ vt Misericordiæ Mater, Deum misericordem nobis genuit; ad misericordiam dandã, non tantum procliuem; sed factum? Et vero, vt hinc incipiam, mirũ quidem videri potest: Dauidem cælestium arcanorum peritissimũ; qui merito de se Deo dixit; *Incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi:* Psal. 50. vers. 8. Velut diuinarum rerum ignarum; imo sui ipsius oblitum obnixè à Deo postulasse: *Fiat misericordia tua, vt consoletur me.* Psal. 118. vers. 76. Cum ipsemet dissertissimè aliquando pronunciauerit: *Misericordia Domini ab æterno, & vsque in æternũ super timentes eum:* Psal. 102. vers. 17. Coæuam, videlicet, seu coæternã cum ipso misericordiam adstruens: & quidem meritò, cum proprium Deo sit misereri semper, & parcere; eaque de causa ab Apostolo quæsita locutione *Pater misericordiarum* appelletur, 2. Corint. 1. v. 3. appelletur: quod misericordiæ ab ipso: qui totus misericordia est; dicente Vate: *Deus meus misericordia mea*, Psal. 38. vers. 18. tanquã à suo natiuo fonte riuuli; & tanquam germani Filij à parente, natura exigẽte naturali decursu effluant: ita id adnotante Bernardo serm. 5. in Natali Domini; itidẽque misericordiæ cursum ab vltionis, & seueritatis natura discriminãte: nam cum interrogasset: *Quomodo illi proprium est misereri, cuius iudicia abyssus multa? Neque enim dicitur: Omnes viæ eius sola misericordia; sed misericordia, & veritas:* sic statim respondet. *Recte igitur non pater iudiciorum, vel vltionum dicitur, sed Pater misericordiarũ, non modo, quòd vt Pater, videatur misereri potiùs, quam indignari, & quemadmodum pater filiorum misereatur timentium se; sed eò magis, quòd miserendi causam, & originem sumat ex proprio; iudicandi, vel vlciscendi, magis ex nostro:* Sic ille: Quid ergo, inquis, sibi vult vates, cum signatè obsecrat, *Fiat misericordia tua*, quasi velit tunc denuo fieri, & recenter hominibus, tanquã noua lux exoriri? Enim verò cũ ista Dauidis locutio sensum communẽ omninò habeat, cum illa eiusdẽ vatis, *Fiat manus tua, vt saluet me*, Psal. 118. vers. 173. quam præced. adnotat. elucidauimus: inde germanus eius sensus petendus est; & Mariæ accommodandus; cũ ipsa Misericordiam cõceperit, genuerit, & pepererit; in plenitudine tẽporis mittente Deo Filium suum factũ ex muliere, vt ex ipsa fieret misericordia; & ipsa Mater misericordiæ diceretur; itidẽ ab ea Aduocatũ misericordiæ haberemus Filium Dei. Vnde Richard. à S. Laur. lib. 4. de Laud. Virg. exclamat. *O pulcherrima Christi generatio! prius enim habuit Patrem misericordiarum: deinde Matrem misericordiæ. Quid ergo aliud ex his nasci potuisset, quam misericordia?* Sic ille.

Psal. 50 v. 8.

Ps. 118. v. 76.

Ps. 102. v. 17.

2. Cor. 1. v. 3.

Psal. 38 v. 18.

Bernard.

Richard. a S. Laur.

2 Sanè hæc vatis verba, *Fiat misericordia tua, vt consoletur me*, Græcè omninò habentur: *Fiat misericordia tua, vt Aduocata sit mei:* sic exigente Græco verbo, & sic monente Chrysostomo, & quotquot Græcè norunt: ipse enim hom. in Psal. 118. sect. 2. tom. 1. & sic legit, & sic de Christo Aduocato nostro interpretatur: *Misericordia porrò Dei est, Christi Dei nostri cũ carne aduentus. Fecit enim nobiscum misericordiam; atque ipse est Aduocatus, & cõsolator noster ad Patrẽ, & propitiatio pro peccatis nostris, quemadmodum loquitur Ioannes Apostolus:* Hæc Chrysostomus: Eccè tibi, quod volebat Dauid, & misericordiam factã: & Aduocatum factum per aduentum ipsius cũ carne; hoc est ex Maria, & misericordiam factam, & Aduocatũ per ipsius carnem factum: cum *circũdatus* carne, idest, *infirmitate*, & misericors factus mortalium patrocinium suscepit: vti dicebat Paulus in superioribus adductus ad Hebræor. 2. vers. 17. *Vnde debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret:* preme verbũ *fieret* pro Dauidis voce, *Fiat misericordia tua, vt aduocata sit mei:* quod vt ex prouerbio dicebat Bernardus lib.

Græca lect.

Chrysost.

Hebr. 2 v. 17.

Bernar.

de

de gradibus humilitatis, & æger ægro, & ieiunus ieiuno, quanto propinquius, tãto familiarius cõpatiuntur: & statim: quasi vellet occurrere Quintiliano declamat. 5. dicenti: *Est quidem indices humanæ infirmitatis ista natura, vt ex omnibus accidentibus grauissimum putet, quod quisque patitur; & cum aliena cogitationibus, nostra dolore tractentur, necesse est apud impatientiam suam minora præualeant*: subiscit Bernardus statim: *Sed vt ob alienam miseriam miserum cor habeas, oportet vt tuam prius agnoscas, vt proximi mentem in tua inuenias, & ex ea noueris, qualiter illi subuenias, exemplo scilicet, Saluatoris vestri, qui pati voluit, vt compati sciret, miser fieri, vt misereri disceret, vt quomodo de ipso scriptum est*: didicit ex ijs, quæ passus est obedientiam: *ita & misericordiam disceret: non quod ante misereri nesciret*; cuius misericordia ab æterno, & vsque in æternum: *sed quod natura nesciebat ab æterno, didicit experimento*: Sic Bernardus opportunè, & sapienter; sed & Quintiliano bellissimè etiam occurrit; eiusque ratiocinationẽ improbat suauis ille Plinius lib. 8. epist. 16. ad Patrum, vbi cum priùs graui se dolore, & mærore de suorũ morte affici fateretur, inquiẽs: *Confecerunt me infirmitates meorũ, mortes etiam, & quidem iuuenum: solatia duo, nequaquam paria tanto dolori, &c.* postmodum nostrum sensum firmãs, subdit: *Sed quanquam his solatijs acquiescam debilitor, & frangor eadem illa humanitate, quæ me, vt hoc ipsum permitterem induxit. Nec ignoro alios huiusmodi casus, nihil amplius vocare, quã damnum; eoque sibi magnos homines, & sapientes videri, qui an magni, & sapientes sint nescio; homines nõ sunt: Hominis est afficì dolore sentire, resistere tamen, & solatia admittere, non solatijs, non egere*: Hæc omnia Plinius. & quidẽ rectè illud, *Homines non sunt*; vt dixerit modestissimè: adeò nõ magni, nec sapientes videntur; vt nec homines sint, cum humanitate careant, & illo humanitatis sensu, qui cõmiseratione tangitur, & proximorũ miseria velut præacutis stimulis compungitur in ipsis non inueniatur, quippè vt dixit prudens Satyrographus

Mollissima corda
Humano generi dare se natura fatetur,

Quæ lachrymas dedit: hæc nostri pars intima sensus
Plorare, ergo iubet causam legẽtis amici

quasi accepisset à Paulo *flere cum flentibus*, ad Rom. 12.

His consentaneus esse dixeris boni illius latronis sensus in cruce animosè, & sapienter Christum Dominum cruci itidem suffixum, sic deprecatus: *Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum*. Lucæ 23. vers. 42. Ad quæ verba, dum PP. & latronis confessionem, & lynceos fidei oculos, quibus Christũ, & si cruci affixum Regem, & Dominũ cognouit; merito mirantur: & fidẽ quidẽ sic expendit S. Leo Magnus serm. 2. de Passione: *Quæ istam fidẽ exortatio, persuasit? Quæ doctrina imbuit? Quis prædicator accendit? Non viderat priùs acta miracula: cessauerat tunc languentiũ curatio, cæcorũ illuminatio; viuificatio mortuorũ; ea ipsa, quæ mox erãt gerenda non aderant; & tamen Deũ confitetur, & Regem, quẽ videt supplicij sui esse consortẽ*: ita Leo: De confessionis verò energia, sic rectè P. Maldonatus ad cap. 27. Matthæi. *Breuis, sed plena cõfessio. Paucis enim verbis, & Regem, & Deum, & Christũ confitetur. Regem eum dicit*: cum veneris in Regnum tuum: *Deum cum Dominũ vocat, & ita Regem facit, vt condonare possit peccatum*: At enim; cum hæc omnia sic se habeant; meritò subinde ambigas de ratione, cui subnixus homo, & perditissimus, & infimæ sortis, & Regem, & Deum tanta fiducia adierit, vt peccatorum condonationẽ postularet? Ita ne Regẽ excelsum ad dandã tibi veniam procliuẽ censes? Siccine Deum è vestigio remittentẽ tibi peccata, & misericordiam præstantẽ facis? Ita quidem: ita planè respondet ille; cũ ipsum, & mei similem, & homniẽ scientem infirmitatẽ agnosco; scitè id obseruante Venerab. Drogone ser. de Passione, hũc in modum. *Imaginis tuæ Deus miserere. Sed in quo, te agnoscam misereri? In eo quod imaginẽ meam in te video similẽ, & eãdem mecũ miseriam pati*: Sic Drogo: obserua id: *In quo te agnoscã misereri?* vt dixerit ex Paulo, *debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret*: ac si dixerit sapiens latro: agnosco Deum: agnosco Regẽ; & video quidẽ & diuinæ clemẽtiæ, & Regiæ magnanimitati inniti me posse; vt ab ijs vir-

Quintil. Bernar. Plinius Iuuenal S. Leo. Maldo. Drogo. Luc. 23 v. 42. 3

tutibus veniã ſperẽ; at enim verò iuuat à ſimili, ſimilẽ mecum miſeriam patiente miſericordiã expectere: cum hæc abſolutiſsima, & perceptoria miſerẽdi ratio ſit, cum *ager errro, & ieiuniùs ieiuno, quantò propinquiùs, tantò familiariùs compatiuntur.*

4 Aduoco denuo Paulum ſuperius adductum affirmantem: *Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur, vt cõdolere poſsit iis, qui ignorant, & errant, quoniam & ipſe circũdatus eſt infirmitate,* ad Hebræor. 5. verſ. 1. vt denuo, & ſtultiſsimum Roboami ſenſum, & abſurdiſsimam rationem eius caſtigem, vt ſæpiùs feci, quoniam nulla eſt ſacietas eraducendi inſipientiſsimum Principẽ; qui iura regni, & gubernandi rationem prorſus ignorauit: cum videlicet afflicto populo, & infelici talem Regem nacto ab eo ſuppliciter petenti miſericordiam illis verbis. *Pater tuus duriſsimum iugum impoſuit nobis: tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui duriſsimo, & de iugo grauiſsimo, quod impoſuit nobis, & ſeruiemus tibi,* 3. Reg. 12. verſ. 4. Ipſe non tantũ atrociter, & durè, ſed inſipienter, & ſtultè reſpõdit: *Minimus digitus meus groſsior eſt dorſo patris mei, & nunc pater meus poſuit ſuper vos iugum graue: ego autem addam ſuper iugum veſtrum: pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos ſcorpionibus,* 3. Reg. 12. verſ. 10. Notetur ſtulti hominis ilationem, qui digitum groſsiorem dorſo patris habere ſe dicit; & inde maiorem duritiem, & atrocius imperium habiturum ſe iactat: ò ſtultum; qui tantum argumẽtum humanitatis, ſiue humanæ ex carne infirmitatis, non intelligis: imò verò tuæmet ſententiæ te facis præuaricatorem; qui vt plus carnis te habere dicis: plus pietati, & miſeticordiæ te impendere, & obnoxium eſſe fateri debes: quoniam maiori *circumdatus es infirmitate*: Certè *ſi proximi malum conſideraſſes, & tuum non attendiſſes* (ſic præfato loco Bernardus, quaſi huic inſano obviam iret) *non mirarer, quod non ad miſerationem, ſed ad indignationem: non ad adiuuandum, ſed ad iudicandum: non ad inſtruendum in ſpiritu lenitatis, ſed ad deſtruendum in ſpiritu furoris moueretis*: at enim, cum te ipſum attendas, & groſsiores digitos, & maiori carnis molẽ dorſo patris præditos habere affirmes; quis nõ miretur te miſericordiam ab animo ablegare; qui commiſerationis aculeis ex ſenſu humanitatis, non potes, nõ compungi? Ecce iam tibi in Roboamo, quod in ſuperioribus dicebamus nobis minimè conuenire; hominem videlicet Deum factum, & potentiam Dei iactãtem: ſed potiùs Deum factum hominem, & noſtri ſimilem, *vt miſericors fieret*, ad adiuuandum, non adiudicandum; ad miſerationem, & non ad indignationem, ideo ſapientiſsimè Dauidem poſtulaſſe, *Fiat miſericordia tua, vt conſoletur me, & aduocata ſit mei*: fiat ex Maria, vt *Verbum caro factum* ex hominibus aſſumptus *condolere poſsit iis, qui ignorant, & errant.*

Sed vt iam ad rem noſtram Deiparæ, tanquam Miſericordiæ Matri, hęc omnia aptemus, audi Salomonem prophetico ore dicentem: *Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum Mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius*: Cant. 3. v. 11. vbi præter verba Philippi Abbatis, quæ in ſuperioribus dedimus: *Diadema Saluatoris carnis eſt paſsibilitas*, vt alium omninò à Roboamo ſe faceret: qui regiam dignitatem ad patiendum, & compatiẽdum retulit. Sic hæc verba elucidat Hugo de Sancto Victore lib. 1. eruditionis Theologicæ titulo 117. vbi cum dixiſſet: *Egredimini filiæ Sion: egredimini, & ingredimini, & videte Regem Salomonem; egredimini, & videte in eo, quod Mater dedit: ingredimini, & videte in eo, quod Pater dedit. Quod enim Mater dedit foris eſt, quod Pater dedit, intus eſt*, hæc ſtatim plùs explicans, ſubdit: *Mater dedit infirmitatem: Pater dedit maieſtatem: Mater dedit ſubſtantiam carnes. Pater dedit conſortium maieſtatis*: Hæc Hugo. Vides paſsibilitatem, & infirmitatem à Maria, cum ſubſtantia carnis datam? hoc eſt miſericordiam factam: vt nobis ſimilis miſericors fieret, & circũdatus infirmitate condolere poſſet iis, qui ignorant, & errant. Preme verò hæc *Mater dedit infirmitatem: Pater dedit Maieſtatem*: vt quid Matri debeas; omninò valeas intelligere: & primũ, diſce maieſtatem, quam Pater dedit

5

Hebr. 5 *v.* 1.

3. *Reg.* 12. *v.* 4 *&* 10.

Cant. 3. *v.* 11. *Philip.*

Hugo à S. Vict.

Bernar.

A B C D E

ex

ex verbis Amos cap. 7. vers. 7. dicentis: *Amos 7 v. 7.* *Ecce Dominus stans super murum litum, & in manu eius trulla cæmentarij: & dixit Dominus ad me, Quid tu vides? & dixi trullam cæmentarij:* sed obserua LXX. Cyrillum Alex. & quotquot PP. Græcè scripserunt, aut Codices Græcos nacti sunt, in hoc loco pro trulla cæmentarij, iterum, atque iterum adamantem reponere ad hūc modum: *LXX. Cyrillus Alex.* *Et ecce stabat super murum adamantinum, & in manu eius Adamas: & dixit Dominus ad me. Quid tu vides Amos? & dixi Adamantem:* Quid autē adamantis imago portendat; sic aperit S. Cyrillus: *S. Cyril. Ioan. 1. v. 1.* *Fortissimum Dei Verbum:* & quidem opportunè, vt adumbretur *In principio erat Verbum; & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum:* nihil enim aptius adamantis imagine ad significandum infrangibile robur, & inexpugnabilem, infatigabilē, immutabilemque vim, siue constantiam mutationis, aut passionis minimè capacem? sic illum describente Plinio lib. 37. cap. 4. *Plinius* *Incudibus hi deprehendūtur, ita respuentes ictum, vt ferrū vtrimque dissultet; incudesque etiam ipsæ dissiliant; quippè duritia inenarrabilis est, simulque ignium victrix natura; & nūquam incalescens;* & post nonnulla: *Inuicta vis, duarum violentissimæ naturæ rerum, ferri, igniſque contemptrix:* Ecce tibi, quod Pater dedit: infrangibile, impassibile, & impenetrabile robur, quod ictus humanæ naturæ omnino respuit: nam *non accedet ad te malum, & flagellum, non appropinquabit tabernaculo tuo,* Psal. 90. Sed *egredimini filiæ Sion, & videte in eo, quod Mater dedit:* infirmitatem; & passibilitatem carnis cunctis humanæ naturæ ictibus obnoxiam; & vt adamantem victricis naturæ, & nunquam incalescentis in manu Patris vidisti; vide iam incalescentem, & emollitum in sinu Matris, vt *misericors fieret,* ipsamet dicente Cant. 1. vers. 13. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur:* atque ea verba sic elucidāte Ambrosio serm. 3. in Psalm. 118. *Corpus suscipiens Dominus Iesus charitatis se vinculis illigauit, & non solùm se membris nostris, & passionibus naturalibus, sed etiam cruci vinxit:* Benè quidem *corpus suscipiens,* vt à Matre, tam infirmitate, quàm misericordia circumdaretur, vt videatur hac ratione quæsito vocabulo dixisse Paulum, *factus ex muliere,* sic obseruante ad laudem Virginis, hanc vocē Richardo à S. Laurētio lib. 6. de Laud. Virg. *Richar. à S. Laur.* *Mulier dicitur, quasi emolliens herum, vel heroem, idest, Christum, dicitur ipsa mulier per antonomasiam, quia scilicet, Christus ante suam incarnationem, quasi durus erat in sua Diuinitate, quia non poterat esurire, vel sitire, calescere, vel algore, fatigari, vel infirmari, aut mori. Hi sunt septem defectus, quos patimur in vita præsenti, quos omnes suscepit in se Christus in Virgine factus homo, quæ ipsum induit carne mortali.* Hæc Richardus.

Firmauit hæc optimè Zacharias in Cantico Lucæ 1. vers. 78. de salutare aduentu Filij Dei, inquiens: *Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos Oriens ex alto:* pulchra illā locutione *per viscera misericordiæ Dei* exprimens tenerrimum affectum miserendi Dei: quippè non fuit contentus vates misericordiæ meminisse, nisi etiam adderet *viscera,* quæ misericordiæ insunt, mollissimum, videlicet, & blandissimum, illum amorem, quo materna viscera erga filium sub ictu gladij positum commouentur, vt 3. Regum 3. vers. 26. de vera matre à falsa sese discriminante dicitur: *Commota sunt viscera eius super filio suo:* Quod sic opportunè obseruauit Card. Toletus, ibi: *Salus igitur nostra, quæ est per remissionem peccatorum, à visceribus misericordiæ Dei procedit, nō ex operibus, aut meritis nostris: non autem per misericordiam tantum, sed etiam per viscera misericordiæ, dicit, quia Deus non tantum nobis subuenire voluit, quod misericordiæ nomen explicat; sed etiam nobis condolere, & miseriam nostram in se suscipere per carnem assumptam; in qua se exinaniuit, egenus factus est, & vir dolorum, & infirmitatum: Hoc* viscera misericordiæ *indicant: & per hæc viscera remissionem peccatorum, & salutē nobis dedit, qui potuit per solam misericordiam sine his visceribus saluare:* Hæc Toletus, referens viscera misericordiæ ad carnem ex Maria sumptam, in qua condolere nobis posset, & compati; vt perinde fuerit Mariam Filium Dei humana carne, & infirmitate circumdare; ac viscera misericordiæ ipsi

Luc. 1. v. 78. *3. Reg. 3. v. 26.* *Toletus.*

in

inde re. Etenim verò sub hoc sensu A
Vverricus. Vverricus serm. *de Purificatione Deiparæ*, sic salutat. *Gratulor, & congratulor tibi: gratia plena, quæ misericordiam genuisti, quam suscepi, cereum præparasti, quem accipi, tu ceram ministrasti suscepto lumini Virgo Virginum Virgini, dum incorrupta Mater incorruptibile Verbum in corrupta carne vestisti.* Hæc ille: & quidem pulchrè: *Misericordiam genuisti*: sed magna cum emphasi *cereum præparasti, & ceram ministrasti suscepto lumini*: Carnē, videlicet, mortalem, in qua pati, & compati posset: quemadmodum cereus, sic lucet, vt cera paulatim absumatur: nec sine sui dispendio materiam lumini subministret, sic Dei Filius *miseriam nostram in se suscipere per carnem assumptam* voluit, *in qua*, non secus, ac cereus *se exinaniuit*: dicente sapienter Augustino lib. *de Spiritu & anima* de ipso. Sic festinat *Deus absoluere tormenta compassionis suæ, quasi plus eum cruciet compassio miseri, quam ipsum miserum passio sui.*

Augusti. C

7 Spectat autem ad viscera Filij Dei à Maria accepta, quod de Domino pascente turbas in deserto scripsit Marcus, hūc in modum cap. 8. vers. 1. *Cum turba multa esset, nec haberent, quod māducarent, convocatis discipulis ait illis: Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent, quod māducent: & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via:* Vbi preme Verbum *Misereor*, quod Græcè propriè est *euiscer or*: nec quamcumque misericordiam significat, sed eam, quæ à tenerrimo viscerum affectu oritur (Hispanè dicimus, *rasele el alma trás él*) diciturque commiseratio, & compassio, à quo non abit translatio Syriaca, quæ habet *misericordia commoueor*: Et verò cum compassio, & commiseratio propriè ad humanæ naturæ experimentum potius, quam ad diuinitatem spectet: eam à Maria, cum lacte ebibisse meritò dixeris, vt Dominus, & Patris naturam ad benefaciendum omninò pronam; simulque Mariæ Matris viscera ad salutem, & opem miseris ferendam præseferret: vnde Ambrosius lib. 3. de Virginibus, huc intentus, inquit: *Vbique Iesus curat; vbique sanat in itinere, in domo, in deserto, vt Deum se, & hominem demonstraret*: Sic Ambrosius: apud quem obserua hæc: *vt se Deum, & hominem demonstraret*: ambigens: qua ratione cum Ambrosius Christum inducit, vbique sanātem, vbique salutem, & vitam afferentem, quæ opera supra humanitatem sunt: ad humanitatem, & Diuinitatem simul refert: Quid enim humanitati, & prodigijs vitam mortuis, & sanitatem ægris dandi? Sed adhuc subsistit Ambrosij locutio, quippè vult, Christum salutem, & vitam dantem, tam Patris benignitatem, quàm tenerum viscerum Matris affectum expressisse: abijs enim ad saluandum, & benefaciendum, ita commouebatur, vt euiscerari videretur.

Marci 8. v. 1. B

Lectio Græc. D

Lect. Syriaca. E

Ambros.

Iam verò totum huius adnotationis argumentum Dominus opportunissima parabola expressit, se ipsum viuacissimo penicillo describēs apud Lucam 10. vers. 30. Cum cuidam non sine hypocrisi interroganti. *Quis meus proximus est?* ita de industria respondit: *Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto: Accidit autem, vt sacerdos quidam descenderet eadem via, & viso illo præterierit, similiter, & Leuita cum esset secus locum, & videret, pertransit. Samaritanus autem, quidam iter faciens, venit secus eum, & videns eum misericordia motus est, & approprians alligauit vulnera eius infundens oleum, & vinum, & imponens illum in iumentum suum duxit in stabulum, & curā eius egit, & altera die protulit duos denarios, & dit stabulario. Curam illius habe, & quodcumque supererogaueris, ego cum rediero reddam tibi:* Vbi Dei Filium (qui alibi Samaritanū se esse non negauit, vt obseruauit Gregor. Magn. hom. 16. in Euang.) vides omnia charitatis, & misericordiæ officia erga hominem à pristina dignitate lapsum exhibuisse, qui peccatorum vulnera sanguine suo lauit, & vnctione gratiæ fouit; itidemque Aduocati personam agens pro illo interpellauit, & signatè spopondit se suo sanguine cōponsaturum, redditurumque, quodcumque pro eo foret exsoluendum: *per viscera misericordiæ Dei nostri, quibus visitans nos oriens ex alto*, proximus noster factus est: vnde Ambrosius ad ea verba parabolæ venit secus eum, in-

8 *Luc. 10 v. 30.* *Gregor. Magn.*

quit:

quit: *Factus compassionis nostræ susceptione similimus, & misericordiæ collatione vicinus*: quippè ijs, qui *infirmitate circumdatus* erat, non alijs vocibus, siue precibus ad opem proximo ferēdam opus habuit, quam ijs, quæ eius miseria profundebat; tot enim orā, tot linguæ apud ipsum causam perorabant; quot vulnera, & infirmitates sese illius oculis ingerebant: vnde proximi nomen meritò sortitus est, qui veri proximi officium impleuit: *Ambros.* sic post nonnulla Ambrosius. *Nō enim cognatio facit proximum, sed misericordia; quia misericordia secundum naturā. Nihil enim tam secundum naturā, quā iuuare consortem naturæ*: Hæc Ambros. Cuius sensui peroppportunè subscribit *Seneca.* Seneca lib. 4. de beneficijs cap. 11. pulchrè monens, debere nos ob humanæ naturæ communionem aliorum curam gerere, & proximorum patrocinium suscipere: ita enim ille: *Si latronibus circumventum defendo, vt tuto transire permittatur: reum gratia laborantem tueor, & hominum potentium factionem in me conuerto, quas illi detraxero sordes sub accusatoribus ijsdem fortasse sumpturus*: & statim plus, plus se explicans: *Cum abire in alteram partem possim, & securus spectare aliena certamina, spondeo pro iudicato, & suspensum amici bonis libellum dejcio, creditoribus eius me obligaturus: vt possim seruare proscriptum ipse proscriptionis periculum adeo*: Hæc Seneca: quæ iam dudum cælesti Samaritano aptauimus ad verba Pauli ad Colos. 2. vers. 14. *Gloss. 2. v. 14.* *Deleus quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & illud tulit de medio affigens cruci.* Sed ad Deiparam scitè hæc aptauit *Damasc.* Damascenus in Menæis, die 9. Februarij, monens Deiparam, vt veri Saluatoris Matrem, nos à dæmonibus vulneribus prostratos curandos suscipere: sic enim ille. *Me dæmonum latrocinantiū insidijs vulneratum, & omni benè operandi facultate destitutum in huius semper instabilis vitæ semita humi iacentem, & magna valdè misericordia indignum, celeriter, ò intaminatissima! intuere, & oleum desperatis vulneribus meis affundens, meque ad bonam animæ valetudinem aduocato.* Hæc Damascenus; opportuno iam exemplo firmanda.

A

B

C

D

E

EXEMPLA.

CRediderim opportunius nihil præfatis Damasceni verbis afferri *Horat.* posse, quam id de Deiparæ benignitate exemplum, quod refert Horatius Tursellinus lib. de Historia Lauretana lib. 4. cap. 28. quippè, quod singula Damasceni verba videtur exprimere: ait ergo: *Sicula quædam mulier, quæ Venetijs impudicè vixerat, vt ad meliorem frugem se reciperet bonis in pecuniam redactis in patriam per Lauretanum templum, quò inibi maculas confessione expiaret, & Deiparam Lauretanam salutaret, familiari quodam suo comite redibat: Cum ecce in Rabennati Sylua comes ille prædæ spe stimulate stricto mucrone eam petit, ac transverberat, & ex equo deiectam plagis concidit, ac semineccm B. Mariæ Lauretanæ subinde præsidium implorantem iugulat, pecuniaque sublata recedit. Illa in suo natans cruore, iam moribunda luciantem animam Beatissimæ Virgini commendabat. Quæ repentè, & in veste candida cælesti emicans luce se offert, & bono animo esse iussam benignè complectitur moribundamque gremio fouens, simul vulnera corporis tactu sanat, simul ægrum animum cælesti perfundit gaudio, deinde castæ vitæ admonitam relinquens ex eius oculis elabitur: ibi tum mulier velut ex profundo excitata somno recentium vulnerum cicatrices, iam obductas videt, mortiferam iugulj plagam penitus sanatam sensit explorans manu: itaque maximas Deo, & Deiparæ gratias agit, cumque in subucula cruenta, ac lacera à latione relicta celer in Sylua, à mulionibus, qui illac fortè transibant centone contegitur, & mulo impositam Anconam deuehunt, inde Lauretum contendit, vitæ labes sacra confessione expiat, miraculum Deiparæ omnibus prædicat; ad rei fidem faciendam cicatricem in iugulo ostendebat, quæ aurei circa collum monilis in modum fulgebat, vt facilè Deiparæ manu plagam illam tactam sanatamque sentiret. Hæc Tursellinus & plura.*

Bentius verò simile exemplum, & quasi ex præfata Christi parabola translumptum in Historia Collegij Breani ad annum 1590. refert, de quodam adolescente, qui ad societatem in bono religionis susceptæ proposito confirmandum venerat

Mediolanum; & domum reuersus incidit in lachrymes, qui despoliauerunt eum, & octo decim plagis lætalibus impositis abierunt semiuiuo relicto: imò verò ideò illo relicto, quod omninò mortuum putarent; cum ipse tacens inter vulnera animo clamans ad Deum, & comprecatores adhibens Dei Matrem, & S. Bernardum patriæ suæ tutelarem, id vnum orare, ut tantulum huius lucis vsura concederetur, quantum satis esset ad animum confessione expiandum. Verum à Domino Sanctissimæ Virginis intercessione; plus etiam obtinuit, quam petebat; salutem, scilicet, mentis, & corporis, vt enim abs se mortem, depulit opinionem mortis, hocque ipso errore iacentem cædere latrones destiterunt: illis discedentibus surrexit, ac non aliter, ac si vulneratus non fuisset, ad pagum quendam, qui millibus passuum aberat se contulit, vnde proximè discesserat; ea saucius, cruentusque admirationi omnibus & miserationi fuit. Igitur vulneribus ligamenta, & medicamina, quibus sistitur sanguis cum apparassent postridie ad nostras ædes Mediolanum reuenit, omni itinere suis pedibus confecto: Acciti vulnerarij plagas, quinque lætales pronunciarunt in quarum curatione, necessariaque attrectatione membrorum, quà purgando vulneri, quà inserendo scalpello, nullum se dolorem sentire asseuerabat æger, perinde ac si sauciatus non esset: ita obstupescentibus medicis breui conualuit, & factum ab omnibus tribuebatur Deo, & Dei Matri in suorum discrimine optimæ opitulatrici, maximè verò, vt animæ salutem, & salutare confessionis remedium assequantur.

Bernar.

MARIA ADVOCATA Misericordiæ, à qua Dei Filius Aduocatus interpellans Patrem pro peccatoribus.

ADNOTATIO VIII.

1 PArum ergo fuerit MARIAM (quæ immensa eius pietas, & misericordia in mortales est) humanigeneris Aduocatam esse, nisi etiam Dei Filium, nostrum Aduocatum, & interpellatorem pro nobis mira benignitate signatè fecerit; quippè ab ipsa homo factus, & tenerrima passibili, ac mortali carne indutus est, vt infirmitatis humanæ consors à mortalium miseriis compunctus eorum patrocinium susciperet, & apud Patrem Aduocatum fieri non recusaret: Subest quidem primum hæc vis ijs Pauli verbis ad Hebræos 5. vers. 1. *Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in ijs, quæ ad Deum sunt, qui condolere possit ijs, qui ignorant & errant, quoniam & ipse circumdatus est infirmitate:* vbi obserua illa: *in ijs quæ ad Deum sunt*: vt affirmet Apostolus, omninò expediens esse, vt is, qui pro hominibus apud Deum sequester, & Aduocatus constituitur, eadem planè natura, ac conditione, qua homines constat, præditus esset, vt eorum miseriis, velut acutissimis stimulis compunctus, humanæque infirmitatis memor, ipsorum causam fidentius, & animosius peroraret; vt regio ore illa Princeps dicebat: *Nec ignorans mali miseris succurrere disco*: quemadmodum, & Tullius orat. pro Murena, cum dixisset: *Quod si è portu soluentibus, & qui iam in portum ex alto inuehuntur, præcipere summo studio solent, & tempestatum rationem, & prædonum, & locorum* pulchram ex natura reddit rationem, *quod natura affert, vt eis faueamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus ingrediuntur.* Quare comparas velim hæc Pauli verba: *ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum*; cum illis Domini ad Moysem, cum illum sequestrum, & mediatorem, siue Aduocatum populi constituit: *tu autem eris ei in ijs, quæ ad Deum pertinent* Exodi 4. vers. 16. Sed, quid eidem Moysi, cum Rege Pharaone de re, & causa populi acturo dixerit Dominus, itidem obserua: *Ecce* (inquit) *constitui te Deũ Pharaonis* Exodi 7. vers. 1. Ad quæ verba benè notatũ est ab Augustino, quæst. 17 in Exodum vtriusque muneris discrimen hũc in modum: *Notandũ, quod cum ad populum mitteretur Moyses, nõ ei dictum est: Ecce dedi te Deum populis; Pharaoni autem dicitur, Deus datus Moyses:* Sed quare, inquis, Moysi dictum non

Hebr. 5. v. 1.

Virgil. 1 Æneid.

M. Tullius.

Exod. 4 v. 16.

Exod. 7. v. 1.

Augustin.

est

est: Ecce dedi te Deum populi: nonne? *beatus populus, cuius Dominus Deus est.* Psal. 145. vers. 15. prælatus ne est ferus ille Rex populo electo? vel is honos regio splendori est habitus? Minimè quidem; imò verò adeò potiores partes in hisce muneribus distribuendis populo delatæ sunt, vt & cum ipso blandissima, & benignissima ratione actum fuerit: Pharaoni verò rigida, & dura sors obtigerit; cum Moyses populi Aduocatus constitutus *in ijs, quæ ad Deum pertinent*, dum ex hominibus assumptus est, non poterat, non condolere, & compati, quoniam & ipse humana circumdatus erat infirmitate: ideòque populo errante, & ob enorme crimen morti obnoxio ipse gemebundus Deo dicebat: *aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro, quem scripsisti*: Exodi 32. vers. 32. at verò cũ Pharaoni Deus factus est; humanitatem, & commiserationem, ac si alterius naturæ esset, quodammodo exuere iubetur, vt barbarum, & immittem illum regem pro meritis puniret, & cælum, terram in eius supplicium misceret, & turbaret.

Psal. 145. v. 15.

Exo. 32 v. 32.

2 Ergo magnopere distinguendum videtur, inter Deum hominem factũ; & hominem factum Deum: Vt enim nihil vtilius; nihil nostris vsibus adeò accommodatum, quàm Deum hominem fieri, & ex hominibus assumi, *vt condolere posit ijs, qui ignorant, & errant, quoniam & ipse circumdatus est* infirmitate, ità quidem nihil minus ad rẽ nostram, imò nihil magis importunũ fuerit, quam homo, qui velit nobis fieri Deus maiestate, potestate, magnitudine, prodigijs, quicælum, & terram miscere velit: Explicauerim hoc vnico verbo malo meis vsibus Deum hominem, quam hominem Deum: Cui namque bono mihi sit homo, qui humanitatis oblitus hominem se esse nesciat, aut nolit, nec infirmitatis humanæ aculeis compungatur: cuius mens tota in sublimitatis magnitudine, & in diuino splendore sit? Igitur malo, malo Verbum Dei carnem factum: siue Dei *Filium factum ex muliere* infirmitate, & mortali carne circumdatum: quippè tunc mihi illius erga me charitas, & benenolentia manifestissimæ erant: pulchrè id monente Gregorio Nazianzeno orat. 51. his verbis. *Non aliter Dei erga nos amor testatus esse poterat, quàm ex eo, quod caro in memoria fuerit, quia nostra causa vsque ad deteriorem partem sese demisit*: Benè quidem, *quod caro in memoria fuerit*: vt sicut inquit Apostolus *fratribus assimilatus misericors fieret*, ad Heb. 2 vers. 17. sic itidem Bernardus omninò ad rem lib. de Gradibus Humilitatis paulò post initium, inquiens: *Misericordes quippè citò in proximis veritatem deprehendunt, dum suos affectus in illos extendunt, dum sic per charitatem se illis conformant, vt illorum, vel bona, vel mala, tanquam propria sentiant: cum infirmis infirmantur, cum scandalizatis vruntur; gaudere, cum gaudentibus flere, cum flentibus consueuerunt. Qui verò, ita se fratribus, non consociant, sed è contrario, aut flentibus insultant, aut gaudentibus derogant, dum quod in illis est, in se esse, non sentiunt, quia similiter affecti non sunt, veritatem in proximis qualiter deprehẽdere possunt? Benè namque conuenit illis, illud vulgare Prouerbium: & æger ægro; & ieiunus ieiuno, quantò propinquius, tantò familiarius compatiuntur*: Hæc Bernardus ex Christi Domini exemplo, sic firmat: *Exemplo, scilicet, saluatoris nostri, qui pati voluit, vt compati sciret, miser fieri, vt misereri disceret.* Vnde ad rem nostram de Domini patrocinio, & auxiliari auxiliari manu, ita concludit. *Sed audi, quod paulò sequitur*: in eo, in quo passus est ipse, potens est, & eos, qui tentantur auxiliari: *in quibus Verbis, quod melius intelligi possit, non video, nisi quod ideò pati, ac tentari omnibusque, absque peccato humanis, voluit communicare miserijs* (quod est per omnia fratribus assimilari) *vt similiter passis, ac tentatis misereri, ac cõpati, ipso disceret experimento*: Hæc Bernard. omnia opportuna: sicut & alia, quæ inibi habet seq. adnot. afferenda.

Hebr. 2. v. 17.

Bernar.

Bernar.

Bernar.

Hinc quidem rursum Paulus præfatam thesim, quam initio capitis proposuerat: *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum. Qui condolere possit ijs, qui ignorant, & errant, quoniam & ipse circumdatus est infirmitate* ad Christum, sic omninò vers. 7. refert. *Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesque ad illum, qui posset illum saluum facere à morte cum clamore valido, & lachrymis offerens exauditus est pro*

3

Hebr. 5. v. 7. & seqq.

Gregor. Naz.

ſua reuerentia. Et quidem cum eſſet Filius Dei didicit ex ijs, quæ paſſus eſt obedientiam, & conſummatus factus eſt omnibus obtemperantibus, ſibi cauſa ſalutis æternæ. Quo in loco preme, illud *in diebus carnis ſuæ* notanter, & quæſita locutione dictum à Paulo, qui noluit dicere in diebus ſuis, aut in diebus vitæ ſuæ, ſed de induſtria *in diebus carnis ſuæ*; ſeu quod expreſsit, lectio Syriaca, *cum carne indutus eſſet*: hoc eſt, cum ſe carne indutum videret, & dies carnis humanæ ageret, atque *circumdatus eſſet infirmitate* debuit patrocinium humanæ carnis, & mortalium ſuſcipere, & pro ipſis verus Aduocatus ardentes ad Deum pro ipſorum ſalute preces fundere, vnde ſubdit, cum emphaſi immediatè Apoſtolus: *Appellatus à Deo Pontifex, iuxtà ordinem Melchiſedech*, vt videlicet ad precum, & ſupplicationum exauditionem, Summus Pater, benè cõplacens addiderit ei appellationem Pontificis, qua Chriſtum cõdecorauit tantùm, non dicens: Hic eſt verus Pontifex pro hominibus conſtitutus, qui condolens, & compatiens, *eorum qui ignorant, & errant*; ipſorum cauſæ miſericorditer, quaſi ab humanæ miſeriæ aculeis punctus patrocinatur. Sed enim, cum tam ſignatè Paulus carnis Chriſti meminit, quod ab ea compunctus ipſe Aduocatum peccatorum ſeſe facere voluit; quid ni? eo in patrocinio, etiã Deiparã à qua ipſe carnem, eamque de induſtria, quæ paſſibilis eſſet, & ab ea fratribus aſsimilaretur, non cenſebimus? ita quidẽ cenſuit Venerab. Petrus Cellenſis lib. de Panibus cap. 21. quod eſt *de pane, qui coquitur in clibano*: componens tam Filium, quàm Matrem cum thuribulo, quo incenſa cremabantur, quorum odore Deus propitiabatur: Etenim cũ dixiſſet. *De thuribulo Filij Pater odoratur incenſum propitiationis: de thuribulo Matris tota perfunditur domus Angelicæ conuerſationis*: Subijcit: *Filius eſt Altare de terra Sancta, quia corpus habet à Maria, ſine macula, in quo cremantur holocauſtomata, dum condonantur peccata: Domina noſtra nihilominus Altare eſt terrenum, quia refugium eſt miſerorum* Hæc Cellenſis. Pro quo obſerua: notãter compoſuiſſe Filium, & Matrem, cum Altari de terra; cum opportunius videretur: ſiue ad perfectiſsimam ſanctitatem, ſiue ad ardentiſsimum amorem, quo in humanum genus vterque fertur, ad Altare aureum, cuius frequens in Scripturis mentio fit. Exodi 30. verſ. 1. & cap. 40. verſ. 5. & 3. Reg. 6. verſ. 22. tam Filium, quam Matrem referre. Sed enim aptius proculdubio Cellenſis Chriſtum, & Virginem hominum Aduocatos, & patronos facturus alluſionem fecit ad altare illud de terra, quod ſibi Dominus fieri, ſic præcepit Exodi 20. verſ. 24. *Altare de terra facietis mihi, & offeretur ſuper illud holocauſta*: Nimirum Hebræa vox pro qua Noſter poſuit *terra*: illa quidem omninò eſt *adama*, quæ ſignificat terram rubram, è qua primus homo formatus eſt: vt qui hominum Aduocatus erat futurus humanæ fragilitatis memor; terrenumque originem geſtans, non poſſet, non pro eiuſdem generis ſuique ſimilibus patrocinari; ardenteſque pro illis preces fundere. Ergo ſcitè affirmat Petrus Cellenſis, non tantum Dominam noſtram eſſe terrenum Altare, quod refugium ſit peccatorum, ſed etiam Dei Filium itidem Altare eſſe de terra, de carne videlicet Mariæ (obiter nota carnem hanc è terra innocenti, & pura è qua ante lapſum formatus fuit Adam;) ac proinde circumdatus infirmitate, vt non modo miſericors, ſed etiam Aduocatus noſter fieret.

Cogor hoc in loco, tam pro huius adnotationis, quàm ſequentium argumento, & Chriſti Domini, & Deiparæ patrocinio explicando; ea reſumere; quæ cum eſſem ſacrorum librorum interpres in Salmanticenſi Academia docui, & poſteà in epiſtol. ad Philipp. cap. 2. verſ. 6. adnot. 1. & ſeqq. in lucẽ dedit copioſius pertractaui; ediſſerẽs exinantionem Dei Filij, de qua Paulus ibi: quippè vt vbique ex pluribus Scripturæ, & PP teſtimonijs conatus ſum oſtendere, Dei Filio in hunc mundum ingredienti à Summo Patre optionem datam liberaliter fuiſſe, vt dum humanæ vitæ curriculum perageret, quem vellet habere vitæ modũ, vel vndequaque honoratiſsimum, & florentiſsimum, omni videlicet huius ſæculi gloria diuitiarum, ac delitiarum omnigena copia affluentem, eiuſque tandem fe-

Lectio Syriaca. *Petrus Cellenſis* *Exo. 30 v. 1.* *Exo. 20 v. 24.* *Philipp.*

4

licissimæ, ac splēdidissimę sortis, qualem decebat habere naturalē germanūque Filium Dei: vel ècōtra infimū, ac despicatissimum, contēptæ, ac miserandæ, & seruilis conditionis qualis vulgari cuius homini solet obtingere, ac proinde, vel impassibilē, atque glorioſam, vel passibilē, ærūnis, afflictionibus, doloribus, & morti obnoxiā carnē assumeret: ea tamen lege, cōditione, fœdere, & pacto inito, vt nō nisi per carnis passibilis susceptionem, & crucis, ac mortis perpessionem, genus humanum salutē, ac Redemptionem adipiscereturr: Qua quidē Christo Patris germano, & obsequentissimo Filio, hominūque indulgētissimo Patri optione delata: summique Parētis ea de re beneplacito insinuato, nec diu, nec ancipiti cōsilij lance deliberauit, carnē passibilē, eumque statum vitæ, qui ærumnis, tormentis, & morti obnoxius esset eligere: hoc nō obscure, sic affirmāte Isaia cap. 53. v. 10. *Si posuerit pro peccato animam suam videbit semen longæuū, & voluntas Domini in manu eius dirigetur*: vbi egregius, & immensus salutis humanæ fructus (dicente ibi Hieronymo, *videbit Ecclesias in toto orbe consurgere, & carū saturabitur fide*) sub expressa, & suspēsa cōditione, & pacto illa particula *si* expressa cōtinetur: & huic sensui, idem met Domino adstipulante cū dixit: *Nisi grānum frumenti cadens in terrā mortuum fuerit, ipsum solū manet: si autē mortuū fuerit, multum fructū affert*, Ioan. 12. v. 24. vt eius loci interpretes explicat: & signatè Card. Toletus, inquiens: *Nec enim nobis nasci profuisset, nisi mortuus esset.*

Isai. 53. 10.

Hieron.

Ioan. 12 v. 24. Toletus

5

Quæ etiā videtur esse mēs Dauidis Psal. 39. v. 7. ab Apostolo expensa ad Hebræos 10. v. 5. ait quippè vates ex persona Christi cū summo Patre loquentis *Sacrificiū, & oblationē noluisti, aures autē perfecisti mihi: holocaustum, & pro peccato non postulasti: tunc dixi: ecce venio: in capite libri scriptū est de me, vt facerē voluntatē tuam: Deus meus volui, & legē tuam in medio cordis mei*: & vero cū Paulus huius loci interpretē egit; quo tēpore egregias, atque diuinas voces Christus ediderit: sic aperuit *ingrediēs in mundū dixit: Sacrificium, & oblationē noluisti, corpus autē aptasti mihi*: & statim: *Tūc dixi: Ecce venio, vt faciam Deus voluntatē tuam: in qua voluntate sanctificati sumus per oblationē corporis Iesu Christi semel*: nēpè innuit Apostolus in ipsomet Cōceptionis Christi instāti: ipsum humanæ salutis negotia cū Patre pertractasse; & optione carnis passibilis facta; corpus mortale cruci, & Passioni obnoxium ipsi à Patre aptatū fuisse; & ab eo libenter susceptō conditionē illam, *Si posuit pro peccato animā suam* perfectè fuisse impletā; & *in ea voluntate* vidisse Dominū *semen longæuū* cum per *oblationē corporis Iesu Christi sanctificati sumus*: Vbi illud ad rem nostrā magnopere obseruandū est; illa vatis verba. *aures autē perfecisti mihi* in Hebræo omninò legi: *aures autē perforasti mihi*, cū manifesta allusione (vt omnes interpretes signatè Ribera Iustinianus, & Salmerō obseruant) ad eum legis veteris ritū (de quo Exodi 21. vers. 5.) cū seruo apud Hebræos post septē annos seruitutis expletos ea optio deferebatur, vt vel liber pro libito abiret, vel si in antiqua domo vellet seruus permanere; aures eius subula perforarentur: & perpetuæ deinceps seruituti esset obnoxius: ecce in his verbis Domini *aures autē perforasti mihi*; & Christo Domino optionē libertatis, & seruitutis: siue carnis passibilis, & impassibilis factā, & ab ipso; seruitutē, & mortem electam dicente Apostolo: *Exinaniuit semetipsum formā serui accipiens in similitudinem hominū factus, & habitu inuentus, vt homo*. Vnde ad præfata Pauli verba P. Salmerō oppositunè, inquit: *Et ita Christum cū liber esse potuisset, voluit tamen Patri perpetuus effici seruus, & nostram libertatē, & salutem sua seruitute, & morte promouere, ita vt fieret seruus, & obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis.* Hæc ille, in quā sententiam plura citato loco dedimus: vide ibi si placet; modo ijs adde Bernardum vbi supra nostro instituto dicentē: *Beatus quippè Deus: Beatus Dei Filius, in ea forma, qua non rapinā arbitratus est esse æqualē Patri proculdubio impassibilis, priusquā se exinaniisset formā serui accipiēs sicut misericordiā, vel obedientiam non nouerat experimento. Sciebat quidem per naturam non autem sciebat per experiētiam. At vbi minoratus est, non solùm à se ipso; sed etiam paulò minus ab Ange-*

Psal. 39 v. 7. Heb. 10 v. 5.

Salmer.

Bernar.

lis vsque ad illam formam, in qua pati, & subijci posset, quod vtique (vt dictū est) in sua non posset, & in Passione expertus est misericordiā, & in subiectione obedientiam: Subiicit statim ad rem, *Per quam tamen experientiā, non illi (vt dixi) scientia, sed nobis fiducia creuit, dū ex hoc misero genere cognitionis, is à quo lōgè erauerāmus, factus est nobis propitius* Hæc Bernard. Pergit multis, quæ vide.

6 Expende illa verba Salmeronis: *Christus cum liber esse posset, voluit Patri perpetuus effici seruus, & nostrā libertatem, & salutem sua morte promouere, ita vt fieret seruus;* & scito tam Patri Filio aures perforanti, & passibile corpus aptanti: ipsique Filio volēti effici seruum, vt sua seruitute nostram libertatē promoueret: adamussim subscripsisse Beatā Virginem, sed inquis: vnde locus; vt Mariæ hæc aptari possint? Num? Filio Dei in hunc mundum ingredienti aures perforauit? ita planè: ita res se habuit: credis ne ipsam Angelo nuncianti incarnationem Filij Dei, & à Virgine consensum exposcēti; sine magna epitasi, & industria respondisse: *Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum Verbum tuum:* sanè hac tam accurata locutione altissimo consilio significare voluit; suæ mentis esse Filium Dei nostris vsibus mancipare, & seruum fieri; quippè ab ancilla non liber, sed seruus nascitur: ipso iure partum ad seruitutem adigente: vti acutè excogitauit ad hæc verba Richard. à Sancto Laurētio lib. 4. de Laud Virgin. hunc in modum: *Charitas Virginis ad nos apparuit in Annunciatione Filij, quando respondit,* Ecce ancilla Domini, *Lucæ 1. v. 38. cupiens Filium procreare, qui noster seruus fieret, & ideò se nominauit ancillam; quia* partus sequitur ventrem. *Quod etiam innuit Filius Patri dicēs:* Seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ. *Psal. 115. vers. 6. Seruiuit enim nobis Filius Virginis de beneplacito Matris, vsque ad ablutionem pedum; imò vsque ad tolerātiam Passionis; quia* Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis: Matth. 20. v. 28. Hæc omnia Richardus: Vides Mariam Filio Dei aures subula perforantem, & nostræ seruituti addicentem?

7 Hinc ergo omninò cōsidera Dei Filium, & pro homine patientem, & cōpatientem; & itidem patrocinantem. Quæ sanè omnia omninò videris; si in ipsum ad summū Patrem in suæ Passionis nocte in horto Gethsemani orantem oculos conuerteris: sic enim orasse, inquit, Matthæus cap. 26 v. 53. *Pater, si possibile est transeat à me calix iste:* Ad quæ verba: Hieronymus vim facit in pronomine demōstratiuo *iste*; quo non ad suam passionē, sed ad perniciem populi sui, à quo calicem erat bibiturus, respiciebat: *Fostulabat* (inquit) *non timore patiendi, sed misericordia prioris populi, ne ab illis bibat calicē propinatum. Vnde & signanter nō dixit: transeat à me calix, sed calix iste, hoc est populi Iudæorum, qui excusationē ignorantiæ habere non potest, si me occiderit:* sed & itidē obijciebantur illi amicorū suorum passiones, potissimum verò atrocissima Martyrum tormenta, quæ non minorē ipsi dolorem afferebant, quam si eadem ipse perferret. Ergo dum illis veniam; his constantiam impetrare satagebat; compatiebatur, dolebat, & quos posteà à suis proximis perferēdos ictus videbat; ipsemet vehementius in se persentiens sanguinē totis artubus copiosè, & largiter perfundebat: *& factus est sudor eius* (Lucæ 22. v. 44.) *sicut guttæ sanguinis decurrētis in terrā:* opportunè siquidē sanguineum hunc Domini sudorē ad cōpassionem; quā pro suis habebat refertas, cū dixerit Bernardus serm. 44. in Cāt *peccanti homini homo peccator, quasi balsami rorē sudans pium exhibet compassionis affectū:* sic ille: & quidem rectè: *quasi balsami rorē sudans,* cui à cōpassionis affectu dolor, imò ictus eius cordi illatus est, dum aliena vulnera propria existimat, & vt propria sentit. & ipsummet sanguinē sudat, qui à proximo fluere sentit: aucto quidē decoris censu, dum balsami odoriferi rorē refert: quidnāq; suauius; & optimi odoris; quam talis proximi cōpassio? Ecce igitur tibi tuū Aduocatum apud Patrem tuā causam agentē; adeoque tenerè, & vehementi affectu perorantē, vt pium exhibens cōpassionis affectū sanguinem velut balsami rorē sudet. Nec te turbet, quod innocentissimo, & impeccabili Filio Dei accommodauerimus Bernardi verba, *peccati hominem hominem peccatorem pium exhibere debere compassionis affectum* quippè qui

om

Luc. 1 v. 38.

Richar. à S. Laurent.

Ps. 115 v. 6.

Matth. 20. v. 28.

Matth. 26. v. 53.

Hieron.

Luc. 22 v. 44.

Bernar.

Rom. 8. v. 3.

omnino expers à peccato erat, eam gestare voluit carnem; quæ *in similitudinem carnis peccati*, absque peccato tamen esset; & vt extra peccatum, ita intra peccati ictus, dolores, famem, sitim, & lassitudinem, & alias humanæ naturæ infirmitates sustineret: vt *infirmitate circumdatus condolere posset ijs, qui ignorant, & errant*: & quasi balsami rorem sudans pium exhiberet cōpassionis affectum.

EXEMPLA.

CVm eam nobis dederit veræ pietatis, & compassionis notā Paulus ad Roman. 12. vers. 15. (*flere cum flentibus*) eam Bonus Dominus apud Bonā Matrem (auctore Nicolao Orlandino in Annalibus Societatis Iesu de Collegio Coccinensi in India Oriētali) sic expressit: *Miles quidem omni spe salutis abiecta, quoniā diabolo se ipsum addixerat, ingressus est templū, & corā sanctissimæ Dei Matris Imagine prostratus in genua auxiliū ab ea multis lachrymis implorabat. Cū ecce tibi ex amplexu Virginis puer Iesus visus est cū milite lachrymari: e Matris autem manibus emanare fons aquæ, quæ totam perfudit aram, vt intelligeret miles, quāta sibi veniæ spes esset ab ea, quæ totius misericordiæ fons est, & quam non difficilis sit Filius ad Matris preces, qui cum lachrymis perditum hominem ad se redeuntem excepit. Admoniti de re tota comites accurrerūt, vt quo plures oculi conspexissent, eo maior prodigij fides foret, qui quidem imbutum aqua sudariolum, qua aram diximus madefactam partiti sunt inter se. Miles verò cum venisset ad nos* (Patres Societatis intelligit) *vniuersæ vitæ flagitia: cōfessus Religionē vouit, vt quātò iniquius se deuinxerat dæmoni, tātò arctius se adstringeret Deo*: Hæc Orlandinus.

Illud etiam in hanc rem peropportunum, quod Iustus Lipsius aureo lib. de Virgine Sichimensi cap. 5. de sanctissimæ huius Virginis miraculis sermonē exorsus, inquit. *Primum igitur, quod memorem, est in ipsa statua, quam sanguinē stillasse pluriū oculis est vsurpatum. Venerāt Sichemium è Magistratibus pagorum adiacentium negotij publici causa, eoque peracto domū quisque rediturі ad sacrum tamen lacū orationis, ergo diuertunt. Quinque erant, atque ij dum corpore flexo orant, vnus intentior in Diuam, guttam sanguinis floride purpurantē in labio eius videt. Hæret, ambigit, accedit, & audet manu tāgere, & digitis primoribus abstergere. Attonitus ostē dit proximis pariter mirātibus, atque ecce alia eodē loci gutta se ostendit, & ab alio detergitur. Fit tertium, fit quartum, quā primus ille (Vvalterus Vuchelenus nomen) candido lineo excepram omnibus exhibuit veri sanguinis colore, & facie, māsitque & in posterū diem denarij nummi modulo diffusa, sed diutius rubēs: Hæc Lipsius, qui ea sic commentari pergit*

Quid signi tamen hoc fuisse dicam?
An sudas, Dina, sanguinē hoc in æuo,
Quo sanguis malè funditur: dolorem
Et sic exprimis? an magis cruenta
Sistes bella? tuique gutta labris
Vt detersa fuit, sic & madendi;
Huic fiet patriæ? ò benigna fiat,
Et iuua precibus, Deumque placa.

Plura his similia affert P. Bohuslaus Balbinus de Sāctæ Virginis Sancto Mōranæ imagine in Bohemia in libro de eius historia lib. 3. cap. 7. Damus nonnulla: & illud in primis. *Ante Panitij Suecorū Ducis in hoc Regnum hostilem ingressum, antequam vniuersa Bohæmia prædæ pateret, & superbum illud Væ victis Suecus repeteret, anno 1629. die 9. Februarij Ioannes, bonus ille sacelli custos, & minister, cū Anna Vxore sua maximas in Satuæ vultu mutationes aspexit: modo serenabatur: modo quasi iram concepisset, candebat, modo suffusa quodā pudore rubebat: ex rubro nigrescebat, & ne quid materno timori deesset, sudore ad extremū perfluebat. Asserunt Panitio Venienti pagi, oppida, & pulcherrimæ quōdam Ciuitates; ipsam etiam tellurem id tempus auferre, si possent, hostes conabātur, quod aliquando dicere sunt auditi, frumentis hortis, sylvis flamma corruptis, totoque districtu peruastato.*

Deinde id etiam ex eiusdem Auctoris calamo est: *Anno 1644. die exaltationis Sanctæ Crucis, Ioanna celsissimi Principis Venceslai Ducis Saganensis Militaris Consilij apud Cæsarem Præsidis Coniux ad S. Montem venerat: eo ipso articulo, quædam cicatricula, verius lineola colli parte sinistra in Statua B. Virginis, quæ latitudinem alioquin vix habet minimi capilli tenuitate: longitu-*

dine verò vix hordei granũ æquat, vulnus grande crudum, & roſeum plenum ſanguinis aperuit ea latitudine, vt adultus quiſque digitum minorem in vulnus poſſet inſerere. Spectarunt id multi eum lachrymis. Pergit Auctor multis, quæ præſenti inſtituto ſic ſubinde accommodat. *At verò ad maternam pietatem in Beatiſsima Virgine commendandam, & admiraculi magnitudinem, quæ res tandem eſſe poſsit illuſtrior? quam in ſe Patriæ vulnera accipere, & pulchrũ putare ſi facies vulneribus cruentetur. Furori ſimillimum factum eſt, aut amori furenti potiùs, ex quo apud Hebræos ortum habuit* lacerare in dolore veſtes, & diſcindere, *cum contumelioſas in Deum voces, aut chari capitis mortem, aut triſte aliquid iſtius modi audiſſent: an non imitaretur antiquos gentis ſuæ mores Virgo, cum hoſtes Eccleſiæ de Regnis triumphant? cum Regna nutant: cum ſanguine Chriſtianorum, ſcribuntur victoriæ? cum iuſtitia Diuina impleta criminum menſura ſtringit enſem ad feriẽdum: auſim (ſed poeticè) dicere cum iuſtitiæ Diuinæ decretis intercedit amantiſſima generis humani Mater, & pectus opponit, enſi vulnuſculum accepiſſe.*

Iam verò illud ad mores oportunius, & verbis Senecæ ſub perſona fideiubẽtis in ſuperioribus adductis: quas illi detraxero ſordes (*dic lachrymas*) mihi sũpturus *accõmodatius eſt, quod in inſulis Fortunatis accidiſſe noſtræ Annuæ; & ipſe Sacerdos noſter, cuius pars magna fui hũc in modum affirmant: Mulier crimini obnoxia turpi, cum nollet oblato confeſſori detegere conſcientiam exorauit à Sanctiſsima Virgine, vt aliquis ignotus aduenirẽt confeſſarius, cui ſine tanto pudore aperiret peccata ſua, quod ſubinde obtinuit: Nam bono fato duo ex noſtræ Societatis Sacerdotes illac aduentarũt; miſionem noſtro more in illas inſulas facturi: pridieque quam in Eccleſiam ad confeſsiones excipiendas venirent: Beata Virgo piæ mulieri in ipſam ſperanti apparuit Auguſta quidem, & pulcherrima facie, ſed copioſas ſimul lachrymas fundens. Quod cum magnæ admirationi illi eſſet, & à B. Virgine interrogaſſet quid tantæ pulchritudini, cum lachrymis eſſet commune? ipſa reſpondit: lachrymæ iſtæ tua peccata deuotam, vt tu pro illis grauiter doleas, & fleas; ecce ad Eccleſiam manè duo Sacerdotes è Societate mei filij ibunt, tibi omninò ignoti; ito quam primum, & peccata tua omnia vni ex illis detege, vt mihi lachrymas abſtergas, & tibi gratiam, & pacem obtineas. Quod orta vix luce mulier executioni mandauit magno animi ſui ſolatio, & gratiarum actione erga Beatam Virginem.*

MARIA ADVOCATA miſericordiæ, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus.

ADNOTATIO IX.

NOtanter Tertullianus tantum fidebat carni Chriſti à Maria acceptæ, vt eum Chriſtum, ſiue Pſeudochriſtum, quem hæretici pro vero Chriſto obtrudebant Phantaſma, id eſt, inane ſpectrum vanam imaginem, cui velut ægri ſomnia vanæ fingũtur ſpecies ipſe appellaret: ita enim ille libro *de Trinitate* capite 11. *Neque igitur eum hæreticorum agnoſcimus Chriſtum, qui in imagine, vt dicitur fuit, & non in veritate, nihil verum eorum, quæ geſsit, fecerit: ſi ipſe Phantaſma, & non veritas fuit; neque eum, qui nihil in ſe noſtri corporis geſsit, dum ex Maria nihil accepit; ne non nobis venerit, dum non in noſtra ſubſtantia viſus apparuit*: Hæc ille manifeſtè adſtruens: verum Chriſtum à Maria factum; eum verò qui à Maria nihil accepit Phantaſma eſſe, mendacem vmbram, & ſine anima corpus, cui, vt humanitas; ita & humanitatis ſenſus non ſubſit: alius quidem ab eo, qui à Matthæo accurata locutione factus, ſic dicitur: *de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus*, Matth. 1. verſ. 16. ſi tamen hæc verba penſiculatiùs obſerues: quippè peculiaris dubio procul is dicendi modus eſſe videtur, quo natus dicitur Ieſus, qui vocatur Chriſtus, cum potiùs dicendum eſſet, natus eſt Chriſtus, qui vocatur Ieſus: cum Ieſus perſonæ nomen;

1 *Tertull.*

Matt. 1 v. 18.

Christus verò officij sit; nec consuetudinis apud gentes fuerit natos Principes, de officij priùs, quam de personæ nomine appellare: non enim dicimus: natus est Carolus, qui appellatur Rex: sed potiùs natus est Rex, qui Carolus appellatur: subsistit tamē Euangelistæ locutio præponentis officium nomini, potioresque illi partes deferentis, quam personæ: Nimirum Christus nomen est, quo Filius Dei, & Rex vnctus à Deo, & à Maria factus significatur, nec solum factus, aut vnctus sibi, sed nobis omnibus dicente vate, Psal. 44. vers. 8. *Propte ea vnxit te Deus oleo lætitiæ præ consortibus tuis*, Psal. 44 v. 8. vt dixerit cunctos in te thesauros diuinitatis, benignitatis, beneficentiæ, largitatis, & munificentiæ, omniumque bonorum fontē in te collocauit, vt in mortales diffunderes: meritò quidem de muneris, potiùs quàm de personæ nomine ab Euangelista vocatus est: vt esset mortalibus manifestū; quam chari Deo sint; & quantæ curæ eorum salus, & vita, & Deo, & Mariæ Filio fuerint: simulque vt inde Reges, & Principes commoneantur, eatenus tales haberi debere, quatenus munus suum in suorum salutem, non verò in propria commoda exerceant: ne Phantasma, & falsi nominis simulacra videantur.

2 Videris hinc quidem Regem Ezechiam, vt religiosus, & pius, ac inter bonos numeratus fuerit: at aliquando adeò muneris sui oblitum, vt Phantasma haberi debuerit; eaque ratione opportunæ Filij Dei aduentus promissioni locum faceret. Nimirum cum Isaias cap. 38. tanquam sacræ historiæ scriptor retulisset; Ezechiam postquā à mortifero morbo recreatus conualuit; legatis Regis Babylonis ab eo gratulandi causa missis regios thesauros; omniumque earū rerum supellectilem, quibus insana hominum ambitio pretium fecit, non sine aliqua inanis gloriæ sorde ostendisse; eamque ob culpā à vate Dei nomine grauiter reprehensum, & tristissimo Vaticinio percussum: asportandum, videlicet, quidquid in regia gaza erat Babylonem: regiamque sobolem, & populum seruili apud Babylonium Regem ministerio subijciendum: post hæc subijcit: & dixit Ezechias ad Isaiam: *Bonum Verbum Domini, quod locutus est. Fiat tantum pax, & veritas in diebus meis*: tantum non dicens, & si dirum hoc decretum generi, & populo meo asperum, & durum sit; gratanter tamen illud accipio, benignitati diuinæ adscribens, quod mihi, & diebus meis pacem, & incolumitatem promittat. Iam ad rem obserua signatissimum mysterium: nempè Prophetam cum caput illud 38. hisce Ezechiæ verbis concluisset; de industria sequenti capiti id initium dedisse: *Consolamini: consolamini populo meus dicit Deus vester: loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam, quoniam completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius.* Quæ omninò ad Christi aduentum, & humani generis libertatem, & salutem spectare, inde euincitur tum, quod immediatè vates vocem præconis, qui viam ad Christi aduentum muniat, sic proponat: *Vox clamantis in deserto Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri*; tum etiam, quod addiderit: *Et reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter, quod os Domini locutum est.* Quæ omnia animo voluens Hieronymus, & alia cum alijs committens existimat Isaiæ mētem fuisse opportunum Saluatoris aduentum à frigido illo Ezechiæ regis sensu omni modo, & ratione discriminare cum hic sibi soli consulere; nec quæ populi erant curare voluit; Christus verò muneri suo Saluatoris, & Redemptoris intentus priùs de hominum salute, quam de sua incolumitate cogitauit: *Etenim Christus* (sic Paulus ad Roman. 15. vers. 3.) *non sibi placuit, sed sicut scriptum est improperia improperantium tibi ceciderunt super me*: sed iam Hieronymum audire, operæ pretium erit: ait ergo: *Ezechias ab Hebræis reprehenditur; quòd nō sit imitatus Moysen, qui locutus ad Dominum est*: Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti: *Exodi 32. vers. 32. Vnde, & Apostolus Paulus anathema vult esse à Christo pro fratribus suis, qui sunt Israelitæ, Roman. 9. vers. 1. Et propterea Ezechiam Dei sermonibus, non probatum, qui in consequentibus loquitur: Consolamini:*

Isai. 39. v. 8.

Isai. 40. v. 1.

Isai. 39. v. 3.

Hieron.

Rom 15 v. 3.

Exo. 32 v. 32.

Rom 9 v. 1.

consolamini populo meus dicit Deus vester, *vt pro quibus ille non rogauerat, Domini clementia consoletur.* Hactenus Hieronymus, ex quibus habes, Iesum, qui *vocatur Christus* natus, & factus à Maria, vt ipse verum Christum non Phantasma, vt Ezechias, sese ostenderet; itidemque Diuinum auxilium, tunc præsto aduenire cum humana deficiunt.

Hieron

3

Videris id in præclaro ænigmate adumbratum cum Moysi Dominus in rubo ardente, nec combusta apparuit. Exod. 3. vers. 2. *Apparuit ei Dominus in flamma ignis in medio rubi, & videbat, quod rubus arderet, & non comburetur*: etenim cũ admiratus Moyses dixisset, *Vadam videbo visionẽ hanc magnam*: occurrit illi Dominus id arcanum visionis patefaciens. *Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, &c. & sciens dolorem eius descendi, vt liberem eum*: vt veluti digito ostendat Redẽptionem, & salutem generis humani per Christum factum ex Maria, *vt eos, qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus*, ad Galat. 4. vers. 4. hanc cogitationem exprimẽte S. Theodoto Episcopo Ancyrano orat. 2. in die Natiuitatis lecta, & probata in Concilio Ephesino his verbis. *Nonne Virginem in rubo animaduertis? Nonne illius, qui ad nos descendit, charitatem, humanitatemque in igne contueris?* vt dixerit: quid visio hæc magna portendere? aut quid Deus in rubo; ideſt, in Virgine cogitare potuit, quã *saluum facere populum suum à peccatis eorum.* Matth. 1. vers. 21. Compone ergo ea verba, Apparuit *ei Dominus in medio rubi*, cum illis Pauli ad Titum 2. vers. 4 *Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei*: vt audias: *Nonne Virginem in rubo animaduertis?* quid namque ab ipsa, nisi benignitas, & humanitas, à qua nobis salus, & vita aduenire?

Exod. 3 v. 2.

Galat. 4 v. 4.

S. Theodotus.

Matth. 1. v. 21.

Ad Titũ 2. v. 4.

4

Hùc itidem mirificè facit præfata Samaritani parabola, Lucæ 10. v. 30. si secunda illi cura adhibeatur: ergo vt illam proposuit Dominus denuo referre, erit operæ pretium: *Homo quidã descendebat ab Hierusalem in Hiericò, & incidit in latrones, qui etiã despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Accidit autẽ, vt Sacerdos quidam descenderet eadẽ via, & viso illo præterijt: similiter, & Leuita, cum esset secus locum, & videret, pertransijt. Samaritanus autem quidam iter faciens venit secus eum, & misericordia motus est, & appropians alligauit vulnera eius infundens oleum, & vinum, &c.* Præter dicta autem præced. adnot. preme discrimẽ Samaritani à Sacerdote, & Leuita; hoc est germani Christi à Phantasmatibus; quod de illis signatè dicatur, viso infirmo pertransisse, sic enim de Sacerdote viso illo *præterijt*: & de Leuita *pertransijt*: de Samaritano verò: *Venit secus eum, & misericordia motus est: & alligauit vulnera eius infundens oleum, & vinũ.* Quæ sanè verba ad Christum recentẽr ex Virgine natum, & ab ipsa pannis inuolutum, vt inquit Lucas cap 2. vers. 7. *Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit*: sic opportunè retulit Euagrius Auctor Græcus in Catena Corderij in Lucam: *Ipsum autem ex proposito venisse patet ex eo, quod secum fascias* (sic enim ille capit pannos) *attulerit cum vino, & oleo, quæ vulneribus curandis cõducunt*: Hæc ille, non solùm Filium, sed Matrem, etiam intelligens, quæ pannos, ideſt, fascias attulit: opportunè obseruante S. Germano Constantinopolitano Archiepiscopo, apud Lipponianum die 13. Augusti. Beatissimam Virginem proprijs suis sacratissimis manibus fascias illas confecisse, vt sese in salute hominibus afferenda strenuam Filio suo adiutricem præberet: vnde etiam Augustinus hasce fascias, medicinã, seu emplastra infirmitati nostræ adhibita, sic appellauit. *Adoremus pannos infantiæ, ex quibus facta sunt emplastra naturæ.*

Luc. 10 v. 30.

Luc. 2 v. 7.

Euagr.

5

Adstipulatur Chrysostomus hom. de S. Ioanne Baptista apud Metaphrastem Samaritanũ hunc à Mariæ processione Medicum factum affirmans: nam cum dixisset: *Non habemus amplius suspectam exilij exprobrationem: non extimescimus amplius flammeam romphæam, non timemus amplius claustra portarum paradisi; non metuimus amplius morsus serpentis, non amplius à fici accipimus folia, non amplius ad sonum gressus contremiscimus*: Subiicit animosè: *Quæ enim ex Virgine est, adorauimus processionem Medicum naturæ adspeximus*: Sic Chrysostomus prudẽ-

Chrysost.

Chrysost.

ter

ter curationi cæleſti Medicinæ fidens, cui Maria faſcias, & emplaſtra ſubminiſtrat, ſed & oleum, quo ſanatur vulnera à Maria; ſeu Mariam eſſe, ſic affirmat Richard. à S. Laurentio lib. 1. de Laud. Virginis cap. 2. *Maria illud oleum miſericordiæ eſt, quod verus Samaritanus, ideſt, Chriſtus infudit vulneribus ſauciati, ideſt, generis humani per præuaricationem primæ matris de Ieruſalem in Iericò deſcendentis*: Quod eodem libro ſic diffundit: *Hoc oleum reficit laſſos ſanat languidos, illuminat cæcos, penetrat duros, recreat feſſos, vngit azoniſtas, putrefacit iugum diaboli*: Hoc ſanè ſpiritu, apud Eccleſiam Græcā in Menæis Pater quidem Deiparam, ſic deprecabatur: *Cordi meo per crebros impetus hoſtiles vulnerato, vt Miſeratrix indulge Medicinam. Tu per quam incarnatus eſt, qui pro nobis vulnerandum ſe dedit in cruce*: ita ibi: die 21. Martij Ode. 5. de Iacobo Confeſſore.

Richar. à S. Laur.

Eccleſia Græca.

6 Iam verò pro mente Tertulliani verum Chriſtum à Maria faſcias, & oleum ad curationem afferentem à Phantaſmate, hoc eſt à Sacerdote viſo ægroto prætereunte, & à Leuita pertranſeunte diſcriminantis: opportunè deprehendes ſenſum diſcipulorum Chriſti, apud Matthæum cap. 14. verſ. 24. & apud Marcum cap. 6. verſ. 48. cū videlicet illis in nocte in mari grauiter laborātibus præaduerſa fluctuum, & ventorum vi, & tunc Chriſto Domino ad illos, ſuper aquas aduenientē putauerūt. Phantaſma eſſe: ſic enim Matthæus. *Nauicula autē in medio mari iactabatur fluctibus; erat enim contrarius ventus: Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans ſuper mare. Et videntes eum ſuper mare ambulantem, turbati ſunt dicentes; quia Phantaſma eſt, & clamauerunt.* O præpoſteram cogitationem! Nam cur non potius, cum ab illis Chriſtus abeſſet, ipſumque ſupra mare ſolitum ambulare ſcirent: eum tunc ad ipſos venire, non putauerunt, ſed Phantaſma eſſe crediderunt? Sanè ſi hiſtoriam apud Marcum legis; & Auguſtinum exponentem audis, & Apoſtolorum ſenſum introſpicies, & ipſum, non omninò ab ſcopo aberrantem cognoſces: ſic hamque ait Marcus, *& videns eos laborantes in remigando (erat enim ventus cōtrarius eis) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans ſuper mare, & volebat præterire eos: At illi, vt viderunt ambulantem ſuper mare, putauerunt Phantaſma eſſe* (ſiue vt habet Lectio Syriaca, *viſionem fallacem*) *& exclamauerūt*: obſerua illa, *& volebat præterire illos*, quæ dilucidè oſtendunt diſcipulorum ſenſum, ſic prementē hæc verba Iānſenio in Concordia cap. 58 *Simulando ſe eos velle præterire permiſit, eos exiſtimare eſſe Phantaſma.* Sic ſuum animum inducentes. Qui ſupra mare ſuſpēſis veſtigijs graditur Chriſtus, quidem eſſe videtur: at qui viſis laborantibus pertranſit, quin feſsis ſubueniat ad inſtar Sacerdotis, & Leuitæ prætereuntium; verus Chriſtus eſſe non poteſt: nam Chriſtus ex Maria factus, & quā à Maria humānitatem accepit, vt vidit afflictionem populi ſui, & ſciuit dolorem eius deſcendit, vt liberaret eum: Ergo cum Chriſtū, qui non ſaluat, qui opem non fert, qui ſuis laborantibus manum ſaluti ferēdæ, non admouet; cum nihil à Maria accipere videatur Phantaſma eſſe putamus: Sed iam audi Auguſtinum lib. 2. de Conſenſu Euangeliſtarum cap. 47. ita hæc confirmantem. *Præcauendum eſt, quod Marcus dixit de Domino cum ambularet ſuper aquas*, & volebat præterire illos, *Quomodo hoc intelligere potuerunt? niſi quia in diuerſum ibat, eos volens, tanquam alienos præterire, à quibus adeò non cognoſcebatur, vt phantaſma putarentur.* Ita Auguſt.

Matth. 14. v. 24 Mar 6. v. 48.

Lect. Syriaca.

Exod. 3

Auguſt.

Ecce ergo diſcipulorum ſenſum, & ratiocinationem, dum Dominus *in diuerſum ibat, eos volens, tanquam alienos præterire*: cum tamen laborantes, & in extremo diſcrimine poſitos videret: Nouerant enim Chriſtum ex Maria factum, vel cum *præteriret*; illuminare cæcos; Ioan. 8. verſ. 1. itidemque *pertranſire benefaciendo, & ſanando omnes*, Actuum 10. & verſ. 38. nec latebat illos eam eſſe Dei naturam, vt ſi ceſſaſſet benefacere, ceſſaret Deus eſſe; dixit quippè Clemens Alexandrin. lib. 6. ſtromatum de Deo: *Nam cum ſit bonus ſi ceſſaret vnquam benefacere, Deus quidem ceſſabit eſſe, quod nefas quidem eſt dicere*: Ergo quem exiſtimabant de ſuorum ſalute, non cogitare, & eos tanquam alienos prætererire phātaſma eſſe crēdebant: nec veri Chriſti Saluatoris guſtum habere,

7

Ioan. 8. v. 1 Act. 10. v. 38.

Clemens Alex.

sed vel Regis Ezechiæ, sibi tantum consulentis, vel illius Titi Vinij, de quo Romanus Scriptor lib. 1. Histor. *Subiectos nos habet, tanquam suos viles, vt alienos:* Iam verò huic discipulorū cogitationi opportunè, è vestigio satisfeciſſe videtur Dominus; dum vt ipſorum curam leuaret, ſeſe illis cognoſcendum dedit: itidemque eos in recta fide firmauit verbis ſtupefactis hominibus opportunis; pergit enim Matthæus vers. 27. *Statimque Iesus locutus est eis dicens: Habete fiduciam, ego sum: nolite timere:* ac ſi diceret, vt expendit Theophylactus in cap. 6. Ioannis: *Ego sum, hoc est semper manẽs: & sum Deus ille, qui est: ego autem sum hoc est maneo; & nunquam prætereo, & verè sum; ne perdatis vestram in me fidem:* ita ille: Benè id *ego sum, & nunquam prætereo;* qui ſalutem fero; nec vt alienos prætereo: & *verè sum,* qui Deus ſum *ne perdatis; ergo vestram in me fidem, qui Deum me esse creditis:* cum nihil magis cõtrarium poſſet conſingere humana cogitatio, quã Deum eſſe, & Phantaſma eſſe: perinde enim eſt: ac eſſe, & non eſſe.

8 Videmus iam ex his Mariam humani generis Aduocatam, *de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus:* vnctus, ſcilicet, *oleo lætitiæ præ consortibus suis* à diuina Mariæ oliua dulcedinem humanitatis, cum viſceribus miſericordiæ accipiens: ſed hac de re audi Richardum à S. Laurentio lib. 12. de Laud. Virginis dicentem: *Hæc est oliua, quæ noluit relinquere* pinguedinem ſuam; qua dij vtuntur, & homines, vt inter ligna promoueretur. *Iud. 9. quia noluit in mundo exaltari, nec gratiam sibi datam de supernis relinquere, qua velut oleo misericordiæ vtuntur homines in peccatorum remissione, & gratiarum collatione, qua etiam Angelorum ruina restaurata est,* dij, & homines: *Angeli, & viri iusti, & ipsa Mater Regis iustitiæ facta est Regina misericordiæ; vt ipsius Regis iustitia per Reginã misericordiæ temperetur.* Hæc Richardus optima ratione Mariam Aduocatam miſericordiæ nobis faciens: Sed & indidem de hoc miſericordiæ oleo à Maria effluente, ſic exclamat: *O dulcis olei effusio inebrians Angelos, satians sanctos, mortuos viuificans, mæstos lætificans, inferos dissipans, redimens mundum aperiens cœlum:* Hactenus Richardus.

9 In quam tandem cogitationem obſerua opportuna verba Zachariæ cap. 13. verſ. 1. de Chriſti in terras aduentu, ſic vaticinantis: *in illa die erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ieruſalem in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ;* ſi tamen illis nobile epitetõ quod accurato dicendi modo tribuit Deiparæ S. Petrus Damianus adiunxeris: Et verò, vt vatis verba adeo clara, atque præclara ſint, vt expoſitore non egeant; audiendus tamẽ fuerit Hieronymi commentarius, ſic enim ille. *De hoc fonte, qui egreditur de domo Dauid, & in Ezechiele Propheta, ſic ſcribitur.* Quod erumpat fons in domo Domini, & creſcat in fluuium, qui appellatur aqua remiſsionis, & indulgentiæ, & pergat ad ſolitudinẽ, & ad mare, quod nunc vocatur mortuum, piſcesque omnes viuificauit: Sic Hieron. qui ſtatim obſeruans LXX. pro Verbo *in ablutionem* legere *in aſperſionem:* inquit: *Aſperſio autem ſanguinem Domini ſignificat, de quo Petrus 1. epiſt. cap. 1. verſ. 1. loquitur* in aſperſionem Sanguinis Ieſu Chriſti. Hæc omnia Hieronymus. Ecce tibi Chriſtum Dominum fontem miſericordiæ, indulgentiæ, remiſsionis, & vitæ, qui per mortem ſuam viuificauit mũdũ, & piſces maris mortui reuocauit ad vitam: Iam huic fonti, vnde tanta indulgentiæ largitas? tanta remiſsio, & miſericordia tanta, *quo de fonte requiris?* Audi iam Petrum Damianum ſerm. 3. de *Natiuitate Virginis*, pulchrum illi epitetõ tribuentem, vt ſic *fons fontis viui:* & quidem opportunè, vt vna fidelia duos parietes dealbans, & Chriſto tribuat eſſe fontem vitam noſtram, & mortuorum viuificationem: & ſimul diuinum hunc miſericordiarum fontem à Mariæ fonte profluẽtem faciat: Sicuti ipſam B. Amedæus homil. 8. de Laud. Virginis Matrem vitæ, fontem miſericordiæ appellauit: & Menæa Græca die 12. Maij affirmarunt eſſe: *fontem immortalitatis, qui aquam remiſsionis peccatorum effundit:* Eo planè ſenſu, quo ſub vaticinio de Chriſto carnem ex Maria ſumpturo, obſeruabat Dauid à nobis in ſuperioribus expenſus. *Fiat miſericordia tua, vt consoletur me:* ſiue, *vt Aduocata sit mei:* & de ipſo, vt de mi-

Cornel. Tacit. *Matth.* *Theoph.* *Rich. à S. Laur.* *Iud. 9.* *Zacha. 13. v. 1.* *Damia.* *Hieron.* *LXX.* *Petrus Dam.* *Amedæus.* *Menæa Græca.* *Pſ. 118 v. 70.*

sericordia, iam facta dicebat Paulus
Galat. 4 ad Galat. 4. vers. 4. Misit Deus, *Filium*
vers. 4. *suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant redimeret*, ita
S. Sabb. quidem S. Sabbas in Menæis die 16. Februarij in vesperis de S. Pamphilo Deiparam deprecabatur, dicens: *Imbribus gratiarum Spiritus Sancti mentem meam irradia. Tu è qua Christus vnica stilla, sed immensa profluxit, quæ iniquitates humanas misericordiarum multitudine abluit*: Sanè, vt fons in ablutionem peccatoris: Mariaque, vt fons fontis viui, qui aquam remissionis peccatorum effundit.

Pro lectoris verò solatio, & indul-
10 gentia, itidemque potissimum pro dulcissimo Iesu Christi nomine, non possum, non appingere, quod Spondanus in Annalibus ad annũ 1268. num.
Spond. 14. refert: nempè Clementem Pontificem ad petitionem S. Ludouici Regis Franciæ concessisse tres annos indulgentiæ cunctis fidelibus toties quoties deuotè dixerint: *Benedictum, sit dulce nomen Domini nostri Iesu Christi, & gloriosissimæ Virginis Mariæ Matris eius in æternum, & vltra, Amẽ: Nos cum prole pia benedicat Virgo Maria*: fruere; ergo suauissima indulgentia lector.

EXEMPLA.

MARIAM oliuam speciosam in campis optimè demonstrat, quod de quadam ipsius imagine Ierosolymis Damascum translata refert Baronius ad annum 870. *Quæ olim Constantinopoli in lignea tabula depicta p ſteà pictura, quod mirabile dictu est, super lignum est incarnata, & oleum maximè odoriferum iugiter emittere cæpit, quo languores quicumque quorumcumque hominum Christianorum, iudæorum Saracenorum pellerentur, ita vt tamen nunquam imminueretur eiusmodi oleum, quantumcumque inde acciperetur*: Quid hac oliua speciosius? pulchrius? pinguius? imo Diuinius? Conijce hinc, quanta benignitate? humanitate: promptitudine oleum misericordiæ tibi diffundit, vt Diuinam indulgentiam, & vitam æternam consequaris?

A *Ergo pulcherrima hæc, & sanctissima Deiparæ imago summæ fuit veneration i, non solùm Christianis, sed etiam Saracenis, qui & ipsi orationis gratiâ ad eam confluebant in Assumptione, & Natiuitate Sanctissimæ Virginis* Quod planè testatur Arnoldus Abbas Lubecensis, se vidisse, cum peregrinatus est in Palæstinam, & Iacobus de Vitriaco lib. 3. de Historia Orientali, & Matthæus Parisiensis in Historia Angelorum in Ioanne Rege.

B *Sed* iam audi Adamannum Scotum lib. 3. de Locis Sanctis cap. 3. ic scribentem: *Arculfus de Sanctæ Matris Domini thoraciola certam nobis relationem, quam in Constantinopolitana Vrbe ab expertis quibusdam testibus didicit, indubitanter enarrauit, inquiens in eadem Metropolitana Ciuitate imago B. Mariæ in breui tabula figurata lignea in pariete cuiusdam domus suspensa pendebat. De qua cum quidam solidus, & diuicors homo percontaretur: Cuius esset imago, à quodam respondente didicit, quod esset Sanctæ Mariæ semper Virginis figuratæ faciei. Quod audiens ille iudæus incredulus diabolo instigante eam de pariete valdè iratus tulit, & inter fœda stercora proijciens discessit: igitur post illius discessum maligni, alius ex Christianorum plebe superueniens, felix homo Zelotypus Dominicarum rerũ sciens,*
C *quod factum erat in imagine Sanctæ Mariæ requisiuit, & inter stercora absconditam inueniens subleuauit, & diligenter abstergens, lauans aquis emundauit mundissimis, secumque in domo collocatam habuit*: Sed quod (inquis) tandem post tam fœdum perfidi illius facinus terræ illi dirum malum aduenit? cecidit ne ignis de cœlo? horribilis ve superuenit pestis, quæ cunctos depasceret? Obstupesce, qui legis, dũ
D pergit Auctor: *Mirum dictu: ex eadem B. Mariæ Virginis tabula verum ebullicus distillat semper oleum omnis generis infirmitatibus præsentem afferens medellam; quod Arcursius (vt referre solet) proprijs conspexit oculis* Hæc Adamãnus; qui sapienter subijcit, quod è re nostra est. nempè: *Hoc mirabile oleum honorem protestatur Mariæ Matris Iesu, de quo Pater ait*: oleo sancto meo vnxi eum, Psal. 88. vers. 20. *Item Psalmographus ad ipsum Filium Dei loquitur dicens*, vnxit te Deus, Deus tuus oleo
E

Psal. 88 v. 20.

læ

Psal. 44. vers. 9. lætitiæ præ participibus tuis: *Sic ille.* Psal. 44 vers. 9.

Itidem etiam ad rem curationis vnctione olei adhibitæ, quod è cœlesti oliua defluxit, mire facit, quod Eustathius in vita Sancti Euthyclij Patriarchæ Constātinopolitani apud Surium die 6. Aprilis affirmat, *nempè Euthychium, licet diuersis fulgeret miraculis, ea tamen, quod valdè notandum est, non nisi vnctione olei defluentis ex Sanctæ Dei genitricis veneranda imagine, quæ Sozopoli asseruatur patrabat: Addit Eustathius hoc oleo ab eodem Euthychio sanatum pictorem, qui pro ornando Oratio B. Virginis, cum picturam Veneris, in pariete deleret, vt purissimæ Virginis Matris substitueret eo loco picturam (ò pulcherrimam, & iustissimam commutationem) à malo dæmone effigiem Veneris protegente, adeò graue in manu vulnus accepisse, vt minuendus manu videretur, nisi ad Eutichyum cōfugisset, qui hoc oleo misericordiæ Deiparæ inunxit, & sanauit.*

MARIA apud Filium pro peccatoribus Aduocata, quæ cum ipso, tanquam cum debitore creditrix legitimo iure causam ipsorum agit.

ADNOTATIO X.

1 INuenimus Mariam Aduocatam Misericordiæ, eaque ratione validissimo patrocinio præditam: Molimur modo maius opus: & quasi parum fuerit, tantam Matrem misericordia solum ad patrocinandum inniti, ipsam, Aduocatam quodammodo iustitiæ esse, quæ non modo bonitate materna, sed iustitia & iure, cum Filio agat; non ingratijs, sed optimo merito adstruimus: nec vna tantum, sed duplicata quidem ratione: Primo enim Mariam Creditricem Dei esse respectu Dei, Deumque illi obæratum, atque obnoxiū; qui ab ea diuinam incarnationem accepit, quā non habebat; inficiari memo possit: eaque de re luculentissimum est S. Methodij M. testimonium, quod non concissum, aut interruptum, & sæpè recurrens, vt vulgò circumfertur; sed integrum lectori damus: Est illud: Oratione in Hypapantem, seu de Purificatione: dum cum Maria, sic loquitur: *Tu vestis absque macula eius, qui induit lumen, sicut vestimentum, Deo nullius alioqui indigenti, quam ante non habuerat carnem fænerans, qua omnipotens ille Deus, quod ipsi decretum fuerat, homo appareret. Quid hoc splendidius? Quid hoc sublimius? Qui cœlum terramque implet, cuius sunt omnes rerum possessiones, sui indigus efficitur, quippè cum fænerauerit Deo diuinam incarnationem, quam non habebat. Tu armasti potentem illum decora corporis armatura, per quam oculis nostris conspicuus redditur; vtque dum libero deinceps accessu mihi intueri liceret conceditur; qua etiam armatura omnia Mali ignita tela extinguentur*: Hæc Methodius: postque subijcit ea, quæ in ore omnium natant verba. *Euge: euge Mater Dei, atque ancilla: Euge, euge, quæ tibi obnoxium habes illum omnium fæneratorem. Omnes enim Deo debitores cum simus: tibi ipse est debitor*: Hæc omnia Methodius sapientissimè, & elegantissimè.

Methodo. M.

2 Consentit Methodio Cosmas Hierosolymitanus in die 25. Ianuar. Ode. 9. & censum auget his verbis. *Tu facta es re vera locus, & Sedes incomprehensibilitatis diuinæ, vt quæ Numini carnem tuam, cum fænore mutuam dedisti, cui ex te placuit nasci*: Pulchrè *cum fænore*: vt nimirum mutuum cum vsuris reddat, pro carne à Maria accepta, quæ benignitate & gratia plena erat; indulgentiam, & misericordiam peccatoribus tribuens: Sed illud rem auget, quod ipsemet Dominus signatissimè expendit apud Paulum cap. 10. vers. 5. inquiens, *corpus autem aptasti mihi*; tale, scilicet, Dei Filio corpus Mariam dedisse; quale Diuinitati aptum, conueniens, & condignum esset, quin à Dei maiestate, vel hilum desideret. Quare obserua Lectionem Syriacam, quæ reponit: *corpo-*

Cosmas Hier.

Heb. 10 v. 5.

Lectio Syriaca

re

re autem induisti me: Vt corpus à Virgine acceptum Dei Filio fuerit, velut vestimentum quod concinne, & conuenienter apratur; siue etiam illud ipsum, quod Diuinitas gestare consueuit Regio vate id à lucis splendore describente Psalm 103 vers. 2. *Confessionem, & decorem induisti, amictus lumine, sicut vestimento*: appositè hanc cogitationem denuo, sic exprimente Methodio, dum indidem Deiparam, sic alloquitur: *Tu es impollutum illius indumentum, qui luce vti vestimento circumfunditur.*

Psalm. 103. v. 2.

3 Sed vt ad priora verba Methodij redeam, adducit quidem hunc locum; atque præsens institutum, quod in manibus habemus sapienter, & luculēter pertractat eruditissimus Theophylus Raynadus in Nomenclatore Mariano in titulo *Creditrix Dei*: ex verbis Methodij, sic velut necessaria argumentatione concludens. *Ferunt ista perspicuè B. Virginem respectu Dei esse creditricem, & Deum illi esse obæratum, atque obnoxium. Debitor enim habet pro correlatiuo creditorem, vt notum est, atque adeò, si Deus debitor est B. Virgini, perspicuè sequitur B. Virginem esse Dei creditricem.* Pergit verò Theophylus sapienter adstruens, esse hoc decus Virginis admodum singulare, quod nemo alius præter ipsam Deum, sibi obstringere ea ratione potuit: quod ad summum Deus aliis Sanctis solum ex vi suæ promissionis obstringatur, qua benè operantibus retributionem præmij spondet: siue hæc obligatio veræ iustitiæ sit, vt nobiles Theologi docent Bellarminus lib. 5. de Iustificatione cap. 16. Suarez Opusculo de Iustitia Dei sect. 2. & lib 3. de Gratia cap. 50. Valentia 1 part. disp. 1. quæst. 21. p. 1. Rebellus in Præludio de Iustitia q. 4. Siue non pertineat ad virtutem iustitiæ, vt alij cum P. Vazquez 1. p. disp. 85. & Læsio de diuinis perfect. cap. 2. sentiunt: Certum quippè est, & vtrimque ratum, hāc obligationem à Deo contractam supponere diuinam promissionem, vltro à Deo factam, sine qua repugnaret eminentissimo Dei dominio, vt creaturæ adstringeretur, seu debitor fieret: vnde pulchrè Augustinus in Psal. 83. ad finem, inquit: *Debitorem Dominus ipse fecit se, non accipiendo, sed promittendo. Non ei dicitur Redde, quod accepisti, sed redde quod promisisti.* At enim verò longè sublimiori ratione, & strictiori iure Beata Virgo Dei creditrix est, quæ hominem Deum Vera Mater genuit, & in lucem produxit; & attenta natura humana Christi; *prior dedit illi, vt retribuatur ei*: ita quidem, vt non ratione emissæ vltro promissionis, quod de alijs Sanctis diximus, sed antecedenter ad omnem humanam huius hominis voluntatem, verissimum sit, ipsum obstringi Matri, quia ab illa accepit esse humanum, quo potitur, vnde quidem, non potest, non exsurgere ex natura rei obligatio in accipiente, cui correspondeat beneficentia in cōferente.

Theoph. Rayn.

Bellar. Suarez. Valent. Rebell. Vazqu. Læsius.

Augustin.

4 Benè quidem verum est, vt indidem obseruat Theophylus Christū in natura diuina, non adstringi Matri, nisi debito ad eius merita compensanda profecto ex misericordia, & etiam in hac ipsa natura, in qua contrahit debitum cumulasse Matrem beneficijs omninò ingentibus, supra omnem mensuram, ita vt B. Virgo Filio obstringatur, & debitrix fiat longè auctius, quàm Filius Matri; immensa, quippè aliquatenus sunt dona gratiæ ex Christi meritis Virgini collata: vt maximè hic locum habeat acuta dissertatio, qua Seneca lib 3. de Benef. capit. 29. confirmat accidere posse, vt filius paternam erga se beneficentiam superet, maiorque sit patris ad filium obligatio, quàm filij ad patrem ob collatum ei esse naturale: Etenim, & si ibi pro patre id alleget Seneca. *Quidquid est, quod dat patri filius, vtique minus est, quia hanc ipsam dandi facultatem patri debet: ita nunquam beneficio illius vincitur, cuius beneficium est ipsum, quod vincitur*: tamen oppositam sententiam, vt veriorem amplectitur, multisque cōfirmat *Illud* (inquit) *conceditur, multos filios maiores potentioresque extitisse, quam parentes suos, æquè & illud meliores fuisse. Quod si constat, potest fieri, vt meliora tribuerint, cum & fortuna illis maior esset, & melior voluntas*: Vnde paulò post: *Non potuissem, quidquam consequi, nisi parentum beneficium antecessisset, sed non ideò quidquid consecutus sum, minus est eo, sine quo consecutus non essem. Nisi me nutrix aluisset infantem, nihil eorum quæ*

Seneca.

con-

consilio, aut manu gero facere potuissem, nec in hanc emergere nominis claritatem, quam ciuili, aut militari industria meruissem, nunquid tamen ideò maximis operibus præferes nutricis officium? At quid interest, cum æquè sine patris beneficio, quàm sine nutricis, non potuerim ad vlteriora procedere Hæc omnia Seneca: Sed enim vt, vt hoc fuerit in humanis; itidemque, vt hæc omnia locum habere in Christo prout homine ad Deiparam comparato fateamur. Semper tamen subsistit Methodij thesis Virginem habere debitorem Deum, & omnium fæneratorem obnoxium, sibi esse: nempè personam Christi in sua humana natura obstrictam esse Matri suæ, quia ob esse naturale Christo ab ea collatum antecedenter ad omnem Christi hominis consensum constituta est Dei creditrix.

5 His illud, non solùm concinit, sed & censum auget: Eam Christo carnem à Virgine datam, quæ purpura Regia esset; ac proinde ab illa Christus Rex Regum, & Dominus Dominantium extiterit. qua de re mulis, & quidē floridè loquuntur PP. Sic enim *Damas.* Damascenus in Menæis Ode. 6. de B. Virgine Stropha. 2. *Salue Concha! quæ viua manens intamiuato sanguine tuo rubrum, & instar purpuræ lucens Paludamentum pro rerum omnium Rege tinxisti, & simul per illud nuditatem Adami operuisti*: ita Damascen. & hoc itidem modo S. Sabbas die 15. Ianuarij *S. Sabb.* Ode. 3. de S. Paulo: *Rex gloriæ de Matris diuinissimæ sanguinibus ipse sibi purpuram tingens purpuratus incessit.* Elegantissimè verò S. Theophanes in *Theoph.* iisdem Menæis die 18. Ianuarij Ode. 8 de S. Leone: *Qui pulchritudine syderum, atque Luna simul, & Sole perquā splendidè cœlum vestiuit: ille seipsum corpore de sanguinibus tuis formato vestiendum curauit, ò castitate inter omnes excellens!* Sic etiā ab Epiphanio orat. *Epiph.* de Laud. Deiparæ, atque ab Hugone *Hugo de S. Vict.* de S. Victore serm. 46. dicitur caro Virginis: *purpura Regia, quæ cœli, terræque Regem vestiuit*: & ab Andræa Cretensi hom. 2. de Assumpt. *Regale indumentum, & tinctura purpuræ Verbi*: eo planè sensu (vt sapienter commentatur P. Theophylus, à cuius mente, & verbis in tota hac ad notatione vix discedimus) quod non qualemcumque carnem Verbo suppeditauerit Virgo, sed ab ipso ortu Regiam, sic namque ille in glossario huius posterioris epiteti. *Non enim purpureum hoc, & regale indumentum circumdederunt milites eo facto insinuantes, sanguine suo partum esse mortali Regi tantum decus* (vt ad eum, *qui tunc rerum potiebatur* dixit Theophylactus orat. de Cruce) *sed natura sua vi vnionis à primo vitæ momento collatæ Regiam maiestatem, nec qualemcumque, sed cuius potestas cœlo æquè, ac terræ pateat obtinuit Christus.* Pergit Theophylus id vndequaque explicans, atque inde confirmans, quod B. Virgo, vt vera, mater causa fuit physicæ vnionis inter partes humanitatis Christi, corpus, scilicet, eius, & animam, qualem vnionē partium physicarum producunt naturaliter in prole sua aliæ matres: ac proinde naturalis Christi mater omninò dicenda sit, iuxtà illud S. Maximi in Collatione cum Theodosio Cæsareæ. *Qui non dicit Dominam nostram superlaudabilem, sanctissimam intemeratam, & omni naturæ intellectuali venerandam, naturalem veraciter matrem Dei effectam, qui fecit cœlum, & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt, sit anathema, & catathema à Patre, & Filio, & Spiritu Sancto consubstantiali, & supersubstantiali Trinitate, ac omni super cœlesti virtute, atque à choro Sanctorum Apostolorum, Prophetarum, & infinita plebe SS. Martyrum, omnique Spiritu in iustitia consummato nunc & semper, & in sæcula sæculorum Amen*: Cum ergo ad hanc refectionē vnionis partium physicarum, vi prætiæ naturæ vnionis hypostaticæ consequebatur Regia dignitas supernaturalis afficiens humanitatem, in qua Verbū subsistebat: meritò B. Virgo purpureum, ac Regium paludamentum Regi rerum omnium tinxisse dicitur. *S. Max.*

Firmat omninò forensem hanc Mariæ actionem dati, & accepti, siue empti, & venditi Salomon, Prou. 31. vers. 24. in persona mulieris fortis, siue B. Mariæ dicentis: *Syndonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo*: quæ in superioribus adnotatione prima de carne Christo à Virgine Matre data ex S. Thoma à Villanoua accipiebamus, dum ipse in serm. de

6 *Prouer. 31. v. 24.*

Assump-

Assumptione, cum dixisset: *Syndonem hoc est mundissimam texuit telam, nitidissimam, purissimam, sacrosanctam illam carnem, quam sapientissimus ille Artifex Spiritus ex Virgineis sanguinibus veluti ex staminibus in visceribus illius, vt in textorio sine virili semine intaxuit*: subdidit: *illam telam quasi propriam, & ex carne eius intextam sapiens mulier vendidit Deo Patri, vt inde talarem tunicam, & polymitam Filio suo faciat*: Hæc ille: Audis actionem venditi; siue dati, & accepti? dante Virgine Filio carnem, qua opus Redemptionis ipse perficeret: vti etiam dicebat Ildephõsus lib. de Virginitate Mariæ cap. 12. Virginem affatus. *Quod pretium redemptionis meæ factus est, ex carne tua eius incarnatio fuit, in qua vulnera mea sanauit: & in carne tua vulnerandum corpus exhibuit, in quo mortem meam tolleret, vt mortalitatis tuæ corpore mortali corpus attraxit, in quo mea deleret peccata. Quod tulit à te corpus sine peccato suscepit, naturam meam, quam in se præcessore mihi ad regnum suum in gloria paternæ sedis super Angelos collocauit in veritate corporis tui humiliatus assumpsit.* Ergo Maria Aduocata nostra, quasi ex iure, & iustitia cum Filio agens, vt quæ ipsi carnem dedit, in qua humani generis vulnera sanauit, ab eo tanquã bono debitore accipiat salutis huius effectum clientibus suis impertiendũ: Nec omisserim in præfatis verbis Salomonis expendere venditionem hãc factam *Cananæo*; cum Cananæus interpretetur *negotiator*; siue *commutans*: quod à Diuino ingenio nõ abest, cum ipse dixerit: *Simile est regnũ cælorũ homini negotiatori, quærenti bonas margaritas, inuenta vna pretiosa margarita abiit, & vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam*, Matth. 13. vers. 45. vt sensus Salomonis fuerit: Mariam puris simam carnis telam ad Regium paludamentum Filio dedisse, vt ipse ab hac pretiosa margarita hominum salutem, siue bonas margaritas sibi negotiando adquireret.

Ildephõ. — Mat. 13 v. 45.

7 Quare pergit deinde Maria cum Filio, tanquam cum debitore in iudicio iure suo agens: itidemque repetens: *Redde quod accepisti*: Nimirum ille de Redemptione, quam attulit populo suo, & pretio pro mundi salute persoluto signatè Patri dicebat, Psal. 29. vers. 12. *Conuertisti planctum meum in gaudium mihi: conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia*: obserua quæsitam locutionem de pretio, siue pecunia numerata pro redemptione humani generis *conscidisti saccum meum*, saccum, scilicet, humanæ carnis à Matre acceptæ: è quo effusa est pecunia, siue pretium: vnde Augustinus serm. 256. de tempore, premens hæc verba, inquit. *Quomodo dicit Christus? conscidisti saccum meum, saccus eius erat, similitudo carnis peccati. Nõ tibi vilescat, quod ait* saccum meum: *ibi erat inclusum pretium tuum.* Conscidisti saccum meum: *Euasimus ad saccum istum*: cõscidisti saccum meum: *in passione conscissus est: conscidit saccum lancea persecutor & fudit pretium nostrum Redemptor.* Hæc August. Ad cuius gustum Richard. à S. Laurentio lib. 12. de Laud Virginis: obseruans saccum istum à Virgine Christo datum, inquit, *Saccum repositorium pretij ipsa soli isti dedit: in quo repositum fuit pretium nostræ Redemptionis, qui saccus fuit conscissus in cruce clauis, & lancea, vt pretium effunderetur, quo sumus redempti.* Sic Richardus ibi, & lib. 2. eodem sensu: *Filium Dei, & suum induit saccum nostræ mortalitatis, quo indutus egit pœnitentiam pro nobis in cruce*: vnde Psal. 29. Conscidisti saccum meum, *idest, carnem clauis & lanceæ.* Ergo Deipara ad saccum quem illa dedit attendens: *cum Deus nullius alioqui indigenti, quam antea non habebat carnem fœnerauit, qua omnipotnes ille Deus, quod ipsi decretum fuerat, homo appareret*: fœnus repetit, &, quæ saccum dedit; iure inquit debitori, *Redde quod accepisti*: solue pretium, quod pro meis clientibus postulo.

Psal. 29 v. 12. — August. — Richar. à S. Laur.

Agnoscit ergo bonus debitor legitimè se ex iure materno conueniri; ideò libenter postulata concedit: opportunè id confirmante Theophylo Alexandrino lib. de Incarnatione Verbi, his verbis: *Gaudet Filius orante Virgine, quia omnia, quæ nobis precibus suæ Genitricis cuictus donat, ipsi Matri se donare putat, & acceptæ ab illa, sine patre humanitatis vices reddere*: sic Theophylus: pulchrè illud *cuictus*, quasi cogẽte iure creditoris: pulchrè

8 Theoph.

etiam vices reddere carnis, nimirum à Matre acceptæ, tanquam debitor cum facco ad persoluēdum paratus. A quo non abit Georgius Nicomediensis in Oratione de Præsentatione Virginis, Virginē sic allocutus *Filius petitione tua delectatur, & gauderet te rogari. Tuam enim gloriam creator existimat esse propriam, & tanquam Filius exultans, quasi exoluens debitum implet petitiones*: ita ille: Audis bonum debitorē debitum cum exultatione persoluere? & cuictum reddere?

Georg.

9 Fuerit quidem huic instituto peropportunū, quod Maria pro ipsamet Synagoga ferissimis scilicet Christi inimicis deprecās efficaciter ad ipsū; vt ipsis ignosceret, & in gregē suum aggregaret, ea potissimum ratione vsa fuerit, quod ab ipsa humanā carnem susceperit; vt velut iusta compē satione facta bonus debitor pro carne accepta spiritum vitæ, quasi debitum soluens ipsis dare velit: hunc omnino sensum ingerente Venerab. Cardin. Hailgrino, apud Martinum Delrio illis Canticorum verbis cap. 3. vers. 4. *Tenui eum nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ*: Nam cū præmisisset: *De hac tentione dixit Isaias ad Dominum.* Non est qui consurgat, & teneat te, *& Dominus per Ezechielem.* Quæsiui virum, qui interponeret sæpem, & staret oppositus contra me, ne dissiparem eam, & non inueni. *Ostendit ergo B. Virgo, quod indignatus erat Dominus contra vineam suam, scilicet, plebem iudaicam, quæ conuersa erat in amaritudinem, & fecerat labruscas, cum facere deberet vuas, & dixi.* Tenui eum: *Ne vineam suam omninò dissiparet*: post nonnulla hæc subijcit: *Obliuiscitur, quod dilectissimus Filius, eam crudeliter ab illis fuerit occisus, tantū intuetur salutis hostiam ex illis sumptā. Recordare (ait) Fili, quod carnē, ex eis acceperis, in qua, & per quā ipse operatus es salutē in medio terræ: vtique decet spiritualibus tuis eos participare, quorum carnē non exhorruisti.* Hæc & alia Hailgrinus; quæ vide apud Delrium, & ipsum etiam benè expendentem locutionem introducendi.

Cant. 3. v. 4.

Cardin. Hailgr.

Isai. 64 v. 7. Ezech. 32. v. 7

Psal. 73 v. 12.

10 Iam vero pro huius sensus, & adnotationis cōplemento; illud est omni obseruatione dignum: Dominum iam iam in cruce moriturū; debitorē esse Matris suæ ingenuè fassum esse, & debitū plenè, & legitimè persoluisse dum eam, quæ à summo Parente hæreditatem omnium gentium acceperat, in eam transmisit cum Ioannem dilectum discipulum, & in eo omnes Ecclesiæ fideles in Deiparæ obsequiū mācipauit illis verbis ad Matrē: *Mulier ecce Filius tuus*, Ioan. 19. vers. 26. Nam vt inquit S. Bernardinus serm. 55. de Passione *in Ioanne; Intelligimus animas electorum, quorum per dilectionē B. Virgo Mater facta est.* Hanc cogitationem sic insinuāte Vverrico serm. 4. de Assumptione, vbi cum dixisset. *Cæterum cum dilexisset eam Iesus in finē dilexit eam*, subijcit *dū veluti inter vltima verba testamenti, cuius debitorē se cognoscebat charissimo transcribit hæreditatem*: vt nimirum debitū testatoris Matri persolueret: tam ipse, quàm omnis Ecclesiæ Sanctorum, qui hæredes Dei sunt, Rom. 8. vt toto corde, totis viribus in Mariæ obsequium, & honorem omnes nervos intendant, *deligat homini iura pietatis humanæ*, inquit Paulinus ep. 43. quæ sic diffundit Card. Tolet. in Ioan. *singularem eius curam in officijs pietatis exhibendis discipulus gessit ex hora illa*: & Petrus Damian. ser. 64. *ad custodiendā venerabilē Matrem suā, perpetuam videlicet Virginem quasi alterum Filium sui Deo supposuit*: quod planè æquè ad fideles omnes pertinet. Quare idē Vverricus hoc sensu imbutus Mariæ de hac hæreditate, sic gratuletur serm 2. de Natiuitate: *Dilata itaque locum tentorij tui ab Ortu ad Occasum, quia ad dexteram, & lævā penetrabis, & semen tuum gentes hæreditabit*: ita Vverricus. Sed hæc fusius diffundemus Deo dāte lib 4. cum clientes Virginis hæredes Dei ex testamēto confirmauerimus.

Ioan. 19 v 26 S. Bernardin.

Vverricus.

Idem.

EXEMPLA.

QVale, quantumque ius ad huius sacci pretium Deipara haberet egregiè ipsa aliquando ommōstrauit; cum in remedium miseri cuiusdam, qui pro peccatis soluēdo non erat; vltimo & æterno iudicio

damnabatur; ex ipso quātum opus tuit pro re nata extraxit; & salua facta est anima illa: Rem boni Auctores narrant: Doctor Belluga in vita Deiparæ v. 7. & Frater Didacus de Oxea in instructione pro confraternitate Rosarij: quæ sic se habet: *In Castris Beati Dominici Frater quidā laicus ab illius sanctissimi instituti omninò alienus militabat nomen tantum, & habitum religiosum habens, & sacui criminibus vndequaque opertus. At enim licet nec Deum timeret, nec homines reuereretur Virginis tamen Deiparæ studiosus videbatur; cui per singulos dies Rosarij pensum persolueret. Huic aliquando repentina, ac lethalis ægritudo superuenit; in qua cum nec saperet, nec intelligeret, nec nouissima prouideret; extasim passus visus est sibi in terribile Dei iudicium deferri, in quo coram Christo Domino, & Beatissima Deipara causa eius iudicaretur: Aduenerunt velocissimi dæmones, qui adstabant constanter accusantes eum: itidemque Angelus eius custos, vt eum patrocinaretur; sed vacuis quidem manibus ad ferendam opem ei, qui ipsa se indignum fecerat: Ergo iubet iudex, vt in trutina bona, & mala illius facta appendantur: & quidem cum accusatores libram, quā adornabant, plenam vsque ad cumulum fecissent: bonus Angelus vix quicquam in altera libra valuit imponere præter Rosarium, quod ille cottidie Virgini recitabat: sed enim cum ab eo recitaretur, qui totus in peccatis erat, ac proinde nullius condigni ad satisfaciendum meriti. Libra quasi nullū haberet pondus immota permansit; & reus damnationi certæ obnoxius, quin in tanto discrimine labra moueret, vel marmoreus, vel ahæneus? Exitus ergo quis? Præmisi causam corā Deipara agitari; cur desperatam rem existimes? Accessit igitur clementissima Virgo ad iudicem, & flexis coram eo genibus, sic ipsum affata dicitur: Bone fili deprecabilis esto super hunc reum; quiqualis, qualis fuerit; notam habet studiosi mei; & siquidem tibi meum sanguinē dedi, ex quo totum sacratissimū corpus tuū formatū est redde mihi, obsecro, vnā ex illo guttā, quā possim super Rosariū in libra apponere, quę altera superet: cui benignissimus Filius, sic respondit: Equidē Mater, nihil omninò tibi negare valeo: accipe mei sanguinis guttam: Dictum factū, imposuit Virgo guttam pretiosi sanguinis libræ, qui eam tanto pondere grauauit, vt terra, & mare posset deprimere: Quo viso mali dæmones, querebundi clamabant desertum fuisse ius & iustitiam: sed iniquitas opilauit os suum: vt vero reus ille, qui incolumis abibat, & misericordiæ & iustitiæ memoraretur iussus est verberari: vt plagæ inflictæ fidem totius historiæ fidē facerent: Quæ omnia frater ille Priore suo accersito narrauit, & mul is cum lachrymis, cum eo confessus spiritum Deo reddidit, vt hinc videris, quàm opportunè Richar. à S. Laurentio ad Deiparam retulerit verba Dauidis, Psal. 9 vers. 12.* Annunciate inter gentes studia eius, *inquiens*: Subtilis est per misericordiā, quam sic subtiliter scit miseris impēdere, quod non frangit sigillum diuinæ iustitiæ, & circa hoc maximè consistit studiositas eius, de quo dicitur, *Annuciate inter gē es studia eius* Sic ille. *Psal. 9. v. 12.*

MARIA ADVOCATA

nostra, quæ Dei Filium debitorem habet, quod à carne ab ipsa suscepta factus sit denuo Filius Dei naturalis, & extensiuè completus.

ADNOTATIO XI.

NIhil aliud tinnit hic titulus, quàm quod in epist. ad Romanos cap. 1. vers 3. dissertis verbis, inquit Paulus: *de Filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem*; quibus præfata cogitatio de Maria creditrice Dei eb carnem, qua *Dei Filius factus est ex muliere*, ad Galat. 4. vers. 4. mirè confirmatur. Nimirum hac ratione Christus Matri suæ debet, quod denuo peculiari ratione Filius Dei factus sit. Et vero vt id argumentum persequamur; I *Rom. 1. v. 3.*

quod Deo Patri, eiuſque Filio itidē-
que Mariæ Matri iucundiſsimum eſt;
nobiſque ſalutare, & opportunū; quibus Mariam Aduocatam habere tantopere expedit: Summum Patrē vnigenitum ſuum mittentem in terras audire placet: dum ſic loquitur apud Iſaiam cap. 55. verſ. 10. & 11. *Et quomodo deſcendit imber, & nix de cœlo, & illuc vltra non reuertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti & panem comedenti: ſic erit Verbum meum, quod egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcumque volui, & proſperabitur in iis ad quæ miſi illud* accipientibus hæc verba de Dei Filio à Patre in mundum miſſo Hieronymo, Cyrillo, Haymone, Forerio, & aliis. Vbi omnino obſeruandū, & expendendum eſt illud. *Non reuertetur ad me vacuum* (ſiue vt Bernard. ſerm. 71. in Cantica legit *ieiunum*,) *ſed proſperabitur.* Sanè quaſi à carne humana à Virgine ſuſcepta Verbum Dei nō vacuum, ſed completum fuerit dicendum. Et verò cum Dei Filius in ſe infinitè perfectus, tanquā Deus de Deo ſit, quin complementum vllum, aut perfectionem alicunde aduenientem accipere valeat. Quid ſibi velit ea locutio, *non reuertendi vacuum* commodum ſenſum habebit ex Pauli verbis ad Roman. 1. verſ. 2. *in Euangelio Dei, quod ante promiſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis Sanctis, de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem*: vbi non abs re dixeris, Filium Dei ſecundum carnem factum (quod aliud quidem eſt ac ſecundum Diuinam naturam genitum eſſe) reſpondere voci Iſaiæ, *non reuertetur vacuum*: quia Filio Dei; qua Filius eſt; ſignatè noua hæc filiatio naturalis Dei conuenire potuit, qua Patri quidem, ac Spiritui Sancto minimè conueniret: nam ſi Pater, aut Spiritus Sanctus hypoſtaticè humanam naturam aſſumpſiſſet, neuter Filius Dei naturalis dicendus eſſet; quia ſuam quiſque retineret propriam hypoſtaſim, & appellationem, & ille quidem Pater; hic verò Spiritus Sanctus: neuter vero Filius naturalis diceretur: ac proinde cum Dei Filius, non modo genitus, ſed etiam ſecundum carnem Filius Dei naturalis factus eſt ideò completus, & perfectus filius, quodammodo dici poteſt: quia videlicet aſſumpta humanitate, & in ea ſubſiſtendo, perſonam Filii exterſiuè perfecit: & verò cum à Paulo dicatur *factus ex ſemine Dauid ſecundum carnem*, quid aliud eſt? quam factus ex Maria, vti Tertullianus lib. *de carne Chriſti* cap. 22. ſic inquit. *Ergo ex ſemine Dauid caro Chriſti, ſed ſecundum Mariæ carnem ex ſemine Dauid: ergo ex Mariæ carne eſt, dum ex ſemine eſt Dauid: quocumque detorſeris dictum aut ex carne eſt Mariæ, quod ex ſemine eſt Dauid, aut ex Dauid ſemine eſt*, quod ex carne eſt Mariæ: ita ille.

Iſai. 55. v. 10. & 11.

Tertull.

Depromptā quidem eſt hæc cogitatio è pharetra S. Hippolyti M. homilia de *Deo Trino, & vno, & de myſterio Incarnationis, contra hæreſim Noeti* tom. 3. Biblioth. veter. PP. opportunè ibi adſtruentis, Verbum Dei à carne humana à Virgine ſuſcepta completum, & perfectum Dei Filium eſſe; quod Filij Dei perſonam, vt vidimus extēſiuè perficiat, dum tam ſecundum æternam generationē, quàm ſecūdum humanam naturalis Dei Filius eſt: Audi illum ſapienter hæc hūc in modum ediſerentem: *Hoc igitur, fratres, ſignificabatur, quod verè myſterium Incarnationis ex Spiritu Sancto, & ex Virgine erat hoc Verbum, quod operatum eſt Deo filium vnum. Hoc autem non ego dico, ſed ipſe teſtatur, qui de cœlo deſcendit; ſic enim ait*: Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, Filius hominis, qui eſt in cœlo, *Ioan. 3. verſ. 13. Quid igitur quærit ille* (loquitur de Noeto, cum quo diſſertabat) *præter id, quod dictum eſt? Numquid dicturus eſt, quod caro erat in cœlo? Eſt igitur caro quæ à Verbo Patri oblata eſt dono; caro inquam ex Spiritu Sancto, & Virgine oſtenſa, perfectus Filius Dei.* Pergit Hippolytus: *Manifeſtum igitur eſt, quod ſe ipſe obtulit Patri: antea verò non erat in cœlo caro. Quis ergo erat in cœlo, niſi Verbum ſine carne? quod miſſum eſt, vt oſtenderet ſe, qui in terra erat, eſſet etiam in cœlo? Verbum enim erat: Spiritus erat: virtus erat.* Hactenus ex Hippolyto: Apud quem obſerua primùm pro gloria MARIÆ Myſterium Incarnationis *ex Spiritu Sancto, & Virgine operatum eſſe Deo Filium*

2

Hippol. M.

Ioan. 3. v. 13.

vnum:

vnum: vt videlicet quod dixit Paulus de Dei Filio: *Factus est ei, ex semine Dauid secundum carnem*; non quod aliũ à Verbo Filium Deus Pater haberet, sed quod illemet, qui ab æterno Filius Dei erat; ex Spiritu Sancto, & Virgine denuò naturalis eius Filius sit factus, vt sapienter dicebat Virgini Bernardus: *Bernar.* *Sic autem, & quod natum est ex ipso Patre erit tuus, & quod nascetur ex te erit eius, vt tamen non sint duo filij, sed vnus: & licet aliud quidem ex te, aliud ex illo, iam non tamen cuiusque suus, sed vnus vtriusque erit filius*: Quod subinde explicat Hippolytus, inquiens: *Hippol.* *Caro ex Spiritu Sancto, & Virgine perfectus Filius Dei.* Notanter dictum *perfectus Filius Dei*, non quod antea Dei Verbum summè, & infinitè perfectus Dei Filius non esset, sed quod in ratione Filiationis Dei videretur esse incõpletus, qui ex carne Virginis poterat extensiuè perficere personam Filij: Quare subdit Hippolytus, carnem ex Virgine susceptam Patri oblatam dono: id quod ab Hippolyto acceptũ docuit Chrysostomus ser. *de Ascensione* tom. 5. inquiens: *Christus ascẽdens in cœlum nostræ naturæ primitias obtulit Patri, & oblatum donum miratus est Pater, quòd & tanta dignitas offerebat, & quod offerebatur nulla macula fœdabatur: Nam & suis manibus suscepit oblatum, & suæ sedis fecit esse participem; & quod plus est ad partem suæ dexteræ collocauit.* Hæc Chrysostomus. Quid autem fuerit? Carnem à Verbo Patri oblatam dono: Quid etiã? *oblatum* donum Patrem fuisse miratum, nisi ipsum de Christo Deo, & homine Filio suo, & Filio Virginis mirificè delectatum dixisse: *Hic est Filius meus dilectus; in quo mihi benè complacui*: *Matth. 17. v. 5.* Matthæi 17. vers. 5. quibus verbis non solùm dixit (auctore Leone Magno serm. *de Transfiguratione* cap. 6.) *Hic est Filius meus, cui ex me, & mecum esse sine tempore est. Hic est Filius meus, quem à me non separat Deitas; nec diuidit potestas, nec discernit æqualitas*: sed etiã *Hic est filius meus, qui eam, quam mecum æqualitatem non rapina apetijt, nec vsurpatione præsumpsit, sed manens in forma gloriæ meæ, vt ad reparandum genus humanum exequeretur commune cõsilium, vsque ad formam seruilem inclinauit incommutabilẽ Deitatẽ*: Vt iam videris, quã opportunè prædixerit per Isaiam, ipsemet summus Pater. *Verbum meũ, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum*: qui videlicet tale, ac tantum donum mihi obtulit.

Ecce iam tibi ineffabilem Deiparæ Virginis gloriam; dum Dei Verbum *factus est ex ea Filius Dei secundum carnem*, & ipsa vera Dei Mater itidẽ effecta est: vt hinc, tũ scite dixerit S. Hugo Carthusiensis, Epiſcopus Lincolniensis, apud Surium in eius vita cap. 13. die 17. Nouembris: *S. Hug.* *Satis à fœmineo sexu Deus diligi promeruit, cum nasci de fœmina dignatus est: nam cum viro concessum non sit, vt sit pater Dei: hoc tamen præstitum est fœminæ, vt sit parens Dei*: tũ quia, vt iam vidimus S. Methodius M. orat. in Hypapant. ipsummet Deũ, Mariæ debitorẽ dixit illis verbis. *Metho. M.* *Euge, euge, quæ debitorem illum habes, qui omnibus mutuatur: Deo enim vniuersi debemus: Tibi autem etiam ille debet*: verè, sapienter, & omninò ad rem: Nam primum vide, vt Filius Dei Mariæ debeat, quòd cum *factus est ex muliere* (vt inquit Paulus ad Galat. 4. vers. 4.) & personã Filij extensiuè perfecerit; & sensu ab Hippolyto dato *perfectus Filius Dei* dictus fuerit. Quam cogitationem in Mariæ gloriam pulchrè diffudit S. Laurẽtius Iustinianus serm. *de Annuntiatione*: vbi cum premens Angeli verba Mariam salutantis. *Laurẽt. Iust.* *Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur*, Lucæ 1. vers. 31. dixisset: *Erit planè magnus meritis, dignitate præcelsus; incomparabilis sapientia; sanctitate conspicuus, & omnium charismatum largitate perfusus, ita vt Filius vocetur Altissimi*: subijcit ad præsens institutũ: *Lucæ 1. v. 31.* *Istud enim nomen nouum, recentemque dignitatem nequaquam sortietur ex Patre, cum sit illi Filius coæternus Deus de Deo, Verbumque incommutabiliter manens in Patre, sed eidem tribuetur ex gratia per humanitatis naturam, quam sumet ex te*: sic Laurentius Iustinianus, vbi vides notanter ab ipso dictum, Dei Filium signatè à Maria vocatum Altissimi Filium; atque nouum hoc nomen, & recentem dignitatem, quæ extensiuè perfecit personam Filij Dei per humanitatis naturam, quam à Virgine accepit, fuisse sortitum. *Laurẽt. Iustin.*

Sed & hinc deinde obserua, vt summus itidẽ Pater Virgini debeat, quòd

ab ipſa Verbum ſuum non reuerſum
est *vacuum*; *factuſque ei ſit ex ſemine*
Dauid, & Mariæ *Filius ſecundum car-*
nem; in quo ipſe *benè complacuit*. Quæ
namque humana mēs aſſequi valeat?
qualis, quantaque ſummo Patri gloria
fuerit; talem, ac tantum Filium ex
Maria habere? Enim verò apud Pau-
lum ad Epheſ. 1. verſ. 17. Chriſtus
Gregorio Nazian. apud Theophyla-
ctum interprete; gloria Patris appel-
latur: dicēte Apoſtolo: *Vt Deus Domi-*
ni noſtri Ieſu Chriſti Pater gloriæ: vbi
etiam Anſelmus; *ideſt, Pater Chriſti, qui*
eſt gloria Patris: Quare gloria? tum
quia in ipſo benè ſibi complacet, atque
gloriatur in hunc ſenſum dicēte Am-
broſio lib. 10. in Lucam cap. 1. fine.
Nam & Patris gloria eſt, ſi non degene-
rauit in Filio, & Filij gratia, ſi Pater
videtur in Chriſto: tum etiam, quia di-
uina Maieſtas, & gloria; & Diuini no-
minis claritas, & celebritas, qua ab
Angelis, hominibus, creaturiſque om
nibus dignus eſt Deus laudari, cele-
brari, glorificari ob immenſam ſuam
ſanctitatem, ſapientiam, potentiā, at-
que maieſtatem; per Filium ſuum
mundo ſignatè innotuit, atque illuxit;
ipſomet Patri dicēte, *Manifeſtaui no-*
men tuum hominibus: Ioann. 17. v. 6.

Vnde & à Salomone Sapient. 7.
verſ. 26. *Candor lucis æternæ*; & à Pau-
lo ad Hebræor. 1. verſ. 3. *Splendor glo-*
riæ Dei Filius dicitur: vtrobique autē
Græca vox, quæ *candori*, & *ſplendori*
reſpondet, non perinde accipiēda eſt,
quaſi Filius Dei, aut plēdor lucis, aut
lux, æquè ac Pater ſit: eſto enim ſit
lux de luce, & lumen de lumine, vt
fides docet; inibi tamen à Salomone,
& Paulo, non tam ea veritas intendi-
tur; quam indicatur, Chriſtum in ſe
ipſo manifeſtaſſe nomen, & maieſta-
tem Patris hominibus, vt ſicut aiebat
Ambroſius, *Pater videretur in Chriſto*,
quippè Græcā vocem *apaugaſma* pro-
priè transferas *relucentiam*, *reſplendo-*
rem (vt ita dixerim) cuiuſmodi proue-
nit à corpore ſplendido ſplendorem
relidente: vnde Salomon ſubiungit, &
ſpeculum ſine macula: & Paulus: *& fi-*
gura ſubſtantiæ eius; atque ita notan-
tiſsimè à Biblia Tigurina præfata Sa-
pientiæ verba leguntur. *Limpidiſsimi*
diuinæ virtutis ſpeculum: ab Origene
verò lib. 1. *Periarchon*, *transfertur ſpe-*
culum immaculatum operationis Dei:
quæ verba ipſe ſic interpretatur: *In-*
operatio eſt vigor quidam (*vt ita dixe-*
rim) *per quem inoperatur Deus, vel cum*
creat, vel cum prouidet, vel cum iudi-
cat, vel cum ſingula quæque in tempore
diſponit: *ſicut ergo in ſpeculo omnibus*
motibus, atque omnibus actibus, quibus
is, qui ſpeculum intuetur, mouetur, &
agitur; his & ipſis ea imago, quæ per ſpe-
culum deformatur actibus, & motibus
commouetur, & agitur in nullo prorſus
declinans: ita & Sapientia, ideſt, Chriſtus,
de ſe vult hìc intelligi, quod & ipſe de
ſe pronunciauit. Opera, quæ facit Pa-
ter; hæc etiam Filius facit ſimiliter,
Ioan. 5. ve ſ. 36. & non poteſt Filius à ſe
facere quidquā, niſi quod viderit Pa-
trem faciētem. *Ioan. 14. verſ 10. Quo-*
niam ergo in nullo prorſus Filius à Pa-
tre virtute operum immutatur, nec aliud
eſt opus Filij, quam Patris, ſed vnus, at-
que idem (*vt ita dicam*) *etiam motus in*
omnibus eſt; *idcircò* ſpeculum *eum* im-
maculatum *nominauit, vt per hoc nul-*
la omninò diſsimilitudo Filij intelliga-
tur ad Patrem, cum in Euangelio Filius
ſimilia facere non dicatur, ſed eadem:
Hæc Origenes: à quo eadem met deſ-
cripſit Auguſtinus lib. 1. *de Incarnatio-*
ne Verbi cap. 13. to. 4. vbi vides, Chri-
ſtum Mariæ Filium ſplendorem, ſiue
relucentiam eſſe lucis æternæ; in quo
Diuina Patris facies, ſiue virtus, & in-
operatio mundum perpetua ratione
gubernantis, prouidentis, ſingulaque
in tempore diſponentis; miſerantis,
donaque hominibus ſemper largien-
tis, omninò cernitur: vt merito ipſe
Philippo poſtulanti: *Domine oſtēde no-*
bis Patrem, & ſufficit nobis: non ſine
aculeo obviam iuerit: *Tantopere vo-*
biſcum ſum, & non cognouiſtis me? Phi-
lippe: Qui videt me, videt & Patrē. Quo-
modo tu dicis? Oſtende nobis Patrem:
Ioan 14. verſ. 9. Quæ verba ſic optimè
expendit Chryſoſtomus in Catena
Græca Corderij in Ioan. *Ideò benè re-*
prehendit dicens: Tanto tēpore vobiſcū
ſum, & non cognouiſtis me? &c. *tantam*
accepiſti doctrinam, magna ſigna,
& propria Diuinitatis, & quæ Pater ſo-
lus operatur: vidiſti: ſoluta peccata, ar-
cana in medium prolata, mortem fuga-
tam creaturam ex terra factam, & non
cognouiſtis me? & c Vidiſti Patrem; noli
amplius quærere, vt videas, in illo enim

me

Epheſ. 1. v. 17. Naziā.

Anſelm

Ambroſ

Ioann. 17. v. 6.

Sapient. 7. v. 26. Heb. 1. v. 3.

Lect. Tig.

Origen.

Ioan. 5. v. 36.

Ioan. 14. v. 10.

Auguſt.

Ioan. 14. v. 9. Chryſoſt.

me vidisti: si nouisti me, noli amplius quærere; siquidem in me illum vidisti Hæc Chrysostomus.

6 Quo in loco maximè fuerit obseruandum, cum in speculi, similitudine vtraque Christi natura Diuina, & humana significatur: Diuina in christallina illa, & pellucida materia nobiliori, quæ imaginem in se concipit, atque excipit: humana verò in materia illa crassiori, quæ imaginem reddit, seu regerit; quod Christus imaginem Dei Patris, quasi excipit, qua ratione Deus est, at verò illammet imaginem per naturam humanam visibilem, siue cognoscendam nobis reddit (vt dicebat ipse Philippo) magnam huius gloriæ partem Virgini fore adscribendam; eximiæ, videlicet, & incomparabili, atque ineffabili ipsius puritati, & sanctitati, à qua huic diuino speculo materia illa, quæ imaginem Dei reddebat, siue regerebat, signatè indita est. Vt in eius gratiam de industria dixerit Sapiens Christum esse *speculum, sine macula*, siue *limpidissimum*, quod Diuinæ naturæ, adeò nihil terreum, siue à Diuinitate dissonũ, ex Maria accesserit: vt potiùs ab ipsa limpidissimum, & purissimum extiterit; cum ipsa itidem fuerit *speculum sanctitatis perlucidum* (vt inquit Sanctus Laurẽtius Iustinianus ser. *de Natiuitate Mariæ*:) & *fons pellucidissimus viuifici laticis*, vt ipsam appellat S Amphilochius orat. *in S. Deiparam*: Vt vel hac de causa ipsimet Virgini à PP. eademmet appellatio speculi, sine macula tribuatur; quod vt in Christo Summus Pater; ita in Virgine Christi imago conspiciatur: vnde à Richardo Victorino in cap. 39. in Cãtica *Species Christi*: & ad Andræa Cretensi orat. 3. de Assumptione: *mago Diuini Archetypi* rectè descripta dicitur: Isidorus verò Thessalonicensis orat. in Annunciat. Virginis in superioribus adductus Mariæ opportunè dixerit. *O inauditum mysterium! propter te fiet ex te, quod non erat, & totam tuã gerens imaginem, & suam Deitatem, non deponens.*

7 Sed vt iam videris, quàm opportunè dixerit Methodius Deiparæ. *Debitorem illum habes, qui omnibus mutuatur: Deo enim vniuersi debemus. Tibi autem, etiam ille debet*: expẽde lectionem

A illam, quam præfatis Isaiæ verbis *Verbum meum ad me non reuertetur vacuum*: afferebat Bernardus reponens: *non reuerteretur ieiunum*: ea siquidem indicatur, Dei Filium à Virgine mirificè refectum; eum ab ipsa non modo exquisitissimis virtutum, & cælestiũ donorum epulis suauissimè pastus fuit; sed quod potissimum est, *ab ipsa secundo generatus* (vt dicebat Germanus Constantinopolitanus) Dei Filius eo sensu completus euaserit, quo personam Filij extensiuè perfecit: Nimirum antequam ex Virgine Dei Verbum, Filius Dei naturalis secundum carnem factus est, *ieiunum* pro nostro captu dici poterat, quod in ratione Filiationis Dei, incompletus quodammodo videretur. Pro qua Bernardi lectione; velim denuo premas Sapientis verba Transi *hospes, & orna mensam*, Eccl. 29. vers. 31. iuxta explicationem Richardi à S. Laurentio. *Transi de sinu meo in vterum Virginis, & orna mensam istam*: Sed quam? iam expressit *de sinu meo*: idest (vt sinum Patris ex PP. exponebamus) de conuiuio Deitatis, in qua sunt omnes thesauri deliciarum Sapientiæ, & scientiæ; & æternus ille, ineffabilis paternæ charitatis in Filium affectus, quo intimè ipsum velut in sinu fouet: Quid? ab vtero Virginis talis, tantaque mensa ornari valuit? ita planè, nam præterquam, quod Maria *Hortus deliciarum* fuerit, *in quo consita sunt vniuersa florum genera, & odoramenta virtutum*; vt ipsam appellabãt Sophronius homil. de Assumptione, Philippus Abb. lib. 4. in Cant. cap. 2, & alij PP. iam adducti; vt ab isto horto, & delicatissimis epulis, & suauissimis florum odoramentis mensa respergeretur: notanter etiam ornari dici potuit; quod ab vtero Virginis Dei Filius *secundo generatus*; mirificè refectus fuerit, cum ipse assumpta humanitate, & in ea subsistens personam Filij extensiuè perfecerit: Quare pergit ibi Richardus de mensa illa, *quam ornauit fœcunditas, & mirabiliter decorauit*: Vnde quidem opportunè à S. Thoma Opusculo 8. & à S Bonauentura Maria dicitur *Triclinium Deitatis*, in qua videlicet refectus, & pastus Dei Filius, nõ reuersus est ad Patrem ieiunus, qui secundo generatus filius

Laur. Iustin. *Amphi.* *Richar. Vict.* *Andr. Cret.* *Isidor. Thess.* *Bernar.* *Eccl. 29. v. 31.* *Richar. à S. Laur.* *Sophron. Philipp. Abb.*

naturalis Patris ex Maria factus est. Quæ quidem omnia opportunè confirmant Summi Patris verba illa ad Filium. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui*: Matthæi 3. vers. 17. provt habentur in Euangelio Nazarænorũ, de quo sic Richard. à S. Laur. lib. 12. de Laud. Virg. *In Euãgelio Nazaræorum, quod Hebraicè scriptum est, sic habetur. Factum est cum ascendisset Dominus, de aqua descendit fons omnis spiritus, & requieuit super eum, & dixit ei: expectabam te Fili in omnibus Prophetis, vt venires, & requiescerem in te. Tu es enim requies mea. Tu es filius meus primogenitus, qui regnas in sempiternum*: Sic ibi vbi notantissimè ex persona Patris dicitur. *Expectabam te Fili, vt requiescerem in te* Quare quia *tu es Filius meus primogenitus*: qui videlicet *factus es mihi ex semine Dauid secundum carnem, & factus* quidem ex *muliere*, qui ratione filiationis naturalis ex illa compleuisti.

8

Et quidem huc maximè referri debet egregia illa Pauli sententia, quam in superioribus elucidauimus de Domino *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, &c. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen super omne nomen*, iuxtà expositionem *rapinæ*, quã ad ea verba dedimus; vt sumatur pro præda, & re pretiosa, non facilè parabili, sed quæ multò labore sudore, obstinenda esset, vt sensus fuerit; Dei Filium hanc secundam generationem, & formam serui à Maria acceptam, ob quam gloriosum nomen, super omne nomen obtinuit, vt in nomine eius curuaretur omne genus cœlestiũ terrestrium, & infernorum, & omnia lingua confiteretur ipsum omnium Dominum esse, qui æquè ac Pater coli, atque adorari deberet; nõ existimasse rapinam, seu lucrum facilè parabile, sed multò sudore labore, & sanguine esse coemendum: Nimirum propter formam serui à Maria susceptã, Christi nomen toto terrarum orbe clarificatum, & vt diuinum celebratum est: vt ipse æqualis Deo ab omnibus omninò creaturis haberetur: Quod quidem omninò innuunt, prædicta Angeli verba ad Virginem: *Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur*: Lucæ 1. vers. 31. Notantissimè Dei Filio, & peculiarem magnitudinem, & quod plus est, nomen Filij Altissimi à Mariæ vtero, & conceptu assignans. Nimirum, qui anteà *Filius Altissimi* erat; nec tamen cognoscebatur, & colebatur, vt reapse erat; à Maria haberet, vt cognosceretur; & prædicaretur *Altissimi Filius*: Sapienter id adnotante Theophylacto ad ea verba Lucæ hunc in modum: *Vocatur autem Filius Altissimi, qui apparet homo. Nam qui vna fuit hypostasis re vera* filius Altissimi, *fuit filius Virginis. Et fuit quidem ante sæcula* Filius Altissimi *Verbum, sed non vocabatur, neque cognoscebatur: postquam autem incarnatum est, & apparuit in carne; tunc & vocatus est*, Filius Altissimi, *qui apparebat, & miracula faciebat*. Hæc ille: Vnde planè Dominus, vt tale tantumque nomen, ac recentem dignitatem iure optimo obtineret, non dubitauit manibus tradi nocentium, & crucis subire tormentum; nec tantum septem annos, quemadmodum pro sua Rachele tanto labore, & ardore Iacob seruiebat, vt diceret. *Die noctequeestu vrebar, & gelu, & somnus fugiebat ab oculis meis*: Genes. 36. vers. 40. sed totos triginta, & tres pro tanta Matre, & summa gloria propter ipsam parta sponte, ac libenter Deo Patri obediens seruire voluit: Quæ sanè omnia enucleatissimè Paulus expressit: præfato loco ad Philipp. dum pro *forma serui*, à Maria accepta subiecit exaltatum à Patre Filium; & donatum ei nomen super omne nomen: opportunissimè id ad Mariam referente S. Epiphanio seniori lib. 2. contrà hæreses, hæresi 69. hũc in modum: *Dedit ei nomen, quod est super omne nomen: & non anteà implebatur, hoc in Deitate, sed in præsenti aduentu: nam ipsius incarnatio ex Maria accipit* nomen, quod est super omne nomen, *vt cum Deo Verbo vocaretur Filius Dei.*

Tandem verò pro coronide obserua: Sanctum Isidorum Thessalonicensem oratione in Natiuitate Virginis; adeò profundè de Mariæ in Deũ charitate, & vrbanitate sensisse, vt existimarit, Deiparam vicissim sese omninò Deo debitricem recognoscere pro tantò hoc debito, & debito-

9

Matt. 3 v. 17.

Philipp. 2. vers.

Luce 1. vers. 31.

Theoph.

Gen. 36 v. 40.

Epiph.

re: dum istud ineffabile mysterium, quod Christus Mariæ Filius in sinu Patris, tanquam naturalis eius Filius conquiescat; eximium sibi donum à Summo Patre collatum censet: quasi non viniatur beneficio, cuius beneficium est ipsum, quo vincitur, vt dixit alicubi Seneca: Quid ergo credideris negaturum Dominum Matri, adeò beneficentissimæ, adeò vrbanissimæ?

EXEMPLA.

PRO exemplis præfatæ adnotationi concinnentibus præclaras duas Sanctarum Brigittæ, & Gertrudis visiones huic argumento maximè consentaneas afferre, fuerit operæ prætium: & Brigitta quidem lib. 1. cap. 5. Eam sibi reuelationem à Deo factam affirmat; in qua cum Deus iratus improbissimis peccatoribus Ecclesiæ murum expugnare conantibus de vltione ab ipsis sumenda consultationem, cum Angelis in re conspiceretur: atque illi suggerent. *Hæc est vltio, vt qui fossodiunt murum puniantur, vt fures, & qui in malitia persistunt puniantur vt inuasores*: Tunc Beatissimam Virginem pro miseris illis, sic orantem inducit Brigitta. *Tunc loquebatur Mater Dei Maria tacens in voce priore dicens. Domine mi, & fili charissime. Tu fuisti in vtero meo Deus verus, & homo: tu me, quæ eram vas terrenum dignatione tua sanctificasti: supplico miserere, & adhuc semel* Pergit verò Sãcta Brigitta, & felicem huius intercessionis successum, sic refert. *Tunc respondit Dominus ad Matrem. Benedictum sit Verbum oris tui. Hoc quasi odor suauissimus ascendit in Deitatem. Tu Angelorum, & omnium Sanctorum gloria es, & Regina, quia à te Deitas consolata est, & omnes Sancti sunt lætificati, & quia tua à voluntas à principio erat, sicut mea, etiam faciam adhuc semel, quod vis: ita ibi*: Audis dictum fuisse à Dei Filio Virgini Matri: *Quia à te Deitas consolata est*: quia nimirum ipsa prius Filio suggesserat. *Tu fuisti in vtero meo Deus verus, & homo*: vt dixerit: ex me factus es Patri Filius secundum carnem: ac proinde ad Patrem nõ vacuus, aut ieiunus rediisti: Cui orationi pulchrè respondet Filius Deitatem à Virgine fuisse consolatam: cum Pater Filium à Diuinitate, & humanitate vndequaque cõpletum habuit: Sed deinde ex his obserua; quanta hinc firmitate Mariæ Aduocatio, & patrocinium, apud Deum consurgat, quæ flagitiosissimis reis veniam obtinuit.

Iam quantam Dei Filij persona à carne, ex Matre accepta consolationem perceperit visio Sanctæ Gertrudis mire significat, quæ in eius vita, sic habetur. *Cum in festo Natiuitatis Christi cantaretur in choro responsorium*: Descendit de cœlis. *Dominus in verbis illis, quibus commone factus amantissimæ dignationis illius, qua de sinu Patris descendens per vterum inuiolatæ Virginis, nostræ miseriæ exilium introiuit, & inde tanquam amore liquefactus suauissima quadam blanditate arridentibus oculis Matrem suam Virginem aspexit, ex cuius amicabilitatis affectu omnia interiora eius dulciter poterant commoueri: sicque osculum prædulce eri eius blande infixit, per quod omnia gaudia quibus de Sanctissima sua humanitate gauisa fuerat in terris, ipsi quodammodo duplicata renouaui.*

Hisce præclaris visionibus illam adiũgimus, quæ oblata est deuoto viro, apud Cæsarium lib. 7 cap 47. quã ipse, sic refert. *Cum fieret sacrum, quidam faber lignarius, videbat imaginem Saluatoris, statim atque recitari incipiebat Euangelium, tollentem de capite Matris coronam, quam suæ imponeret. Cum verò ventum erat ad verba illa, & homo factus est videbat eamdem Christi imaginem materno capiti eamdem coronam, quam acceperat restituentem*: ita ibi: pulchrè omninò, vt fateatur ipsemet Dei Filius à Matre accepisse coronam, qua Dei Filius naturalis esset, eaque de causa ipsum Matri redidisse coronam; qua vt Dei Mater cœli terræque Regina habeatur.

MARIA apud Christum ex iure Aduocata, quæ pro ipso salutem homini allaturo fideiussit, cum consensum, & carnem, quam sumeret ipsi dedit.

ADNOTATIO XII.

1 CVM nota sit, ac legitima in iudicio fideiussoris actio: & opportunum in debitorem, seu promissorem ius: vt ipsi eatenus satisfaciat; quatenus pro illo se obstrinxit, ecce tibi Deiparam in iudicio, tanquã Aduocatam iustitiæ in causa hominum agentem, cum Filio Dei & suo iustè, & misericorditer obijcit, se pro ipso salutem hominibus promittente, & afferente; fideiussisse: *Nimirũ Multifariam multisque modis Deus loquens patribus per Prophetas*, ad Heb. 1. vers. 1. salutem, & Redemptionẽ mortalibus se allaturũ sæpè sæpius promittebat: Sãctissima verò Virgo hæc reapse promissa compleuit; & pro diuinis promissionibus, ita fideiussit, vt sigillo auctoritatis suæ firma redderet: opportunissimè hunc sensum exprimente S. Theophane in Menæis die 20. Ianuarij Ode. 3. Canonis secundi de S. Euthymio, dũ Virginem hunc in modum alloquitur: *Diuinorum vatũ asserta, tu ò sola inter omnes benedicta sigillo auctoritatis tuæ firmasti, cum pareres Verbum, quod loquebatur per illos, quodque diuinis eorum oraculis hunc ipsum, quem præsagierant exitum dedit, & complementum*: Hæc ille obserua, & osculare verba illa: *sigillo auctoritatis tuæ firmasti*: quibus talem, tantamque Mariæ dignitatẽ adstruit Theophanes; vt totum diuinæ humanæque reconciliationis consilium; maximũque Dei opus, & negotium omnium sæculorum sigillo auctoritatis Mariæ, vt subsisteret; opus habuit: Cui cogitationi dissertissimè subscripsit S. Andræas Cretensis serm. 2. de Assumptione: vbi cum dixisset: *Hæc est ineffabile, & quod planè cognosci, non potest eius, quæ est ante principium curationis hominum consilium. Hæ sunt primitiæ communionis, & coniunctionis omnium genitoris Dei, cum suo figmento*: Subijcit planè ad rem: *Hæc est diuinarum reconciliationũ, quæ pignore dato fit, fideiussio subsistens*. Quid clarius? quid præclarius? Sed hæc explicatius firmare fuerit operæ pretium.

Hebr. 1 vers. 1.

Theoph.

Andræ Cretens.

2 Et primum, vt aperiamus, quo in cardine cogitatio, ista vertatur: obserua in toto Dominicæ incarnationis Sacramento; & diuinæ cum mortalibus reconciliationis œconomia, nihil à Deo peractum, seu executioni mandatum, quin prius, cum Virgine totum consilium fuerit pertractatum, negotiumque ipsum transigeretur: Huc siquidem omninò iuit Angelica Annunciatio ad Virginem: benè Petro Chrysolog. serm. 140. ad ea verba, *Aue gratia plena Dominus tecum*, adnotante: *in hac voce oblatio est: oblatio muneris, non simplex salutationis officium*: Sed quæ muneris oblatio? Sanè de Dominica incarnatione executioni mandanda; cum Virginis voluntate, & assensu; quæ carnem spontè, & libenter Verbo Dei datura totum Dei, cum humana natura commertium, consensu suo, tanquam præcissè ad bonæ fidei contractum ineundum requisito firmum redderet: ita quidem præter alios PP. posteà afferẽdos Venerab. Guillelmus in cap. 8. Canticorum apud P. Delrio obseruat. *Nolebat omnipotens carnem sumere ex ipsa non dante ipsa, sicut sumpsit ex dormiente Adam, vnde formauit Euam, ad futuræ Matris excellentiam, non tantum ex ipsa carnem sumere, sed etiam ab ipsa volebat*: Nec solùm ad excellentiam Matris: sed etiam ad contractus firmitatem, cui libera, & spontanea voluntas prærequiritur: Vnde solemne est Patribus, & Spiritualibus viris in mysterijs Diuinæ incarnationis sese exercentibus contemplari Dei Filij incarnationem suspensam extitisse, donec B. Virgo consensum suum carni dandæ præberet: De quo pulchram habemus Bernardi ratiocinationem hom. 4. *in Missus est*, dum Angelum annun-

Luc. 1. v. 34. Chrysol.

Guill.

Bernar.

cian-

ciantē Virgini ab ea consensum ex pectātem, sic facit. *Auditi Virgo facti; auditi, & modum; vtrumque mirum; vtrumque iucundum iucundare filia Sion, & exulta satis filia Ierusalem, & quoniam auditui tuo datum est gaudium, & lætitiæ, audiamus, & nos à te responsum lætitiæ, quod desideramus, vt iam exultent ossa humiliata, &c. Expectat Angelus responsum: tempus est, vt reuertatur ad illum, qui misit illum. Expectamus, & nos, ò Domina! Verbum miserationis, quos miserabiliter premit sententia damnationis. Et ecce offertur tibi pretium salutis nostræ, statim liberabimur, si consentis:* Hæc Bernardus opportunè: statim verò opportunissimè subdit: *in sempiterno Dei Verbo facti sumus omnes: & ecce morimur: in tuo breui responso sumus reficiendi, vt ad vitam reuocemur &c. Responde Verbum, & suscipe Verbum: profer tuum, & concipe diuinum: emitte transitorium, & amplectere sempiternum:* Hæc omnia Bernardus, post modum penticulatius euoluenda: Nunc ex illis vide totum Dominicæ incarnationis Sacramentum suspensum, donec Maria plenum consensum dederit: omnes omninò creaturæ: cœlum, terra, & omnia, quæ in eis sunt ab ore Virginis pendētia omnipotens illud *fiat*, quo fuerat contractus perficiendus expectantia.

3 His fuerit illud vndequaque consentaneum pro ineundo contractu, & commertio Diuinæ, humanæque naturæ; voluisse Deum optimum Maximum, hoc perficere per modum spōsalium; vt sibi naturam humanam in sponsam assumeret; pro qua B. Virgo præcipua quidem, & nobilissima eius pars consensum erat præbitura: qui ad contrahēdum matrimonium omnino necessarius est: benè id considerante Ruperto lib. 1 de Operibus Spiritus Sancti c. 7. & 8. quippè affirmat, Deum propter Mariam tam veteris, quàm nouæ Ecclesiæ Sponsum appellari voluisse, donec mitteret Filium suum, vt de ipsa carnem susciperet, eaque de causa, apud Ezechielem dixisse cap. 16. vers. 8. *Expandi amictum meum super te, & ingressus sum pactum tuum:* & apud Ierem. 3. vers. 4. *Saltem à modo voca me Pater meus: dux virginitatis meæ*: Sed Rupertum, sic loquentem audire iuuat: *Igitur B. Virgo Maria Sponsa Dei Patris erat, & causa pro qua generis illius Ecclesiam ille suam in scripturis coniugem dicebat in ea pericere, id est, Verbum suum, quod modo iam dictum per corda, & ora Prophetarum vocale fecerat per huius B. Virginis vterum carnem fieri, ante omnia secula proposuerat. Hoc facto futurum erat, vt ipsum Verbum caro factum, ipse Deus, Dei Filius homo factus sponsus vocaretur, & esset:* Hæc ille: Ergo efflagitanti Dei Filii nomine Angelo à Virgine reconciliationis humanæ, & incarnationis diuinæ, & futuri matrimonii consensum: ipsa ore, diuino Numine afflato annuens respondit. *Fiat mihi secundum Verbum tuum*, vt dixerit (sic hæc capiente Bernard. homil. 4. in Missus est.) *Fiat mihi de Verbo secundum Verbum tuum Verbum quod erat in principio, apud Deum; fiat caro de carne mea secundum Verbum tuum*, totam hanc ratiocinationem, sic firmante Petro Chrysologo præfato serm. 140. *Ad Virginem Deus aligerum portitorem mittit: nam dat arrham; dotem suscipit, qui fert gratiam: fidem refert, & tradit munera virtutis; qui mox virginei consensus resoluit sponsionem:* Hæc ille: en ad legitimum contractum; sponsionem à Virgineo consensu factam! en Sacramentum Dominicæ incarnationis perfectum! en diuinarum reconciliationum à Virgine redditam fideiussionem: quippè post hæc Virginis verba, Christi Conceptio, de qua Angelus, vt de futura prius loquebatur: iam reapse facta est: cum omninò deceret fieri post consensum Virginis, non antea: Vnde subdit Euangelista, *& discessit Angelus ab ea*, Lucæ 1 vers. 38 in quæ verba Andreas Cretensis serm in salut. Angel. *Quum commissum, sibi executus esset sedulo ministerium, discessit.*

Cui cogitationi per opportuna sunt Salomonis verba, sub persona Christi Sapient. 7. vers. 11. de Maria ab ipso ad Redemptionem humani generis egregia adiutrice dicentis: *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa: & innumerabilis honestas, per manus illius:* Ad quæ verba præter ea, quæ diximus in præcedentibus ex lectione Græca, quæ pro innumerabilis honestas, habet *innumerabiles diuitiæ*, de salute animarum, in qua diuitias suas Deus

ma

Rupert. *Exech.* 16. v. 8. *Ierem* 3 v 4. *Luc.* 1. v. 28. *Chrysol.* *Luc.* 1. 38. 4 *Sapiet.* 7. v. 11

Nazia. habere dicitur, vt dicebat Nazianzenus *ipse pro diuitijs nos habet*; quasi per Virginem humanum genus, iam perditus Deus sit elucratus, maximè obseruanda est ea dictio *per manus illius*: quam ex græco fonte legunt disserti interpretes *per chirographa, & scripturas illius*: vt indicetur Deipara manu sua subscribens, & roborans Dei cum hominibus pactionem, & pro illa fideiubens: ita de Virgine opportunè, dixit Georgius Nicomediensis *Georg.* orat. de Præsentatione *in ipsa Beneplaciti Patris contractus celebratus est, in qua Verbum habitans induit massam nostram.*

5 Exclamat hic ad Deiparam S. Ildephonsus lib. de Perpetua Virginitate Mariæ cap. 12 *O salutis, ac vitæ meæ simul, & gloriæ præmium grandi opulentia magnum! ô libertatis meæ nobilissimum titulum! ô ingenuitatis meæ præclara conditio! ô nobilitatis meæ adstipulatio insolubiliter glorioſa, & gloriæ æternitate confecta!* Hæc Ildephonsus: pulchrè omia: sed illud omni obseruatione dignum: *adstipulatio insolubiliter glorioſa*: accurata locutione ex foro, & iureconsultis petita, qua reciprocam ex vtraque parte obligationem propriè significat, sic Iureconsulto Pomponio stipulationem diffiniente: *Pomp.* *est Verborum Conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum factúrúmve se, id quod interrogatus est, respondet*; quod Virginis responsioni, illo Verbo *fiat* mirè quadrat. Nec reticebo peculiarem Sancti Iob ad Deum hac de re sermonem, siue deprecationem: Etenim Sanctum illũ superno lumine illustratus, agnouisse Christi futuram Redemptionem, & illius sæpè sæpius in libro suo meminisse, exploratum viris doctis est: imò verò totam eius historiam hùc spectare, si tempus, aut otium esset, non fuisset difficilè ostẽdere: ergo ille cap. 17. vers. 3. ita cum Deo de Redemptione disceptabat: *Iob 17. v. 3.* *Pone me iuxtà te: & cuiusvis manus pugnet contra me*: Sed obserua ex Hebraicis codicibus Lectionem Tigurinam habere: *Lect. Tigur.* *Deponito quæso pignus, & da fideiussorem in causa quæ mihi tecum est*: itidemque Pagninum eodem sensu legere. *Pagnin.* *Pone quæso pignus fideiussorem da mihi tecum: Quis est, qui manum meam tangens polliceatur?* Ergo

votis hisce clementissimus Deus annuit; & Virginem, tanquam fideiussorem stipulantem *in causa* humanæ salutis lobo donat; atque cum de stipulatione, & fideiussione hac adeò certiorẽ facit, vt non multò post absque vllis ambagibus dixerit: *Scio quod Redemptor meus viuit, &c. & in carne mea videbo Deum meum*: Iob 19. vers. 25. Apto iam hic præclara Tertulliani verba lib. de Carne Christi cap. 4. illustrantis illa Pauli 1. ad Corinth. 1. vers. 27. *Stulta mundi elegit Deus, vt confundat sapientes*: vbi cum præmisisset. *Quænam hæc stulta sunt? conuersio hominis ad cultum veri Dei, reiectio erroris, disciplina iustitiæ, pudicitiæ, patientiæ, misericordiæ, innocentiæ: omnia hæc quidem stulta non sunt*: ad rem tandem inquit: *Non erit iam stultum credere in Deum natum; & quidem ex Virgine*: Sic ille: & quidem rectè, vt dixerit: Quo modo fuerit stultum credere Deum natum, ipso attestante, itidem Maria Virgine fideiubente, & sigillo suæ auctoritatis firmante? Quo intentus dixit S. Theophanes in Menæis die 17 Ianuarij Ode. 4. de S Antonio. *Tu verissimè iam humi prostratã generis humani naturam subleuasti in altum, dum nobis progeneras eiusmodi Filium, qui in Diuinitate Patri æqualis cerneretur: & tibi sese gignenti fieret consubstantialis*: Hæc ille satis ad rem. *Theoph.*

6 Huc aduoco necessaria ratione, verba quæ sæpè sæpius ex Tertulliano, siue Nouatiano lib. de Trinitate cap. 10. obseruasse me memini, nam decies repita placebunt: dum sapienter adstruens, nullum sibi opportunũ, nullum verum, nullum firmum Saluatorem illi aduenisse, nisi eum, qui à Maria, & ex Maria factus esset; ipsa stipulante fideiubente; & carnem dãte: Nimirum contendebat ille, cum insulsissimis hæreticis negantibus Christum ex humana Mariæ carne constantem; sed sidereum, siue cœleste, vel ex pertenui aëre conflatum habuisse corpus, O cæca pectora! quasi non dignior, purior, cœlestior, & sole, & syderibus splendidior caro ex Maria sumpta fuerit: Quare, vt tale deliramentũ confutaret: Sic de tali Christo conficto, inquit. *Quid mihi possum de te solidum repromittere? cum te videam in phantasmate, & non in solidi-*

Iob. 19. v. 25. Tertull. 1. Cor. 1. v. 27.

tate

ta e ve isse? Neque igitur cum hæreticorum cognoscimus Christum, qui in imagine, vt dicitur fuit, & non in veritate, nihil verum eorum, quæ gesit fecerit, si ipse phantasma, & non veritas fuit, neque eum, qui in se nihil nostri corporis gesit, dum ex Maria nihil accepit: ne non nobis venerit, dū non in nostra substantia visus apparuit. Hæc ille: Pulchrè hoc: non agnoscimus eum Christū, qui ex Maria nihil accepit. Quod si dixeris: Quare? cum damus tibi Filium Dei aduenisse, non credis verum Saluatorem, quare nihil tibi solidum de eo repromittis? respondeo. Quia qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ ad Ephes. 1. vers. 11. vt opportunam mūdo salutem afferret; decreuit Filium suum mittere factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant redimeret, ad Galat. 4. v. 4. vnde si à Maria nihil accepit, nobis non venit: quippè deest Mariæ cōsensus, deest ipsius stipulatio, deest ab eius sigillo tabularum firmitas, & valor: ac tandem nobis non venit, qui carnem Mariæ secū non circumfert: Ad quem quidem modum cum Manichæo, sic argumentabatur S. Proclus serm. 1. de Natiuitate Domini in Concilio Ephesino: O Manichæe! nisi me induisset, me non salvasset: verū quia ex Virgine prodijt, ille me condemnationi obnoxium assumpsit. Quo fit, vt admiranda quædam commutatio hic interuenerit, dato namque Spiritu accepit carnem idem cum Virgine, & ex Virgine: Sic Proclus: Saluatorem, qui ex Virgine carnem non sumpsit, omninò excludens.

Ephes. 1. v. 11.

Galat. 4 v. 4.

Proclus.

7

Iam hæc quæ hucvsque diximus firmat Apostolus præfatis verbis in superioribus illustratis, ad Galat. 4. v. 4. *Cum venit plenitudo temporis misit Deus Filium suum factum ex muliere, factū sub lege, vt eos, qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus*: Quo in loco, cum nemo sit, qui non ambigat; quid hac plenitudine tēporis significetur? siue; quæ hac? aut qualis fuerit? itidemque qua ratione in hunc temporis articulum temporis plenitudo aduenerit? minimè dubitamus affirmare, vt sequenti libro videbimus; ad Mariæ ortū, & natiuitatem fore referendam: quod non deceret Dei Filium aliam Matrem, quā Mariam habere; affirmante Bernardo hom. 2. in Missus est: *Enim verò Deum huiusmodi decebat natiuitas, qua non nisi de Virgine nasceretur. Proinde factor hominum, vt homo fieret, nascituus de homine talem sibi ex omnibus debuit delizere, imò condere Matrem, qualem & se decere sciebat, & sibi nouerat placituram*: Sic Bernard. & eodem ductu Nizetas lib. 3. *Thesauri* cap. 38. inquiens: *Iam ante mundi constitutionē, vt Deus humanam carnem assumeret præfinitum erat, nunquam autem ante sanctissimā Mariam diuinæ carnis assumptione dignum repertum est domicilii, vbi autem repertum est, humanam carnē assumpsit Deus*: modo vlterius progressi, duplicatam huic instincto rationem afferimus: Altera est à Solis imagine petita, quod vt ille, ne immaturè seu importunè exoriri videatur, nō subito è tenebris erumpit, sed potius sui ortus præuia lucis signa in Aurora præmittit; sicuti obseruauit Ambros. lib. 6. Hexamer. cap. 8. inquiens: *Sol ortus sui signa præmittit, cœlique facies purpurascentis rubore perfundit: adhuc sperans exordium, & iam momentanea celeritate pleni luminis micat splendor, & surgentis Solis aura dulcis aspirat*: ita quidem Sol iustitiæ, vt maturè, & opportunè mundo illucesceret, & salutē allaturus, prævia humanitatis, benignitatisq; suæ signa, & salutares radios in Virginē præmisit. Sic id affirmātibus Damasceno, & Iosepho in Menæis illi enim die 11. Ianuar. Ode 9 de S. Theodosio, sic ait: *Tu ò summè colenda Numinis Mater comperta es in vitæ huius nocte instar Auroræ Virginitatis radijs circumfulsisse, cum ortū Solis iustitiæ prænunciares, qui mentibus lumen apportat*. Sāctus verò Iosephus 11. Augusti Ode 1. de S. Euplo M. inquiens. *Verum tuum veluti Phosphorū seu Luciferum illuminans Christus, tanquā Sol mundo adorandus per descensum exortus est*: itidēque S. Bonau. Egberto, Innocent. 3 & Petr. Cluniac. apud Theophyl. Raynaud. in Nomencl. Mariano dicentibus, *Auroram Solis præuia, & dies noctis nescia*.

Galat. 4 v. 4.

Bernar.

Nizet.

Ambros.

Damasc.

S. Iosep.

8

Sed & altera huius maturitatis à Virgine ratio est: Quod tota Dei Prouidentia, illa (inquam) Prouidētia, quæ *attingit à fine, vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter*

Sap. 7 v. 1. Rom. 11 v. 33. Isai. 10. v. 14. Marc. 14. vers 33.

Sapient. 7. vers. 1. illa cui ineſt *altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei*, ad Roman. 11. vers. 33. illa, quæ *manu comprehendit quaſi nidum omnem terram*, Iſaiæ 10. vers. 14. illa cui *omnia poſsibilia ſunt*, Marci 14. vers. 33. illa inquam cum omnes omnino vias, modoſque benefaciẽdi hominibus, eoſque ad priſtinam felicitatem reſtituendi, tam pro ſua dignitate, quàm pro noſtra ſalute vndequaque perluſtraſſet; nullam proculdubio opportuniorem, aptioremque viam, ac modum inuenerit, quàm ſi à Maria, & per Mariam, & (quod res eſt) ex Maria noſtræ ſalutis opus auſpicaretur: excogitaui id aliquando tim dè (fateor) & ignavè; quaſi vni pictati in Deiparam innixus, cum poſtea viderim expreſsiſſe Anſelmũ, hanc cogitationem ſapientius, & animoſius lib. *de Excellentia Virginis* cap. 9. vbi fidenter affirmat, Mariam vnam omnino, iuxta primæuam Dei diſpoſitionem dandæ hominibus ſalutem viam extitiſſe hunc in modũ. *Nec etiam Dei ſapientia ſummæ vllam in maſſa creationis humanæ viam inuenit, per quam, vt diſpoſuerat in mũdum veniens luctuoſæ perditioni ſubueniret, donec ad illam, de qua loquimur Virginem ventum eſt.* Hæc Anſelmus. Obſerua, & amplectere verba illa *in mundum veniens luctuoſæ perditioni ſubueniret*. Vt videatur Deus apud Anſelmus, ſic Redemptionis œconomiam diſponere: Si mundo perdito opportunè ſubueniendum per meum aduentum eſt; per Mariæ conſenſum eſt ſubueniendum; ſi mea benignitas, & humanitas mundo manifeſtanda eſt, & feſsis rebus manus danda; per Mariam manifeſtanda eſt: ſi conſilium antiquum meæ voluntatis eſt executioni mãdandum per Mariam, & ex Maria exequendum eſt. Quo mirificè faciunt, egregia S. Ioſephi Cõfeſſ. verba in Menæis die 30. Iulij Ode. 5. de SS. Sila, & Siluano Virginem, cũ monte excelſo ſic cõponentis: *In tuo quippè faſtigio pro palam apparuerunt itinera, ſeu veſtigia Domini ad dignitatem tuis primitenam ſurſum ducentis.*

Anſelm.

S. Ioſeph. Confeſſ.

A

B

C

D

E

EXEMPLA.

QVam ſecurus à Mariæ fideiuſſione pro animæ ſalute eſſe poſsis diſce primũ ab exactiſsima fidelitate, quæ etiã in bonis temporalibus fideiubere cõſueuit: pulchrò id exẽplo confirmãte Dionyſio Carthuſiano ſer. 4. in Aſſumpt. B. Virginis, & à Vincẽtio Bellouacẽſi in Speculo lib. 7. c. 82. P. Spinellus ſib. de Deipara cap. 3. verbis ipſis Dionyſij hunc in modum: *Conſtãtinopoli quidam Mercator diues, & iuſtus ad tantam deuenit inopiam, vt à Iudæo quodã ſibi poſtulauerit mutuã pecuniam dicens. Dabo tibi fideiuſſorẽ S. Mariã, & eius Imaginem, quod die ſtatuto tibi perſolvã. Acquieuit Iudæus ſciens Sanctam Mariã eſſe poſt Deum primã ſpem Chriſtianorũ. Perrexit ergo Mercator cũ pecunia in Alexandriã, & infra annũ multas valdè acquiſiuit pecunias. Cũque die ſtatuto imminente, nõ poſſet reuerti, poſuit pecuniã perſolvendam in repoſitorio ad hoc apto, ſcriptum quoque annulo ſuo ſignatum tale appoſuit, ſuſcipe Abraham pecuniam, quam mihi accommodaſti, & nocte dieiquo fuerat pecunia perſolvenda poſuit repoſitorium illud ſupra mare, rogans Virginem piam, vt repoſitorium illud ad Conſtantinopolim, atque ad munus præfati Iudæi dirigeret. O magna fides viri, ſed maior gratia Virginis ſacræ! Nam ipſa dirigente repoſitorium illud per tãta maris ſpatia vna nocte peruenit, vſque ad littus Conſtantinopolitanũ. Porro Iudæus pro pecunia ſua ſolicitus mane exiuit ad littus, ſi forte aliquã videre poſſet nauim de Alexãdria venientẽ. & ecce vidit repoſitorium applicari ad littus, quod ſumẽs, ac titulũ legẽs accepit repentepecuniam, & quoniã nullus affuit, eam abſcõdit; redeunteq; mercatore nomine Theodorico, Iudæus petit debitũ ſibi ſolvi, reſpõdit Mercator ſe illud ſubmiſiſſe, ſed Iudæus negauit ſe accepiſſe. Cauſa autem ad Iudicẽ deducta Iudex dicit, vt Iudæus corã fideiuſſore, videlicet, Sanctæ Virginis imagine, iuraret ſe non accepiſſe illam pecuniam, quod cum Iudæus coram cunctis iuraret, ſermo ab imagine prodijt dicens. Mentiris, quoniam repoſitorium cum pecunia accepiſti, & abſcondiſti. Tunc confuſus Iudæus totam rei veritatẽ aperuit, ſequeChriſtianum fieri poſtulauit. Quibus cognitis plures Iudæi facti ſunt Chriſtiani* Sic Dionyſius.

Ego

Ego verò aliud æquè mirandum, & huic non absimile; & omni omnino fide dignum appingam exemplum vice tamen versa; proh pudor! Iudæo veritatem dicente Christiano negante: *ergo in celebri Vrbe Salmanticæ, nõdum è Hispania eiectis Iudæis, ipsisque vsurarios contractus exercentibus, Christianus quidam à Iudæo mutuum petijt; cõque nec pignus, nec fideiussorem haberet; Iudæo coram Deiparæ imagine, quæ in Almæ Ecclesiæ Maioris claustro venerabatur debitum se redditurum promisit; vt Virgo & testis esset, & pro Christiano fideiuberet: Conditione tunc accepta; & sub inde tempore solutionis adimpleto: Iudæo mutuum exigente; Christianus infideliter, & turpiter negauit: cumque creditor, nec testibus, nec tabulis factũ probare posset; debitorem suum ad Virginis imaginem non tantum, tanquã ad testem, & fideiussorem; sed etiam tanquã ad iudicem ius redditurum detulit: ipsamfic omninò allocutus: Nonne Dominæ te coràm pecuniam tãtam mutùo dedi homini illi? Cui interrogationi Sanctissima Virgo veritatis Mater inclinato capite penitus annuit; pactum firmans. Extat quidem vsque in præsentem diem historia, hæc in pariete depicta, iuxtà ipsiusmet Virginis imaginem, coram qua transacta res est, cui hac occasione inditum est nomẽ* Virgo veritatis: *monumentum ac si ære esset incisum, æternum duraturum constãtissima omnium de manu in manũ traditione; & quod plus est; ipsius Sanctissimæ Virginis capite inclinato confirmatione, quin aliquo alio scripto, aut attestatione opus habeat.*

Iam verò pro Deiparæ fideiussione, siue pro Filio ad indulgendum parato, siue pro peccatore pœnitentiam, & emendationem vitæ promittente accommodatum exemplum narrat Poiræus triplicis coronæ tract. 3. cap. 6. & plenius Annuæ Societatis, anno 1600 & est huiusmodi. *Auentioni Iurisconsultus quidam, cuius nomen de industria tacetur, febre ad extrema redactus inuocatam Virginem quam à iunioribus annis votiuis orationibus diuersis honorare consueuerat, vigilans in oratione vidit, imò etiam arguentẽ de multiplici negligentia: instituit tum ille precibus multis, tum pœnitentiæ salubris promissione placare cœli iram. Paulò post ergo vidit redeuntem Virginem cum Christo Domino, & S. Ignatio; quorum trium de salute animæ ægroti sermo erat. Et quidem Ignatius valetudinem postulabat ad pœnitentiam. Christus fidem emẽdationis exigebat. Virgo inter Christum, & Ignatium media petijt ab ægroto, quidnam faceret, si vita daretur? Ne frustra data sit, inquit, Tunc eadem Virgo à Filio petijt, vt ratam vellet firmamque eiusmodi cõdonationem: Christus annuit, & hausto è latere suo sanguine corpus incentis alluere visus est, & statim sanatus est æger.*

Sed vt illum felicissimum dixeris, qui tanta fideiussione dignus fuit: Væ autem illi! pro quo Deipara fideiubere renuit: melius erat, si natus nõ fuisset homo ille: Et verò quanquã animus meminisse horret, luctuque refugit: referã ex verbis P. Bohuslai Balbini in historia S. Mõtis lib. 4. cap. 8. rem omni obseruatione dignam: Ergo ait: *Anno 1653. die 25 Maij cũ frequentissima supplicatio ad S. Montẽ venisset, & cupiditate Virginis sanctissimæ signum ex propinquo intuendi, Rosaria, aliaque pietatis arma Peregrini peterent cõtactu imaginis veluti consecrari. Imago ex throno suo ante Altare defertur ad populum, certatim corollas precantium populus Sacerdoti porrigebat (nam Diuã ipsi contingere profanis manibus indignum putant) neque modo suas quisque, sed quia turba trudebatur alienas etiam contingẽdas coronas offerebant. Inter hæc Rosarium quoddam Sacerdoti nostro porrigitur, vix corollam imagini admouerat, cum repentè toto vultu mutata Virgo nigrescere, & velut irasci, tam truci aspectu cæpit, vt & Sacerdos noster, & circumstantes maximo complerẽtur horrore; nec quid accidisset, vllus conijciebat satis, vno conscio Sacerdote, qui admota illa vna corona mœrere Diuã Virginem; ablata illa exultare videbat. Reposita igitur, & notata corolla (ego nefas duco, quod scio, mortui iam hominis nomen publicare) Beatissima Virgo risu suauissimo ruri sum populi aspexit: nam quem designarit, quis conscientiam animi possit inspicere? Diuinis oculis hæc arcana seruantur.* Hactenus ibi. Ego verò omninò dixerim: Quæcumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt.

EIVSDEM *argumenti.*

MARIA apud Deum Aduocata ex iure, quæ ipsi carnem dederit saluti humano generi dandæ peropportunam.

ADNOTATIO XIII.

1 NOn fuerit cursim prætereunda hæc forensis actio, siue ius Mariæ ex carne Dei Filio data, a qua debitorem illum habet, qui omnium fœnerator est, vt dicebat Methodius: nec enim de hac carne acceperis, quod de communi omnium carne dixit Vates: *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius sicut flos agri: exiccatum est fœnum, & cecidit flos*, Isai. 40. vers. 6. sed quod de ipsa carne vnita Verbo Dei subiecit. *Verbum autem Domini manet in æternum*: quippè de Mariæ carne dictum est ab eodem Vate: *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet*, Isaiæ 11. vers. 1. caro quidem eburnea, à qua prodiit *venter eburneus* Sponsi, Cant. 5. v. 14. ex osse elephantis fortissimo solidissimo, & incorruptibili formatus: exclamante S. Petro Damiano serm. 40 in Natiuitate Virginis: *O mirabilis! O singulariter nobilis caro Beatissimæ Virginis, in qua muliebris natura mutatur: humana conditio non tenetur*: ergo vt ad rem veniamus: audi à sapiente Ecclesiastici 36. vers. 6. quam opportunus modus subueniendi luctuosæ perditioni nostræ (vt dicebat Anselmus) & quam firma humano generi à Mariæ carne à Dei Filio susceptra nobis aduenerit: ait enim sic primum cum Deo collocatus: *Miserere nostri, Domine, Deus omnium, & respice nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum*: quibus verbis, & aductum Filij Dei in mundum à Deo efflagitat; & ipsum Dei Filium sapienter appellat *lucem miserationum Dei*; quod in ipso, & ab ipso, & per ipsum egregia in nos à Deo beneficia collata cognoscantur, & resplendeant: Deinde huius aduentus, & modum, & œconomiam arcano ipse sensu, ita disponit: *innoua signa, & immuta mirabilia, glorifica manum, & brachium dextrum*: obserua singula; & cũ Glossa ibi extrema hæc verba *glorifica manum*, sic accipe: *Optat vt diuina Maiestas per manum, & per dextrum brachium, ideſt per Christum, per quem antiqua miracula facta sunt, innouet tempore gratiæ, vt veteris legis, & nouæ idẽ intelligatur esse Deus.* Gl. Isa.

Illud verò pensiculatiùs ad nostrũ institutum adnotandum: *innoua signa, & immuta mirabilia*: vt dixerit: non quæuis signa, aut illa, quæ iam olim tumus experti, petimus, sed efficaciora alia, & quæ præteritorum ordinem, seriemque commutent; ea omnino è viu nostro, & re fuerint: Sed quæ hæc tandem? aut cui bono iuerit, præteritorum mirabilium immutatio? sanè, vt quemadmodum in prima hominis formatione è viri costa educta mulier est; ita modo, hac ortus seriè immutata è carne Mariæ eburnea, & omni osse fortiori solidiori, & valentiori Christus formaretur: *Deus fortis; gigas*, Isai. 9. vers. 6. qui exultaret, *vt gigas ad currendã* Redemptionis nostræ *viam*: vt vel hac ratione *cogitationes Dei antiquæ fideles* firmiter à Maria fideiubẽte subsisterent: acutè hæc verba in hunc sensum inflectente Cardinali Hailgrino in cap. 4. Cant. apud Martinum Delrio hunc in modũ. *Mirabile siquidem fuit, de costa viri formare mulierem: immutatio mirabilium est, quod de sola carne mulieris formatus est homo. Cæterum cum de osse viri formata est caro mulieris: signum fuit, quod per mulierem humana infirmaretur natura: facta est autem signorum immutatio, cũ de carne mulieris factus est vir: per quod significatũ est, quod per hanc generationẽ humana natura ab infirmitate reuerteretur ad firmitatem.* Hæc ille: & quidem rectè & peropportunè: vt videris; tantum, ac tam immensum ponderis, & firmitatis à Dei Filio ex Maria genito allatum fuisse humanæ saluti

2

Isai. 40 v. 6.

Isai. 11. v. 1.

Cant. 5. v. 14.

Petr. Dam.

Eccl. 36 v. 6.

Isai. 9. v. 6.

Hailgri-

quan-

quãtum ei attulit infirmitatis ex offe viri factam fuiſſe mulierem, cum illi pro offe caro ſuppoſita eſt: Nimirum cum de offe viri formata eſt mulieris caro, ſignum fuit, quod per mulierem humana natura infirmaretur: quippè ſubtracto ab Adamo offe, quod firmius erat, & ſolidius; caro mollis, & blanda infirmitatem futuram præfigurabat: at enim dum de carne Mariæ Dei Filius factus eſt, totum hinc oſſeum, firmũ, ſolidum, robuſtum, forte & Spiritu Sancto plenum ab ipſa prodijt: Dixerim id verbis Richardi à S. Laurentio lib. 12. de Laud. Virginis, ipſam cum Paradiſo componentis: *Sed notandum, quòd vterus Virginalis in infinitum melior eſt paradiſus, quã ille litteralis ibi enim de viro facta eſt mulier in ſignũ futuræ corruptionis Geneſ. 2.* tulit Dominus vnam de coſtis Adæ, quam ædificauit in mulierem, & repleuit carnem pro ea: *Repletio autem oſsis de carne infirma eſt, & inſufficiens repletio. In Virginali tamen vtero de muliere factus eſt vir: vnde ad Galat. 4.* Miſsit Deus Filium ſuum factum ex muliere *in ſignum reſtaurationis, & reparandæ virtutis.* Sic Richardus: ſcitè id *Repletio autem oſsis de carne inſufficiens eſt, & infirma repletio*: quia quod ſolidũ erat, & durum in molle, & fluxum commutatum eſt.

Richar. à S. Laur. Geneſ. 2 Galat. 4 v. 4

Sed quo (inquis) melior, firmior, ac ſolidior hæc viri de muliere formatio fuerit? ſiue qua ratione in ſignum reſtaurationis, & reparandæ virtutis facta? Placet quidem primùm à ſimili, quamuis diſpari facta ratiocinatione reſpondere: Porrò de Tharaſia, ſanctiſsima Sancti Paulini olim cõiuge, ſubinde verò abolito coniugalis conuerſationis vſu caſtiſsimis tantum charitatis nexibus ei copulata; ipſumque illa ad cuncta virtutis opera, & verbis, & exemplis pervrgente; ſcite Auguſtinus, cũ alluſione ad formationem Euæ de offe Adami, & repletionem carnis pro eo factam epiſt. 32. Paulino ingerebat: *Coniux excitatur, non dux ad mollitiem viro ſuo, ſed ad fortitudinẽ redux in oſſa viri ſui*: vt dixerit, noua ratione; ſiue noua diſpoſitione, & immutata œconomia caro olim ab offe deſumpta, iam non caro, ſed redux in oſſa viri ad fortitudinem eſt: ſed & hanc ſimilitudinem liceat mihi (pietate excuſato) identidem extẽdere, ad alteram Tharaſiam, etiam ſanctiſsimam Pentheſileam Chriſti; Carmeli, & Hiſpaniæ decus, & Chriſtianæ Eccleſiæ pulcherrimũ ornamẽtum; de qua Carmelitanam Religionem ad arctiorem perfectionis diſciplinam ſanctiſsimis inſtitutis cingẽte, & nouo ſuper terram miraculo fœmina virum circumdante (Ieremiæ 31. v. 22.) veriſsimè dixerim: *Coniux excitatur, non dux ad mollitiem viro ſuo, ſed ad fortitudinẽ redux in oſſa viri ſui*, nẽpè magni illius ducis Iſrael, & aurigæ eius Eliæ: cum in præclaro Tharaſiæ inſtituto, totum ſit oſſeum, forte, auſterum, & diuino Spiritu dignũ. Quod quidem pro inſigni mea erga heroicam Virginẽ pietate; necnon pro meę Religionis in præclariſsimũ ipſius ordinem affectu dixiſſe, & volui, & debui: Sed ad rem: Quod ſi Tharaſiam Auguſtinus (ſicut & de noſtra Tharaſia diximus) reducẽ in oſſa viri ſui ad fortitudinem fecit, quãto potiori iure dicemus Mariam reducem in oſſa humanæ naturæ oſſeum illi robur, & fortitudinẽ intuliſſe: Audi ergo Richardum à S. Laurentio, opportunitsimè hanc cogitationem indidem firmantẽ hunc in modum: *Et de puriſsimæ Virginis ſanguine ſecundum Damaſcenum, vel de carne eius factum eſt os ad litteram in inſtanti conceptionis, & myſticè ille, qui eſt os, & robur Eccleſiæ: & ita in Virgine, & ex Virgine repleta gratia ſupplera eſt, & repleta humana natura, & facta quaſi oſſea, & fortis, cũ priùs eſſet carnea, & flexibilis ad peccandum & de illa plenitudine omnes accepimus.* Hæc Richardus, quibus nihil illuſtrius: nihil magis ad rem dici, ſiue excogitari potuit: dum ex carne Mariæ, non tãtum Chriſti carnẽ, ſed ſignatè os etiã fuiſſe formatũ affirmat; atque ipſum multò melius, quàm Adamũ pro carne fuiſſe repletã; cum ille, carne, hæc vero Spiritus Sancti gratia, & fortitudine impleta fuerit: vt hinc humana natura de hac plenitudine accipiens; oſſea iam, & fortis conſurgeret.

Richar. à S. Laur.

Apto hic denuo, tum Tertullianum, ſiue Nouatianum lib. de Trinitate cap. 10. animosè affirmãtem. *Neque igitur cum hæreticorum agnoſcimus Chriſtum, qui in imagine, vt dicitur fuit, & non in veritate: neque eum, qui nihil*

Auguſt. Ieremiæ 31. v. 22.

Nouat.

in se nostri corporis gessit, dum ex Maria nihil accepit: & immediatè ante: *Quid mihi possum de te solidum repromittere, cum te videam in phantasmate, & non in soliditate venisse?* quibus ille verbis, nihil solidum in Christi adue-
Bernar. tu, nisi à Maria recognoscit, quasi ipsa soliditatem, & osseam fortitudinē attulerit: tum etiam Bernardum, præter alium sensum in seqq. afferēdum peculiarem illi lucem afferentē, dum hom. 4. in *Missus est* Virginem velut cunctantem præ eximia animi demissioni tanto Angeli nuncio respondere ingerebat: *Ecce offertur tibi pretium salutis nostræ, statim liberabimur si cōsentis. In sempiterno Dei Verbo facti sumus omnes, & ecce morimur: in tuo breui responso sumus reficiendi, vt ad vitam reuocemur*: vbi dum merito ambiges, in illis verbis: *In sempiterno Dei Verbo facti sumus, & ecce morimur*; qua ratione plus tribuere videatur Bernardus Verbo Virginis, quod vitam simus reficiendi, quam Dei Verbo, in quo facti morimur: ex dictis facilè occurrimus; nō equidem præferre Bernardum Verbo Dei, Virginis Verbū, sed acutè innuere, ingens interesse discrimen inter Dei Verbum, quo formatus est primus homo; & Verbū Virginis, quo Filij Dei incarnatio perfecta est; quòd in illo; è limo fluxo, & molli Adamum faciente, & carnem pro osse illi adijciente, in mulieris mollitiem, & infirmitatē incidimus: *& ecce morimur*: in hoc autem quod à Maria osseum, & forte factum est, humana natura ab infirmitate ad firmitatem, & de morte ad vitam refecta est: Huic cogitatione benè adstipulāte magno Athanasio in sermone de Deipara cum ait: *In carne Mariæ, & ex ossibus eius, veluti ex veteri Adam, vt vicem eius expleret, carnem sibi finxit, mirum istam Incarnationem, eamque semel indutam perpetuò gestauit: ac proinde ista noua Eua mater vitæ appellatur*: sanè quod *ab ipsius breui* respō-
Athana. so, & ab ipsius forti; & ossea carne *ad vitam simus refecti* in Christo.

5 Cui cogitationi sapienter applaudit Ambrosius in Psal. 36. vbi elucidans verba Ioannis 1. vers. 2. *Quod factum est in ipso vita erat* (sic enim hæc verba ipse, sicut plures etiam PP. dispungit) sic primum inquit: *Verbum*
Ambros. Ioan. 1. v. 2.

A *enim Dei vita est; quia* Verbum caro factum est. *Vnde pulchrè dixit Euangelista.* Quod factum est in ipso vita erat. Deinde post nonnulla, quibus eam dispunctionem sapiēter defendit subdit. *Quod factum est ergo in ipso vita est: Caro facta est, in ipsa vita est: infantia facta est, in ipso vita est; iudicium factum est, in ipso vita est: mors facta est; in ipso vita est. Remissio peccatorum facta est, in ipso vita est; vulnus factum*
B *est, in ipso vita est; illusio facta est, in ipso vita est. Diuisio facta est, in ipso vita est; Sepultura facta est, in ipso vita est; Resurrectio facta est, in ipso vita est. Vide quanta in ipso facta sunt, quibus vitæ nostræ facta conuersio est, vt quæ perierat, redderetur*: Tandem verò hæc omnia, sic Mariæ opportunissimè adscribit, vt sensum cōmunem habeat, cum Bernardo Virgini suggerenti *in*
C *sempiterno Dei Verbo facti sumus omnes; & ecce morimur! in tuo breui responso sumus reijciendi, vt ad vitam reuocemur*: ait enim Ambrosius. *Hæc est vita, quæ facta est: hæc est vita, quæ apparuit; hæc est vita, quam audiuimus, hæc est vita, quæ erat apud Patrem, quia ipse, qui erat in principio, ipse est postea natus de Virgine, vt esset vita morituris*: Hactenus Ambrosius. Pulchrè. *Hæc est vita quæ facta est*: Quia videlicet: *misit Deus Filium suum factum ex mu-*
D *liere*, ad Galat. 4. vers. 4. *vt esset vita morituris*: vt Virgini vitam debere non dubitares; *per quam*, vt inquit Anselmus eloquio Ecclesiast. 24. *totus viuit orbis terrarum.* Subijciente Chrysologo serm. 99. *ob hoc namque Christus nasci voluit, vt sicut per Euam venit ad omnes mors: ita per Mariam veniret omnibus vita.*

Ambros.

Galat. 4. v. 4. Anselm.

Chrysol.

Enim verò hæc sensa, imò, & locutiones ipsas, ita firmasse videtur ipsemet Dei Filius, vt ex eius pharetra deprompta videantur: cum Dauid Psalm. 138. vers. 14. sub ipsius persona de commissa, sibi à Patre hominū redemptione, & salute, atque ea propter de apto, & opportuno corpore, sibi dato maximas æterno Patri gratias, sic refert: *Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit nimis*: Sed obserua ex Hebræo textu; sic hæc verba esse efferenda, vt omninò referenda sint ad ipsummet Dei Filium, qui magni-

6

Ps. 138. v. 14.

Hebr. lect.

ficatus

ficatus dicatur, vt quotquot Hebraicè nouunt, legunt hunc in modum: *Confitebor tibi eo, quod terribiliter mirificatus sum mirabilibus operibus tuis in me*: Sed quæ hæc mirabilia opera? siue egregia beneficia Christo collata: Pergit Dominus. *Non est occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto, & substantia mea in inferioribus terræ*: Quæ dubio procul de formatione corporis Christi accipienda sunt honestissimis vocabulis ventrem Virginis significante Vate, vt Bernardus alibi à nobis expensus, & P. Maldonatus in cap. 1. Lucæ obseruāt. Ad rem præsentem verò obserua illud: *Non est occultatum os meum*, quod non de ore, sed de osse fore capiendum, manifestè constat ex Originibus; quod adeò premit Augustinus, vt ad tollendam omnem æquiuocationem maluerit de industria reponere *ossum meū*: minimè veritus, (vt ipse inquit) *displicere grammaticis, dum à populis intelligeretur*. Deinde ex lectione Pagnini aduerte *os*, siue *ossum meum* per synedochem totum corpus significare, sic enim ille legit: *Non fuit occultum corpus meum à te, quando factus fui in occulto*: vt iam ex his Vatis verbis videris, quod dicebat Athanasius: ex carne Mariæ, & ex ossibus eius costam, sibi Dei Filium finxisse, carnem, scilicet, osseam fortem infrangibilem, ac proinde aliam ab Adamo nō natura, sed virtute, atque eam perpetuo gestasse; ac proinde humanam naturam ab infirmitate, ad firmitatem à Maria fuisse reuersam, & à molli, & fluxa in osseam, & fortem reuocatam vt iam *exultent ossa humiliata*: Psal. 50. vers. 10. vt hùc intentus dicebat Bernardus præfato loco: quod *in sempiterno Dei Verbo facti ecce morimur* quia subinde, malo fato, mollem, & fluxam ab Eua carnem accepimus, quod omnis *caro fœnum, & gloria eius, sicut flos agri: exiccatum est fœnum & cecidit flos*: in Verbo autem Mariæ simus reficiendi ad vitam: cū *Dei Verbum* ex ipsa caro factum *maneat* nobis *in æternum*.

Bernar. Maldo. Augusti. Pagnin. lect. Athan. Psal. 50 v. 10.

7 Psal. 92 v. 1.

Sed & huic cogitationi rursum idem vates subscribit Psalm. 92 vers. 1. cum futuram Dei Filij ex Matre incarnationem, tanquam præsentem intuitus, inquit, *Dominus regnauit decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se: etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur*: vt de Dei Filio ex Maria carnem sumente, tum Epiphanius lib. 2 contra Ariomanitas; Ambrosius lib. 1. Officiorum cap. 44. & alij PP. & expositores: tum ipsimet Hebræi, nominis Christiani hostes (vt inquit hic Agellius) hæc verba interpretantur: audi Epiphanium vno omnium ore dicentem: *Dominus regnauit, decorem induit, quo ostendit ingressum Dei Verbi à cœlestibus in mundum induisse decorem, hoc est carnem ex Virgine natam*: Benè quidem: Sed quid (inquis) decori, ac fortitudini? cum eodem ductu, siue eadem locutionis serie pergat dicere Dauid *indutus est Dominus fortitudinem*? Esto enim à Virgine carnis decorem, florem que sumpserit, ita ne? fortitudinem, & robur itidem accepisse dixeris? ita planè: ita omninò: Pro quo mirè facit ipsiusmet Psalmi titulus: est enim hic: *Laus Cantici Dauid in diem ante Sabbathum quando inhabitata est terra*: cū videlicet de Adæ costa educta est Eua, siue potiùs cum de carne, & ossibus Mariæ Dei Filius homo factus est, vt Cassiodorus, & meliores expositores interpretantur: Vnde pergit Epiphanius, *vt ostenderet suam fortitudinem per apparentem carnis debilitatem abolere eam, quæ dominium habet peccati, hoc est, mortem; qua subuersa omnem dispensationem salutis nostræ decorè fecit, & corruptionem dissipauit, & maledictionem deleuit, & chirographum contra nos, & pactum cū inferno dissoluit, & omnia ad salutem hominibus dispensauit*: Vides? decorem fortem, osseum, & robustum, quo Dei Filius omnem nostræ salutis dispositionem decorè perfecit, à Mariæ carne profectam? vt optimo iure ipsa, vt noua Eua Mater vitæ, & Mater viuentium dicenda sit.

Epiph. Ambros. Agel. Titulus Psalm. Epihha.

8 Meth.

Enim verò pro hac decora Dei Filij fortitudine asserenda mirè facit, quod superiori adnotatione Virgini dicebat S. Methodius. *Tu armasti potentem illud decora corporis armatura, per quam oculis nostris conspicuus redditur, qua etiam armatura omnia Mali ignita tela extinguntur*, pulchrè carnem Virginis decoram corporis armaturā ad inimicum debellandum appellans:

& quidem cum frequenter Deipara à PP. tabernaculum Dei cognominetur; appellante ipſam Georgio Nicomediensi orat. de oblatione Mariæ: *tabernaculum Domini, quod noſtrum quod ceciderat erexit tabernaculum*: & Damaſceno: *Tabernaculum ſacrum ſacerrimum Deo dignum*: & Andræa Cretenſi orat. 1. de Aſſumptione: *Tabernaculum gratiarum Dei*: & Dionyſio Alex. epiſt. contr. Paulum Samoſatenum, & Germano orat. de Natiuit. Virginis: *Tabernaculum non manu factum*: & Athanaſio ſerm. de Deipara: *Tabernaculum fœderis*; & Arnoldo in Encomio Virginis: *Tabernaculum Dei habens in ſe Sanctum Sanctorum*: & Honorio in ſigillo Mariæ: *Tabernaculum Dei in quo veniens requieuit, & de quo, vt ſponſus de thalamo proceſſit*: illa potiſſimum ad rem noſtram ſatis appoſita tabernaculi appellatio eſt, qua Richard. à S. Laurentio lib. 10. de Laudib. Virginis ad tabernaculum, ſeu tentorium militare retulit hunc in modum: *Verus Virginalis propriſſimè tabernaculum dicitur, ſicut ipſamet Virgo dicit.* Eccl. 24 requieuit in tabernaculo meo: *Et nota, quod tabernaculum proprie eſt militantium: ſicut enim miles pugnaturus armatur in tabernaculo, ſcilicet, vt armatus exeat ad conflictum, ſic Chriſtus, cum diabolo pugnaturus pro ſponſa ſua exhæredata, ſcilicet, Eccleſia in vtero Beatæ Virginis velut in tabernaculo armaturam humanæ carnis, ſibi adaptauit. Sicut ipſum ex parte generis humani rogauerat Pſalmiſta dicens*: Apprehende arma, & ſcutũ, & exurge in adiutorium mihi, Pſal. 34. verſ. 2. *Et armatus ingrediens, cum diabolo in Paſſione dimicauit, & percuſſit eum manu crucis affixit, quia ibi*: abſcondita eſt fortitudo eius, Abacuc 3. Hæc Richardus: Ecce tibi armaturam fortiſſimam à Maria acceptam, qua Chriſtus *ſpolians principatus, & poteſtates traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo*: ad Colloſ. 2. verſ. 15.

Nec prætermittenda fuerint, quæ prædicto Pſal. 92. ſubiungit poſt præfata verba Dauid verſ. 6. *Domum tuam decet ſanctitudo Domine in longitudinẽ dierum*: quæ de Eccleſia æternum duratura, ſic accepit ibi Agellius. *Poteſt etiam, quod de domo Dei dictũ eſt, ad Eccleſiam referri, quam ſemper inhabitat ſanctitas atque maieſtas Dei, & nunquam illam relinquet*: Quia videlicet firmiter fundata, & ex Mariæ carne fortiſſimè formata, & conſtabilita eſt: Quare obſerua hanc ingens diſcrimen, quod inter hanc domum Dei, ideſt, Eccleſiam Chriſti æternum duraturam, & in feliciſſimam Synagogam in templo Salomonis adumbratã, in quo lapis ſuper lapidẽ relictus nõ eſt intereſt, quod vt Synagoga ex limo Euæ infirma; ita Eccleſia ex Mariæ coſta fundata fuerit. Nimirum, & ſi olim in templum Hieroſolymitanum, non mediocria dona allaturus Dominus deſcenderit; nihil tamen ex eo ad ſuos vſus opportunum accepit ad ſalutis humanæ negotium peragẽdum: cum tamen in Mariæ templum decorem, & fortitudinem ab ea accepturus aduenerit: vt proinde *domum hanc deceat ſanctitudo in longitudinem dierum*: Scitè id obſeruante S. Petro Damiano ſerm. 2. de Natiuitate Virginis hunc in modum: *Licet enim, & in illud Salomonis templum Deus deſcendiſſe credendus ſit; in hoc tamen rationabili Sanctuario, hoc eſt, in Beatæ Virginis vtero multò mirabilius, multoque felicius dignatus eſt manere pro nobis, in quo Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*: & poſt nonnulla cum dixiſſet: *Ad illud ergo templum Dominus in nebula deſcendit, vt cæcam Iudaicæ infidelitatis caliginem deſignaret: in hoc ſicut ſcriptum eſt*, in Sole poſuit tabernaculum ſuum; *vt ſedentes in tenebris, & vmbra mortis illuminaret*: Subijcit: *illi denique templo Deus omnipotens gloriam ſui aduentus contulit, ſed nihil ex eo in ſua natura ſuſcepit: in beatiſsimæ autem Virginis vtero nõ ſolum dignatus eſt deſcendere, ſed ex eo etiam perfectam, ſibi ſubſtantiam noſtræ mortalitatis vnire*: Sic Damianus obſerua illud, *nihil ex eo in ſua natura ſuſcepit*: vt ideò fragile, infirmum, & morti obnoxium, quaſi ab Eua; ſiue à molli Adæ carne ſubrogata originem ducens: at enim cum ex Maria carnem ſumpſit, *firmauit orbem terræ, qui non commouebitur*; templumque, ſiue Eccleſiæ ſuæ domum æternum duraturam ſtatuit, dũ à carne Mariæ, quæ *ad fortitudinem reducx in oſſa viri ſui* ſubliſtit.

Concinit his mira illa parabola à Chriſto Domino apud Lucã 15. v. 8.

Georg.
Damaſ. Andr.
Dionyſ. Germ.
Athan. Arnold.
Honor.
Rich.
Ier. 24. v. 13.
Pſal. 34. verſ. 2.
Colloſ. 2. v. 15.
Pſal. 92. verſ. 6.
Agell.
S. Petr. Dam.
Luc. 15. verſ. 8.

proposita de muliere, quæ accensa lucerna invenit drachmam perditã: quam sic elucidat Richardus à S. Laurentio lib. 12. de Laud. Virginis, vt Dei Sapientia, quæ apud Patrem Candor lucis, & splendor erat Sapient. 8 vers. 26. vt nobis illuxerit, ex Maria carnem susceperit: è qua oleo charitatis succensa illuminet omnem hominem venientem in hunc mundum: Audi illum cum componit hæc verba, cum illis Isaiæ 62. v. 1. *Donec egrediatur, vt splendor iustus eius, & salvator eius, vt lampas accendatur* hunc in modum: *Nota, quod ad habendi, vel faciendum splendorem ponitur oleum in lampade, & ignis in oleo, sic factum est, quando Diuinitas posita est in vitro nostræ mortalitatis mediante oleo charitatis. Tunc enim mulier, id est, Sapientia Dei accendit* lucernam, vt *quæreret drachmam perditam, & sic habitus est splendor sempiternus, quo illuminatus est mundus.*

Rich. Sap. 8. vers. 29 Isai. 62. vers. 1.

EXEMPLA.

QVOD Maria vita animæ, & causa vita spiritualis hominum sit: totius huius libri institutum est: modo verò ad vitam corporis iti dem placet referre: & quidem si benè æstimas, nihil omninò salutarius: nihil auribus, & animo mortalium iucundius potest insonare? quam vox illa Deiparæ: *Qui elucidant me vitam æternam habebunt*: Ecclesiast. 24. vers. 31. Sed vt eam præcipuè de tessera salutis, & signo prædestinationis suo loco ex P. P. accipiè dam duximus; ita etiam ad vitam temporalem, & mortalem per opportunè referemus: Sanè, quẽ admodum Diuina iustitia annos vitæ sæpè sæpius mortalibus imminuit monente, Ecclesiaste cap. 7. vers. 18. *Ne impie agas multum, & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo*: hoc est, ne rapiaris immatura morte, florenti adhuc ætate, imo, & reluctante, qui non completa: & Prou. 10 vers. 27 *Timor Domini apponit dies, & anni impiorum breuiabuntur*, vbi LXX. *minuẽtur*: decreti, scilicet, & constituti dies quos non attingent impij, sed propter scelera sua ante diem immatura mor-

Ecclesi. Prou. 10 v. 27. LXX.

A te rapientur: *Sicuti Anastasio Oleotis imperatori Manicheo* (vt referunt Paulus Diaconus, Nicephorus, & Zonaras in eius vita.) *Cæleste quidam vir apparuit librum vitæ ostentans, è quo quatuordecim ipsos imperij, & vitæ annos deleuit*; ita quidem è contrario Maria Mater misericordiæ: quæ proxima libro Vitæ sedet, lineas vitæ suorum clientum reuocat fugientes, quin vnus dies, nec hora ex decreto, & assignato tempore illis decrescat, imò verò mens, & annos insuper adaugeat, ita de S. Vvilfrido Eboracensi in Anglia Episcopo refert Beda lib. 9. de Gestis Anglorum; *qui cum Romam venisset calumniam passus, ac sede pulsus purgatus ab eiusmodi calumnia ad suam sedẽ remissus esset, in itinere ægrotauit ad mortem Meldis in Gallia; Archangeli verò visione recreatus vitam sibi ad quadriennium Deiparæ intercessione prorogatam audiuit*: Hæc de Vvilfrido Beda, de se verò Pater Georgius Constantius Societatis Iesu, qui historiam Deiparæ Montis Sancti in Bohemia magna pietatis, & elegantiæ laude conscripsit, in præfatione ad Dei Matrem fideliter, & verè fatetur, *Quin ipse ante annos in præsenti mortis periculo ob Deiparæ historiam, quam scribebat seruatum, ad vitam, vt Cæsarem ad Pharum cum libro emersisse; eaque propter librum velut tabulam naufragij Virgini Beatæ loco muneris obtulisse.*

Paul. Diac. Zonar. Beda.

Concinit, quod Philippus Alegambe in Bibliotheca affirmat de Thoma Saillio Bruxelensi Societatis Iesu, *qui cum ingentem sanguinis vim rapta vena sputisset, voto Virgini Aspercollensis facto visa est Virgo a Filio suo postulare dicens*: Sine nostrũ hũc seruum etiam num paulisper viuere; *qui contra Medicorum artem, & spem conualuit, & labores magno animo, constantique virtute in Religione continuauit, donec sanctè in Domino obierit.*

Fuit Iosephus Ancheta Societatis Iesu, vt Apostolico Spiritu vir plenissimus, & in patrandis miraculis alter Thaumaturgus, *ita in Deiparæ obsequium, & laudes vndequaque pronus; qui Bis mille, & octoginta lex Distichia in honorẽ Virginis ex voto coposuit: ipse autem cum Barbari Brasilis gens humanis carnibus insidians sæpius mortem indicerent: securus, & lætus blandæ eos*

vi-

responsione demulcebat: Non permittet hanc ferocitatis vestræ ingluuiem Beatissima Domina.

Quo etiam placet referre, quod P. Bonesius Balbinus in historia Sancti Montis lib. 5 cap. 11. refert de Matre, quæ mortuas proles pariebat, voto ad Deiparam facto, viuas quatuor ordine parit: id quod ex hac ipsiusmet parētis attestatione sic firmat: *Ego Iacobus le Meiere Dominus in Losouita per conscientiam meam testor, coniugem meam Euam Treboniam quinquies abortum passam, nunquam legitimum ad pariendum tempus expectare potuisse. Vno igitur consensu Coniuges Beatissimæ Virgini promisimus: si vitales in posterum partus consequantur, nos post singulos partus ad S. Montem venturos, & pro tenuitate nostra munusculum aliquod Dei Matri oblaturos. Hoc edito voto benedixit nobis Deus, & per interualla iustis debitisque temporibus ordine quatuor proles eas que omnino viriles sexus, & vi ales accepimus: Scriptum 12. Augusti anno* 1660: vt huic Euæ Mariam veram Euam, hoc est Matrem viuentium fuisse merito dixeris.

Iam illud maius, quod Deipara spiritualis infantium vita sit, vt sequētia demonstrant exempla: & primum sanè *in historia Montis Serrati, Exemplo* 214. *hunc in modum refertur: In Diœcesi Gebennensi, hæretici cum domi repertam cuiusdam Mutuloni prægnantem coniugem ad suam sectam pertrahere non possent, eamdem una cum domo, in qua erat crudeli facinore impij concremarunt. Iacobus interea combustæ mulieris cognatus, cum fugisset ad montes, audiens funestum illum de immani incendio rumorem, votum Virgini Montis Serrati nuncupauit, dummodo fœtus prædictæ mulieris susciperet baptismum. Mira res dictu. Venit ad locum incendij: ossa repevit combustæ mulieris, & super illa ossa ipsum reperit fœtum quem hinc deferens octo leucas ad Beatam Dominam nostrā B. Mariam de Creusy Lymphis salutaribus baptizandum curauit, qui post tres dies à baptismate susceptō euolauit in cœlum.*

Huic addimus par exemplorum simillium: alterum, quod refert Odo Gisleus in historia S. Mariæ de Podio lib. 3. cap. 39. *De quadam fœmina, quæ in Sabaudia geminos enixa: alterum vi-* Gisleus

vum; alterum emortuum effudit. Sed conuersa prece ad B. Virginem Aniciensem, qui mortuus erat reuixit ad baptismum: eoque accepto spirauit: A quo nec hilum differt idem miraculum de fœtu mortuo mulieris Laudunensis, *inuocata Deipara Letitiensi ad vita, & baptismum reuocato*, vt refert Cerizierius in historia Letitiensi part. 2. cap. 1.

MARIA apud Deum Aduocata ex iure, quæ ex contractu bonæ fidei cū ipso inito: carnem ad humani generis redemptionem ipsi dederit.

ADNOTATIO XIV.

PErsequimur denuo legitimum Mariæ ius ad impetrandum *quodcumque placitum fuerit suæ charitati*, vt dicebat Bernardinus dum ostendere conamur (quod in præcedentibus adnotationibus insinuauimus) intercessisse in humanæ salutis, & Dominicæ incarnationis Sacramento bonæ fidei contractum inter Dei Filium, & Mariam initum: ex quo Deiparæ in Filium egregium ius competere necesse sit: & quidem in humani generis Redemptione contractum intercessisse, eleganter est à Patribus obseruatum: Sic namque Ambrosius animaduertit, signatè à Luca aduentum, & Natiuitatem Christi Domini describente, & tempus assignatum, & recensitos Principes, & Præsides, qui rerum orbis, & vrbis potiebantur, vt vel hinc Redemptio nostra legitimè, & ritu solemni facta sit, quasi contractu bonæ fidei inito censeretur: Scripsit quippè Lucas cap. 1. vers. 1. *Exyt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio prima facta est à Præside Syriæ Cyrino*: ad quæ verba Ambrosius lib. 2. in Lucam. *Luc. 1. vers. 7.* *Ambr.*

Pul-

Pulcrè autem, quòd & Præsidis nomen addidit, vt seriem temporis designaret. Præside (inquit) Cyrino *facta est prima professio, vt quasi Consulem quendam signi gratia huic libro Euangelista adscripsisse videatur. Nam si Consules adscribuntur tabulis emptionis, quantò magis Redemptionis omnium debuit tempus adscribi. Habes ergo omnia, quæ in contractibus esse consueuerunt. Vocabulum, summam illi potestatem gerentis, diem, locum causam. Testes etiam adhiberi solent; hos quoque Natiuitati suæ, & generationi secundum carnem Christus adhibuit, qui signarent Euangelium dicens. Vos eritis mihi testes in Hierusalem.* Hæc Ambrosius. Pro quo Isaias etiam in vaticinio Dominicæ incarnationis fideiubet cap. 8. vers. 1. in quiens: *Et dixit Dominus ad me: Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis. Velociter spolia detrahe, cito prædare, & adhibui mihi testes fideles Uriam Sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ.* Sanè vt quasi forensi stylo, & formula, quæ in iudicio publicam auctoritatem habere, & quibus nulla labes, aut leuitas posset obtendi, consignata hæc perpetuæ memoriæ, siue toti æternitati mandarentur: Quòd itidem eunt, quæ & Tertullianus, & Augustinus habent: Hic enim in Psalm. 102. Salutem nostram bonæ fidei eõtractu fuisse perfectam, sic affirmat. *Redempta est de corruptione vita tua iam securus esto: initus est bonæ fidei contractus: nemo fallit Redemptorem tuum: nemo circumvenit; nemo premit: egit hic commercium, iam pretium soluit: sanguinem fudit: sanguinem (inquam) fudit Filius Dei pro nobis: O anima exige te: tanti vales.* Tertullianus verò libro de fuga in persecutione: agens de signis, & prodigijs, quæ in Christi morte contigerunt, sic inquit: *Sol cessit diem emptionis nostræ: apud inferos emancipatio nostra est, & stipulatio nostra in cœlis:* ita ille vbi vides contractum, emptionem, emancipationem, stipulationem, redemptionem cuncta solemni ritu, & testibus adhibitis peracta.

Verum enim verò hæc omnia ad sponsionem, & contractum inter Deum, & Virginẽ initum potissimũ reuocanda sunt: ac proinde eo hanc cogitationẽ potissimum referimus, vt quod in adnotationibus præcedẽtibus adstruximus; modo denuò firmemus Mariã salutis, & saluationis nostræ fideiussorẽ extitisse, atque ab ipsa publicæ salutis causam firma ratione securam fuisse redditam, & aucto quidem censu, quod quasi ex contractu à Deo cum Maria legitimè inito æterna nobis felicitas obuenerit; in hunc signatè sensum accipiẽtes, quod ex Tertulliano, seu Nouatiano attulimus: *non agnoscimus eum Christum, qui nihil à Maria accepit:* Sanè, quasi ab ipsa, & per ipsam, & cum ipsa ille solemnis dati, & accepti contractus super nostra redemptione, & salute celebratus sit. Quare rursum in hanc rem expende *cogitationes antiquas Dei, à Maria firmas, & fideles:* hoc est, vt dicebat Tertullianus de massa, siue limo manibus Dei attacto; vt de ipsõ primus homo formaretur. *Quodcumque enim limus exprimebatur Christus cogitabatur homo futurus:* vnde ipse inferebat: *ita limus ille non tantum Dei opus erat, sed & pignus:* iam verò obserua formam, & modum quo prima hæc hominis formatio perfecta est: Sic namque Sacer Scriptor, Genes. 2. vers. 7. *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius inspiraculum vitæ & factus est homo in animam viuentem:* Vbi maximè notãda fuerit translatio LXX. probata Hilario in Psal. 118. & alijs PP. *Et accepit Deus pulverem de terra:* quam sic expendit Hilarius, vt terra primùm, siue in principio à Deo facta fuerit: deinde verò ad formandum hominem, non facta, sed accepta dicatur: ita enim Hilarius: *Deus terræ pulverem accepit; iam sumitur pulvis, & terrena materia formatur in hominem, vel præparatur, & ex alio in aliud, opere & studio artificis expolitur. Primùm ergo non accepit, sed fecit; secundum non vt prius fecit, sed accepit, & formauit, vel præparauit. Vtrumque autem rectè intelligi potest, quia vtrumque scriptum deprehendimus, vt formauerit in id quod est, corporis scilicet, speciem, vel præparauerit in id quod dicitur:* & inspirauit in eum spiritum vitæ, & factus est homo in animam *viuentem:* Hæc modo Hilarius, tantum non dicens, interfuisse in hac hominis formatione rationem dati, & accepti: dũ

Nouat.

Genes. 2

LXX.

Hilar.

Deus primum dedit pulverem, quem fecit: ac ſubinde terram diſpoſitam, ſiue limum Diuino Spiritu præparatum accepit. Nimirum, vt dicebat Tertullianus. Quodcumque limus *exprimebatur Chriſtus cogitabatur futurus: factus*, videlicet, vt docet Paulus *ex muliere*, à qua velut à terra diuino Spiritu præparata carnem acciperet: Vnde pergit Hilarius, *inſpirationi ergo huic præparatus, ſiue formatus eſt, per quam natura animæ, & corporis in vitæ perfectionem quodam inſpirati ſpiritus fœdere continentur*: Sic ille ſanè, vt ex ſententia Hilarij ingens interceſſerit diſcrimen inter pulverem prius à Deo factum & illummet poſtmodum, vt limum à Deo acceptum, quod hic nō modo, vt è terra Virgine Dei manibus educitur, & plaſmatur, ſed etiam ab ipſamet velut dante, & retribuente, à Deo ſit acceptus, & non ſolùm *Dei opus, ſed & pignus*, vt omninò ſignificaret, imò verò prænūciaret Chriſtum futurum ex Maria, qua conſulta, rogata, & quaſi fœdere inito, legitimo contracto, cum ea celebrato carnem Filio Dei dedit, ſicut dicebat Venerab. Guillielmus iam adductus: *Nolebat omnipotens carnem ſumere ex ipſa non dante ipſa, ſicut ſumpſit ex dormiente Adam vnde formauit Euam: ad futuræ Matris excellentiam, non tantum ex ipſa carnem ſumere, ſed etiam ab ipſa volebat.* Ecce tibi efficacitatem argumentationis Tertulliani: *Non agnoſcimus eum Chriſtum, qui à Maria nihil accepit*: quod non accipiente Filio Dei ab illa carnem claudicaret cōtractus: nec Dominicæ incarnationis moles ſubſiſteret, nam cum nobis ex fœdere inſpirata Spiritus vitæ fuerat obventura, opus quidem fuit, & dati, & accepti rationem intercedere, atque ideo à Maria carnem accipere in Spiritum vitæ: ſuper quem requieſceret Spiritus Domini, Iſaiæ 11.

3 Quo itidem ea Tertulliani ratio ire videtur: *ita limus ille non tantùm Dei opus erat, ſed pignus*: quippè pignus forenſe vocabulum eſt, quod ſignificat id, quod in ſecuritatem creditori datur: necnon & fidem: ſeu verbum, quo quis ſe ipſum oppignerari dicimus, vt ille dixit: *Mea fides ſit tibi pignori*: vnde Tertullianus, qui Dei genium & naturam benè noſſe profitetur; opportunè intulit, iam Deum ex re accepta debitorem, & oppignoratum remanſiſſe, vt ſe ipſum in humanam ſalutem daret, quando ad ipſam non modo opportunus, ſed neceſſarius eſſet. Quod ſi dixeris: Benè quidem eſt; Deum, cum aliquid accipit à creatura, ad largiſſimam retributionem pro immenſa ſui benignitati cenſeri obſtrictum; at modo, quid limus ad Deum, vt ex limo accepto, nō tantum Dei opus ille fuerit, ſed pignus? ſcilicet tanti limus eſt; tanti ipſum facis, vt iam ille Deum valere videatur; Deuſque pro limo ſeipſum dare velit? reſpondebimus: ita planè: ita re ipſa eſt: nempè Deus limum è terra Virgine Mariam, Virginem (è qua limus ille Chriſtum prænuncians formabatur) perfectiſsimum, & abſolutiſsimum opus intuitus, in humanum genus impenſius affectus ſuum ipſi Filium dare voluit. Nec aliud tinniunt ea Tertulliani verba *ipſa in primis affectione, quæ lineamenta ductabat*: alibi à nobis, ſic expenſa vt cum ambigere quivis poſsit: quid affectioni, & arti commune fuerit? nam lineamenta ductare ad artis leges, & normam referri debet, quippè intellectus potius, quàm voluntatis opus eſt: ad manum ſit reſponſio: ideò affectionem lineamenta ductare, quod Maria dux facti fuerit: ab eius enim ingenti decore allectus Deus, & ex ipſa, & ab ipſa carnem Filio ſuo accipiens, ſimul cum ipſa primas humanitatis lineas, & pulcherrimam oris maieſtatem, & venuſtatem Filio ſuo, iam tunc formabat (vti dicebat Eccleſia Græca in Menæis die 3 Aprilis Ode. 9. de S. Nizeta: *Quem tu imbrem de cœlo excepiſti in vtero, cum ita dulcem peperiſti, vt ille omnibus Ambroſiam, ſeu Nectar quoddam* exhiberet) vt quemadmodum aiebat Tertullianus: *Quodcumque limus exprimebatur Chriſtus cogitabatur futurus*: quod quamcumque in partem Diuini opificis cogitatio ſe verteret; Maria Dei Filio carnem ſuſcepturo tum idonea, & opportuna; tum puriſſimam ex ſe carnem tanto operi liberaliter offerens præuidebatur: Dum autem formationem Chriſti, & Adami, ſic leui manu compoſuit Ambroſius ſerm. 39. de Quadrageſima: *Adā enim de terra Virgine natus eſt, & Chriſtus*

Tertul. Guill. Plautus Eccleſia Græca. Ambr.

ſtus de Maria Virgine procreatus: illius maternum ſolum, nec dum raſtris ſciſſum fuerat; iſtius maternum ſecretum, nunquam concupiſcētia violatum Adam Dei manibus plaſmatur è limo, Chriſtus Dei ſpiritu formatur in vtero. Vterque ergo oritur à Deo Patre, vterque Virgine vtitur Matre; vterque Filius Dei eſt, ſicut Euangeliſta dicit. Sed Adam creatura eſt Dei, Chriſtus verò ſubſtantia: pergit ad rem totam cogitationem, quā perſequimur cōprehendens Methodius Mariæ ſuggerens: *Euge, quæ debitorem habes omnium fæneratorē. Omnes enim Deo debitores cumſimus tibi ipſe eſt debitor*: Hæc ille, iam dudum à nobis adducta, & expenſa.

Modo notantiſsimè obſerua rationem contractus, quæ in humani generis redemptione, & ſalute interceſsit legitimo ritu, & ſolemnibus verbis concepta: & à Paulo diſſertè expreſſa illis verbis, ad Hebræos 2. verſ. 16. *Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit*: quæ forenſem ſtylum accurato verbo *apprehendit* tinniunt: nempè vt ex Græco obſeruat ibi Ribera; à quo non abit verbum Latinum: propriè ſignificat *inijcere manum in rem, ſicut inijciunt; qui pignora à non ſoluentibus capiunt*: Enim verò Pauli verba: ſic accepit Chryſoſtomus: *Aufugientem à ſe naturam humanam apprehendit*: veluti in pignus, ſiue in rem propriam; vel in ſervum fugacem manum inijciens: quod quidem ab ipſomet Domino ſub captiuitatis imagine, in qua populus eius detinebatur, ſic fuerat prænunciatum, Ezechiel. 20. verſ. 33. *Viuo ego, dicit Dominus, quoniam in manu forti, & brachio extento, & in furore effuſſo regnabo ſuper vos*: Quæ ſic explicat Hieronymus. *Non vos relinquam, neque contemnam vt fugaces ſeruos Domini negligentes ſolent contemnere, ſed ad meum traham imperiū*: Quod ſtatim Propheta verſ. 37. ſic expreſſit: *Et ſubijciam vos ſceptro meo, & inducam in vinculis fœderis*: Audis vincula fœderis, & priſtini cōtractus prænunciati? expende etiam lectionem LXX. quæ habet: *Et tranſire vos faciam ſub virga mea; & introducam vos in numero*: Quod quidem Vaticinium ad Dominicæ Incarnationis Sacramētum omninò retulit bonus Ezechielis Scholiaſter Hieronymus de Prado, qui cum ad priora verba dixiſſet: *Ergo Prophera eius tēporis hoſtoriam tractans, diuinitus euocatus eſt ad poſteriora Meſsiæ tempora, atque ſub captiuitate Babylonica Sathanæ captiuitatem ſub libertate ex ea redemptionem Chriſti ſibi repræſentatam ſignificauit*: ſubinde ad poſteriora verba verſus 37. quæ Hebræa, & Græca legunt *tranſire vos faciam ſub virga*, ſubijcit, *more, ſcilicet, paſtoris numerātis pecora; ac ſi dicat veſtri curam geram ſingularem, nullum patiar in deſerto perire, omnes in numerato habebo, & ex nomine appellabo, quaſi diligens paſtor, quia magni vos duco, & magni facio*. Pergit Prado: *Alludere videtur ad factum, cuius memoria eſt Numerorum libro Numer. 2. & 3.* Numera mihi ſummam filiorum Iſrael per familias, & cognationes ſuas. *Veritas autem propheiæ comprobata eſt. Lucæ 2. verſ. 1. Cū vniuerſus orbis numeratus eſt* exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, *qui legem nouā ferebat, videlicet, ne quis deeſſet tantæ ſolemnitati, vel à tanto beneficio ſeſe alienū exiſtimaret: Videbat enim noſter Emmanuel, omnium hominum nomina habere in promptu, vt illa ſcriberet in libro vitæ, ſeu familiæ ſuæ, quam aggregare venerat Angelorum cognationibus*. Hæc omnia ille, & quidem opportunè.

Ecce tibi Filium Dei ex vinculis fœderis apprehendentem naturā humanam, cum videlicet venit plenitudo temporis, miſsit Deus Filium ſuū factum ex muliere: ſed enim vt contractum ex vtraque parte ſolemniter perfectum videris; audi apprehendentem itidem apprehenſum ex vtraſque dextras cōmuni conſenſu coniunctas, & humanæ naturæ nomine Sanctiſsimā Virginem Sponſo ſuo, iam nubilem dicentē: *Quis det te fratrem meum ſugentē vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deoſculer te: & iam me nemo deſpiciat: Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ*. Quæ verba ad Incarnationis myſterium referūt frequenter interpretes. Guillielmus verò apud Delrium in vtramque partem illa, ſic verſat. *Polliceris quod mihi Filius naſceris, ſed vtinam naſcendo de alia qualibet, vel frater mihi naſcaris per humanæ communionem*

P. Prado

Num. 2 & 3.

Lucæ 2 v. 1.

Cant. 8. v. 1. & 2.

Guill.

naturæ, dum tamen omnino nascaris in meam omniumque salutem: & post pauca: *Vtinam vel frater mihi sis per humanæ naturæ communionem, qui te mihi Filium polliceris. Vtinam hoc mihi simpliciter tribuas, vt incarneris, qui ex te mihi incarnandum polliceris*: tãdem verò subdit: *itaque per incarnationis mysterium* exi à Patre, & veni in mũdum: *vt inueniant te homines* foris, *scilicet, à te traijciendi intus. Egredere ad nos, vt nos facias ingredi in gaudium Domini nostri: non intrabimus, nisi tu exieris, non inueniemus te intus, nisi prius inuentum, & deosculatum* foris. Hæc Guillielmus: qui indidem verbum *apprehendit* in rem nostram, sic vrget: *Apprehendam te, quia forti, & deuota fide concipiam, & cum apprehẽsum nouem mensibus clausero in vtero meo sacro te partu indutum carne inducam in orbem: & quidem toti mundo te pariam*: Sic ille: Nec aliter. B. Ildephonsus hom. 1. de Laudibus Virginis, quamuis hæc verba Ecclesiæ vniuersali tribuat in hunc modum: *Hũc sola virgo meruit suscipere, sola parere, sola lactare in votis, & ardenti præstolantis deprecantis, & dicentis Ecclesiæ.* Quis det te fratrem meum, &c. *Inueniam te, inquit, foris in luce, qui es secretum Patris. Inueniam apparentem in carne, qui lates in inuisibili maiestate. Inueniam te sponsum procedentem è thalamo, qui in ventre virginali conceptus es de Spiritu Sancto.* Et de osculos *vnita tibi in perceptione carnis tuæ, & sanguinis: & iam non simus duo, sed vna caro.* Hæc Ildephonsus: adstruens admirabilem contractum, & admirabile commertium.

Ildephõ.

6 Dixeris oriri hinc opportunam lucem verbis Chrysologi serm. 141. supremum culmẽ dignitatis Mariæ, sic exprimentis. *Vna puella, sic Deum in sui pectoris recepit hospitio, vt cœlis gloriam, salutem perditis; terrenis cum cœlestibus parentelam ipsius Dei cum carne commertium pro exigua domus exigat pensione.* Apud quem obserues velim hæc extrema, quibus affirmat Virginẽ pro suæ domus pensione Dei cum carne commertium exigere; quæ difficultatem continent, nec mediocrẽ, nec vulgarem: Quid enim fuerit Dei cum carne commertium exigere pro domus pensione; cum ipsummet Virginalis domus hospitiũ fuerit Dei cũ carne cõmertium? exigebat ne Virgo, quod apud se iam habebat; aut fieri cupiebat, quod iam reapse factũ videbat? Non equidẽ; profundior enim ex mente Chrysologi Virginis exactio, seu notum fuit: Nimirum; tum *exigere* Verbũ forense est ad significandũ legitimum ius, quo aliquid in iudicio postulatur: tum etiã hoc vocabulũ *commertium* (vt iuri speriti notant, signatèque Schardius in Lexico iuris) *verbũ generale est ad omnes contractus pertinens*: siue legitima dandi, & accipiendi vicissitudo: Vnde non solùm fuerit referendum ad cõmunicationem cœli, & terræ à Virgine factã eo sensu, quo de Mercurio dictum est à Claudiano lib. 1. de Raptu Proserpinæ

Chrysol.

Schiar.

Claudia.

Atlãtis Thegæe nepos, cõmune profundis,
Et superis Numen, qui fas per limen vtrumque
Solus habes, geminoque facis commertia mundo.

Sed potissimum etiam ad solemnem contractus formam, & legitimã inter Deum, & humanum genus dandi, & accipiendi à Virgine factã vicissitudinem, vt ipsa pro domus suæ pensione, signatèque pro carne, quam Filio Dei dedit, vt ea, tanquã diademate coronaretur legitimũ nobis ius ad salutẽ, & cœlestẽ gloriam sperandã obtinuerit, quòd cũ semel mutua inter Deũ, & hominẽ dandi, & accipiendi vicissitudo sit, non ea solũ de causa ad benè de Deo sperandũ animemur, quod ipse sic amet sua beneficia geminare, vt vnum alterius illex, & pignus sit (vt inquit August. ser. 176. de tempore) *vt per ea, quæ cognoscimus præstita, discamus sperare promissa, ac Dei nostri præsentem, præteritamque bonitatem, quasi futurorum teneamus cautionẽ*: sed etiã quòd fiducia nostra contractui bonæ fidei cum Maria innito expressè innitatur, dum ab ipsa Dei Filius humanam carnem accepit: indeque Dominus ad vitã nobis inspirandã quodam inspirati spiritus fœdere se obstrinxerit: & hæc quidem Chrysologi mens fuerit, cum dixit Virginẽ pro domus pensione ipsius Dei cum carne commertium exigere: Ad hæc: pro hoc argumento vide dicta in superioribus, ex Dauide Psal. 58. vers. 8. *Et nunc,*

August.

Psal. 38 v. 8.

quæ eſt expectatio mea? Nonne Dominus, & ſubſtantia mea apud ſe eſt, atque ijs adiunge hæc ex Eccleſia Græca in Menæis die 16. Martij, Ode. 6. à Sabino M. *Primi parentes noſtri guſtato inobedientiæ fructu, ex voluptatis quaſi patria extorres ſunt facti. Nos verò ventris tui fructu percepto in immortalitatis vitæ voluptatibus delitiamur, O Virgo! Quæ es noſtra maxima à Deo poſtulandi fiducia:* Sic ibi.

Eccleſia Græca.

EXEMPLA.

GOgonus in Chronico ad annum 1508. refert ex manuſcriptis Codicibus Metinenſis Cœnobij Cæleſtinorum, *de quodam Religioſo negligente & incompoſito in moribus, & diſciplina regulari; quem in extremis agẽtem ad Diuini Iudicij Tribunal deductum damnari oportebat, niſi beatiſsima Virgo interceſiſſet, cuius beneficio, & ſanitatem citò recuperauit, & vitam in melius commutauit.*

Perſimile narrant Annuæ litteræ Societatis ad annum 1590. de Iafredo, *qui cum enormis eſſet peccator, & in extremam ægritudinem deueniſſet viſione raptus eſt ad Chriſti tribunal accuſato à dæmonibus, & mæſto ac lugenti, necnon Virginis potentiſsimam opem enixè imploranti, obtinuit remiſsionem Virgo, eidemque apparens ſolatium ingeſsit, atque alijs circumſtantibus Iafredum lucis ſuæ radios aſpicere permiſit, vt fuſsius habetur in Annus vbi de Collegio Lauretano agitur.*

Sed alterum maiori planè obſeruatione, & admiratione dignum videtur à teſte oculato eoque ob egregias virtutes omni hominum veneratione, ac fide digniſsimo Euſebio Nirembergio in vita S. Ignatij cap. 31. & à Thouſſano Brindol in Virginis Triumpho, die 31. Decembris relatum de miſero quodam inueterato peccatore: in quem miſericordes ſuos oculos Deipara conuertit: ſic namque Euſebius. *Infamis in Hiſpania peccator, & eo vſque ſui ac Dei oblitus, vt ſexaginta annos, ſine bona confeſsione tranſegerit, viſitatus de nocte eſt à S. Deipara oculos ſuos pios, ac miſericordes in illum aperiente; quo intuitu tantum ille concepit anteactæ vitæ dolorem tam diſtinctam omnium peccatorum ſuorum notitiam, vt ſtatim confeſſarium poſtularit, melioremque vitam propoſuerit: Accurrit ergo Euſebius confeſsionem excepit, & miratus tantum Dei beneficium, ſimul etiam agnouit pœnitentem ſuum ſolitum à longo fuiſſe cottidie recitare in honorem B. Virginis, vnam omninò ſalutationem Angelicam, cuius deuotionis cauſa haud dubiè* Magna Miſericordiæ Mater *protectionis ſuæ voluit eſſe participem, ſanatumque in ſanguine immaculati Agni quinque poſt elapſis diebus ereptum vitæ miſerijs ad æterna euexit beatæ immortalitatis gaudia.* Ita Euſebius.

Huc etiam ſpectare poteſt, quod Cæſarius Ciſtercienſis lib. 7. rerum mirabilium, ſic refert *Monachus quidam Ciſtercienſis grauia quædam peccata ante conuerſionem commiſſa, propter erubeſcentium, neque in ſæculo, neque in Monaſterio confeſſus fuerat: cumque infirmatus ad mortem ſolus iaceret, vidit duos tetros ſpiritus in angulo cubiculi complosis manibus cachinantes, atque adinuicem dicentes. Cras hora tertia deducemus cum magno gaudio animam huius ad infernum: mox infirmus tremere cæpit, atque palleſcere maximè propter remorſum conſcientiæ. Pauens ergo, & circumſpiciens contemplatus eſt in angulo oppoſito Matronam pulcherrimam dæmonibus cachinãtibus, ſic reſpondentem. Nolite nimis gaudere: ego illi dabo conſilium qualiter dentes veſtros euadat: viſione diſparente Monachus Priorem vocauit, cui omnia ſua peccata meritis B. Mariæ Virginis adiutus plenè, & deuotè confitens ſacra Euchariſtia munitus, & oleo ſancto inunctus hora à dæmonibus prædicta ſub ſpe veniæ ſpiritum exhalauit.*

MARIA quòd pro Deo Saluatore fideiusserit; efficax Aduocata hominum apud Deum est.

ADNOTATIO XV.

1 PErsequimur fideiussoriam Mariæ actionem, qua Dei Filium, cum humani generis, tanquam Aduocata patrocinium suscipit, placare, & emollire studet, donec ab ipso pro nobis misericordiam, & indulgentiam obtineat: Et quidem opportunam ansam sumimus ex præfatis Anselmi verbis, quibus adstruebat; nullã in massa creationis humanæ viam à Diuina Sapientia inuentam fuisse *per quam, vt disposuerat in mundum veniens luctuosæ, perditioni subveniret*, donec ad Virginem ventum esset: vt dixerit. Virginem & primæ vum consiliorum Dei scopum fuisse; & ab ipsa, sic diuina, & salutaria consilia fuisse executioni mandata: vt diuinarum reconciliationum fideiussio fuerit, & sigillo auctoritatis suæ firmauerit: Qua quidem de re, sic peropportunè locutus est, Isaias cap. 25. vers. 1. in hæc verba: *Dominus Deus meus es tu, exaltabo te, & confitebor nomini tuo; quoniam fecisti mirabilia cogitationes antiquas, fideles Amẽ*: siue vt legit Pagninus: *Quoniam fecisti mirabilia; consilia, quæ dixisti à longè firma: firma sunt*: pro quibus transtulerunt LXX. *Quoniam fecisti admirabiles res: consilium antiquum verum fiat*: vt videris Vatem, cui futura præsentia sunt, propheticis oculis videre cogitationes antiquas Dei in Christi aduentu reapse executioni mandatas: & diuina promissa, rata, fidelia, & firma ab hominibus haberi: Sed; quæ, inquis, hæ antiquæ cogitationes Dei fuerunt? Respondet vnus

Anselm.

Isai. 25 v. 1.

LXX.

A pro omnibus Bernardus serm. 1. de Epiphania illas omninò esse; quas sub Dei persona expressit, Ieremias 20. vers. 11. *Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis*: Sic namque Bernardus premens verba Apostoli ad Titum 3. vers. 4. *Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei*: de illis ratiocinatur. *Priusquam appareret humanitas latebat Diuinitas: siquidem & prius erat: nam & misericordia Domini* B *ab æterno est: sed vnde tanta agnosci poterat? Promittebatur, sed non sentiebatur: vnde & à multis non credebatur*: Multifariè *quippè* multisque modis loquebatur Dominus in prophetis: ego *inquiens* cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: *Sed quid respondebat homo, afflictionem, sentiens; pacem nesciens*: Quousque dicitis Pax: pax; & non est pax. *Propter hoc Angeli pacis amarè flebant dicentes*: Domine, quis C credidit auditui nostro? Hac modo Bernardus: nodum posteà soluturus.

Iam si nosse velis, quam fuerint antiquæ in Deo cogitationes pacis; & quæ quidem ipsæ? aut qua de re fuerint; contemplare primum illud Dei opus, seu figmentum ex elegantissima consideratione Tertulliani lib. de Resurrectione carnis cap. 6. vbi cum primum de limo terræ, quem Dominus in manus ad formandum hominem accepit; sic dixisset. *Satis beatus si solum modo contactus. Adeò magna res agebatur. Recogita totum illi Deũ occupatum, ac deditum manu, sensu, opere, consilio, sapientia, prouidentia, & ipsa in primis affectione, quæ lineamenta ductabat*: subinde magna emphasi, & verborum pondere; cur tam accuratè in illo limo exprimendo sese Deus occuparet? eam reddit causam. *Quodcumque enim limus exprimebatur,* E *Christus cogitabatur homo futurus, quod & limus, & sermo caro; quod & terra tunc*: ita ille: obserua illud *Christus cogitabatur homo futurus*: En cogitationes antiquas Dei, cogitationes pacis, cogitationes salutis; quæ perituro homini ante languorem adhibebat medicinam, Ecclesiast. 18. vers. 20. vt quod est in Proœmio: *Prius antidotum, quàm venenum*: sed & post venenũ ab Adamo haustum, obserua *cogitationes Dei antiquas, fideles & cogitationes pacis*: quippè à Moyse

Bernar.

Ierem. 20. vers. 11.

Ad Titũ 3. v. 4.

2

Tertull.

Eccl. 18 v. 20.

post

post hominis peccatū inducitur Dominus deambulans *ad auram paradisi post meridiem*, Genes. 3. vers. 8. *Vt meridiano calore transacto* (inquit Hieronymus) *refrigerium auræ spirantis ostēderet*: & explicante Abulense. *Qui ad auram ambulat, à calore refrigerari vult: sic Deus post peccatum hominis calore iracundiæ incanduerat: ideò refrigerari volebat*: Sed qua ratione? Cogitans nimirum cogitationes pacis, & infelicis casus per aduentum Filij Dei reparationem, vt meditatur S. Irenæus M. lib. 5. aduersus hæreses occasione cæci illius cui visum Christus restituit, Ioan. 9. vers. 7. inquiens: *Sed idem ipse, qui ab initio plasmauit Adam, semetipsum manifestans hominibus, ei qui ab Adam cæcus fuerat formauit visionē, & propter hoc scriptura significans, quod futurum erat ait. Absconditio Adam propter inobedientiam, Dominum venisse ad eum, & euocasse eum, & dixisse*: vbi es? *Hoc est; quoniam in nouissimis temporibus ad ipsum venit Verbum Dei aduocare hominem, commemorans in eo opera sua, in quibus degens absconditus erat Domino*. Hæc Irenæus: Quibus adde Tertulliani obseruationem lib. *de carne Christi* cap. 14. huc inflectentis Isaiæ verba cap. 9. vers. 6. Christum quibus Christus appellatur *magni cōsilij Angelus*: hunc in modum: *Dictus est magni consilij Angelus, ideſt, nuncius: officij, non naturæ vocabulo: Magnum enim cogitatum Patris super hominis restitutione annunciaturus sæculo erat.*

3 Sed vt ad Mariam iam deueniamus: cum modo vides Deum deambulantem ad auram paradisi, cogitātem, videlicet, cogitationes pacis (vt posteà inducitur ab Isaia 30. vers. 18 *Expectat Dominus, vt misereatur vestri*; quod in Hebræo legitur: *anhelat Dominus: vt recipiat vos in gratiam*:) scito auram illam auream; quam vt meridianum Dei æstum, siue indignationem refrigeraret; ipse quærebat; fuisse Mariam de qua inquit S. Petrus Damianus, sæpius adductus, & sæpè sæpius adducendus serm. 1. de Natiuitate Virgin. *Quis scit? quoties refrigeras iram iudicis, cum iustitiæ virtus à præsentia Deitatis egreditur*: itidemque S. Iosephus ad calcem præcēd. adnot. adductus; *in tuo quippe fastigio propalam apparuerunt itinera, seu vestigia Domini ad dignitatem nos primigeniam sursum ducentis*: nimirum itinera, & vestigia pedum omninò ad deambulantem pertinent: Quod si ipsas Dei cogitationes pacis reuerenter rimari velis: audi ipsummet Dei Filium cum Maria Matre futura, sic loquentem, Cant. 2. vers. 10. *Surge propera amica mea, columba mea formosa mea, & veni*: Nimirum velut à meridiano æstu indignationis, quo ob peccatum Adæ incaluit, ex occursu auræ Mariæ refrigeratus: his ipsam verbis affatus dicitur, vt ipsius ortum, hoc est plenitudinē temporis maturaret, & quo tanta adiutrice humanæ salutis reparationem moliretur: apositè hunc locum, in hunc sensum inflectente Ruperto lib. 2. in Cantica: sub ipsius Mariæ persona sic fatus: *Dilectus semper optauit, semper concupiuit id, quod vtile foret creaturæ suæ, humano generi. Quod si vnquam aliquid dicitur, rectè desiderasse, vel optasse, quanto magis istud, in quo est summa salutis, ipsam plenitudinem temporis, in quo fieret ex muliere, fieret sub lege, vt eos, qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperent*: & statim Sponsi verba, sic Deipara pergit illustrare: *Igitur hæc verba Dilecti mei loquentis mihi* surge propera, &c. *Sic accipite quasi verba desiderantis, tanquam festinantis, & optantis, iam adesse materiam tantæ salutis, scilicet me, cuius caro illi materia foret assumendæ carnis. Tanquam præsenti loquebatur mihi, meque iubebat surgere, & properare, ideſt, nasci, & hospitium ventris mei sibi cito præparari*: Hæc Rupertus. Quibus opportunè aptabis verba Bernardi numero primo promissa, dubio ab ipso proposito, ex plenitudine temporis à Maria adueniente, sic respondentis: *Nunc iam credant homines, vel visui suo, quia* testimonia Dei credibilia facta sunt nimis, *vt enim nec turbatum oculum lateat*: in Sole posuit tabernaculum suum: *Ecce pax non promissa, sed missa; non dilatata, sed data; non prophetata, sed præsentata: Ecce sicut saccum plenum misericordiam suam Deus Pater misit in terram: saccum, inquam in Passione concidendum, vt effundatur, quod in eo latet pretium*

Cant. 2. v. 10.

Rupert.

Bernar.

nostrum: saccum vtique etsi parvum, sed plenum. Parvulus *siquidem* datus est in nobis; *sed* in quo habitat omnis plenitudo Diuinitatis. *Postquam enim venit plenitudo temporis; venit & plenitudo Diuinitatis: venit in carne; vt vel sic carnalibus exhiberetur: & apparente humanitate, benignitas agnosceretur; vbi enim Dei innotescit humanitas iam benignitas latere non potest.* Sic Bernardus.

4 Nec omisserim in præfatis verbis Isaiæ obseruare ex Hebræo illa: *Cogitationes antiquas fideles Amen*: siue vt pro *Amen* vertunt LXX. *fiat*: etenim Hebreæ voces, *Omen amuna*: vt bonus Scholiastes P. Gaspar Sanctius aduertit, tum omnino significant, *fidelitas, fidelitas*; seu *fideles firmitate*: tum in eis notanter; altera terminatio est masculina: altera fœmenina: quod vt ille ad pondus maximum denotandum reuocet, quasi vtroque genere in eadem materia, textuque coniunctis, omnis omnino firmitas atque fidelitas significetur: ego quidem potiùs referre volo, tam ad Christum Dominũ in terminatione masculina significatum, quàm ad Mariam in fœmenina, quasi ab ipsa, tanquam à bono fideiussore tabulas reconciliationis fideles, validasque existere Deus voluerit: siue (vt Isaias Paulum explicet; & Paulus ab Isaia explicetur) tũc temporis *cogitationes pacis*, idest, de Dei Filio in mundo mittendo; compleri Deus voluerit, cum Mariæ ortus, tanquam plenitudo temporis aduenit, *in quo misit Deus filium suum factum ex muliere*: Nec otiosè quidem transtulerunt LXX. terminationem fœmeninam pro voce *Amen*, reponẽtes *fiat* cum omnimoda allusione ad Virginis consensum de fideiussione expressum per Verbum, *Fiat mihi secundum Verbum tuum*: Quæ omnia vt vidimus explicauit S. Theophanes, inquiens: *Tu ò sola inter omnes benedicta sigillo auctoritatis tuæ diuinorum Patrum asserta firmasti, cum pareres Verbum, quod loquebatur per illos, quodque diuinis eorum oraculis hunc ipsum quem præsagierunt exitum dedit & complemẽtum*: Quod & itidem ipsemet Theophanes, sic expressit die 17. Ianuarij Ode. 4. de S. Antonio. *Tu verissimè iam humi prostratã generis humani naturam subleuasti in altum, dum nobis progeneras eiusmodi Filium, qui & in Diuinitate Patri æqualis cerneretur, & tibi sese gignenti fieret consubstantialis*: Breuiter verò S. Iosephus Confessor, die 2. Ianuarij Ode. 5. Virginem sic salutans, *Salue ò cadentis mundi erectrix*: Nec aliter S. Laurentius Iustinianus serm. de Annũciatione de Maria, inquiens: *Facta est paradisi scala; cæli ianua, inventrix mundi, Dei, atque hominum verissima mediatrix.*

LXX. Lect. Hebr. P. Sãct.

S. Theophan.

Idem.

S. Iosep.

Laurẽt. Iustin.

5 Sed omnino ad rem Bernard serm. in Natiuitate Mariæ: cum in primis Virginem, sic fuisset de eius dignitate, & maiestate super omnes Angelos, & Principatus allocutus: *Transi ergo virtutes, & Dominationes, Cherubim quoque, & Seraphim, vt ad eum peruenias, de quo vociferantur adinuicẽ*, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabbaoth. *Quod enim ex te nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei*: Subijcit: *Fons sapientiæ Verbum Patris in excelsis: Hoc Verbum mediante te caro fiet, vt qui dicit ego in Patre, & Pater in me dicat nihilominus; quia ego à Deo processi, & veni*: & post nonnulla *descendit, itaque cogitatio pacis in opus pacis. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Hæc Bernard. obserua illa *Descendit cogitatio pacis in opus pacis*: quare, *quia Verbum hoc mediante te caro fiet*, vt videris cogitationes antiquas pacis Dei, à Maria fideles, firmas, & in opera fuisse redactas. Cui cogitationi sapienter adstipulatur Richard. à S. Laurentio lib. 10. de Laud. Virginis: vbi dum Deiparam, luculenter componit cum throno Salomonis, de quo 3. Regum 10. vers. 18. huius imaginis rationem, sic reddit: *Primò assignandum est, quare Christus per Salomonem designetur. Cum autem Salomon fuerit trinomius videndum est, cur potiùs hoc nomine, quod interpretatur pacificus designetur, cum ei factura thoni adscribitur? Christus enim verè est pacificus, qui dicit Ieremiæ 29.* Ego cogito cogitationes pacis: *Tunc enim Dominus efficaciter cogitauit de pace, quando sibi præparauit vterum virginalem: vnde dicit Zachariæ 8.* Sicut cogitaui, vt affligerẽ; sic cogitaui in diebus istis, vt benefaciam Ierusalem, & domui Iuda. *Fecit ergo pacificus thronum, vt pacem faceret, quia mediante Filio hominis paci-*

Bernar.

Richar. à S. Laur.

3. Reg. 10. vers. 18.

ficati sumus Deo Patri : mediante etiam Matre Pacifici pacem apud Filium, quoties volumus possumus inuenire. Sic opportunè Richardus: apud quem notetur aurea illa sententia : *Tunc enim Dominus efficaciter cogitauit de pace, quando sibi præparauit vterum virginalem* : Vbi vides aliud quidem esse *cogitare cogitationes pacis*, & aliud : *cogitare efficaciter de pace* : sicut aliud est cogitatio pacis; aliud verò opus pacis; ac proinde iure Mariæ consensu in opus Redemptionis adscribi opus pacis: quia per ipsam Dominus efficaciter cogitauit de pace: Sapienter ergo Bernardus, & Richardus opponūt, siue componunt in Dei Filio sinum Patris, cum ventre Matris, quasi in illo pacis cogitatio, siue idæa pacis; in hoc autem ipsius pacis exhibitio fuerit: in sinu namque Patris, manus Dei ad pacem, & salutem dandam propēdebat: in ventre Matris manus reapse facta est ad pacem, & dexteram lapsis porrigendam : vnde nato Domino, & pacem faciam, & Saluatorem hominibus natum Angeli cecinerunt. Lucæ 2 vers. 11.

Lucæ 2. v. 11.

6

Bernar. Bonauē.

Hinc Maria non solùm cum Sole componitur à Bernardo; quasi sine ipsa nihil nobis, nisi tenebræ sint: *Tolle* (inquit apud Bonauent. in Speculo Virginis cap. 3.) *corpus hoc Solare, quod illuminat mundum, vbi dies? Tolle Mariam; hanc Maris Stellam, quid nisi caligo inuolvens, vmbra mortis, & densissimæ tenebræ relinquuntur* : Sed etiam ab Ildephonso accurata, sed difficili locutione *solum opus incarnationis* asseritur: Sic enim ipse lib. de Virginitate Mariæ cap. 12. *At nunc venio ad te sola Virgo Mater Dei procido coram te solum opus incarnationis Dei mei* : vbi cum merito ambigas: cur totum Incarnationis opus Mariæ tribuat Ildephonsus? siue cur solum opus Incarnationis ipsa sit: ex dictis non importunè possis respondere eatenus *soli*, siue *sola opus Incarnationis* dici, quatenus ab ipsa, & ex ipsa, & in ipsa hoc opus confectum est: quia *Verbum mediante ipsa* (vt dicebat Bernardus) *caro factum est*: & quia Deus *tunc efficaciter cogitauit de pace, quando sibi præparauit vterum virginalem*: A qua cogitatione non procul inerit, quod indidem ipsemet Ildephonsus eodem libro cap. 11. obseruat; aliter nimirum Angelum cum Abrahamo, ac cum Ioanne Euangelista se gessisse : quippè ab Abrahamo adorari passus est; à Ioanne verò adorari noluit : quod videlicet caro Filij Dei solum fuerit in lumbis Abrahæ : subinde verò à Virgine reapse assumpta, & in sede maiestatis collocata : Audi Ildephonsum: cuius is signatè scopus erat, Virginem omnimodis præferre Angelicæ naturæ, inquiens : *Bene Angelorum statui, qui quasi potuit præfero Virginitatem mirabiliter singularem, quam Natiuitas Filij Dei tantò auctam gloria incorruptionis reliquit, quantò singularem, ac singulariter glorificans assumptam ex illa carnem ad sedem Patris inuexit*: ex qua ratione sic infert: *ita hæc natura, in qua Abraham Angelum adorauit, & tamen adorari prohibita non est: in Ioanne adorare volens, sit prohibita adorare. Quoniam in Abraham, licet ex eius semine in Christo diceretur assumenda, nondum tamen in eodem Christo erat assumpta, &c. In Ioanne autem ideò hanc naturam se adorare Angeli prohibent, quoniam hanc super se in sede maiestatis adorant: Et ideò honorabiliorē se incorruptionem maternæ virginitatis habent, quia fructum eius super se, & admirantes aspiciunt, & humiliter intuentur.* Hæc Ildephonsus: Tanti quidem refert inter carnem Christi in semine Abrahæ fuisse; atque eamdem ex Virgine susceptam: & inter cogitationem pacis; atque opus pacis

S. Ildep.

Huc placet strictim, sed opportunè quidem referre, quod in epist. ad Philippenses cap. 2. vers. 8. adnot. 6. de Christo pro humano genere Passione, & sanguine suo fideiubente loquis tractauimus: adductis verbis illis Salomonis, Prou. 20. vers. 16. *Tolle vestimentum eius qui fideiussor extitit alieni*: quasi Summus Pater, qui *proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum*, ad Roman. 8. vers. 32. tanquam iustitiæ vindex à Christo, tanquam peccatorum fideiussore; solutionem exigens, & fideiussorem appellans, hæc verba dixisse videatur, dum bonus fideiussor *corpus suum dabat percutientibus*, & tanquā *agnus coram tondente obmutescebat*; atque à carnificibus, non modo vestibus exuebatur, sed pelle ipsa, & carne fœda verberum

7

Philipp.

Prouer. 20. vers. 16.

Rom. 8. v. 32.

Isai.

per-

perpeſsione. Quibus modo addimus; ipſammet Deiparam itidem pro Filio, & pro nobis fideiubentem: ſimiliterque exſoluentem: quippè vt iam vidimus in ſuperioribus pulchrè ipſam appellauit Methodius Chriſti pallium, ſiue indumentum inquiens orat. in Hypapantem. *Tu es impolluta illius indumentum, qui luce, vti veſtimento circumfunditur*: Ergo æquè à Matre, atque à Filio fideiuſsionis ſolutio exigitur, dum à Chriſto veſtimentum eius auferri præſcribitur: vt tam ipſe, quàm Mater omninò dixerint: *Quæ non rapui tunc exſoluebam*: Pſalm. 68. verſ. 5. Redibit etiam de his ſermo, cum lib. 4. de Maria humanæ Redemptionis adiutrice diſſerendum ſit.

Metho.

Pſ. 68. 5.

8

Sed iam hæc omnia, quæ hucvſque diximus ipſiuſmet Deiparæ teſtimonio: imò verò Oraculo firmanda ſunt: ipſa ſiquidem Diuinum Canticum, quo de humani generis ſalute immenſa ſeſe lætitia plenam profitetur; his verbis auſpicatur: *Magnificat anima mea Dominum, & exultauit Spiritus meus in Deo ſalutari meo*: Græcè *Saluatore meo*: Lucæ 1. verſ. 47. vbi non modo obſerues exultationem, & gaudium Spiritus Mariæ in Deo ſaluatore: ſed notanter Deiparam de induſtria addidiſſe pronomen illud *meum*: nimirum, quæ prius *Dominum* dixit paulò poſt mentionem faciens brachij diuini facientis potentiam ad debellandos ſuperbos neutiquam nominauit *ſuum*: *fecit* inquit *potentiam in brachio ſuo, diſperſit ſuperbos mente cordis ſui*, cum tamen Saluatoris meminit ſuum eſſe dixit: Sic id notantibus Richardo à S. Victore lib. 4. Eluciatorij cap. 1. & Card. Caietano: Sic enim prior. *Nec tacitè prætereundum eſt, quod cum Dominum nominaret, nihil addidit: cum vero ſalutarem diceret, non ſimpliciter Saluatorem, ſed ſuum Saluatorem nominauit*: Sed cur ſuum? Nonne, & totius generis humani Saluatorem eſſe Chriſtum voluit? ita quidē, quæ, vt inquit Bernardinus iam adductus totius mundi ſalutem viſceroſiſſimè expetiit: imò verò, vt oſtenderet noſtrum eſſe Saluatorem: ſcitè *ſuum* dixit, quod ex ipſa in noſtram ſalutem factus fuerit: Quod omninò expreſsit Caietanus ibi, inquiens: *Poſſeſsionem indicat Saluatoris, tanquam proprij*: *Verè enim* meus *dicit Maria: quia totum corpus eius, quo ſaluat mundum meum eſt*: ita ille, & quidem pulchrè id; *verè enim* meus *dicit Maria*: quia totum corpus, ſaccum, ſcilicet, illum vbi *erat incluſum pretium* Redemptionis noſtræ, de quo ex Auguſtino ad verba Pſal. 29. *conſcidiſti ſaccum meum* in ſuperioribus egimus, itidemque manus de qua Dauid, Pſal. 118. verſ. 173. *ſiat manus tua, vt ſaluet me*: de qua B. Amedæus: *planè manus iſta plena remedijs, plena medicinis ſanauit omnem languorem, morbos expulit, & mortuos ſuſcitauit*: ex Maria planè fuit. Ergo inquit Maria brachium, robur, potentia, vires, imperium, quo Dei Verbum ſubiicit, ſibi omnia; à Deo genitum ante ſæcula eſt, manus vero, quæ ſaluat, quæ opem fert, & feſsis rebus ſubuenit ex me eſt, *quia totum corpus, quo ſaluat mundum meum eſt*: Vides iam, quo iure cum Filio ſuo in iudicio Deipara agat? & quanta ratione dicimus Mariam, quaſi Aduocatam iuſtitiæ in eius iudicis tribunali, quæ manum ad ſaluandum fecit?

Lucæ 1 v. 47.

Græc. Lect.

Richar. à S. Vict.

Caietan.

Pſ. 118. v. 173. Amed.

EXEMPLA.

ILluſtriſsimum miraculum: de Iudæo, qui Lauretanæ Virginis ope à vinculis perfidiæ, animi, & à corporis catenis liberatus eſt: cum ad liberationem à corporis vinculis ſignatè referatur à Turſelino; ego malim ad emollitam obſtinati animi duritiam Deipara adiuuante, & cum Filio velut ex iure agente reuocare, quæ fortior eſt omnium catenarum pondere: Ergo ille lib. 4. cap. 12. ſic inquit. *Nazarenus fuit Hebræus, vir alioqui grauis, ac prudens, qui Nazarethi habitabat in vico, vbi Lauretanæ domus diximus extare veſtigia, is igitur in loci vicinitate, de quo multa fando audierat mirabilia, religionis aliquid traxerat, ita Mariæ ciui fauebat ſuæ, quam tanto à Chriſtianis coli honore cognorat: iam à Chriſto ipſo eamdem ob cauſam haud ſanè multum abhorrebat. Cæterum, vt eſt genus hominum durum, atque obſtinatum*

in

in aulica superstitione qua illum à puero diuturnus vsus implicauerat. Sed grauis calamitas tandem obstinatum animum flexit, iam sexagenarius ob patratum nescio, quod facinus à Turcis comprehensus æternis addicitur vinculis: tandem ærumnis confectus desperata salute corporis de animo cogitare cæpit, mox iniecta diuinitus ingenti salutis cura veniam à Deo mundi conditore suppliciter orare instituit, ita victa malis obstinatio, & Diuina lux caliganti animo oborta; ergo, & Iesum Christianorum Messiam, & Mariam Messiæ Matrẽ venerabundus implorat, id cum impensè fecisset, discedit cubitum spei, ac fiduciæ plenus. Nec vana spes fuit, eadem nocte secundum quietem sei illi obtulit Christus, quem cũ ex specie, quæ coli à Christianis solet agnouisset, verum Deum, ac Messiam professus, insuper supplex adorauit in somnis. Confestim illi eximia pulchritudine, ac maiestate Virginis species oblata est, cuius iussu altera Virgo eius comes Nazarenum catenis eximit, quibus vinctus tenebatur: foribusque carceris reseratis adhuc sopitum somno, sed per quietem, quæ re ipsa gerebantur videntem deducit ad Portum, ibi potior Virgo, quæ alterius Domina videbatur, nauiculam paratam ostendens, iam liber es (inquit) esto liberatricis memor, en tibi effugium paraui, nec deero fugienti: tu modo Lauretum, quod oppidum in Piceno Italiæ regione est, pete: ibi Christianis initiatus sacris ad Mariæ aram te sistè suscepto consilio vitæ melioris. Tum verò Iudæus gratijs vtrique; ac præcipuè ei, quæ primas tenebat, actis orare liberatricem suam, vt nomen suum edere, ne grauetur. Et illa cũ se MARIAM Lauretanam; Luciam comitem esse dixisset, subitò cum Comite ex oculis abijt. Tum demun euigilans Hebræus veram rei gestæ speciem sibi in quiete oblatam sensit. Dum rei miraculo defixus hæret, nullumque grates agendi Lauretanæ Virgini modum facit nauicula, quam B. Maria hortante conscenderat, per maria sua sponte incredibili celeritate ferebatur, itaque diuino ductu, impulsuque Anconam appellitur hi duo. Miraculo deinde vulgato à primoribus Ciuitatis benignè accipitur, quibus instantibus, vt ibi baptismate ablueretur; atqui, inquit, Maria Christi Mater Laureti me baptizari iussit. Ergo à Prætore Anconitano cum litteris commendatitijs di missus Lauretum pergit: ibique Christianis mysterijs satis imbutus Baptismo expiatur, ingenti vel suo, vel aliorum gaudio: Sæculi huius anno LX. tota res ab ipso per interpretem Rieræ, & alijs enarratur.

MARIA apud Filium Aduocata iustitiæ, quia ille in ipsa parauit thronum suum, vt iudicaret orbem in æquitate.

ADNOTATIO XVI.

OFfert se nobis noua ratio à carne Mariæ, quam Dei Filius accepit, ob quam ipsa dum hominum patrocinium suscipit; stricto quodãmodo iure; cum ipso agere possit, vt indulgentiam, & gratiam, quam pro ipsis petit; optimo merito consequatur. Nimirum ipse *constitutus est à Deo Iudex viuorum, & mortuorum*, Actuum 10. vers. 42. Sed qua ratione? Respondet ipse Ioan. 5. vers. 22. *Pater non iudicat, quemquam, sed omne iudicium dedit Filio*: & Statim vers. 27. *potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est*: Premit hanc causalem Bernard. ser. 73. Vbi versans illud Habacuc 3. vers. 2. *Cũ iratus fueris, misericordiæ recordaberis*: de iudiciaria Christi potestate longo sermone differit hunc in modum: *Vt cum iratus fuerit, misericordiæ recordetur, regatur ab ista* (sponsa) *apparere in misericordiæ habitu, de quo Apostolus* Habitu inuentus, vt homo: *Necessariè quidem: si enim cum hoc quoque temperamento tanta erit in iudicio æquitas, in iudice veritas, in maiestate sublimitas, nouitas in facie ipsa rerum, vt secundum Prophetam, non possit cogitari dies aduentus eius; quid putas foret si ignis ille consumens Deum loquor Omnipotentem in illa suæ Diuinitatis magnitudine, fortitudine, puritate veniisset: cõtra folium, quod vento rapitur, ostensurus potentiam suam, & stipu-*

1 *Act. 10. v. 42. Ioan. 5. v. 22. & 27. Bernar. Habac.*

lam ſiccam perſecuturus: & *homo eſt* (*inquit*) & quis ſtabit ad videndum eum? *Quanto magis Deum abſque homine nobis exhibentem nemo hominum ferret, vtpotè claritate inacceſsibilem, celſitudine inattingibilem, incomprehenſibilem maieſtate. Nunc vero*, cum exarſerit in breui ira eius: *quam grata propter filios gratiæ apparebit blanda quædam viſio hominis: ſanè firmamentum fidei, ſpei robur: fiduciæ augmentum; quod, ſcilicet gratia, & miſericordia ſit in ſanctos eius, & reſpectus in electos eius*: tandem totã rem in hunc in modum concludit: *Denique ipſe Pater Deus dedit Filio iudicij poteſtatem: & non quia ſuus, ſed quia filius hominis eſt. O verè Patrẽ miſericordiarum; vult per hominem homines iudicari, quo in tanta perturbatione, & trepidatione malorum electis ſi luciam præſtet naturæ ſimilitudo*: Hæc Bernardus; multa, ſed bona.

Pſal. 2.

2 Verum enim verò: non nemo deſiderauit in Bernardo exactã cauſalis illius rationẽ: *dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt*: non enim dixit Chriſtus; quia homo eſt, quò it tota ratio Bernardi; cum tamẽ homo, qua homo non mitior, aut ſuauior ad iudicandum ſit, quam Deus (ſanè cordatos quoſque ſemper audiui malle ſe à Deo, quam ab hominibus iudicari:) Sed accurato dicendi modo, & quæſita locutione dixit Dominus: ſed *quia filius hominis*, ideſt, Virginis Mariæ *eſt*: Supra quam quidem baſim opportunè ſurgit moles illa Bernardi: *Quid putas foret, ſi ignis ille conſumens Deum loquor omnipotentem in illa ſuæ Diuinitatis magnitudine, fortitudine, puritate veniſſet. Nunc vero, quàm grata propter filios gratiæ apparebit blanda quædam viſio hominis*: à blandiſsima ſanè, & ſuauiſsima Matre accepta; ab ipſius vberibus ebibita; ab eius ſinu educata: Quippè iam à ſæculo *parauit in iudicio thronum ſuum, & ipſe iudicabit orbem terræ in æquitate*, Pſal 9. verſ. 9. in quæ verba Richard. à S. Laur. lib. 10. de Laud. Virg. *Et hoc ideò pertinet ad Mariam quia in humanitate, quam aſſumpſerat ex ea in iudicio apparebit: item quod iudicabit accepit à Matre inde ipſe dicit*, poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt. Sic Richard. ibi, & eodem libro pag. 580. dum Mariam tribunal Dei eſſe aſſerit: inquit: *tribunal eſt ſedes iudicis, ſicut dicit Gloſſa ſuper Ioannẽ, quia Chriſtus in ea carne, quam aſſumpſit ex Virgine iudicabit*: dedit enim, & Pater iudicium facere, &c Quo autem modo, ſit intelligendum, iudiciariam poteſtatem Chriſto Deo, & homini fuiſſe delatam, *quia Filius hominis*, ideſt, Mariæ, ſic opportunè explicat ex Auguſtino Maldonatus ibi: *in humana generatione datam vbi factus eſt Rex: eo etenim ipſo, quod Rex eſt: iudex eſt, tunc enim conſtitutus eſt Rex ab eo ſuper Sion montem Sanctum eius*: ſic ille.

Pſal. 9. v. 9. Rich. à S. Laur.

Auguſt. Mald.

3 Quo omninò facit, quod diximus in adnot. præcedentibus; Chriſtum à carne Mariæ regiam purpuram, hoc eſt à primo vitæ, & conceptionis momento regiam maieſtatem, & vniuerſale imperium accepiſſe, quod ipſa, ſit cooperata ad vnionis hypoſtaticæ effectionem coefficiendo vnionem phyſicam animæ ad corpus, ſiue huius ad animam, quam coeffectionem vi præuiæ naturæ vnionis hypoſtaticæ ambarũ illarum eſſentialium partium ad Verbũ conſequebatur regia dignitas ſupernaturalis afficiens humanitatẽ, in qua Verbũ ſubſiſtebat à Virgine, tanquã à vera Matre productã, vt dixerit Epiphanius Virginẽ fuiſſe *purpuram Regiam, quæ cœli, terræque Rezem veſtiuit*, & S. Sabbas ibi etiam adductus: *Rex gloriæ de Matris diuiniſſimæ ſanguinibus purpuratus inceſsit*, & Theologicè Auguſtinus lib. *de fide ad Petrum* adductus à S. Ildephonſi ſerm. de Purificatione: *Quibus verbis explicabitur carnis illius excellentia ſingularis, cuius diuina eſt ex ſui perceptione perſona? Quia ſic Verbum caro factum, vt in vna perſona eſſet cum carne ſua vnigenitus, ac ſempiternus Deus, ipſa ſuæ carnis conceptione conceptus: ipſe vnigenitus dum conciperetur natiuitatem cœpit carnis ex Virgine*: Hæc vterque Pater. Ergo, vt in humana generatione datum eſt Filio Dei *iudicium facere*, & regiam maieſtatẽ, & vniuerſale imperiũ habere; ita cõſequẽter id à Matre quo dãmodo accepiſſe dicendũ, *quia filius Virginis eſt*: Quare rurſum peropportunè vtraque, & Vatis, & Ioannis verba, ſic premit eodem libro Richardus à S. Laurentio, pag. 564. *in hoc throno ſedet Chriſtus iudicans orbem terræ in æquitate, quod enim iudicabit accepit à*

S. Sabb.

Richar.

Ma-

Matre, quia sicut dicitur Ioan. 5. Pater non iudicat quemquam, &c: Sed potestatem dedit Filio iudicium facere, quia Filius hominis est. *Patri attribuitur potentia; Filio Sapientia, cedere autem debet potentia Sapientiæ in iudicio faciendo*: Sic ille, vt & Bernardus num. 1. citatus: *Denique ipse Pater dedit Filio iudicij potestatem, & non quia suus, sed quia Filius hominis est.* Ex quibus benè perpensis opportunè infert ostatim Richardus post citata verba Mariam, ex eo quod Maria carnem dederit Filio, in qua ipse orbem terræ iudicaturus est: iure cum eo, tanquam Matrem agere, vt peccata illorũ pro quibus ipsa orat, ipsis dimittat: Audi: *Iudicat Christus in æquitate, quando peccata nostra, licet infinita ex vna parte; & carnem suam, quam assumpsit ex Matre ex altera videns remissio eius de iure excedit nostra commissa.* Sic Richardus, & quidem rectè *de iure excedit*: vt legitimè, & iure sanctissima Mater, cũ Filio agat, cum nostra Aduocata existit; quæ non solùm possit dicere redde, quod accepisti; sed etiam persolue sortem cum vsuris, cum plus acceperis, quam retribuis.

Bernar. *Rich.*

4 Qua quidem ratione cum Maria à PP. thronus Dei frequenter appelletur, de quo vide Theophylum Raynaudum in Nomenclatore: signatè verò thronus Salomonis dicitur à Petro Damiano serm. 1. de Natiuitate Virginis, Philippo Abb. tom. 2. Morali in Cant. Adamo de S. Victore, & Richardo à S. Laur. lib. 10. de Laud Virginis: Qui omnium ore, inquit: *Tunc Dominus efficaciter cogitauit de pace, quando sibi thronum præparauit verum virginalem*: vnde dicit Zachar. 8. Sicut cogitaui, vt affligerem; sic cogitaui in diebus istis, vt benefacerem Hierusalem. *Fecit ergo pacificus thronum, vt pacem faceret, quia mediante Filio hominis pacificati sumus Deo Patri, mediante autem Matre veri pacifici, pacem apud Filium quoties volumus, inuenimus*: Sic Richard. Sed omninò ad rem Vverricus ser. 3. de Assumpt. vbi Dominum cum Maria loquentem, sic inducit. *Veni electa mea, & ponam in te thronum meum: in te mihi quamdam Regni sedem constituam: de te iudicia decernam per te preces exaudiam*: ita Vverricus: apud quem qualia Christus de Virgine iudicia fuerit decreturus, qui simul affirmat auditurum eius preces, vt nimirum mitissimæ, & temperatissima iudicia proferat; & promptior sit ad absoluendum, quàm ad condemnandum, vnde S. Ioseph. Confessor in Menæis die 30. Maij Ode. 7. de S. Thallaleo Deiparam, sic orabat. *Tu næuorum expers, o Domina! Regis omnium thronus effecta es, in quo residens Christus à ruina, iam inueterata nos erigit.*

Petr. Dam. Philipp. Adam. Richar. *Zac. 8.* *Vverr.*

Ad hæc, si verè æstimas alia etiam ratione dixeris MARIAM, cum Filio in iudicio iure agere posse cum hominum patrocinium suscipit: Nimirum, quod dum ab ipsa *carnem accepit in qua iudicabit*: iudicabit quidem orbem in æquitate, non stricto iuris rigore, & ad vivum omnia seuerè resecando, sed temperatè, & clementia iustitiæ admixta; quippè, ideſt, *in æquitate iudicare*: id exigente æquitatis notione: dixit enim M. Tullius lib. de Senectute: *Noui moderationem animi tui, & æquitatem*: & orat pro cæcina: *ex æquo, & bono: non ex callido versutoque iure rem iudicari*: idque præsertim exigente carne Mariæ Christo collata: Quare denuo obserua in hanc rem, quod in aliam obseruasse me memini, flexisse Tertullianũ lib. 2. contr. Martionem cap. 4. in Deiparam ea Domini verba de formatione Euæ, Genes. 2. vers. 18. *Faciamus ei adiutorium simile sibi*, hunc in modum: *Sciebat il i sexum Mariæ, & deinceps Ecclesiæ profuturum*: Sed quomodo Christo *profuturum*? Scrutare Euæ formationem ex Adamo: *& tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea* Genes. 2. vers. 21. Ecce Christo iudici sexũ Mariæ profuturum; dum ipsi durum ossis ablatum est; & pro eo blandum carnis suppositum; vt strictum ius, æquitate, & moderatione temperaretur; nec mera iustitia, sed clementia ei admixta vteretur: eo enim, & costæ detractio, & carnis suppositio it: vt in præced. adnot. vidimus ex verbis Pauli ad Hebr. 2. vers. 17. *Debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret, & ex Nazianzeno orat. 51. ea sic premente. Nó aliter Dei erga nos amor testatus esse poterat, quam ex eo, quod caro in memoria fuerit, quia nostra causa vsque ad deteriorem partem se demisit, vt per omnia*

5 *M. Tul.* *Tertull.* *Genes. 2 v. 18.* *Gen 2. v. 21.* *Hebr. 2 v. 17.*

nobis

nobis assimilatus misericors fiat: Benè id caro in memoria fuerit: nam vt dicebat Bernardus. *Quid putas foret? si ignis ille consummens, Deum loquor omnipotentem, in illa suæ Diuinitatis magnitudine, fortitudine, puritate veniisset: nunc verò, quàm grata propter filios gratia apparebit blanda quædam visio hominis* obserua accuratum dicendi modum Bernardi de Deo igne consumente: *Si in illa Diuinitatis puritate veniisset*: quid Mariæ caro ille addita: & misericordia iustitiæ mixta non fuisset.

Bernar.

6

Vnde multa obseruatione dignum fuerit: quod præfatis verbis: *Potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est*: subdidit Christus Dominus magna cum emphasi: *Nolite mirari hoc*: vt dixerit: *Nolite mirari*, quod Pater dederit Filio iudicium facere; *non quia suus, sed quia filius hominis est*: debuit enim acre Diuinæ Sapientiæ iudicium, Mariæ carne temperari, vt iudicaret orbem, non in puritate Diuinitatis, sed in æquitate, ac proinde Filium Mariæ fieri; vnde Richard. à S Laur. lib. 6. de Laud. Virg. id benè pendit, inquiens: *Propter hoc ipse Christus in Euangelio multo crebrius se appellat filium hominis, ideſt, B. Virginis, quam Filium Dei, quia emollitus est per eam, & in hoc commendat nobis quid misericorditer dignatus sit esse pro nobis*: Sic ille: Prætulit quidem huius æquitatis iudicij præclarum typum rubus illi ardens, & incombustus; qua Moysi tantam attulit admirationem: Exod. 3. vers. 2. *Apparuitque ei Dominus in medio rubi, & videbat, quod rubus arderet, & non cõbureretur*: vt mirãti Moysi; & scrutari volenti, cur *rubus ardens, non combureretur*: responderi posset; quod ignis Deum; rubus Mariam adumbraret: vt ab igne, & à rubo iudicium clementia temperatum fieret: Sic hanc imaginem elucidante S. Theodoro Ancyræ Episcopo orat. 2. *in die Natiuitatis Domini habita in Concilio Ephesino, & in eo lecta, & probata*: Nam cum dixisset: *Quare rubus accenditur, ignis conspicitur, & tamen, quæ ignis natura fert non operatur illumina, non consumit, splendescit, non incendit, beneficium præstat, pœnam non affert: iudex inter reos versatur, nequa tamen iudicium exercetur: iudex inter damnatos adest, neque vllo loco iudicium*

Ioan. 5. v. 28.

Rich. à S. Laur.

Exod. 3 v. 2.

Theodo

A

B

C

D

E

cernitur? opportunè his ita occurrit: *Cernis quo pacto benignus ille ignis clementiam hic adhibitam indicauit? Nõne Virginẽ in rubo animaduertis? nonne illius, qui ad nos descendit, charitatẽ humanitatẽque in igne contueris*? Hæc Theodotus. Preme illud. *Nõne Virginem in rubo animaduertis*? Quid iam miraris ignis æquitatẽ, benignitatem, vrbanitatem, qui à rubo: hoc est à Virgine non tam iudicare quàm saluare, nec seueritatem, sed mansuetudinem accepit.

7

Fuerit huic obseruationi valdè affine, quod de optima Christi gubernandi ratione à Paulo ex Dauide dicitur, ad Hebræos 1 vers. 8. *Virga æquitatis, virga regni tui*: explicante Agellio in Psalm. 44. *Virgam æquitatis appellat censuram, & seueritatem æquitate, & clementia temperatam*. Sed enim, non leue negotium facessere videtur, quod cum Paulus huius sententiæ, siue verborum, non auctor, sed translator fuerit; ea ex Dauide Psalm. 44. vers 8. transcribens: nõ leuiter ea immutauerit; cum Vates scripserit: *Virga directionis, virga regni tui*: quæ verba oppositum quidem sensum habere videntur: nam vt æquitas rigoris flexibilitatem, & in benignitatem propensionem; ita directio: is virga rectitudinis, & iustitiæ inflexibilitatem omninò significat: ideò Caldæus reposuit: *Regnũ rectum sceptrum regni tui*, & Psalterium Romanum, & Cassiodorus: *Virga recta: virga regni tui*: Verùm ex præfata rubi imagine ad manum est responsio: *Nonne Virginem in virga animaduertis*? quippè, vt Dauid ignis naturam spectata Sapientiæ diuinæ rectitudine descripsit; ita Paulus, qui dixerat: *Misit Deus Filium suum factum ex muliere* ad Galatas 4. vers. 4. Virgam directionis, iam à Virgine in clementiam inflexam, *Virgam æquitatis* appellauit: quod Sapientiæ, & Verbo Dei blanda Mariæ caro adiuncta seueritatis directionem temperauerit, & virgam directionis inflexerit: Sanè si ferum illũ Proconsulem Scapulam in Christianos: quæsitissimis formentis sæuientem sapienter allocutus est Tertullianus lib. ad Scapulã cap. 4. *Potes, & officio iurisdictionis tuæ fungi, & humanitatis meminisse*; quasi æquitas pars iustitiæ sit; quantò

Hebr. 1. v. 8. Psal. 44 v. 8.

Psal. Roman. Cassiod.

Galat. 4. v. 4.

Tertull.

for-

fortiori iure Christo iudice Maria suggerat. Potes iudiciaria potestate fungi, & humanitatis, & carnis à me acceptæ meminisse?

8 Sed huic sensui illud fuerit opportunissimũ; quod nõ semel ex alijs PP. afferimus, modo vero S. M. Zeno Veronẽsis ad hanc Mariæ Virginis carnẽ à Verbo Dei susceptam aspiciens; itidemque signa Zodiaci spiritualis Astrologus circumlustrans; dum Solem per signa Leonis, & Virginis, & Libræ continenti cursu iter suum facientem cõsiderabat; arcanam in illis cõsiderationem, sic rimabatur, vt Dei Filius, tam quia Dei brachium, potẽtia, & fortitudo est; quàm quia hominum peccatis exacerbatus seueritatẽ, & rigorem præseferat, Leonem significet: atque huic Virgo adiuncta sit. Quæ inter Leonem, & signum Libræ, quod stateram iustitiæ adumbrat de industria sit interposita; vt nimirum Leo ad iudicandũ accepturus in manu libram a Virgine allectus, non rigidam illam directionis, virgam, sed inclinatam, & in clementiam propendentem, ac in æquitatem desinentem habeat: sed audi S. Zenonem. *Leo noster, sicut Genesis protestatur Leonis est catulus, Genes. 49. vers. 9. Qui ad hoc recubans obdormiuit, vt vinceret mortem; quem competenter sequitur Virgo prænuncians libram, vt nosceremus æquitatem terris illatam*: Sic Zeno, & ad eius gustum S. Antoninus in seqq. afferendus. Modo vide, vt iuxtà præfatam æquitatis acceptionem in libra à manu Virginis pensitata æquitas prænũcietur: itidemque vt libra, quæ in se ipsa perpensa iustitiam sibi constantẽ, & bilances in æquilibrio habentẽ significat, per Virginem in æquitatẽ propendeat, ac desinat: vt merito à Methodio M. orat. in Hypapant. salutata fuerit, *Salve fons propensionis Filij*. Ergo vt Sol cũ in Leonis signo consistit, ardẽtissimus est, & noxios mortalibus radios, & influxus immittit ad signum vero Virginis accedens à feruore illo mitigatur, & ardorem quasi aura tẽperatus imminuit, ita quidem Dei Filius, æterna Patris sapiẽtia priusquam ex Virgine carnẽ sumeret, velut Leo terribiles in pecatores erat ipsorum peccatis exarcebatus, eaque ad iusta statera trutinam expendẽs iudicabat,

Zeno M. Gen. 49 v. 9.

Metho.

A at vbi signũ Virginis ingressus; velut ipsa inter Leonem, & libram interiecta iudiciariam potestatẽ accepit, quia filius hominis est; libra propensa, & inclinata, iudicauit orbem terræ in æquitate, vt in iudicio *propter filios gratiæ grata appareat quædam visio hominis*.

Ecce tibi qua ratione Deipara, à qua Dei Filius carnem accepit, in qua iudicabit *orbem terræ in æquitate*; iure cum ipso in iudicio agat, vt iustitiæ lancem declinet, & statera in æquitatẽ desinat: tantum ipsi non dicens Redde quod accepisti: æquitatem, scilicet, & mansuetudinem, vt æquitatẽ reddas, & benignè iudices: Et verò bonũ debitorem Matri debitum soluere, tum constat ex verbis Petri Damiani, quã passim repetimus: *Quis scit? quoties refrigeras iram iudicis; cum iustitiæ virtus à præsentia Deitatis egreditur*? tum etiã; quod in ipsismet infelicibus damnatis ratio æquitatis habetur, quin mera omninò iustitia exerceatur. Planè cum Theologos frequenter audis; mitiùs à Dei iustitia cum illis agi, quàm ipsorũ mereantur peccata, & diuinę clementiæ iudicantis orbẽ terræ in æquitate tribuis, comminiscere à Virgine æquitatem terris illatam, & eius causa citra condignum malos puniri; de quo vide Antistitẽ Rutilium Benzonium in *Magnificat* cap. 32. asserentẽ. *Quantitas pœnæ damnatorum ex Dei misericordia, & intercessione B. Mariæ Virginis citra condignum taxatur*: Ad hæc; quod Ecclesiastici 24. vers. 8. de Virgine dicitur, *& profundum abyssi penetraui*: & à S. Bernardino serm. 3. de glorioso nomine Mariæ art. 2. cap. 2. sic accipitur. *B. Virgo dominatur in regno inferni*: quid aliud sit, quam moderationem admixtam esse iustitiæ? & officio iustitiæ fungi, & humanitatis meminisse? Quo potsis opportunè aduocare regia Antonij Pij Imperatoris verba pro lege accepta, apud Iureconsultos (in quibus iamdiu versati sumus) in lege *Divus* 7. D. *de in integrum restitutione* sunt ista: *Etsi nihil facilè mutandum est ex solemnibus: vbi æquitas euidens poscit, subueniendũ est*: Quæ verò magis euidens æquitas fuerit? quam Mariam pro reis intercedere?

9

Ruti. Bẽzon.

Eccl. 24 v. 8.

Bernardin.

Antoni. Pius.

(·.·)

EXEMPLA.

DEIPARAM Aduocatam peccatorum omnem illis opem in discrimine afferentem, omnino videris in historia relata à P. Francisco Bentio in Annalibus Societatis ann. 1590. his verbis. *Audite, quod propter magnitudinem est in plures vulgatum. Ioannes Iadfredus ex Veneta ditione miserabili morbo acerbissimo cruciatu mẽbrorum dies, noctesque miserè vexabatur. Auxerat dolores corporis per quietem species menti obiecta. Viderat se ad Dei tribunal adductum; eoque ferente sententiam iam mortis exactiori datum; nec propterèa animum despondet: orat Numen ad delictorum expiationem prorogari vitam, inde velut emersus somno ad Iudicis Matrem confugit, eius patrocinium enixè inuocans, vouetque peregrinationem Lauretanam, si suppetat vita. Vix votum nuncuparat, cum in medys doloribus Dei Genitrix Virgo regali cum corona, parique vestis habitu ci se spectandam offert; mox procumbentem ingenua bonum animum habere iubet productam sibi vitam, neque eo morbo moriturum: statimque homine appellante domesticos, hortanteque vt vna secum supplices Deiparam venerentur abijt sublimis. Non ludibrium oculorum fuisse, probauit euentus: extemplo enim expeditus morbo Lauretum contendit, vt se voto exsolvat Caterum vt contemplatus est simulachrum Virginis, quod nunquam antea viderat, nec fando audiuerat, qualis esset, affirmauit esse imaginem eius, quam conspexerat domi, vt facilè agnosceret acceptum beneficium Lauretanæ sedi offerendum.*

Referunt etiam Annuæ Societatis nostræ litteræ anni 1584. *Indo cuidam cui nomen Petrus cum se quieti cõmisisset fratrem parvulum vita functum apparuisse, eius vitam grauiter accusantem; & è vestigio Christũ Dominum terribili Iudicis vultu atrocia minitantem supplicia: miseroque Indo tremente, accessisse Beatissimam Virginem comitatã Apostolo Petro; quæ supplex Filio pro peccatore illo orabat, simulque pro eo meliora promittebat: Sed & Petrus Virgine monente Indo suggessit, frustra illum sperare Beatitudinem ingressurum, quod Petri nomine vocaretur, nisi ea opera præstaret, quibus cœlum Deus tribuere deberet: Ad hæc, vt Deiparæ preces plenum effectum sortirentur & Indus ille quid sibi facto opus eligeret, deductus ab Angelo est in horrilles inferorum carceres, non sine terribili formidine. Deinde in splendidissimam Beatorum Regionem; monitusque est, vt ex ijs locis, quem mallet eligeret: Vnde quidem factum est, vt ab hac visione; signatè verò à Virginis ope egregia deinde sanctitate vitam ille duxit.*

EIVSDEM argumenti.

MARIA felix hominum Aduocata, quæ Deo maximè irato obviam misericorditer eat.

ADNOTATIO XVII.

BEnè omninò Virginem salutabat S. Theophanes in Menæis, die 18. Ianuar. Ode. 5. de S. Athanasio, inquiens. *O quæ Matre dignam quidlibet à Filio postulandi auctoritatem, & gratiam habes*: accuratè enim Deiparæ apud Filium Matre dignam tribuit postulandi auctoritatem, quæ videlicet, non nihil iuris, & potestatis habeat: ita quidem huic Maternæ Deiparæ auctoritati confisi vno ore dicebant S. Damascenus, & Cosmas Hierosolymitanus: *Insuperabilem, ò Deipara! spem tuam habens seruabor defensionem tuam possidens. O per quam pura! non timebo: solam habens, vt thoracem protectionem tuam! & omnipotens auxilium tuum*: ita vterque Pater; aptissimè Mariæ protectionem cum thorace, siue lorica impenetrabili nullis ictibus obnoxia componens: pro hac fiducia; ipsamet Deipara, sic fideiubente apud B. Bri-

1 S. Theophan. Damasc. Cosmas.

B. Brig. gitram lib. 4 Reuelationum cap. 138. his verbis: *Ego etiam sum Mater omnium peccatorum, se volentium emendare, & habentium voluntatem in Deum amplius non peccare; & sum voluntaria ipsum peccatorem in meam defensionem accipere: sicut Charitatiua Mater, dum videret Filium nudum ab inimicis acutos gladios habentibus sibi occurrentem, nonne tunc ipsa opponeret se periculis viriliter, vt filium suum de manibus inimicorum suorum liberaret, & eriperet, & in sinu suo gaudenter conseruaret? Ita facio, & faciam ego omnibus peccatoribus misericordiam meam à Filio meo petentibus sub mera contritione, & diuina dilectione!* Hæc omnia sanctissima Virgo.

2 Quid verò, si ipsa Filium suum in peccatorem iratum, & excandescentem viderit? Quid si ipsum audierit comminantem? *Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea; reddam vltionem hostibus meis, & his, qui oderunt me retribuam: inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes*: Deuter. 32. vers. 37. Sanè etiam tunc parata, & voluntaria est, ipsum peccatorem in suam defensionem accipere, sicut charitatiua mater, cum videt filium nudũ ab inimicis acutos gladios habentibus sibi occurrentem: Audi ipsam: irato, & minitanti euaginato gladio filio obviam euntem *Tenui eum; nec dimittam*, Cantic. 3. vers. 4. Sic hæc efferente Richardo à S. Laurent. lib. 2. de Laud. Virg. *Ideò dicit de Filio*: Tenui eum: *ne scilicet percuteret peccatores*, nec dimittam, *sed continua precum instantia furorem ipsius retinebo: ipsa est Abigail, cuius prudentia retinuit furorem Dauid, ne vindicaret se de Nabal stulto*, 1. Reg. 25. Sic Richard. paulò ante in hunc sensum capiens verba, Ecclesiastici 24. vers. 6 *Sicut nebula texi omnem terram*: subdens ab *ipsa, scilicet, Dei, quasi ab ardore Solis*: & rursum eodem libro ad finẽ, *ipsa* (inquit) *detinet iram Dei, ne statim vindicet in nos: vnde dicit*, Tenui eũ, nec dimittam: *Conquerebatur enim Dominus, antequam Maria nasceretur, dicens*: Non est qui consurgat, & teneat me, Isaiæ 64. vers. 7. *Sed ipsa facta est Aduocata nostra, & allegat pro nobis fideliter coram Filio suo, ventrem, & vbera ei repræsentans, & ipsi velut pijssimus infans delectatur ab vbere Matris ei repræsentato*: Isai. 11. Hæc omnia Richardi opportunè illis Domini verbis: *non est, qui teneat me*: hæc Mariæ *tenui eum, nec dimittam*: Quibus omninò adiunge, quæ idem Richardus opportunè, & lepide habet lib. 2. inquiens: *Sicut pia mater abscondit filium suum sub pallio, quando pater vult verberare, sic Maria refugientes ad se Christi iustitiam formidantes.*

Isai. 11.

Porrò in hanc sententiam S. Zeno M. necnon Leo Imperator, & S. Antoninus eleganter inflectunt mirabilia signa Zodiaci, quæ Astrologi, sic consecutiuè numerant. *Leo, Virgo, Libra*: expendentes in hac imagine opportunam occasionem illis dante: in Leone æstiuo tempore attrociter ardente Dei indignationem adumbrari; quæ tamen à Virgine temperetur; & ad æquitatis libram adducatur: Sic namque Antoninus 4. par. titulo 15. cap. 21. *Sol enim per Zodiacum discurrens in signo Leonis ardentissimus est, & animalium corpora nimio calore languida reddit, sed ingrediens signum Virginis mitigatur: ita Sol iustitiæ Deus noster in veteri testamento erat, vt Leo rugiens Deus vltionum peccatores terribiliter puniens, vt patet exemplis in sacris litteris, sed feruentissimo amoris calore in vterum Virginis intrans, factus est totus benignus, suauis, & humanus.* Hæc S. Antoninus; quæ nostro instituto explicatius accommodat S. Zeno serm. ad *Neophytos*, inquiens. *Leo nosse, sicut Geneſis protestatur, Leonis est catulus, qui ad hoc recubans dormiuit, vt vinceret mortem, quem competenter sequitur Virgo prænuncians libram, vt nosceremus æquitatem terris illatam.* Hæc ille: in superioribus pensiculatius expensa cum Christum iudicem virga directionis, in virgam æquitatis mutata in æquitatem, & lenitatem propendentem, quia *Filius hominis*; id est, Mariæ est, latius expendimus: contenti modo adstruere Virginem *continua precum instantia* ipsius iracundiam mitigare; eumque tenere, *ne percutiat peccatores* peropportunè in hunc sensum dicente Alcuino serm. de Natiuitate: *Ecce coram tremendo*

3

S. Anto.

S. Zeno M.

iudice aſsiſtimus peccatores, cuius manus terribilis gladium iræ ſuæ vibrat ſuper nos, & quis auertet eum? Nemo ſanè Domina, tam idoneus eſt, vt gladio Domini manum pro nobis ſubijciat, vt tu Dei amantiſsima per quam primum in terris ſuſcepimus iuſtitiam, & miſericordiam: Hæc & alia Alcuinus ibi.

Sed & huc reſpicit mira ſolicitudo, & anxietas, qua Deipara miſeros peccatores exitio, & morti vicinos, non tam parere, quàm parturire; hoc eſt magnis cruciatibus in lucē denuo emittere, à Ioanne inducitur Apocalyp. 12. verſ. 2. nam cum priùs ſuis coloribus ipſam depinxiſſet amictam Sole, & regio Stellarum diademate coronatam; & Lunam ſub pedibus habentem ſubdit: *Et in vtero habens clamabat parturiens, & cruciabatur, vt pariat.* Et verò, vt nonnulli interpretes ob hanc difficilis partus imaginem hæc verba Deiparæ aptari poſſe inficientur; quæ vt ſine voluptate; ita & ſine dolore, & obſtetricis auxilio peperit; quod vt Cyprianus orat. de Natiuitate, dixit: *Non erat vellicandum, quod ſponte prodibat.* Ego quidem cum Auguſtino ſerm. de S. mbolo ad Cathecumenos, nihil opportunius, elegantius nihil afferri potuiſſe exiſtimo ad ſignificandum Deiparæ ardorem, & ſollicitudinem in peccatorum regeneratione; quā cum myſticis hiſce doloribus cruciari inducitur, vt eos parturiat. Etenim ſi Paulus hac ipſa imagine ex partus dolore petita Galatas, quos in Chriſto olim genuerat, cum ſubinde, malo fato, imperfectos, & noxiè faſcinatos deprehendit, iterum illos ſe parturire affirmabat, donec pulchris animi lineamentis Chriſtum exprimentes priſtino decori reſtitueret, aiebat ſiquidem: *Filioli mei, quos iterū parturio, donec formetur Chriſtus in vobis,* ad Galat. 4. verſ. 19. vbi Chryſoſtomus: *Apoſtolus matrem refert de liberis trepidantem: vides paterna; imò materna viſcera, vides anxietatem? vides, qualem emittat eiulatum multo triſtiorem, quā ſoleat eſſe parturientium:* Quantò fortiori ratione Maria, quæ multo verior, multo tenerior; imò multo fortior peccatorum Mater eſt, ipſos quos non faſcinatos modo, ſed mortuos: etiam, & iam iam damnationi æternæ obnoxios videt, ingentibus doloribus eniti, & parturire inducatur? Quare obſerua, Paulum ſolum parturiētem adumbrari; de Deipara verò inſuper addi, & parturientem clamare, & *vehementiùs cruciari? vt pareret:* nimirum grauioribus doloribus afficitur parturiens, quæ abortivum, & mortuum fœtum, qui pariēti nihil adiumenti, ſed plurimum impedimenti affert, conatur eniti, quam cum pariens; viuentem, & egredi feſtinantem emittit in lucem: vt appareat, quàm aptè inducatur Deipara clamans, & cruciatibus affecta, quæ non viuos, & egredi feſtinantes, ſed mortuos peccatores nolentes viuere, & in tenebris, & fœcibus peccatorum iacentes parturire ſuſpirabat.

Ergo clamat Virgo, & cruciatur, vt pariat: clamat & S. Ioſephus in Menæis Ode. 5. de Sancta Chriſtina M. in clauſula ad Virginem. *Animam meam peccato cadauer, & funus effectam reduc ad vitam. Tu quæ vitam nulli peccato ſubiectam enixa es, quæ ſolemne habes, vt gemitus, ac poſtulata peccatis oppreſſorum non negligas.* Clamat & eodem ſenſu Eccleſia Græca, die 4. Ianuarij, Ode. 9. de S. Thoctiſto: *O quæ redimendis mortalibus vitam peperiſti, meam quoque animam per iniquitates cadauer effectam reduc ad vitam.* Clamat Damaſcenus 4. Martij poſt Ode. 3. de SS. MM. Sebaſtenis: *Ad terribile, quod imminet examen contremiſco, & ſupplicij magnitudinem pertimeſco: auxilio mihi adſiſte, ô Domina! meique patrocinium, quam feruentiſsimum ſuſcipe. In te enim omnem ſpem meam repoſitam habeo.* Clamat rurſum Eccleſia Græca, die 7. April. in veſperis de S. Georgio: *O Maria, quæ es irreprehenſum, & omni captu nitidius Numinis vehiculum! me à peccatorum multitudine in angustias vltimas redactum ad laxiora pœnitentiæ ſpatia promoue illo tuo omnipotenti patrocinio ſubleuatum. Nam quidlibet potes, vt Mater illius, qui omnia poteſt.* Clamat S. Sabbas die 15. Auguſti ante Matutinū de dormitione B. Virginis. *Cum ad quietem æternam tranſires, à te tamen Mundus deſertus non eſt: quippè tuis ad Deum patrocinijs noſtras nihilominus animas ab interitu liberare non deſinis:* Clamat & ipſe iterum,

5

Apocal. 12. v. 2.

Cyprian.

Auguſt.

Galat. 4 v. 19.

6

S. Ioſph.

Eccleſia Græca.

Damaſ.

Eccleſia Græca.

& opportunè ad Deiparæ parturitionem. *Mentem meam, quæ ter maximis passionum fluctibus periit, vt resuscites orc*: Anſelmus verò in immẽſam Mariæ pietatẽ, cũ omnipotentia coniunctam fidenter exclamat: orat. ad Virg. *O beata fiducia! O tutum refugium! Mater Dei, eſt mater noſtra: mater eius, in quo ſolo ſperamus, & quem ſolum timemus, eſt mater noſtra: Mater, inquam, eius, qui ſolus ſalvat, ſolus damnat, eſt Mater noſtra.*

Anſelm.

7 His velut commota votis; ſed ſuæ quidem innixa Clementiæ parturit feliciter Miſericordiæ Mater filios abortiuos, donec per pœnitentiam formetur Chriſtus in eis, & quaſi ex dæmonis faucibus erutos nouæ luci reſtituit: teſtante Bernardo ſerm. in ſignum magnum. *Maria eſt illa mulier, cuius omnia vaſa diuinitus facta ſunt plena oleo: eſt illa vidua, cuius lachrymis redijt ad vitam vnicus matris ſuæ*: Sed iam totam cogitationem audi ab Athanaſio ſerm. in Euangelium de ſanctiſsima Deipara, ſic Mariam propter regeneratos filios laudante, & benedicente: *Decet enim te Matrem regeneratricem, Dominam, ac heram cognominari, eò quod ex te prodierit Rex Dominus, ac Deus noſter, aſſiſtentem illi; nobis quidem terribili: tibi autem dulci; omnemque gratiam largienti*: Sic Athanaſius, & quidem optimè illud: *nobis quidem terribili*, qui à peccatorum multitudine, & à cordis duritia in anguſtias vltimas redacti ſumus: *Tibi verò dulci*, quæ *omni captu nitidius es Numinis vehiculum*: Opportunè verò hoc *Decet te Matrem regeneratricem cognominari*; quæ non contenta filios primum peperiſſe; ipſoſmet, malo fato, ſiue quod res eſt, inexcuſabili eorum culpa extinctos, & damnationi obnoxios: iterum, atque iterum regenerat, & parturit, dum potenti prece irati Iudicis iuſtitiam, & indignationem illis commeritam exarmat. Ita etiam diſſertè Abbas Vvericus ſerm. de Natiuitate, inquiens. *Hoc ipſum, & Maria ſapere videtur, quæ dilectum votorum ſuorũ inſinuare cupiens affectibus hominum cupit formare iterum Vnigenitũ ſuum in omnibus filijs adoptionis: qui & ſi geniti ſunt Verbo veritatis, nihilominus parturit eos cottidie deſiderio, & cura pietatis,*

Bernar.

Athana.

Vverri.

A

B

C

D

E

donec formetur in illis Chriſtus: Sic ille. Hinc rurſum exclamat Anſelmus. *O fœmina plena, & ſuperplena, & ſuperplena gratia; de cuius plenitudinis exuberantia reſperſa reuiuiſcit omnis creatura*: Sic Anſelmus notanter inquiens *reuiuiſcit*; quod eius interceſsione, ſicut *viduæ illius lachrymis redit ad vitã vnicus matris ſuæ*. Nec fuerit diſsimilis Bonauenturæ ſenſus in ſpeculo cap. 7. ad finem, inquiens. *Quid certè mirũ, ſi tam in cœlo, quàm in mundo eius plenitudo ſuper omnem creaturam ſit, de cuius plenitudine omnis creatura vireſcit*: aliàs quidem extincta, & exitio data: Sed enim cum ad regenerandos filios mortuos, ſiue abortiuos, & ad extorquẽdos reos morti obnoxios de manu Iudicis; omnipotens auxilium neceſſarium fuerit; cenſum auget Philippus Abbas premens verba Canticorum: *Ferculum fecit ſibi Rex Salomon*, & Dei genitricis patrocinium cum imperio quodammodo coniunctum, ſic facit: *Ideò ipſa Sponſa rectè noſtra omniũ mediatrix: ipſa Mater non incongruè dicitur imperatrix; quia ſponſum rogans; imperans filio fauorem eius in gratiam; in amorem ſuauiſsimũ iram vertit; amaros in dulcedinem precis ſuæ farinula nos conuertit*. Hæc ille.

Anſelm.

Bonauẽ.

Philipp. Abb. Cant. 3. v. 9.

8 Iam verò, qui Deiparæ patrocinii peccatoribus offerimus, & ingerimus, & iure commendamus; ſimul etiam ex ipſius Deiparæ ſub Sapientiæ perſona eos commonemus; vt ſeſe quantocyus extra ictum, & Iudicis iram ſubducere ſatagant: ne quando ſic tandem iraſcatur Dominus, *vt pereatis de via iuſta*: Sic namque Salomon Prouerb. 8. verſ. 33. *Audite diſciplinam, & eſtote ſapientes, & nolite abijcere eam*: Quæ extrema verba myſterio, & energia plena eſſe variæ ipſarum translationes demonſtrant: nẽpè Pagninus vertit; *ne poſponatis ea*: Chaldæus verò, *ne cõculcetis eam*; Biblia verò Regia, & Complutenſis: *ne obturemini*; & tandem pura lectio Hebræa: *ne feriamini*: hæc omnia comprehendente Hebræo vocabulo, vt ibi adnotat P. Salazar: vt tam fœcunda voce moneantur, accuſentur, & pungantur ij, qui poſt tergum proijciunt diuinam legem; qui ſanguinem teſtamenti, & pollutum ducere, & Filium Dei conculcare audent;

Prou. 8. v. 33.

Pagnin. Caldæus Bibl. Reg. Cõplutẽ. Hebræa lect. Salazar

qui ſicut aſpides ſurdæ obturãtes aures diuinis inſpirationibus; vt iam tãdem reſipiſcant; diuina iuſtitia diſtrictum gladium habente; & in peccatores reſpiciente ira eius: *ne feriamini*: & vero vt ſermo primarius ſit ad abiſcientes ſapientiam, & timorem Dei; itidem monitum dirigitur ad perſeuerantem in Deiparæ famulatũ, vt dum ipſa ſe tenentem Deum iratum dicebat: *tenui eum*: nos itidem ipſam tenaciſsimè rotis manibus teneamus: monente Bernardo ſerm. in ſignum magnum: *Amplectamur Mariæ veſtigia fratres mei, & deuotiſsima ſupplicatione beatis illius pedibus prouoluamur: teneamus eam, nec dimittamus, donec benedixerit nobis, potens eſt enim, nempè vellus eſt medium inter rorem, & arcam. Mulier inter Solem, & Lunam, Maria inter Chriſtum, & Eccleſiam conſtituta*: Sic Bernardus: & quidem opportunè: *teneamus eam, nec dimittamus*, dum ipſa de irato Deo, inquit: *tenui, nec dimittam*: ſed nullus opinor ad rem magis appoſitè mihi videtur locutus, quam Venerabilis Adamus de Perſe in allegorijs Gotfridi Tilmani in cap. 24. Eccleſiaſti: quippè non ſecus, ac ſi hæc omnia audiſſet, ſic inquit. *Proinde à contubernio ſacræ Virginis lõgè procedere tutum non arbitror. Quis enim mihi prouideret in talibus, ſi indulgentiſsimæ matris miſericordiam elongarem. Tenebo illam, non diſcedam ab illa, quia ſi miſericordiæ eius ſollicitudo defuerit, facilè fecero abortivum*: Hæc ille: quæ parturienti Deiparæ miſericordiã benè accommodaueris.

Bernar.

Adamus

Inflexit quidem opportunè in hunc ſenſum Venerab. Guillielmus, apud P. Martinũ Delrio, Mariæ verba Cãt. 8. vers. 10. *Ego murus, & vbera mea, ſicut turris ex quo facta ſum coram eo, quaſi pacem reperiens*: Nam ſi ambigas: quid vberibus, & turri, quæ inter ſe maximè diſparia ſunt? reſpondet ille ex perſona Deiparæ Murus ſum per fortitudinem, & Mater *per pietatem*: *ego murus inexpugnabilis, & excelſa habens* propugnacula: ego Mater amabilis, & *grandia habens vbera*: *quam grandia? Sicut turris. Vbera mea, non tãtum ſunt vbera, ſed etiam turris. Nam non tantum nutrienda, ſed & protegendi mihi habent: nullus me putet habere, quo nutriam, & non habere quo muniã: Materna pietas mea quos nutrit, etiam munit.* Hæc Guillielmus; quæ Gislerius optimæ notæ Auctor, indidem optimè in rem noſtram penſicularius diffundit hunc in modũ exponens Sponſæ verba: *Tantumdem ſunt, ac ſi Virgo benedicta, vt ſpem certiſsimã ſuis exhibeat deuotis, tutiſsimumque ſui refugiũ, ita illos alloquatur, & coram ipſo Dilecto ſuo talia ad quoſcumque, vel etiam ſceleſtiſsimos habeat verba. Ne vereamini*: *Ecce me turrim fortitudinis à facie cuiuſquam inimici, quin & à facie iræ Dei.* Ex quo enim facta ſum coram eo pacẽ reperiens: *Ex quo inueni gratiam apud eum: ex quo ille in me ſibi benè complacuit: Ego ex eius benignitate murus vobis ſum validiſsimus: pectus quippè meum, vt murum æneum, vt murum ignis illi opponam, quandocumque illius iram in vos irrumpentem intellexero; eaque illi oſtendens, quæ in pectore ipſo meo cœleſti lacte intumuerunt vbera mea, vt turrim inſuperabilem, ipſa ei obijciam; ex his enim acutiſsima pro vobis in illius cor iacio ſpicula precum repræſentantium illi, quòd tanta vberibus ipſis meis charitate lactauerim.* Hæc omnia Gislerius: multa, ſed opportuna.

Gisler.

9 Guill. Cant. 8. v. 10.

EXEMPLA.

OPportunum huic inſtituto narrat Bzouius ad annum Chriſti 1200. de Guillelmo Vidio adoleſcente, *qui cum in Cantabrigenſi Academia diſſolutius viueret raptus ad iudicium Dei eſt, & dignus inuentus, qui pœnis æternis ob patrata crimina puniretur: ſed quod ille Beatiſsimæ Virgini pẽſum aliquod ſanctæ venerationis cottidie perſolueret; ipſa à Filio impetrauit, vt ad agendam pœnitentiam dimitteretur: & verò illud ſimul mirandum ſummopere, quod rediens ex illo raptu ad ſe chartã in manu ſua dextera repererit, in qua illa omnia peccata, quæ ſibi obiecta erãt, continebantur, & exhomologeſi expiari debebant, vt promptius & facilius ad Pœnitentiæ Sacramentum accederet. Tãta Aduocatæ diuinæ benignitas, tãta eius diligẽtia in ſalute clientiũ procuranda eſt.*

Conſentaneum eſt, quod de quodam Andræa Romano habetur, apud

Su-

Surium 4. die Decembris in vita S. Anonis Archiepiscopi Colonienſis: *Hic enim Andreas deuotus in S. Cæſarium Martyrem liberioris tamen vitæ, ægritudine captus eſt, & deinde mortuus, & ad Chriſti tribunal raptus ſubiturus eat gehennam. Verum clientem miſertus Cæſarius iudicem exorauit: ſed quod potiſſimum fuit; ei ſe deprecatricem Virgo Sanctiſſima adiungens Filium ſuum ad miſericordiam erga miſerabilem peccatorem facilè inclinauit. Itaque redditus eſt vitæ Andreas pœnitentiam de anteacta vita fecit, & paulò poſt tranquillè ſimul, atque feliciter in Domino obyt.*

Apud Robertum Monachum initio libri 7. Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ, & apud Raymundum de Agiles in Hiſtoria Orientali habetur: *Berthol dum de Malaſayda Ademaù fratrem ſe Deo, & Virgini iugiter in Monte Carmelo ſeruiturum promiſiſſe, ſi Chriſtus Dominus Chriſtianos ſuos in certamine adiuuaret Cumque Sacerdos, quidam in viſione Chriſtum conſpexiſſet ob peccata iratum in populum ſuum vidit quoque Beatiſsimam eius Matrem cum B. Petro ad pedes Chriſti corruere ipſumque mitigare. Vnde, & Anthiochia capta eſt, & variæ victoriæ contra Paganos Sarracenoſque repoetatæ.*

MARIA Aduocata Miſericordiæ, à qua Filius Dei humanã carnem ſuſcipiens, & vmbra ſalutis factus, itidem MARIAM fecit nobis vmbram ſalutis, & vitæ.

ADNOTAT. XVIII.

1 OMninò quidem à Dei Filio, qui totus charitas: totus miſericordia, totus pietas; totus Bonitas, totus Beneficentia: & Natura, Benigna, *cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere*; Maria charitatem miſericordiã, pietatem, Bonitatem, & benignitate hauſit, vt peccatoribus Miſericordia Aduocata eſſet: Sed enim, ſi benè æſtimas, & benignis auribus accipis: ipſemet Chriſtus Dominus: qui fons pietatis eſt, ſic à Maria Aduocatus noſter factus inuenitur, vt nobis ſalutaris vmbra fuerit, opportuniſsimè id vaticinante Ieremia in Threnis cap. 4. verſ. 20. hunc in modum: *Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris; cui diximus: in vmbra tua viuemus in gentibus* obſerua pulchrum: & accuratum dicendi modum *in vmbra tua*. Nam cum dicere potuit Vates: ſub protectione, & auxiliari manu tua; aut ſub tegumento manus tuæ: notanter potuit vmbrã: Quare? Aperit quidem id nobis Maria, Eccl. 24 vers 19. inquiens: *Quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquas.* Notantiſsimè *platanus*: & *iuxtà aquas*: quia *aquæ multæ populi multi gentes, & linguæ*; Platanus verò, à *platos*, ideſt, latitudine dicitur, eo quod latè ramos, & folia expandat, quibus vmbram in æſtu ſolis viatoribus, & aduenis præbet gratiſsimam; adeo vt *gentes vectigal pro vmbra pendant*, vt inquit Plinius lib. 12. cap. 1. Ergo in vmbra Chriſti Domini viuemus inter gentes: & quomodo ſub vmbra Chriſti, itidemque ſub vmbra Mariæ? audi Richardum à S Laurentio lib. 12. de Laud. Virgin. qui poſtquam vmbram platani Deiparæ accommodauit, *quæ patulam ſe exhibet peccatoribus, omnibus quantum in ſe eſt parata recipere ſub ſua protectione*: poſt nonnulla inquit: *Vmbra huius platani dici poteſt, Incarnatio Verbi Dei in ea (Virgine) cui Spiritus Sanctus ad hoc obumbrauit, vt ipſam in vmbraculũ Eccleſiæ præpararet: Vmbra enim ex lumine eſt, & corpore opaco oppoſito ad lumẽ. Et tunc platanus in ecopioſiſsimam reddidit vmbram, quando lumen incorporeæ diuinitatis corpus in ea aſſumpſit noſtræ humanitatis*: Hæc Richardus: Ecce tibi Chriſtum Dei Filium à Virgine vmbram factum; ecce Virginem à Dei Filio, vmbraculum Eccleſiæ præparatum: vnde, vt Filio dicimus *ſub vmbra tua viuemus*, quia *Spiritus oris noſtri*: ſpiraculum, & aura, quam ad viuendum attrahimus, ſpiritus noſter, anhelitus noſter; quem ſpiramus,

Thre 4. v. 20.

Eccl. 24 v. 19

Apo. 17 v. 15.

Plinius.

Richar. à S. Laur.

in

in quo ſpiramus, reſpiramus, quem inſpiramus, & exſpiramus, ita hæc omnia nos à Maria habere profitemur, quia platanus hæc copioſiſsimã reddidit vmbram, quando lumen Diuinitatis corpus in ea aſſumpſit: vt diceremus *ſub vmbra tua viuemus inter gentes.*

2 Ita quidem videris Deiparam, cum à PP. multiplici ratione mons appelletur: Nam à Damaſceno orat. 3. de Natiuit. Virginis, dicitur. *Mons qui collem omnem, & montem, ideſt, Angelorum, & hominum ſublimitatem exuperat*, ab Andræa Cretenſi orat. 2. de de Aſſumptione: *Mons Sion, mons coagulatus in quo benè placuit Deo habitare*, à Chryſippo oratione de Deipara: *Mons, vnde lapis angularis exciſus eſt ſine manibus*, à Gregorio Magno lib. 1. in lib. 1. Regum: *Mons in vertice montium exaltatus ſuper colles*, & à Vverrico: *Mons montium, mons omnium aromatum*: ſignatiſsimè vero à S. Methodio M. nominari Montem inumbratum Spiritus Sancti illis verbis: *Saluemons inumbrate Spiritus Sancti*: ab Athanaſio vero quæſt 117. in Scriptura, & ab Andræa Hieroſolymit. orat. in Salutat. Angelicam: *Montem vmbroſum*: ſub ea vterque, quam perſequimur cogitatione; nimirum vt obumbrata Virgo à Spiritu Sancto, & Chriſtum vmbram nobis concipiens fieret, mons vmbroſus in vertice montium à quo malores caderent indigentibus vmbræ: Sed audi Athanaſium pulchrè hæc, ſic diffundentẽ: *Alicubi habetur* Deus à Theman veniet, & Sanctus ex monte opaco, & denſo, *Habacuc 3. verſ. 4. Mons autem ibi dicitur Sancta Virgo Maria, quia ſicut, qui campo aberrantes, & colore æſtuant, ſi montem ſubeant, velut rore conſperſi vmbra ſubter arbores montis, vel aqua ſedant æſtum flammæ, ad eumdem modum hominibus quoque facta eſt Sancta Virgo, quæ rore quendam ſui partus animas hominum æſtu peccati confectas in vitam reuocauit, vt in vmbra alarum Filij ſui ſint.* Hæc Athanaſius: Pende illud *ad eumdem modum hominibus quoque, facta eſt Sancta Virgo.*

3 Sed redeo ad vmbram, è qua diſceſsi; & locum quidem, non minus opportunum: imò, vt ovum ovo, ſimilem ex Canticis ſe nobis ſtatim offert dicente Sponſa: *Sub vmbra eius, quem deſideraueram ſedi*, Cant. 2. verſ. 3. vmbram planè protectionem, & tegumentum appellans: quò vel miſer quiſpiam à potentiore defenditur; vel infelix reus ab Aduocato ſub imagine viatoris nimio ſolis ardore æſtuantis, qui id vnicè in votis habet, vt condenſam arborem inueniat, ſub cuius vmbra conquieſcat, quemadmodum Ionæ accidiſſe nouimus; *cum percuſſit Sol ſuper caput eius, & æſtuabat*, Ionæ 4. verſ. 8. *& præparauit Dominus Deus hederam, & aſcendit ſuper caput Ionæ, vt eſſet vmbra ſuper caput eius, & protegeret eum, & lætatus eſt Ionas ſuper hædera lætitia magna*: Sed iam, quæ tandem? aut qua ratione facta eſt hæc ſalutis, & protectionis noſtræ vmbra? audi ad hæc verba, Cãtic. Guillelmum, apud Martinum Delrium: *Lucis ad corpus acceſſu vmbra gignitur, lux diuina humano ſe corpori in Virgine vniuit; & ſic vmbram produxit*: Iam attende ad myſterium: *Eramus quidem filij iræ*: Filij *vindictæ, filij gehennæ*, vt è Paulo, inquit, Auguſt. ardebat ſuper caput noſtrum Sol igneus diuinæ iuſtitiæ; æſtuabamus infeliciter, quia eius radijs ſuſtinendis impares eramus: Sed enim cum *Dei Verbum, quod erat apud Deum*, Ioan. 1. verſ. 1. *Candor lucis æternæ*, Sapient. 7. verſ. 27. & Sol iuſtitiæ, in Mariæ vtero *caro factum eſt*, ex Mariæ carne lumini Diuinitatis oppoſita; opportuna, & iucunda vmbra nobis facta eſt, ſub qua viuere, ſpirare, & ſperare poſſimus: vt qui antea infirmi, & rei mortis eramus; ſani, & incolumes ſimus: obumbrante, & protegente nos à carne Virginis ipſomet Sole iuſtitiæ dicente Malachia 4. verſ. 2. *Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis* (H. *alis*) *eius* ad quæ verba Richard. à S. Laur. *alæ eius, brachia extenſa in cruce, de quibus dicitur ſanitas in pennis eius*: Sic ille lib. 1. de Laud. Virg. & paulò ante, *quando ſcapulis ſuis cruci affixus obumbrauit Eccleſiæ, vt feruorem paternæ iracundiæ eidem temperaret*: & ſtatim in *hac vmbra vita eſt animæ: extra hanc vitam, ſola mors*: Thren. 4. *dicitur de Chriſto. In* vmbra tua viuemus inter gentes.

Sanè præclaram hanc de Chriſto Aduocato humani generis cogitatio-

4

nem

Damaſ. *Andræ.* *Chryſip.* *Greg. Magn.* *Vverri.* *Metho. M.* *Athana.* *Habac. 3. v. 4.* *Cant. 2. v. 3.* *Ionæ 4. v. 8.* *Guillel.* *Auguſt.* *Ioan. 1. v. 1.* *Sap. 7. v. 27.* *Malac. 4. v. 2.* *Rich. à S. Laur.* *Thren 4.*

nem sub obscura imagine nobis explicuit Ezechiel cap. 1 vers. 4. cum ipsum in igne sese inuoluente, & complicante, vt non exureret, sed splendorem emitteret sic conspiciendum dedit, *& vidi, & ecce ventus turbinis venichat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius; & de medio ignis, quasi species electri, id est, de medio ignis pendebat* singula: & in primis electrum: quod nemo non ex PP. de Dei Filio humana carne indutum accipiunt; pro quibus vnus Gregorius ibi, sic inquit, *in electro enim dum aurum argento miscetur; argentum ad claritatem crescit; aurum verò à suo fulgore pallescit. Quia igitur in vnigenito Dei Filio natura Diuinitatis vnita est nostræ naturæ, in qua adunatione humanitas ad Maiestatis gloriam excreuit: Diuinitas verò à sui fulgoris potentia humanis se oculis temperauit, quasi electrum factum est*: Deinde verò, cum ignis ad seueritatem, & vindictam referatur in Scriptura: vt patet ex Deut 32. vers. 22. *Ignis succensus est in furore meo*: & Deut. 4. vers. 24. *Deus noster ignis consumens est*, quod latè persequuntur PP. Concilij Ephesini cap. 5 tomo 6. negotium aliquale facessit: de hoc igne dici *ignis inuoluens*: sed Hebræa vox, quæ cum sit in coniugatione *Hitpael*, passiuæ significationis est; appositè legitur à Pagnino *inuoluens se*, & à Tigurina *reciprocans se*: vt significetur; ignem illum sese in seipsum reciprocare, & ardorem cohibere; & intra se conglobari; vt splendore seruato, vrendi vim, non habeat: opportunissimo quidem sensu, vt significetur, Deum, qui olim *ignis consumens* erat, & diro æstu peccatorum capita feriebat, cum se humano corpori in Virgine vniuit; vrendi impetu cohibito salutarem vmbram hominibus attulisse: Quod videtur docuisse ad hæc verba Origenes, inquiens: *Potuit dicere ignis exurens; verum piguit tristitiam nominare: ideoque pro pœnali vi splendorem tantum reposuit*: Luculentius verò Rupertus lib 1 Ezech. cap. 16. qui cum his verbis coniungens ea quæ postmodum habet Vates de specie electri, *à lumbis eius vsque deorsum vidi, quasi speciem ignis splendentis*, vers. 27. hæc habet: *Quid est hoc? nisi, quia ante carnis assumptionem, quæ per lumbos rectè exprimitur, Deus generi humano iratus, tantummodò ignis consumens erat; postquam autem carnem assumpsit; iam non solùm modò ignis, sed & inclinatio nobis est propitiationis*: Sic Rupertus, vt dixerit: ex iudice irato per Virginem factus est nobis Aduocatus.

Ezech. 1 v. 4.

Gregor. Magn.

Deu. 32 v. 22 Deut. 4. v. 24.

Lect. Hebr.

Origen.

Rupert.

Subiecit verò immediatè Ezechiel illis verbis: *Vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitum*: vers. 28. hæc: *Velut aspectum arcus, cum fuerit in nube in die pluviæ*: Notanter *cum fuerit in nube*: hoc est in Maria, vt Hieronymus in id Isaiæ 19. vers. 1. *& ascendet Dominus super nubem leuem*, & Ambros. *in exhortat. ad Virginem* interpretantur, vt significetur; à nube Mariæ totam ignis ad comburendum vim in benignitatis rorem fuisse commutatam; flamma in pluuiam; & horrore vindictæ in gratiam, & misericordiam desinente: Sic id adnotante Theodoreto ibi: *Hæc diuina dona significant, quæ splendoris instar inde profecta humanum genus beneficijs prosequuntur, pluuiam illinc defluentem, & iudicantia, & secum afferentia*: Hæc Theodoretus, obserua illud: *inde profecta*: & hoc: *illinc defluentem*: Sed vnde? Ab ipsomet igne, qui quidem (mirum dictu) in pluuiam desinit: Sed quid igni, & pluuiæ? Sanè ab interposita nube, mira hæc conuersio facta est. Quod omninò exprimit arcus cœlestis imago, sic id prætato loco obseruante Ruperto: *Arcus quippè in die pluuiæ signum est fœderis, & pacis, sicut ipse Deus Noe promisit. Igitur à lumbis eius vsque deorsum simul species ignis, & aspectus arcus; quod est signum propitiationis, quia postquam homo factus est, sic ignem iustitiæ, vel iudicij sui placida miserationis aura contemperauit, vt neminem ignis ille iudicaturus sit; qui nunc interim per fidem ad misericordiam eius confugere voluerit*: & statim: *Hic talis aspectus tam temperatus splendoris per gyrum, omnibus nimirum paratus, qui in circuitu eius sunt, qui in ipsum credunt, & ad ipsum respiciunt*: Hæc Rupertus: quibus addideris: interposita Mariæ nube à qua misericordiæ pluuia, quæ ignem extinguat, *cum refrigerat tram iudicis; cum iustitiæ virtus à præsentia Deitatis egreditur*: Benè Bonauent. in Speculo cap. 3. *Maria est*

5 Ezech 1 v. 28.

Hieron.

Ambro.

Theodo.

Rupert.

Bonau.

nobis columna nubis, iuxtà illud Psalmi eduxit eos in nube, *quia tanquam nubes protegit ab æstu diuinæ indignationis, & diabolicæ tentationis.*

6 Iam verò dum ignē in nube, ideſt, Dei Filium in Maria vides: audi primùm, quid Iobius Monachus peruetuſtus Auctor lib. 3. *de Verbo Incarnato* cap. 3. apud Photium in Bibliotheca: Sic dixerit: *Ideò carnem Dominus induit, & in Mari Deitatis ſuæ noſtræ conditionis guttam ſuſcepit, vt mortale à vita abſorberetur, atque in vniuerſum genus beneficium infunderet*: Planè, quod à gutta noſtræ conditionis à carne Mariæ ſuſcepta; ad profundendum totum mare Deitatis ſuæ in humanū genus fuerit allectus. O Mariæ guttam à qua mors abſorta, & vita indita! Sed id iure optimo ab humano genere per hanc guttam à Deo impetratum, iam audi à Regio Vate, Pſal. 38. verſ. 8 præclarè cum Deo ſic agēte: & nunc: quæ eſt *exſpectatio mea? Nonne Dominus: & ſubſtantia mea à te eſt: Ab omnibus iniquitatibus meis erue me*: Digna planè verba, quæ penſiculatius expendantur: ergo quaſi abrupta oratione, inquit: *Et nunc, quæ eſt exſpectatio mea?* vbi Hieronymus. *Nunc ergo quid exſpecto?* reſpondetque, ſibi. *Nonne Dominus?* vt dixerit; in quo confidam? quid, aut in quem ſperem: vbi ex Hebræo transfert Card. Bellarminus, *& nunc quid exſpecto Domine: exſpectatio mea tibi ipſa*; ipſa mihi exſpectatio ſpes, & exſpectationis ſcopus eſt; quia in te dirigitur, & à te eſt, vt ſenſus ſit cōmunis cum verbis, Pſal. 61 verſ. 6. *Quia ipſe Deus meus, & Saluator meus adiutor meus, non emigrabo. In te ſalutare meum, & gloria mea Deus auxilij mei & ſpes mea in Deo eſt*: Sed vnde tam firma Vati exſpectatio, & ſpes fuerit: Subdit: *Et ſubſtantia mea apud te eſt*: Vbi particulam, &, iuxtà Scripturæ, & Dauidis morem pro cauſali accipienda eſt: vt dicat Vates: ideò exſpecto, ideò ſpero; quia ſubſtantia mea iam apud te eſt, qui carnem Mariæ induiſti, & in Mari Deitatis tuæ noſtræ conditionis guttam ſuſcepiſti: Sic hæc verba explicante S. Thoma: ibi apud Lorinum, qui ait *Citat B Thomas Gloſſam declarantem verba hæc: ſubſtantia mea apud te eſt: hoc eſt tu Chriſte ſumes de mea carne, quia factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem*, ad Rom. 1. v. 3. Sic Lorinus.

Sed, & indidem idem Lorinus ex Hugo, & Alenſi ad hæc verba: inquit: 7 *Exſpectabatur ab omnibus, vt Doctor, vt Redemptor, vt Liberator à limbo, vt liberator à carcere peccatorum, vt illuminator cordium, vt protector contra hoſtes, vt remunerator*: Cui tantæ exſpectationi iam reſpondet, *quia ſubſtantia mea apud te eſt*, qui in carne Mariæ intimè vnitus nos diuinitatis tuæ voluiſti eſſe conſortes: nam *cum me totum Deus* (inquit Sophronius Patriarca in Menæis 8. Ianuarij Ode. 9. de S. Georgio) *transformare vellet in Deum, totum vniuit ſe tibi, ô Maria! ſicque incomprehenſum, & novum omnibus repræſentatur myſterium*: Ergo hinc Redemptor noſter; protector, Aduocatus, & à carcere peccatorum liberator noſter eris, *& ab omnibus iniquitatibus meis eripies me*: Quæ quidem omnia piè, & ſapienter complexus fuit Abbas Guerricus ſerm 1. de Aduentu premens præfata Vatis verba hunc in modum: *& nunc*, quæ eſt exſpectatio mea (*inquit iuſtus*) *nonne* Dominus? *& conuerſus ad Dominum: ſcio inquit; quia non confundes me ab exſpectatione mea: quia iam* ſubſtantia mea apud te eſt: *quia natura noſtra de nobis ſumpta, & pro nobis oblata ſpem nobis tribuit, quia ad te omnis caro veniet*: & ſtatim: *ex quo naturam noſtram ſibi aſſumpſit Dei Filius, ſpem noſtram, exſpectationemque irritam non futuram firmè credere poſſumus: iure adijcitur: Ab omnibus iniquitatibus meis erue me*: Hæc ille: Ecce tibi è iudice Protectorem, Liberatorem, & Aduocatum: imò verò è carne Mariæ cognatum, & fratrem, vt merito Bonauentura ad Mariam piè flexerit verba Abrahæ ad Saram: *Dic obſecro, quod Soror mea ſis, vt benè ſit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui*, Geneſ. 12. verſ. 13. hunc in modum: *O Sara noſtra! dic obſecro, quod Soror noſtra ſis, vt propter te benè nobis ſit à Deo, & ob gratiam tui viuant animæ noſtræ in Deo: Dic* (inquam) *quod Soror noſtra ſis, vt propter talem ſororem Ægyptij, ideſt, dæmones nos reuereantur, vt etiam propter talem ſororem Angeli nobis in acie coniungantur: vt inſuper propter talem ſororem Pa-*

te,

Iobius. *Pſal. 38 v. 8.* *Hieron.* *Bellar.* *Pſal. 61 v. 6.* *S. Tho. Lorin.* *Sophro.* *Guerric.* *Bonau.* *Gen. 12 v. 13.*

te, & Filius, & Spiritus Sanctus, nostri misereantur: Hæc Bonau. Pulchra quidem illatio: *Dic quod Soror nostra sis*; quia substantia nostra apud te est; & *o*, *gratiam tui viuant animæ nostræ in Deo.*

EXEMPLA.

REferunt S. Antoninus 2. par. historiæ titulo 16. cap. 14. Vincētius Bellouacensis lib 27. cap. 2. & seqq. Robertus de Monte in Appendice ad Sigibertū, & alij, anno 1128. *Atrebati, Carnuti, & Suessione tam acerbè sæuisse luem illam Ardentium, vt innumeros propèmodum corripuerit. Sed remedio illis fuit confugere ad Ecclesiam S. Mariæ; & Candelas ardentes in honorē Virginis deferre: quod ipsa B. Deipara benignè indicarat cuidam bonæ muliris: Addit verò præfatus Robertus puerum vndecim annorum hac peste infectum à Matre in templum Virginis Suessionis delatum confestim conualuisse; omnibusque narrasse, se fuisse raptum ante Deum, & Deigenitricem; & ipsam pro populo supplicantem vidisse, petentemque, vt dignaretur Deus hunc morbum à populo auertere, atque id impetrasse in cuius visionis fidem se breui moriturum assueruit: quod ita accidit:* Ecce tibi diuinam nubem ardorem ignis, ita temperantem, vt in misericordiæ pluuiam desinat.

Adiungo ex historia Sancti Montis in Bohemia lib. 4 cap. 12. Exemplum, quo Beatissima Virgo homini, & corporis, & animæ malis doloribus ardenti vmbra salutaris fuit, quę vtrāque corporis, & animæ salutem ei attulerit: *vt ipsemet generosus quidem vir suamet manu testimonium* reddidit his verbis *Cū anno salutis nostræ 1652. 20 Circiter Februarij immenso dolore calculi, colicæ, aliisque diuersis accidentibus in lecto prostratus decumberem, ita vt nec Doctores, nec pharmaca vlla præualere amplius possent, ingensque dolor indies accresceret, omni iam destitutus humano auxilio ad gloriosum Sacro Montanam Virginem me conuerti, humillimè ab illa tam meorū veniam delictorum, quam restitutionem, etiam pristinæ sanitatis deposcens. Mira mecum in ipso instanti mutatio. Nam tales ex repentina contritione, & dolore de peccatis commissis (quod & idem in bina frequentatione, & visitatione Sacræ ædis contigit) eruperunt singultus, & lachrymæ, vt viderer in dolore de peccatis; amore verò, & feruore erga gloriosam Dei genitricem in ceram, vel potiùs aquas dissiuere, & inde mira dulcedine, & consolatione spirituali replerī: Post hæc aliquantulum somno oppressus, & iterum ad me rediens, omni infirmitate, & dolore liberatus, & nimia lætitia perfusus, nescirem præ gaudio, quali ratione ex lecto surrexerim:* Hæc ille ijs.

EIVSDEM argumenti.

MARIA Aduocata nostra; vmbra, & protectio ab ira iudicis.

ADNOTAT. XIX.

1 REuoco in memoriā vmbræ imaginem (de qua in superioribus egimus) quia nihil ipsa opportunius optimi, & efficacis Aduocati munus exprimitur: Et verò cum de vmbrarum speculatione, Plinius lib. 17. historiæ naturalis cap. 12. Scitè dixerit: *Non fallidienda nec quoque scientia, atque non in vltimis ponenda, quando quibusque satis vmbra aut nutrix, aut nouerca est*: merito nutricem vitæ vmbram pulcherrimæ arboris sub qua sedimus, & a Maria accepimus; quia vt dicebat adductus præced. adnotat. Guillielmus: *Lucis ad corpus accessu vmbra gignitur*, debitis laudibus prosequimur, & denuo persequimur: Hanc quidem existimantes cum Bernardo serm. *in Natiuitate Mariæ*, mentem Angeli Virginem alloquentis Virtus Altissimi obumbrabit tibi, vt ab ipsa nobis vmbra salutis & vitæ contra diuinæ iræ ardorem gigneretur: vt quemadmodum Dei Filius à

Plinius. Guil. iel.

Summo Patre in ſplendoribus diuinarum, ineffabiliumque perfectionũ lumen de lumine, & *candor*: ſiue *ſplendor, & reluctentia lucis* (Sapiẽtiæ 7. verſ. 26.) genitus eſt Deus de Deo vero; ac proinde ſapiens, iuſtus, & peccatoribus iure adeò infenſus, vt reſpicere ad iniquitatem non poſsit: ita à Maria Matre in vmbra generatus, & factus fuerit; quò diuini æſtus radijs, & inſtæ ardentique Dei indignationi ſeſe opponens ſub vmbra ipſius, quem deſiderauerat Sponſa ſecurè ſedeat; *cui diximus in vmbra tua viuemus inter gentes*: Threnor. 4 verſ. 20. Sed iuuat audire Bernardum, ſic hæc diffundentem: *Signanter proinde, & de Chriſto Propheta loquitur dicens*: Spiritus ante faciem noſtram Chriſtus Dominus: in vmbra eius viuemus inter gentes. *Nam inter cœleſtes quidem beatitudines, non in vmbra viuitur, ſed potius in ſplendore*: in ſplendoribus ſanctorum (*inquit*:) ex vtero ante luciferum genui te: *Verum id quidem Pater; at Mater ſanè eumdem ipſum in ſplendore non genuit, ſed in vmbra, non niſi ea tamen, qua obumbrauit Altiſsimus. Meritò proinde canit Eccleſia; non illa quidem Sanctorum, quæ in excelſis, & in ſplendore eſt, ſed quæ interim peregrinatur in terris*: Sub vmbra eius (*ait*) quem deſideraueram, ſed, & fructus eius dulcis gutturi meo: Hactenus Bernard. apud quem pende id: *eumdem ipſum non in ſplendore genuit, ſed in vmbra*, quippè in ſplendore genitus, *ardens eſt furor eius, & grauis ad portandum*, Iſaiæ 30. v. 27. at in vmbra per fugium, & tegumentũ: vt Mariæ Matri tribuas nutricem, & vitalẽ vmbram, quam nobis fecit; amota illa nouerca noxialis pomi ab infelici Eua nobis obiecta: quippè de iſta idemmet Sponſus dixit: *Sub arbore malo ſuſcitaui te: ibi corrupta eſt mater tua: ibi violata eſt genitrix tua*, Cant. 8. verſ. 5 vtraque Canticorum vera ſub hoc ſenſu componente Theodoreto ibi.

Porro ad protectionem contra hanc noxialis pomi vmbram, non abs re poſſumus referre Vatem, Pſal. 139. verſ. 8 dicentem, & gratias Dei Filio, ſic agentem. *Domine Domine virtus ſalutis meæ: obumbraſti ſuper caput meum in die belli*: nam, ſi ſapis, vt nullum nobis immanius aut atrocius bellum, quam quod à primorum parentum peccato, cuius nos ſęnus auximus, potuit imminere, nulla itidem ſalutarioris aut opportunioris vmbræ, quam diuinæ huius arboris in Mariæ vtero tranſplãtatæ protectione defendi poſſumus; ac proinde vix vlla his Vatis verbis commodior explicatio attuleris, quam de Chriſti à Maria vmbra, qua à diuini æſtus radijs protecti ſumus: de qua Bernardus ſerm. 4 in Pſalm. *Qui habitat*: Sic ait: *De protectione quoque idẽ ait Propheta iſte*, obũbraſti ſuper caput meum in die belli: *Sicut enim videns venientem accipitrem mater expãditalas ſuas, vt pulli ſubeant, & habeant tutum refugium; ſic nobis parata, & quodammodo dilatato ſinu exſtenſa eſt ſumma illa, & ineffabilis pietas Domini noſtri*: *vnde & ſupra dixit*: Quoniam refugium meum es tu: *Iam verò ſub ipſis quoque ſcapulis, & vmbraculum ſalubre, & protectionem habemus*: ita ille; enim verò, vt eo dicendi modo obumbraſti, ſuper caput meum in die belli, ſubintelligitur imago ſcuti, ſeu clypei, quo in bello quis ſiue à ſe, ſiue ab alio protegitur: ita expreſsius, Pſal. 83. verſ. 11. vbi nos habemus: *Gratiam, & gloriam dabit Dominus*: Lectio Hebræa, & Aquila habent *Sol, & ſcutum*: ſiue *clypeus Dominus*; quæ de Chriſto Domino, vt ex præcedentibus liquet, ex communi interpretum expoſitione capienda ſunt: vt ſenſus fuerit ex Bernardo *eumdem ipſum*: qui Sol, & ſplendor eſt *Mater in vmbra genuit*, vt velut clypeus *in die belli* ſuper caput noſtrum obumbret: & à nimio Solis æſtu protegat.

Iam verò vt hæc vmbra, & à Maria ſit, & Mariæ debeatur; ex ipſiſmet naturæ principijs obſerua, infantem, cum primum in vtero matris ad vitã progignitur eodẽmet habitu, & ſitu in eo conſiſtere, vt inſtar clypei in clauo ſuſpenſi, & pendentis eſſe videatur: vt hinc omninò videris; quomodo Dei Filium Maria in vmbra genuit, vt nobis clypeus, & protectio fuerit: ita id ad rem præſentem adnotante Venerab. Honorio *in ſigillo Mariæ* ad ea verba, Cantic. 7. verſ. 2. *Vmbilicus tuus crater tornatilis, non indigens poculis*: dum Virgini, ſic attribuit: *Vmbilicus tuus beatus: in quo pependit Dei Filius: vt enim in clauo clypeus, ſic pendet in vmbilico infantulus*: Hæc Ho-

Sapi. 7. v. 26.

Thre. 4. v. 20. Bernar.

Iſai. 30. v. 27.

Cant. 8.

2

Pſ. 139. v. 8.

A

B

C

D

E

Bernar.

Pſal. 83 v. 11. Lect. Hebr. Aquila.

3

Cant. 7. v. 2.

Honor.

no-

norius: Vides Solem factum à Maria clypeum? quo obumbremur, & protegamur *in die belli*: Vides? vt à lucis ad corpus acceſſu vmbra gignitur, ita lucem diuinam humano corpori in Virgine vnitam, & ſic vmbram produxiſſe? vides à ventre Mariæ pendẽtem Dei Filium? vt omninò ab ipſa vmbram, & protectionem ſperes? nec niſi ab ipſa obumbrandum putes in die belli. O Magnam Matrem! O tutiſsimum humani generis perfugium! O neceſſariam humani generis Aduocatam! O præclaram vitæ vmbram! in qua viuemus à Solis ardore protecti, & à morte, & tenebris ad vitam excitati: Premit hæc omnia Auguſtiſsimus & religioſiſsimus Imperator Leo orat. 6. *in Deiparam* exclamans. *O tegumentum! ò perfugium! quod totum mundum contines, & ſervas!* Hæc ille: Scitè *ò tegumentum!* opportunè, *quæ totum mundum ſervas*; dum in te tanquam in clauo clypeus pendet infantulus Filius Dei.

Leo Imper.

4 Sed rurſum premo verba Bernardi *eumdem ipſum in ſplendore non genuit, ſed in vmbra*, vt cum illis componam iſta Ambroſij ſerm. 3. in Pſal. 118. *An neſcimus, quoniam Verbum Dei veniens in hunc mundum, non ſicut Verbum aduenit, quale in principio erat, quale erat apud Deum, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens. Venit in nube leui, & cum eſſet virtus Altiſsimi obumbrauit MARIÆ.* Sic Ambroſius, Apud quem obſerua illud noſtro inſtituto opportunum. Verbum Dei veniens, non ſicut Verbum aduenit quale in principio erat: Sed quid? (inquis) Depoſuit ne quod erat? aut qui Verbum Dei erat, deſiit eſſe Verbum Dei cum caro factum eſt? Minimè quidem, ſed veniens Verbum, non venit *ardens furor eius, grauis ad portandum*: non venit vt eſtus ſuper caput hominis, non venit iudicans, & damnans mundum; quippè qui venit in nube leui Mariæ, quæ *eumdem ipſum in ſplendore non genuit, ſed in vmbra*; ac proinde venit obumbrans; vmbram nutricem, & vitalem, allaturus, fauens, & fouens, & vitæ refrigerium miſeris mortalibus inſpirans: Quod quidem tum ab Iſaìa, tum à Regio Vate opportunè confirmatum videmus: Sic enim prior cum dixiſſet cap. 4. verſ. 5. *Et creabit Dominus ſuper omnem locum montis Sion, & vbi inuocatum eſt nubem per diem*: ſubdit ſtatim, *& tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æſtu, & in ſecuritatem, & abſconſionem à turbine, & pluvia*: Nimirum ad priora verba benè notatum eſt ab Hyppolito M. LXX. pro verbo *Creabit* repoſuiſſe, *& venier*; itidemque quotieſcumque hoc verbum legitur in Prophetis de Chriſto intelligendum eſſe: poſteriora verò quibus vmbraculũ, & tabernaculum ab æſtu prænunciatur, ſæpè ſæpius à Richardo à S. Laurentio de B. Virgine optimè accipiuntur: Sic enim ille lib. 12. de Laudibus Virginis, componens hæc verba cum ſupradictis Vatis *Obumbraſti caput meum in die belli* hunc in modum: *obumbrat Maria peccatoribus, quia ipſa deſignatur per Propitiatorium (Exodi 37.) quod obumbrabant duo Cherubim ſeſe reſpicientes mutuo*: Ita ibi & eodem lib. ſerm. de Natiuitate Mariæ, inquiens: *Veniat ergo ad eam ad deliciandum vir iuſtus, vt ſedeat ſub vmbra illius deſideratæ: nam ipſa eſt in vmbraculum ab æſtu, & in ſecuritatem, & abſconſionem à turbine, & pluuia*: & ſtatim: *Qui ad Mariam venerit, vel tranſierit, quæ omnes vocat ad ſe, ſecurus erit per auxilium eius. Item qui peccator eſt, tranſeat ad eam, vt nihil timere poſſet, quæ eſt ciuitas refugij.* Hæc Richardus.

Iſai. 4. v. 5.

Hyppol. M. LXX.

Rich. à S. Laur.

Ambroſ.

Vates verò Pſalm. 18. verſ. 16. dilucidè Mariam non in ſplendore, ſed in vmbra concipientem Dei Filium, ſic confirmat: *In Sole poſuit tabernaculum ſuum; & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo*: quæ verba ex communi Eccleſiæ ſenſu omnes omninò PP. & interpretes de Chriſto Domino ex MARIÆ vtero ad humani generis ſalutem orientе accipere conſueuerunt. Sed ad rem obſerua germanam lectionem ex Hebræo pro illis verbis: *In Sole poſuit tabernaculum ſuum*, vt obſeruat, & probat Antiſtes Agellius habere: *Soli poſuit tabernaculum, ſeu tegmen ſuum.* Quæ quidem lectio materialiter, & ad ſonum litteræ ſumpta eò iverit, vt alibi monuiſſe me memini; vt ad hominum documen-

5 *Pſal. 18 v. 16.*

Lect. Heb. Agell.

tum, ne sibi totum honoris, & ornamenti splendorem velint assumere, vt habitent *Soli in medio terræ*, Isaiæ 5. vers. 8. vt de Pompeio dicebat Vellet. Paterculus lib. 2. *In quibus rebus primus esse debebat: solus esse capiebat*: Soli à Deo signatè tegmen, & tabernaculum positum fuisse, intra quod nocte abscondatur; quod, & si ipse parens lucis; syderumque Rex, & mundi oculus sit; ac proinde si summo iure esset agendum, posset diu, noctuque indesinenter lucere; attamen rationi, & æquitati magis consentaneum visum esse, vt cederet Lunæ partem velut potestatis, & dominij vt hæc de nocte luceret, ne ipse totus totum lucis, & splendoris regnum sibi adrogaret cæteris syderibus perpetuis tenebris consepultis; sed vt de Castore, & Polluce alterna luce micantibus dixit Philo lib. de legat. ad Caium, *exequatis naturis disparibus, quæ quidem ratio fons est totius iustitiæ*: At enim vero iuxta mentem Ecclesiæ, & Patrum; imo & Diuini Spiritus altiores sensus Vatibus inspirantis, & is huius imaginis nucleus est: Verbo Diuino; qui tanquam Sol iustitiæ *in meridiano exurit terram, & in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere?* appositum à Summo Patre, qui *sic Dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret*, Ioann. 3. vers. 16. tabernaculum, siue tegmen, vt ipsum è ardente mortales obumbrantem, fouentem, ac fauentem redderet: Quale verò tabernaculum? Respondet Richard. à S. Laurentio lib. 10. de Laudibus Virginis. *Tabernaculum, vterus virginalis, qui propriissimè tabernaculum dicitur: sicut ipsamet dicit: & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo*, Eccles. 24. Ecce tibi Mariam, quæ *eumdem ipsum non in splendore genuit, sed in vmbra*. Ecce *tegumentum, quod totum mundum seruat*: vt sapienter dixerit superiori adnotat. adductus Richardus: *in hac vmbra vita est animæ extra hanc vmbram sola mors*.

6 His mirè consonant præfata Isaiæ verba: *Super omnem gloriam protectio, & tabernaculum in diei ab æstu, & in securitatem, & abscessionem à turbine, & pluvia*: in quibus duo obserua: alterum; Pagninum pro *securitate* reponere *tegmen* ad hunc modum; & *tabernaculum erit pro vmbraculo per diem, & pro tegmine, & abscessione*: alterum: Hebræam vocem *Chaphad*, pro qua vulgatus posuit *protectio*, significare propriè *thalamum*, & eamdemmet esse quæ præfato Vatis loco, *& ipse tanquam procedens de thalamo suo*: vt manifesta allusio sit ad tabernaculum, seu tegmen Soli positum, & ad Sponsi thalamum; hoc est ad Matris vterum, in quo protectionis, & securitatis nostræ clypeus pependit. Pro qua cogitatione optimè faciunt Vatis verba, Psalm. 138. vers. 15. in præced. adnot. non leuiter expensa: *Non est occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto, & substantia mea in inferioribus terræ*: hoc est, *in vtero Matris*, vt ex PP. præsertim ex Bernardo obseruauimus: Nimirum, vt sapienter inibi notat Agellius Græca vox, quæ respondet voci *substantia* propriè significat altitudinem erectam, & stantem: audi illum: *Quo nomine intelligant LXX. erectionem quamdam, altitudinem, seu staturam erectam, & extantem: nam substantiæ nomine claruit esse, quidquid è terra eminet, in sacris libris nuncupari*: vnde Genes. 7. Delebo omnem substantiam, quam feci: *vbi LXX.* quidquid exurgit, & eminet; & Iob cap. 22. Nonne succisa est erectio eorum. *LXX. si non euanuit substantia, seu statura eorum*. Hæc omnia Agellius: ex qua obseruatione, dum Christus Dominus profitetur se in ventre Matris non iacentem, sed extantem, & altitudine excelsa, & erecta præditum fuisse, ingens illud apparet discrimen inter Verbū Dei, apud Patrem, & ipsummet in ventre Matris, vt dicebat Ambrosius: *Quoniam Dei Verbum veniens in hunc mundum, non sicut Verbum aduenit*: quippè de Dei Verbo, apud Patrem notanter dixit Ioannes cap. 1. vers. 18. *Vnigenitus, qui est in sinu Patris*: quod planè (si diuina, & inuisibilia per humana explicare fas est) ad cum corporis habitum, seu situm, quo quis iacet, seu recubat videtur referendum, de quo obvia sunt exempla: Numer 12. vers. 12. *Porta eos in sinu tuo*: Deuter. 13 vers. 6.

Eccl. 43 v. 3.

Ioan. 3. v. 16.

Rich. à S. Laur.

Eccl. 24

Pagnin.

Lect. Hebr.

Ps. 138. v. 15.

Agell.

LXX.

Genes. 7

Iob 22.

Ioan. 1. v. 18.

Numer. 12. vers. 8.

Deut. 13 v. 6.

Iud. 16. v. 19. 2. Reg. 12. Prou. 5. v. 20.

Vxor, quæ est in sinu tuo: & cap. 28. vers. 54. *Quæ cubat in sinu tuo*: Iudic. 16. vers. 19. *In sinu suo reclinare*, caput 2. Reg. 12. *In sinu illius dormiens*, Prou. 5. vers. 20. *Foueris in sinu alterius*: & alia passim: at enim verò de ipsomet Verbo in Matris vtero commorante accurata locutione dictum est à Dauide, staturam erectam, & stantem, & excelsa altitudine eminẽtem habuisse; vt videlicet, qui *in sinu Patris* recubans, vmbram non facere videbatur: nam à recubante, seu iacente vix vmbra producitur: iam subinde à Matris vtero salutaris illa nutrix, & vitalis vmbra prodiret, qua à Solis ardore humanum genus protegeret, & velut clypeus obumbraret super caput eius in die belli: vt in hac vmbra vita sit animæ, & extra eam mors.

7

Ps. 131. v. 8.

Quò planè videtur respexisse Dauid Psalm. 131. vers. 8. Vnigenitum Dei Filium in sinu Patris considerans, & ad ferendam mortalibus opẽ & salutarem vmbram, sic inuitans: *Surge Domine in requiem tuam: tu & arca sanctificationis tuæ*: opportunissimè in hunc sensum inflectentibus hæc verba Græcis PP. Gregorio Neocæsariensi, Hesichyo, & Chrysippo Hierosolymitano: Gregorius enim serm. primo de Annunciatione cum explanans hæc verba dixisset; verè beatam Virginem esse arcam sanctissimam intrinsecus, & extrinsecus deauratam, quæ vniuersum sanctificationis thesaurum suscepit: subijcit: *Inuitat verò Dominum, vt surgat è sinu Patris ad erigendum collapsum primi parentis genus*: Hæc Gregorius: quæ Hesichyus latè diffundit homilia de Deipara: & eodem ductu Chrysippus, orat. *de Sancta Maria* cum præmisisset: *Surge Domine in requiem tuam. Tua enim requies est Virgo, & eius vterus tua requies*: subdit: *Surge Domine. Nam nisi tu exurgas è sinu paterno (inquit) genus nostrum quondam lapsum non resurget*: Sic ille, vt dixerit: exurgens è Patris sinu; & in Matris ventre excelsam staturam, & erectionem habens, vitalem vmbram mortalibus facies, in qua viuemus à Maria diuina arbore protecti: ita omninò Richard. à S. Laurentio lib. 12. de Laudibus Virginis, vbi cum de Maria dixisset: *Arbor est Maria, propter virorem Virginitatis, humorem gratiæ, medullam pietatis, folia sacrorum verborum, frondes bonorum operum, flores sanctorum desideriorum*: ad rem nostram ita concludit: *& propter fructum Vnigeniti Dei, vmbram protectionis illorum, qui malè exæstuant*: Ita ille.

Gregor. Neocæs. Hesichy. Chrysip.

Richar.

Opportunius verò idem Richardus lib. 10. in hunc sensum aptat Deiparæ verba, Psalm. 88. vers. 38. *Thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis*. Et hinc incipiens, & Mariam testem faciens, inquit: *Ipsa enim orat pro peccatoribus, & testatur, quod Filius Dei pro eis factus est homo: ostendit enim Filio pectus, & vbera*: Sic ille, cui sanè sensui benè cohæret plurium Auctorum explicatio huius loci, vt allusio sit ad Iridem, *quam posuit Deus in testimonium, signumque reconciliationis*, Genes. 9. vers. 13. & quæ *in circuitu throni* Christi esse dicitur, Apocalypsis 4. vers. 3. & 10. Vnde pergit Richardus, & cuncta Virginis epiteta complectens: cum dixisset: *Beata ergo Virgo est thronus Sol, Luna, & testis; quia thronus est, continet iudicem; quia Sol producit terræ nascentia; quia Luna noctis tenebras discutit*: Subijcit sapienter: *Quia testis causas absolvit*: Ita ille bellissimè, quomodo enim in fauorem rei, non absolvatur feliciter causa, quæ Mariam testem fidelem pro se habet? Vnde tandem concludit. *Si peccator es, & times iudicem: ipsa tenet eum videas, ergo quod habeas bonam causam*: Ita Richardus: vnde bellissimè Bonauent. in soliloquijs ex Anselmo, inquit: *Dic, anima mea, cum magna mentis fiducia exultabo, & lætabor, quia quidquid iudicabitur de me, pendet ex sententia Matris, & Fratris*. Sic PP.

8

Psal. 88 v. 38.

Genes. 9 v. 13. Apocal. 4. v. 3. Richar.

Bonauẽt.

(·.·)

EXEMPLA.

ILLVD ad mores opportunè aptabis, quod Poiræus in libro Triplicis coronæ tractatu 3. cap. 2. affirmat celebri cuidam sui temporis Iurisconsulto, cuius nomen de industria silet Beatissimam Dei Matrē, & contritionem, & continentiam obtinuisse. *Cum enim ille moribundus in lecto decumberet, & adesset confessarius, qui conscientiæ labes exciperet, se Christus Dominus medius inter B. Virginem, & aliquem ex hominibus Beatis expectandum proposuit, iratoque vultu condemnationem minari visus est, sed impediuit procumbens ingenua B. Virgo pro clientulo suo spondens, tum meliorem frugem, tum constantiorem in posterum continentiam. Quod re ipsa factum ist.*

Sed & Franciscus Bentius in Annalibus ad annum 1586. *Illud memorabile refert de Henrico de Heyden, Canonico Treberiensis Ecclesiæ, tunc temporis in Collegio Germanorum Societatis nostræ commorante, qui cum reditum pararet in patriam repentina febri correptus ad extrema deueniens in Christi tribunal deductus à dæmonibus tam attrociter fuit accusatus, vt pœne de salute desperaret, nihil remedij sortiturum sperans: Cum Beatissima Virgo augusta facie intercessit, & dæmones in fugam coniiciens Henricum serenauit, atque illum ita solata est, vt post quatuor horas placita, & deuota morte defunctus fuerit.*

Itidem idem Bentius ad annum 1588 sic habet. *Quædam fœmina non confiteri obstinauerat muliebri pertinacia: sequenti nocte ad tribunal diuinum adducta flammis sempiternis addicenda erat; nisi Deipara de quærendo per confessionem remedio admonuisset; quæ visio vecordiam discussit: quare post confessa in ore frequenter habebat.*

Deo gratias, per Virginem
ab inferis sumpta
erepta.

EIVSDEM *argumenti.*

Quod MARIA Humani generis Aduocata sit; firma clientibus suis salutis spes inest.

ADNOTATIO XX.

ADeò quidem felix ingens certa, & insuperabilis aduersus cuncta aduersantia miseris hominibus ex superius dictis salutis & beatitudinis spes consurgit, vt absolutè fidenter, ac merito Deipara *spes nostræ* ab Ecclesia decantetur: cum in deprecatione ad ipsam dicamus omnes. *Vita, dulcedo, & spes nostra*, vel ab Epiphanio edocta; qui Mariam *Dominam, & spem* interpretatur: Sanè hæc Deiparæ tribuuntur, tum tanquam Saluatorem, qui vita, & spes humani generis est, gignenti; tum etiam omnia apud eum facillimè impetranti, quippè hæc impetratio adeò certa, & vniuersalis est, vt in nullo vnquam homine, pro quo efficienter intercedit Virgo, effectu destituatur: vti iam adductus dicebat S. Germanus orat. de Zona, & fascijs Virginis: *Omnia tua admirabilia sunt; ò Deipara, omnia ingentia, & aliorum vires superantia: propterea, & patrocinium tuum maius est, quàm intelligentia apprehendi possit.* Vnde ad rem S. Damascenus, in orat. ad Virginem, à quo etiam Cosmas Hierosolymitanus, tam animosè, quàm opportunè dicebat: *Insuperabilem, ò MARIA! spem tuam habens seruabor; defensionem tuam possidens; ò per quam pura! non timebo: persequar inimicos meos, & in fugam vertam, solam habens, vt thoracem protectionem tuam,*

1 Epiphan. S. Ger. Damasc. Cosmas.

& *omnipotens auxilium tuum* : ita hi PP. Audis *insuperabilem spem* ? quæ vinci, ac superari à nullo possit: audis *omnipotens auxilium* , quòd omnia possit, & cui nullæ omninò vires valeant resistere: Benè ergo Mariæ dixerimus, *Vita , dulcedo , & spes nostra*: Benè etiam Ecclesia Græca in Menæis die 16. Martij, Ode. 6. de S. Sabino M. cum ait: *Primi parenter nostri gustato inobedientiæ fructu ex voluptatis quasi patria extorres sunt facti. Nos verò ventris tui fructu percepto in immortalis vitæ voluptatibus delitiamur , ò Virgo, quæ es nostra Maxima quidlibet à Deo postulandi fiducia , & simul exspectationis meæ tam certa coronis , vt falli non possim.* Hæc ibi: Et indidem post Ode. 3. sic suam fiduciam firmat. *Illuc iure vnusquisque contendit, vbi securam salutis suæ fiduciam habet. Ac certè vbi simile nobis refugium patet? ceu apud te Domina , quæ es Protectrix animarum nostrarum.* Sic Ecclesia Græca optimè quidem.

Ecclesia Græca.

2 Sed quàm fidenter etiam, quàm piè in hunc sensum iterum , atque iterum Deiparam alloquitur S. Sabbas in Menæis Græcis! Sic namque primum die 3. Ianuarij, Ode. 3. de S. Malachia. *In te, quæ nulli vnquam culpæ affinis fuistis, spem omnem meam repono, vnaque lætus ad te omne ingenium meum , animumque conuerto*: Deinde eodem die Ode. 4. *Apud te omnem salutem meam , cuius me tenet fiducia, vitamque per te dirigendam depono , ò gratia plena Mater, & Virgo!* Nec minus fidenter Ecclesia Græca in Menæis die 4. Ianuarij , Ode. 4. de S. Theoctisto : ad Virginem sic rursum clamat. *Ad te dies, noctesque ò præ omnibus inculpata! clamabo, & hac ratione salvabor: murum etiam voluptatum transcendam ; atque patrocinio tuo à dæmonum insultibus liber euadam*: Benè illud, & omninò ad rem: *Ad te clamabo , & hac ratione salvabor*: vt inuocationi, & clamori salus sit adiuncta : sed obserua tam in S. Sabba: quàm in his Ecclesiæ verbis notanter pro efficacitate patrocinij Virginis, ipsius puritatem, & omnimodã ab omni culpa immunitatẽ assignari: quod nihil apud Deum Iudicẽ, adeò acceptam intercessionem reddat, quã intercessoris innocentia : vt vel hac

S. Sabb.

Ecclesia Græca.

A ratione præfato loco de Zona , & falcijs dixerit S. Germanus Deiparam *Spem nostram , & vehementissimam defensionem* esse. Et S. Bonauent. in Hymno, *Te Matrem Dei laudamus* eam sic inuocet. *Tu post Deum sola spes nostra*; & eodem modo S. Ephrem in lamentatione Deiparæ sese ipsi intimè commendans, inquit: *Tu siquidem vnica apud Deum Christianorum spes nostra es securissima , & sanctissima.* Pulchrè verò Damascenus orat. de Dormitione Virginis *Deiparam sua pro nobis intercessione pervigilem , & in patrocinijs spem planè immotam* ait: sed & de S. Margarita Regis Hungariæ filia refert Surius die 25. Ianuarij. Quoties audiebat quempiam pronunciantem nomen Mariæ subijcere solitam *Matris Dei, & spei meæ.*

S. Ger.

Bonau.

Ephrem.

C Hinc de se ipsa Virgo apud Ecclesiasticum cap. 24. vers. 25. inquit: *In me omnis spes vitæ , & virtutis*: Quæ verba sic explicat, & extendit Richard. à S. Laurentio lib. 6. de Laudibus Virgin. *habendæ, & continuandæ: spes, scilicet , vitæ , & virtutis per fiduciam impetrandi.* Vnde ipsam cum cœlesti arcu cõponens subijcit: *Quia ipsa est arcus in nubibus in signum iustificationis* : Sed quid de arcu , siue Iride ipse Dominus dixerit, Genes. 9. vers. 12. iam expende: *Hoc signum fœderis, quod do inter me, & vos, & ad omnem animam viuentem , quæ est vobiscum in generationes sempiternas. Arcum meum ponam in nubibus , & erit signum fœderis inter me , & inter terram. Cumque obduxero nubibus cœlum, apparebit arcus meus in nubibus , & recordabor fœderis mei vobiscum , &c. Erit quæ arcus meus in nubibus , & videbo illum, & recordabor fœderis sempiterni , quod pactum est inter Deum, & omnem animam viuentem vniuersæ carnis , quæ est super terram* : Hæc Dominus ; quibus nihil aptius, aut opportunius excogitaueris ad firmandam spem ; quæ ex diuinæ Iridis patrocinio habere possumus, ac debemus: cum dixerit Deus *videbo illum, & recordabor fœderis sempiterni , &c.* nimirum quemadmodum Iris in nubibus cœli, tam Noe , quam vniuersis hominibus in signum fœderis est data , & diuinæ clementi-

3 *Eccl. 24. v. 25. Rich. à S. Laur.*

Genes. 9. 12.

firmiſsimam, & inſuperabilẽ; & omni muro adamantino magis inexpugnabilem ſpem, quod reſpiciens Deus ſempiterni fœderis recordaretur; ita Virgo Deipara hominibus, quãtumuis peccatoribus in ſignum reconciliationis, & clementiæ poſita à Deo noſtro eſt, ne peccatoribus debitas pœnas irroget; ſed potiùs miſericordiam ſuam impertiatur pulchrè, hæc omnia firmante. S. Antonino 4. part. titulo 15. cap. 44. §. vltimo: vbi Sanctiſsimam Virginem hunc in modum loquentem facit *Decet me in glorificatione eſſe, iuxtà filium meum per interceſſionem cõtinuam pro humano genere, vt cum Deus peccatis hominum diluvio flagellorum minatus fuerit terram ſubvertere; ego vt arcus apparcam in conſpectu eius, indeque recordatus fœderis ſui repropitietur eiſdem, ne diſsipet mundum:* Hæc S. Antoninus.

S. Anto.

4 Vt hinc merito monuerit Eccleſiaſticus cap. 43. verſ. 12. *Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum, valdè ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo, gyrauit cœlum in circuitu gloriæ ſuæ, manus excelſi aperuerunt illum*: Quid namque ſpecioſius, quid ad benè ſperandum opportunius cœleſti Mariæ Iride? *quæ effecta eſt* (ſic B. Laurentius Iuſtinianus ſerm. de Annũciatione) *interventrix mundi, dæmonum fuga, peccatorum ſpes Dei, & hominum veriſsima mediatrix*: Sanè huc duo opportunè referes: Alterum; Iridem à Chryſoſtomo appellari *Dei, & hominis reconciliati chirographum*, à Hieronymo *ſupernæ clementiæ ſimulachrum*; à Damaſceno *cœleſtium indiciarum pignus*; ab Auguſtino *diuinæ amicitiæ teſſera*; à Bernardo *ſempiterni fœderis obſes*; ab Ambroſio, *inuiolabilis virtutis Dei, & multiformis gratiæ ſpecimen*; à Cypriano *cœleſtis benignitatis typus*; à Gregorio *Spiritus Sancti Idæa*; à Nazianzeno *benivolentiſsimi Numinis teſtimonium*; à Baſilio *pacis ſequeſtra*; à Beda *diuinæ propitiationis Symbolum*, apud Cornelium ad id loci Eccleſiaſtici. Quæ omnia adeò mirificè quadrant Deiparæ, vt vel propter ipſam à Patribus excogitata fuiſſe, optima ratione dixeris, ſi ea perpenderis. Alterum, appoſitè ab Ambroſio fuiſſe obſeruatum ſignatè à Deo cœleſtem arcum, ſine ſagitta fuiſſe poſitum pro ſigno; vt ab eo homines benè vndequaque ſperarent ſine timore, & metu. Sic namque Ambroſ. lib. *de Noe, & arca* cap. 27. *Arcum meum ponam in nube; non ſagittam ponam. Arcus enim inſtrumentum iaculandæ ſagittæ eſt. Itaque non ipſe arcus vulnerat, ſed ſagitta. Et ideò Dominus in nube arcum magis, quàm ſagittam posuit, ideſt, non illud quod vulneret.* Ita ille. Quod Deiparæ mirè quadrat, de qua Bernardus ſerm. de Verb. Apocal. 1. pſ. *Signum magnum*, inquit, *quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas? Nihil auſterum in ea, nihil terribile, tota ſuauis eſt, omnibus offerens lac, & lanam. Reuolve diligentius Euangelicæ hiſtoriam ſeriem vniuerſam, & ſi quid forte increpatorium; ſi quid durum, ſi quod denique ſignum, vel tenuis indignationis occurrerit in Maria, de cætero ſuſpectam habeas.* Cui cogitationi valdè conſentanea eſt ſatis pia, & ſapiens ratiocinatio Venerab. Guilielmi Pariſienſis *in Rhetorica diuina* cap. 18. cum Deiparam ſic alloquitur: *Neceſſe eſt, vt totam te poſſideat Miſericordia, & propter hoc nihil potes contra illam, etiam de iuſtitia: ne fleteris iuſtitiam pro iuſtitia contra illam: & propter hoc ne allegaueris ipſam contra me, quia ſoli miſericordiæ tuæ poſt Filium tuum innitor, ſpemque meam poſt illum totaliter in ipſa poſui, atque fixi:* & ſtatim eodem ſpiritus ardore pergit. *Ne allegaueris dulciſsima Dei Mater peccata mea contra me, qui miſericordiam tuam allego contra ea. Abſit, vt ſtent in iudicio peccata mea contra miſericordiam tuam, quæ omnibus vitijs, & peccatis ſuper omnem cogitatum fortior eſt, atque potẽtior.* Hactenus Guillielmus: Et quidem rectè, atque opportunè, inquit: *Soli miſericordiæ tuæ poſt Filium tuum innitor; ſpemque omnem meã poſt illum totaliter in ipſa poſui, atque fixi:* quæ oſculanda, & animo altius imprimenda; & ore ſæpè ſæpius iteranda merito fuerint: illis verò adiecta hæc ex Bernardo ſerm. de Natiuitate Virginis: *Vt proinde ſi quid ſpei, ſi quid ſalutis, ſi quid gratiæ in nobis eſt, ab ea nouerimus redundare.* Belliſsimè.

Ecclſ. 43 v. 12.

Laurẽt. Iuſtinia.

Chryſoſt.

Hieron. Damaſc. Auguſt. Bernar. Ambroſ.

Cyprian. Gregor. Nazian.

Baſil. Beda.

Ambroſ.

Bernar.

Guill.

Bernar.

Adiungenda ſunt iis itidem, quæ Bernardus, & alii PP. eodem imbuti ſenſu habent. Nimirum Bernardus abſolutè, & fidenter Mariam totam ſuæ *ſpei* rationem appellat in ſerm. de

5 Bernar.

Na-

Natiuitate Virginis, siue de Aquæductu, inquiens: *Filioli hæc peccatorum scala; hæc mea maxima fiducia est; hæc tota ratio spei meæ*: Reddit rationem: *Quid enim? Potest ne Filius, aut repellere, aut sustinere repulsam? Non audire? aut non audiri filius potest? Neutrum planè* inueniſti (*ait Angelus*) gratiam apud Deum: *Feliciter semper hæc inuenies gratiam, & sola est gratia, qua egemus*: Nec aliter S. Germanus orat. *de Præsentatione Virginis*, ipsam hunc in modum allocutus: *Tu es ò Domina Deipara, omnium defensio, omnium lætitia, vehemens omnium gaudium; tu meum refugium vita, protectio, arma, & gloriatio; spes, & robur meum*: Addit spei suæ, quam prosequimur causam. *Habes sat scio cum tua voluntate concurrentem potentiam, vt quæ sis Mater Altissimi, & propterea audeo. Ne ergo priues mea exspectatione, ò Domina intemerata, quæ vniuersorum exspectationem supra naturam peperisti Deum.* Sic Germanus: Luculēter verò Sāctus Theodorus Studita in Menæis Græcis die 20. Ianuarij in vesperis de S. Euthymio Deiparam, sic inuocans: *Respice super inuocantes te famulos tuos, & grauibus malis, quæ sunt in caput nostrum coorta, finem impone, simul ab alijs quoque omnibus rerum asperitatibus libera. Tu enim sola, te nobis securam, ac stabilem Anchoram præstas. Quare nostra hæc opem tuam imploranti fiducia, ne confundatur, obsecramus te Domina*, ita Theodorus. Nec minus opportunè S. Thomas à Villanoua serm. 3. de Natiuitate Virginis Deiparam, sic alloquebatur: *Sicut pulli volitantibus desuper milvis ad gallinæ alas accurrunt; ita & nos sub velamento alarum tuarum abscondimur. Nescimus aliud refugium nisi te, tu sola es vnica spes nostra in qua confidimus. Tu sola Patrona nostra ad quam omnes adspicimus*: Hæc S. Thomas.

6 Nec cursim prætereunda Anchoræ imago, quam vsurpauit Theodorus, quod elegantissima sit; & à Ioanne Damasceno orat. 1. de Mariæ dormitione ad finem eodemmet æuo præscripta: *Tibi nos quoque hodierna die assidemus. O Domina! Domina! atque iterum dicam Domina Dei genitrix, & Virgo, animas nostras ad spem tuam non secus, atque ad firmissimam quamdam anchoram alligantes, mentem, animam, corpus, totos denique nos tibi dicantes, ac cōsecrantes, &c.* O pulchrè dictū! animas nostras ad spē tuam quasi ad firmissimam anchoram alligantes: vt indicetur, nihil esse securius, nihil æquè benè fundatum, firmumque, quam spem in Deiparam; quippè anchora stabilit nauim, & est illi pro firmo fundamento, ne ventis obnoxia circumferatur, vti dixit magnus poeta, *dente tenaci, Anchora fundabat naues*: nec vagatur, *quod est fixum, & fundatum*, vt alio respiciens dixit, Seneca epist. 35. Sed nos ad rem de anchora spei in Deipara omninò dicemus cum Apostolo ad Hebræos 6. vers. 19. *Qui confugimus ad tenendam propositam spē, quam sicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis*, quæ videlicet dente tenaci ipsimet misericordiæ, benignitati, & charitati Deiparæ, quæ nunquam potest deficere omninò innititur. Quare rursus idem Damascenus in Menæis Græcis die 15. Augusti post Ode 6. Canone secundo, ita inquit Deiparam sua pro nobis intercessione peruigilem, & in patrocinijs spem *nostram planè immotam, neque somnus mortis ab illa vigilantia, neque sepulchrum ab illa stabilitate dimouit. Nam iste incola veteri semper incorrupti eam, vt Vitæ Matrem de vita transportauit ad vitam.* Audis? *spem nostram planè immotam*: qui enim moueri, aut vagari possit, quod in Maria fixum & fundatum est. Audi S. Sabbam Menæis Græcis in vesperis magnis de S. Antonio, sic hæc firmantem. *Prosequimur te laudibus, ò Deipara! tanquam Ciuitatem inconcussam, tanquam murum nullis artibus rumpendum, tanquam infractum tutamen, & Refugium animarum nostrarum.* Ita Sabbas.

7 Anchoræ quidem imagini non absimilis baculi debilem sustentantis similitudo est; quam Deiparæ tribuit, Isaias cap. 11. v. 1. dum ait: *egredietur virga de radice Iesse*: quippè Hebræam vocem, quæ respondet *virgæ* propriè transferes *baculum*; quo omninò sensu Richard. à S. Laurentio lib. 12. de Laudibus Virginis, inquit: *Hæc est virga sustentationis, quam senes deferunt ad se sustentandos, vt quod non possunt propria virtute faciant adminiculo virgæ:*

Sic.

S. Ger. — Theodo. — S. Tho. à Villa. — Damas. — Virgili. lib. 6. — Seneca. — Hebr. 6. v. 19. — S. Sabb. — Isai. 11. v. 1. — Rich. à S. Laur.

S. Sabb. Sic ille. Quod opportunè expresit S. Sabbas in Menæis die 18. Ianuarij in penult. Stropha Laudum S. Ephrem inquiens ad Mariam. *Spes desperatorum; omnium afflictorum lætitia, iniquè oppressorum Patrona; sustentatio pauperum, exulantium consolatio, in fluctibus laborantium Portus; imbecillium robur; laboris æstu confectorum umbraculum; Auxilium, Baculusque cæcorum esse consuesti. O Dei Altissimi Mater:* ita ille, &

S. Iosep. eodem spiritu imbutus S. Ioseph Cõfessor in ijsdem Menæis die 26. Februarij in vltima Stropha diei; beatam Deiparæ spem vsque ad mortis horam, sic extendit: *Spem nostram in te post Deum reponimus, ò intactissima! & vna cum Christo ex te progresso pendemus in Cruce, in qua nobis absque offendiculo, non sine Patrocinio tuo perstantibus in termino vitæ libertatem largire.* Sic S. Ioseph, cui adstipulatus S. Damascenus in Menæis die 21. Ianuarij Virginem, sic Sapienter, & animosè alloquitur. *Nullus vnquam, ò Virgo Deipara! qui ad te implorandam accurrit, à te confussus discedit: sed gratia, quam petit expressa mox tali donatur beneficio, quod cum desiderij sui compotem reddat.* Benè.

8 Sed ne ad hanc cogitationem, seu deuotissimam locutionom; qua Mariam absolutè *spem nostram* vocamus, & inuocamus aliquis ostendat, quasi in solo *Deo viuo* (vt inquit Paulus) sperandũ sit; pro coronide obseruo, quod

1. Tim. 6. v. 17. S. Tho. Angelicus Doctor 2. 2. q. 7. art. 4. in hanc rem, sic docet. *Licet sperare de aliqua creatura, sicut de agente secundario, & instrumentali, per quod aliquis adiuuatur ad quæcunque bona consequẽda in beatitudinem ordinata: & hoc modo ad Sanctos cõuertimur:* Hæc S. Thomas: Quæ ad præsens institutum, sic

Canisius diffundit Venerab. P. Petrus Canisius lib. 5. de Beata Virgine cap. 13. *Quare si in amico, vel Sancto aliquo, sicut in causa secundaria, multò magis in Mariam Matre fidissima, sed post Deum, & post Christum eius Filium, fidimus Catholici: ideòque spem nostram Mariam fidenter appellamus: Neque idcircò magis à Deo, & Mediatore Christo fidem, atque spem nostram abducimus, quàm vir doctus,*

Bernar. *æquè, ac sapiens Bernardus abduxit cum in hunc modum scriberet: Exaudiet vtique Matrem Filius, & exaudiet Filium Pater: Filioli hæc peccatorum scala: hæc*

A *mea maxima fiducia est: hæc tota ratio spei mei:* Hæc & alia Canisius ibi, vnde quidem absolutissimè S. Damascenus in Menæis Græcis, die 9. Martij post Ode. 3. de SS. MM. Sebastenis, cum horrendum extremi iudicij diem, simulque peccata, quibus ipse præ ingenti animi sui humilitate sese confitebatur obnoxium præ oculis haberet, inquiens: *Propter vltimi iudicij recordationem timore perfundor, & ad horribile, quod imminet examen contremisco; ancipitem quoque sententiam horreo, & supplicij magnitudinem pertimesco; tormentum, scilicet, ignis, inferorum*

B *tenebras denique stridorem, & conscientiæ vermem semper insomnem, heu mihi! quid faciã, quando positi fuerint throni, librique, cõscientiarum aperti, ac denique actiones hominum reprehendentur,* post hæc quasi tragica, sed vera pompa descripta, subijcit: *Tunc scilicet, auxilio mihi adsiste, ò Domina, meique patrocinium, quantum feruentissimum suscipe: in te enim spem omnem repositam habeo, quanquã tuus sim inutilis servus:*

C Hæc ille: hæc, & nos ex intimo animi sensu: Illud omninò addẽter ex Eccle siæ Græcæ deprecatione 2. April. Ode. 5. de S. Tito: *Te intemerata! velut Portum, Murum, Propugnaculum Tegumentum, ac denique velut introitum nostrum ad regnum cœleste, omni clientum confusione, seu repulsa carentem agnoscimus. Illud, quam enixissimè petimus, vt per tuas Maternas ad Filium preces efficias, ne aliquando speranta excidere permittamur:* & planè ad rem ex S. Sabba in Menæis die 29. Ianuarij in vesperis de translat. S. Ignatij M. *Salua me, quæ Saluatorem Christum ineffabiliter protulisti. Te quippè sum nactus vnicum animæ meæ solatium, & illud planè Diuinum. Tu me igitur redime à nunquam*

D *dormituro verme, & ardoribus sempiternis.* O bona verba!

Damasc. Ecclesia Græca. S. Sabb.

EXEMPLA.

MARIAM spem nostram esse, præterquam quod eius nomen spem significare affirmat S. Epiphanius cuncta quidem, quæ hoc in libro afferimus exempla demonstrant: sig

na-

natè ea, in quibus Deiparam desperatis rebus salutem, & vitam afferre tradimus: idcircò ab alijs singillatim appingendis supersedemus duobus tantummodo cõtenti. Alterum quod eis refert Vincentius Bellouacensis in Speculo cap. 99. de muliere Iudææ, his verbis: *Quæ in partu laborans, & clamans vsque ad extremum animæ angustiabatur, obstetricum quoque obstupuerat solertia, solamque mortem tanti doloris finem præstolabatur, interea dum inter angustias animæ, & corporis anhelaret, subitò lux cœlitus emissa super eam imicuit, & vox cum luce pariter intonuit.* Inuoca Mariam Iesu, & liberaberis: inuoca nomen Mariæ, & salua eris. *Luce foris subtracta, sed virtute verbi salutaris intus radicata mulier toto corde fidelis, plena spei, & fidens in Domino Mariæ nomen inuocauit magna voce, & statim felici partu filium edidit carens omni dolore. Audientes autem fœminæ, quæ aderant, inuisum sibi nomen turbabantur, & stridebant in eam, & nisi è cœlo oculus Dei respexisset, fortassis in eodem loco earum trucidata manibus animam exhalasset. Itaque Maria suffragante sæuientiũ etiam mulierũ cruentas manus euasit, & post dies purificationis suæ assumptis filijs suis ad Ecclesiam confugit, ac legalibus institutis, & iustificationibus carnalibus abrenuncians iugum suaue Christi suscepit.* Hæc Vincentius.

Alterum quod sic habetur in nostris Annis anno 1612. Boscoduci Latro insignis inter multam improbitatem id boni retinuerat, vt spe in Deiparæ intercessione posita precariam coronam prece supplici exorandæ ipsi quavis die offerret, flagitans, ne se pateretur, expertem confessionis interire. Oblatæ hæ Virgini deprecationes id ipsum obtinuerunt. Nam improuisa manu aggrestium virorũ latro iste oppressus interẽpto socio ipse ad iudiciũ seruatus, seruatus quoque est ad adoptatam confessionem, imò, & mortem omnium genere virtutum cumulatissimam.

MARIA humani generis Aduocata, cuius patrocinio mundus, aliàs ruiturus firmiter consistit.

ADNOTATIO XXI.

DE liberalitate, & beneficijs benè collocandis acturus Seneca, hoc initium libro 6. de beneficijs dedit. *Quædam Liberalis virorum optimè, exercendi tantum ingenij causa quæruntur, & semper extra vitam iacent; quædam, & dum quæruntur, oblectamento sunt, & quæsita vsui:* Hæc ille; quæ præsenti instituto de auxiliari manu, qua Deipara Virgo mundum proprio criminum pondere casurum, & in æternum interitum ruiturum misecorditer continet; opportunius aptãda existimaui, quippè hæc, *& oblectamento sunt, dum quæruntur, & quæsita vsui,* vt vel Mariam indesinenter collaudemus, cum Iosepho Confessore in Menæis die 2. Ianuarij Ode. 5. in clausula ipsam, sic salutante: *Salue, quæ sola genuisti infinitæ potentiæ Prolem. Salue, ò cadentis mundi erectrix, nulli vnquam culpæ subiecta! Salue, ò Remedium doloris! Salue, ò Numinis, qnam excelsissima sedes:* Opportunè *cadentis mundi erectrix,* quod, & infinitæ potentiæ Prolem, quæ ad continendum mũdum optimo merito delictorum, iam iam ruentem necessaria est, ipsa genuerit, quæ nulli vnquam culpæ subiecta fuerit, quod itidem huic rei opportunus expressit Hymnus Græcus, apud Butronem, pag. 138 canens *Patrona mundi pura, & inculpata:* Duplicata sanè ratio, vt Deus misereatur nostri, & benedicat nobis S. Theophane in Menæis Ode 5. de S. Athanasio Virgini suggerante. *O quæ Matre dignam quidlibet à Filio postulandi auctoritatem, & gratiam habes, rogamus te, vt generis nostri, quod cognatum est tibi, curam ne deseras. Nam te solam nos Christiani apud Dominum pro singu-*

I Seneca.

S. Iosep. Conf.

Hymn. Græc.

S. Theo.

lari

lari ad clementiam exhibendam illecebra vſurpare ſolemus. Quæ verò blandior ſuauior ve Deo illecebra ſit ; quam Deiparam nulli vnquam culpæ ſubiectam fuiſſe?

2 Iam ad rem: peculiarem dubio procul emphaſim habent ea Iſaiæ verba cap. 40. verſ. 12. de terra tribus Dei digitis appenſa. *Iſai. 40. v. 12.* *Quis menſus eſt pugillo aquas? & cælos palmo ponderauit? Quis appendit tribus digitis molem terræ:* nam qui, & pugilli ſolius, & palmi ad aquarum, & cœlorum menſuram vſus fuit; vt ſtatim terram conſiſtentem facerem; ſingillatim digitorum Dei mentionem fecit: nec vnius digiti, aut duorum, ſed ſignatè trium, vt totam Auguſtiſsimam Trinitatem denotaret, vt Gloſſa Interlinearis ibi obſeruauit, & luculentius S. Iſidorus Hiſpalenſis lib. 4. *contra Iudæos* cap. 4. inquiens. *Gloſſa. Iſidorus.* *Totam Trinitatem in digitorum numero cõprehendens, ſic prædicat Iſaias.* Quis appendit tribus digitis molem terræ? *In tribus quippè digitis Propheta trinam diuinæ omnipotentiæ æqualitatem ſub quadam myſterij lance librauit:* Quod ſi ambigas; cur Vates Auguſtiſsimæ Trinitatis ſignatè memineriſ, cui ſatis erat dixiſſe Deum terram firmare, ſicut Dauid ait, *Verbo Domini cœli firmati ſunt*, Pſalm. 32. verſ. 6. ſiue etiam ipſam diuina vi, & virtute conſiſtere? *Pſal. 32 v. 6.* Reſpondebo: & ſi Deus Trinitas; & Trinitas Deus ſit, & intelligatur; notanter Iſaiam peculiari hac amplificatione, & ſignificantiſsima emphaſi vſum fuiſſe, vt non totum Dei maieſtatem & Creatoris potentiam demonſtraret, ſed ſimul exprimeret, adeo arduam, & perdifficilem prouinciam eſſe, terram; hoc mundum, cum ſuis amatoribus, & inuitis terrena bona, tot procellarum ærumnis, tot contrariarum qualitatũ fluctibus obnoxia, & ſuamet natura in occaſum vergentia cohibere, & conſiſtentia reddere, vt tantæ moli fuerit operæpretium, & Patris potentiam, & Sapientiam Filij, & Diuini Spiritus charitatem veluti fortiſsimas columnas, & firmiſsima fulcimenta adhibere. Quod quidem ipſummet verbum *appende*, ſiue *appendendi* phraſis, non obſcurè indicare videtur; quippè quidquid graue eſt; ſi ſuo loco non conſiſtit, ſed pendet, vim patitur, & in præceps vergit, *cum collapſa ruant ſubductis tecta columnis:* Dixit ſanè id ſuo more Æthnico, atque polytico Seneca, cum fluxum, ac fallacem rerũ humanarum ſtatum Principibus & eorum conſiliatiis ob oculos perpetuò verſandum admonebat prætato lib 6. de Beneficijs cap. 33 *Dic illis, non quod volunt audire, ſed quod audiſſe ſemper volent Plenas aures adulationibus aliquando vera vox intret. Da conſilium vtile. Quæris quid felici præſtare poſsis? effice, ne felicitati ſuæ credat, vt ſciat illam multis, & fidis manibus continendam:* quod ſtatim plus plus, ſic explicat. *Parum in illum contuleris, ſi illi ſemel ſtultam fiduciam permanſuræ ſemper potentiæ excuſſeris, docue iſque mobilia eſſe, quæ dedit caſus, & maiore curſu fugere, quam veniunt: ſæpè inter fortunam maximam, & vltimam nihil intereſſe:* Hæc Seneca Sapienter: quamvis illi non immerito iraſcar; quod dum benè cognouit, humanam felicitatem multis, & fidis manibus indigere, vt ſubſiſtat; malè omninò ſperauit fieri poſſe, vt multæ fidæ manus inueniri̇tur; cum non hoſpes ab hoſpite tutus, non ſocer à genero: fratrumque gratia rara ſit. Non ergo humanæ manus, ſed toti Dei digiti tantæ moli ſuſtinendæ ſuppetias ire neceſſe eſt. *Seneca.*

3 Enim verò ad hanc cogitationem explicandam peculiari, & accurato dicẽdi modo vſus fuiſſe videtur Paulus; cum de Dei Filio ad dexterã Patris ſedente dixit in epiſt. ad Hebræos cap. 1. verſ. 3. *Qui cum ſit ſplendor Patris, & figura ſubſtantiæ eius, portans omnia Verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis.* Nimirum Græcum Verbum, quo Apoſtolus dixit: *Dei Filium portare* omnia: propriè ſignificat *continere, & vi potentiæ coercere,* vt quaſi verus Athlas, totũ creaturarum pondus, & mundi axem, non ſolùm torqueat humero ſed etiam aliàs ruiturum contineat, & ne in nihilum tendat, omnipotentia ſua coerceat; vt ſapienter Chryſoſtomus inibi hunc in modum obſeruat: *Siquidem cadentia, & ad nihilum tendentia continet: Nõ enim minus eſt continere mundum, quàm feciſſe. Sed ſi oportet aliquid quod admireris dicere, adhuc amplius eſt: nam in faciendo quidem ex nullis extantibus rerũ* *Hebræ. 1. v 3.* *Græca Lect.* *Chryſoſt.*

eſſentiæ

essentiæ productæ sunt: in continendo verò ea, quæ facta sunt, ne ad nihilum redeant, continentur: Hæc ergo dum reguntur, & adinuicem sibi compugnantia coaptantur, magnum, & valdè mirabile, plurimæque virtutis iudicium declarat. Hactenus Chrysostomus; & quidem acutè, & verè: amplius siquidem est, & plurimæ potentiæ indicium declarat, ea, quæ in nihilum sponte ruunt, atque insuper, sibi ipsis adinuicem repugnant; & in semetipsa arietantur continere, quam ex nullis extantibus essentias rerum producere. Quo alludens Gregor. Nyssenus hom. 7. in Eccles. dixit, *Maior labor est in custodiendo, quod quis accepit, quàm in inueniendo, quod non habuit*: Sic sanè Imperator Octauianus Augustus cum audisset, Alexandrum Magnum, postquam ille annos natus triginta duos, pleraque subegisset, anxium fuisse de materia agendi ad reliquum tempus, quasi toto orbe subiugato otiosus, & inglorius esset futurus; sic sapienter dixisse fertur, apud Plutarchum in Apotegmatibus: *Miror Alexandrum non existimasse, maioris esse operæ imperium partum benè constitutum habere, quam parare*: Sed & Publius ille mimus dicere solebat: *Fortunam facilius reperias, quàm retineas.*

Nyssen. *Sueton.* *Plutarc.*

4 Præfatis autem Pauli verbis accinit illud Salomonis Sapientiæ 11. vers. 23. *Quoniam tanquam momentum statera, sic est ante te orbis terrarum; & tanquam gutta roris antelucani, qui descendit in terram*: Sed obserua Græcam vocem, quæ respondet *momento* propriè esse eam inclinationem, seu vergentiam ex lancibus libræ, quæ quoniam semper agitantur; hinc inde vna pars magis alia minusvè pendula inclinari; seu attolli, aut deprimi videtur, vt velit Salomon, non secus, ac hæc propensio minimo motu, vel leuissimo flatu eius, qui bilancem manu tenet; in aliam partem omninò inclinatur, atque deprimitur; ita prorsus, & mundum, siue totum orbem terrarum in manu Dei, quasi libritenentis esse, in quam voluerit partem declinaturi ferè eo sensu, quo dictum est.

Sapient. 11. v. 23.

Sic omnia verti
Cernimus, atque alias assumere pondera gentes

concidere has:
itidemque, *sicut gutta roris antelucani orto sole ab eo siccatur, & absorbetur, sic & mundum à Deo quouis instanti inuerti, siccari, & absorueri posse, indicans Sapiens, ea Solis imagine guttæ roris in terram illapsi posse Deũ orbem terrarum, ideſt, vniuersos mortales, non aliter, quam Dathan, & Abiron hiatu terræ absorbere, ita vt non modo corpora, sed & animæ in infernum detrudantur.*

Redeo ad sententiam Chrysostomi affirmantis plus esse mundum continere, quam fecisse, *sed si oportet* (inquit) *aliquid, quod admireris dicere adhuc amplius est*; vt ego addiderim, adhuc amplius, quod admireris; nimirum hæc, quæ suaptè natura in nihil tendunt, & omninò à Dei potentia conseruantur, adeò rationis expertia, & insana esse, vt ipsimet Dei manui à qua in bilance suspensa sunt, validissimè resistant, & vim faciant, vt deliciantur, & tãquam guttaroris ab æstu indignationis suæ absorbeantur: quippè hoc omninò est, non solùm peccare, sed peccata peccatis ad cumulum indesinenter addere: Sic id expendente Saluiano Massilienſi lib 4. de Prouidentia. *Exacerbamus nos Deum impuritatibus nostris, & ad puniẽdum nos trahimus inuitum: cumque eius naturæ sit mens Dei, atque Maiestas, vt nulla iracundiæ passione moueatur, tanta tamen in nobis peccatorum exacerbatio est, vt per nos cogatur irasci.* Subdit opportunè *Vim, vt ita dixerim, facimus pietati suæ, ac manus quodammodo afferimus misericordiæ suæ; cumque eius benignitatis sit, vt velit nobis magis parcere, cogitur malis nostris scelera, quæ admittimus vindicare*: Quæ statim pereleganti imagine, ita illustrat: *Ac sicut illi solent, qui munitissimas vrbes obsident, ac formidolosissimas arces capere, ac subruere conãtur, omnibus absque dubio eas, & telorum, & maquinarum generibus oppugnant, ita nos ad expugnandam misericordiam Dei, omnium peccatorum immanium scelere, quasi omnium telorum genere pugnamus*: Hæc Saluianus, quibus mirificè adstipulatur Chrysostomus, siue apud ipsum Auctor operis imperfecti hom. 46. in Matthæum versans illa Domini verba, Matth 23. vers. 37. *Hierusalem, Hierusalem, quæ occidit Prophe-*

5

Saluian

Matth. 23. v. 37.

phetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt. Quoties volui cōgregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti: hunc in modum: *Hierusalem, Hierusalem, quæ vsque nunc luctata es contra misericordiam meam, nunc autem illam superasti. Volo enim te misereri, sed vires misericordiæ faciendæ non habeo: incessabilibus enim iniquitatibus tuis misericordia mea, quasi lassata à proposito suo defecit*: Hæc ille satis ad mentem Vatis, Psal. 17. vers. 27. *Cum peruerso peruerteris*: vbi in Hebræo omninò est *cum peruerso lucta cades*, vt alibi monui, eomet sensu, quo Chrysostomus loquitur.

Ps. 17. v. 17. Lect. Hebr.

6 Ecce *totus mundus in maligno positus est*, Ioan. 1 cap. 5 vers. 19. Clamatque is qui eum condidit: *Væ mundo à scandalis* Matthæi 18. vers. 7. vt dixerit Magnum mundo periculum à scādalis, seu peccatis imminet: vt ab ipsis in ruinam, & interitum pertrahatur. Sed occurrit mundi Aduocata, Cant. 1. vers. 5. inquiens: *Nigra sum, sed formosa filiæ Hierusalem, sicut tabernacula cedar: sicut pelles Salomonis*: vbi si ambigas: *quid pulchritudini, & pellibus Salomonis?* respondebo: quid pulchrius? quid diuinius, quàm mortali iuuare mortalem, & fessis rebus subuenire? totumque mundum ruiturum seruare, ne cadat: audi Card. Hailgrinum, in hac verba sub persona Virginis dicentem: *Ego formosa sum, sicut pelles Salomonis: sicut pelles Salomonis protegebant totum tabernaculum, sic sub vmbra meæ protectionis defendo totam Ecclesiam*, ita ille: vnde quidem hac mente animatus clamabat ad Mariam S. Germanus Constantinopol. in orat. de *Zona Virginis*, apud Metaphrastem: *Quonam confugiemus? si nos deseris? Quid mundo fiet? si tu non opitularis? quæ spiritus es, & vita eorum, qui in Ecclesia Dei versantur: vt enim corpus hoc respiratione viuit ita Christi colarum vita tuis, ò Virgo afflatibus continetur*: Benè quidem *continetur*: vt constet, qui cadat: Benè itidem Sapiens idiota lib. de B. Maria, quasi hùc intentus, inquit: *Per ipsam, & in ipsa, & cum ipsa, & ab ipsa habet Mundus, & habiturus est omne bonum.* Optimè id *habet, & habiturus est omne bonum*, qui a quæ *cepit opus bonum ipsa perficiet vsque in diem Christi Iesu*: Sed vide, vt cæperit

Ioan. 1. cap. 5. v. 19. Matth. 18. v. 7. Cant. 1. v. 5. Hailgr. Germa.

A omne bonum: Sic namque primum S. Theophanes in Menæis die 5. Febr. Ode. 8. de S. Agatha: *O Deipara grauida Christo, eoque velut vnguento à nobis olim amisso imbuta! Tu mundum totum diuinitus inspiratis odoribus effecisti fragrantem*: Deinde S. Cosmas Hierosolymitanus 2. Februar. Ode. 3 de Purificatione. *Ex æterno Patre Primogenitus incorruptæ Virginis infans effectus è Matris vtero prodijt Adamo iacenti manum*

B *porrigens ad surgendum, vt eum, qui sicut infans delirus fuerat circumventus, ad rectum rationis vsum reduceret*: consentanea habet Hieronym. epist. de Viro perfecto: *Virga* (inquit) *Mater est Domini, ex qua baculus fesso, iam per ætatem mundo, qui eum sustentaret, exijt.* Sed omninò ad rem S. Iosephus Confessor, die 11. Februar post Ode 3. de S. Blasio, inquiens. *Vt singulariter emundares hunc mundum, vtque supernis etiā*

C *ordinibus ornatum afferres in Mundo genuisti Munditiarū Mundi artificem. Ante huius enim aduentum supera, & infera caruerunt mūditia. Mortaliū, nec oculis, nec mentibus ad Dominum suum cognoscendum erectis. Quo circa tu palam cœlestium, atque terrestrium mūdatio longè mundissima extitisti, propter partus tui excellentem munditiam. Per hunc enim Partum primigenia planè Munditia Mundum emundas, vnaque Angelorum benè ordinatam Munditiem in tua Persona longè mundiorem efficis. O Mundi totius Seruatrix!* Sic ille, vt dixerit, quæ tantum Bonum cœpisti, ò mundi seruatrix tu perfice & conserua!

D

7 Iam vt videris quomodo per Mariam Mundus consistat, & omne bonum, sit habiturus, audi Cant. 4. vers. 4. *Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est, cum propugnaculis, mille*

E *clypei pendent ex ea omnis armatura fortium*: & quamvis alibi verba hæc à nobis sint vberius explicata, peculiarem modo ex Philippo Abbate explicationem accipe: prius verò colli ad turrim comparationem, & sensum obserua: nimirum collum portando iugo, & oneribus omninò deseruit, & factum est: sed quale iugum? respondet Ecclesiasticus cap. 40 vers. 1. *Iugum graue super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum vsque in diem sepulturæ in matrem omnium, &c. Ad hæc mors, sanguis, contentio, & romphæa,*

Theoph. Cosmas. Hieron. S. Iosep. Cant. 4. v. 4. Eccl 40 v. 1. & 9.

oppre-

oppressiones, fames, & contritio, & flagella: Ecce tibi mundum ruentem: & casurum ex vna parte, quòd tam graui iugo ferendo vires non habeat: ex alia vero Mariã tantæ moli, & orbi ruituro collum subijcientem, & tanquam fortissimam turrim illum sustentantem: Audi Philippum lib. 4. in Cant. cap. 13. vbi cum præmisisset: *Sicut turris Dauid collum tuum. Illud quippè Verbum bonum, quod ipsum cor Dei Patris ineffabiliter eructauit, cum veniret ad homines, & videri se ab hominibus ordinauit, assumpto quasi vocis vehiculo huius colli Virginis semitam sibi fecit, per quam habens transitum, non quærentibus, & non interrogantibus se obiecit*: ad rem sic statim subijcit: *Ex cuius Verbi transitu ipsa Verbi semita, tam magnificè decoratur; tanta fortitudine collum Virginis roboratur, vt ad sufferenda nostra infirmorum onera, non insufficiens habeatur; & instar turris valida nos inualidos tueatur*: Hactenus Philippus: Vides turrim cũ propugnaculis mundo ruituro oppositam? vides baculum senem mundum sustẽtantem, & deliro mundo manum subijcientem ad rectũ rationis vsum reducentẽ? Tolle ergo turrim; tolle baculum; tolle Mariam, & mundum in præceps ruiturum necesse erit: Sic omninò S. Fulgentius lib. 4. Mythologiæ: *Cælum, & terra iam dudum ruissent, si non Maria precibus sustentasset*: & ex veterum Doctorum sententia Petrus Galatinus lib. 7. de arcanis cap. 2. sic id dilucidè affirmans. *Non solùm autem totus mundus amore Beatissimæ Virginis conditus est; sed etiam sustentatur. Mundus enim ipse ob nostras prauas actiones nullo pacto consistere posset, nisi ipsa gloriosa Virgo, cum sua misericordia & clementia pro nobis orãdo sustineret*: Hæc Galatinus: Cui sapienter adstipulatur S. Bonauentura in Psalterio, dum ea Vatis verba *Ordinatione tua perseuerat dies*, Psal. 118. vers. 91. quæ de regulari solis motu à Deo præscripto, & permanente Deiparæ, sic attribuit: *Dispositione tua Virgo sanctissima perseuerat Mundus, quem & tu cum Deo ab æterno fundasti*: itidẽque S. Germanus in Mariali fragmento primo inquiens, Deiparã cum Christo vbera ostendit: *Tutelare, & conseruatorium generis humani esse*: Andreas verò Cretẽsis oratione de Dormitione Virginis ad eam, sic exclamat. *O omnis sanctitatis sanctissimum thesaurum! ò Christianorum propugnaculum, & propugnatrix eorum, qui in te omnem spem collocarunt*: & iterum: *ex quo translata es à terra, vniuersus mundus continet commune Propitiatorium*.

Philipp. Abb.

Fulgen.

Galat.

Bonauẽ. Ps. 118. v. 91.

S. Germ

Andreas Cret.

8

In hunc quidem sensum scitè affert Richardus à S. Laur. lib. 8. de Laudib. Virg. Salomonẽ Ecclesiast. 1. v. 4. qui cum sublimẽ illam vocem emisisset: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo, quo laborat sub Sole: generatio præterit, & generatio aduenit*; quibus verbis non solùm humanarum rerum vanitatem, & vicissitudinẽ, sed pertinacem etiã hominum in res inanes & aëreas laborem, & studium cũ animi dispẽdio, & iactura, qua se æternæ dãnationi subijciunt dolẽter accusauit, quasi in tanti mali leuamen, & remediũ notanter subijcit: *terra autem in æternũ stat*, firma, scilicet, & immota, vt ruituros detineat, & sustẽtet: sic id ad Deiparã referente Richardo: *Terra autẽ Maria in æternum stat, quia nobis interponitur, & abysso; quia ea substracta sicut core, Dathã, & Abiron (Num. 16) statim descendimus in infernũ viuẽtes: sic subtracto nobis adiutorio Mariæ statim labimur in peccatũ, & inde in infernum*. Sic ille: Dixeris merito. O bonã terram! à qua tantis periculis, & peccatis mundus obnoxius, & in maligno positus valet subsistere, dum ipsa inter mundũ, & abyssum indesinenter interponitur, ne omnes simul sicut Dathã, & Abiron ruamus in infernũ viuentes: sanè de diuina hac terra verius dicemus, quã quod de terrena dixit Plinius lib. 2. natur. hist. cap. 65. *Sequitur terra cui vni rerũ naturæ partiũ eximia propter merita cognomen indimus maternæ venerationis. Nos nascentes excipit, natos alit, semel editos sustinet semper; nouissimè coplexa gremio, tum maximè, vt mater operiens*. Hæc Plinius; opportunius, & aptius de Maria, quã de elementari terra dicta; cum ipsi propter eximia in nos merita maternæ venerationis cognomen dare debeamus, quæ nos nascẽtes excipit, natos alit, & semel editos sustinet auxiliari manu, quippè subtracto eius adiutorio præcipitẽ mundum ire necesse est. Quo re

Rich. à S. Laur.

Plinius.

Chryſoſt. fero Chryſoſtomum hom. 55. ad populum, illum ſic monentem. *Vanitas vanitatū: non ſimplex vanitas, ſed per excellentiā. Salomoni, quæſo, credamus, & res apprehendamus, in quibus non eſt vanitas, vbi veras, vbi cuncta firma ſunt, atque ſtabilia, vbi ſunt omnia ſupra petrā ædificata:* quaſi dixerit cum Bernardo ſerm. de B. Maria. *Amplectamur Mariæ veſtigia, & deuotiſſima ſupplicatione illius pedibus aduolvamur. Teneamus eam, donec benedixerit nobis. Potens eſt enim:* Sapienter verò, & omninò ad rē inclytus ille Imperator Leo hom. 6. de Deipara exclamat. *O perfugium! ò tegumentum, quæ totū Mundum contines, & ſeruas!* & Anſelmus alloquio cœleſti 28. *Ianua regni cœlorū, per quam poſt Deum totus viuit orbis terrarum!*

9 Quod ſi inquiras: quid ſibi velint, *mille illi clypei*, qui ex præfata turri pēdent? reſponſio ad manū eſt ex Dauide Pſal. 44. vna ex parte Chriſtū ſic acutis ſagittis inſtructū affirmātem, verſ. 7. *Sagittæ tuæ acutæ populi ſub te cadent:* ex alia verò Virginem *à dextris ipſius adſtatem in veſtitu deaurato*, verſ. 11. Sed obſerua pro his verbis Hieronymum reponere *in ſcutularis* ſenſu cōmuni cum *clypeis* ex turri pendentibus; qui excipiant ſagittas, & earum acumina retundant: vt ſignificetur Deiparam adſtantem, vt manum lapſis porrigat & ab indignatione diuina ſagittas iaculari volentē mundum protegat: ſic dicebat Richard. à S Laur. lib. 6 de Laud. Virg. *Ad hoc enim adſtare deſcribitur, tanquā Aduocata à dextris Filij, ideſt, in potioribus eius bonis, quia peroptimè congruit cū Rege iuſtitiæ Regina miſericordiæ;* & Georgius Nicomediēſis in Menæis die 24. Martij: *Te à dextris conſtituit ſuam, tanquam Reginam dignitate ſibi propinquā, & excellenti pulchritudine prædita, vtque te velut dexterā ſuam omnibus lapſis ad ſurgendum exſtendat;* ecce Chriſtum priùs iratum, & ſagittis inſtructum à Maria clypeum opponente placatum.

10 Quam in rem expende accuratum dicēdi modum, quo Vates Pſal. 116. verſ. 2. omnes gentes ad immortales Deo gratias agendas vrgens; eius gratitudinis rationē reddiderit, *Quoniam cōfirmata eſt ſuper nos miſericordia eius:* verū obſerua ex Agellio ibi Hebræū verbum, pro quo LXX. repoſuere *cōfirmata eſt* propriè ſignificare; *prævaluit, vicit, altiorem, & ſuperiorē eſſe*, quaſi facta ſit hoc verbo alluſio ad Scripturam, Geneſ. 7. verſ. 19. vbi cum de diluvio præmiſiſſet. *Factum eſt diluvium quadraginta diebus ſuper terrā, & multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt arcā in ſublime à terra; vehementer enim inūdauerunt, &c.* Subijcit hoc omninò Verbo, *& aquæ prævaluerūt nimis ſuper terram, &c. Quindecim cubitis altior fuit aqua ſuper omnes montes*: ex qua Hebræi Verbi ſignificatione ſenſus germanus Vatis eſt, Dei miſericordiā ſuper inundationē peccatorū noſtrorum prævaluiſſe; & ſuperiorem, ac altiorē fuiſſe, non modo quindecim cubitis, verum immenſa illā altitudine ſuperaſſe, ac demerſiſſe, vt apertius idē Pſaltes Pſal. 102. v. 11. dixit: *Quoniam ſecundū altitudinem cœli à terra corroborauit miſericordiā ſuā ſuper timentes ſe:* ideſt, vt interpretatur Baſilius Magnus. *Tantū altior eſt, & eminet Dei miſericordia ſuper timentes eum, quantum eminet cœlū ſuper terrā, & ab ea diſtat:* Egregia quidē, & gratiſſima ab mortalibus ſentētia, ſed quæ vt in vniuerſum capienda eſt, peculiari tamen ratione ad miſericordiam, quæ mundo à Mariæ precibus, & interceſsione aduenit, ſic retulit Richard. à S. Laur. lib. 8. de Laud. Mariæ: *Hic eſt mōs ſignatus per montē Armeniæ vbi requieuit Arca, quæ inundante diluvio peccatorum ſuis precibus ſuſtentat Eccleſiam:* Hæc ille, & quidem aptiſsimè.

11 Accinit vndequaque Richardi obſeruationi, P. Salazarius in cap. 8 Prou verſ. 26. num. 329 vbi cum Deiparam ex Eccleſiæ ſenſu cum excelſiſsimo monte compoſuiſſet, inquit: *Iam ſi roges: Quid nobis præſtet, tam celſus mons? Occurram libenter. Ideò ad tantam meritorum celſitudinem Deus Mariæ montem euexit, vt Mare à continente ſecerneret; hoc eſt, vt tumidum iræ diuinæ pelagus coerceret, & nutaret, ne forte peccatis noſtris, tanquam validiſsimis ventis inflatus, & elatus nos penitus obrueret. Cum enim nos omnes, tam humiles & depreſsi meritis apud Deum ſimus, ſanè ira Dei, iam inde multis retro ſeculis nos obruiſſet, niſi Mariæ mons defenderet, & prohiberet:*

Hæc ille.

Gen. 7. v. 19.

Pſ. 102. v. 11.

Baſilius

Rich. à S. Laur.

Salazar

Pſal. 44. v. 7. & 11.

Richā à S. Laur.

Pſ. 116. v. 2

Agellius lect. Hebræ.

EXEMPLA.

1 ENim verò quamuis nota, & per vulgata, illa visio sit; Sancto Dominico facta de Mundo per intercessionem Deiparæ seruato; non possumus nō eam referre, quod valdè fuerit opportuna iis, quæ de Christo Domino arcu, & sagittis instructo, & sanctissima Dei genitrice in scutulatis; siue clypeo illas retundēte: ergo asserunt Annales SS. Dominici, & Franciſci. *Cū Sanctissimus Dominicus in Vrbe confirmationem sui Ordinis expectaret; continuis, & ardentissimis Orationibus vacans Apostolorum Principis corpus sæpius visitabat. In cuius Basilica, dum noctu sacris precibus incumberet, vidit Christum ira ingenti succensum ob intoleranda hominum flagitia à Patris dextra exsurrexisse tria manu iacula tenentem, vt vno eorum superbos, auaros altero, tertiò libidinosos deleret. Virginū verò Principem, & mūdi Reginam ad ipsius genua procumbentem intercessisse, ac rogasse, ne genus humanum tanta clade afficeret; habere se, per quos emendari hominum flagitia possent: tuncque illam obtulisse fideles suos seruos Dominicum, & Franciscum: Quibus præsentatis Christus delinitus paratam ad feriendum manum continuit, sententiam mutauit, iacula deposuit, Matrem exaudiuit.*

2 Proxima huic illa historia est, quam S. Antoninus 3. par. historiæ tit. 23. §. 3. refert ex visione Spoleti facta cuidam Nouitio ex Ordine Prædicatorū hunc in modum. *Videbatur sibi videre Christum, tanquam iratum in maiestate sedentem: in alia verò sede collocatam Virginē gloriosam adstante innumerabili Angelorum, & Sanctorum multitudine: cumque Christus præcepisset legi bona Mundi, quæ quidem inuenta sunt pauca; similiter & legi mala, quæ nimia multitudine audire fastidiuit; subitò totum mūdum Christus, tanquam pilam vnā arripuit, eamque inferius cum impetu magno proijciens dixit:* Cum iudicatur, exeat cōdemnatus: *Quod cum prædictus Nouitius tremebundus respiceret, voce magna clamauit dicens:* Sancta Maria succurre miseris: *Ad cuius voces protinus Virgo Maria surrexit, & proiectū mundum propria manu recolegit, & dixit:*

A *Sine Fili, mūdum, quem proprio sanguine redemisti, adhuc iudicare, quia iam missi Prædicatores meos, vt Mundum ad te reuocarent:* Hæc Antoninus, qui duo in historiæ fidem subdit: *alterū ad vocem Nouitij magnum in Vrbe Spoleti terremotum fuisse subsecutum, ita vt plurimæ corruerint ædificia: alterum: eum Nouitium, cum suo Magistro eam visionem retulisset, magno cum feruore animam Deo reddidisse.*

B Sed & Cæsarius Cisterciensis duo etiam huiusmodi exempla nobis subministrat: Nam in primis lib. 7. cap. 2. refert suo tēpore accidisse: *vt in quadam Ecclesia illius Prouinciæ Dei genitricis imago, dum populus sacrosancto sacrificio Missæ interesset, tam vehementer sudauerit, vt omnes maximè mirarentur, & sudoris guttæ matronarū peplis exstorgerentur. Qua de re interrogatus quidam à dæmone obsessus respondit:* Quid statis mirantes? Filius Mariæ manum extenderat ad feriendum, quā si non ipsa tenuisset, Mundus iam minimè subsisteret: Ecce hæc causa sudoris: *& audientes omnes territi sunt:* Hæc ibi Cæsarius. 3

Qui etiam lib. 12. mirabilium cap. 58. accepisse se id affirmat ab Abbatibus sui Ordinis è Capitulo Generali redeuntibus eodemmet anno, quo scribebat: *In Conuentu Clarevallis Monachum quemdam nomine Villelmum, cui multa futura, & præsentia à Domino reuelabantur, dum oraret, raptum in mentis excessu ad Christi tribunal, ad cuius dexteram Angelus cum tuba stabat, qui iussus est à Christo clangere, cuiusque sonitu totus mundus, non secus ac folium in arbore contremuit. Cumque secundò clangere iuberetur. Mater misericordiæ Deipara, sciens si secundò tuba Angelus insonaret, mundum consummandum, cæteris Sanctis tacentibus, surgens ad Christi pedes accidit, & vt sententiam differret, & mundo parceret, enixius orabat. At Christus Dominus Mundum adeò in maligno positum dicebat, vt & laici, & Ecclesiastici suis peccatis illum irritarent, ideòque sententiam differendam non esse. At Virgo sanctissima instabat, vt parceret saltem propter Cistercienses suos deuotos. Quod reapse factum est.* 4

LIBER SECVNDVS.

DE VIRGINIS DEIPARAE IN PATROCINANDO DIGNITATE; SAPIENTIA, INDVSTRIA, EFFICACIA, ET FELICITATE.

PROOEMIVM.

NON est quidem cuiusvis litterati; munus Aduocati suscipere; cum res sit ardua, & difficilis; à qua non modo clientum facultates, sed honor etiam, & vita dependeant, ideò vt ad hoc munus admittantur; probantur primum, & à doctioribus in examē vocantur, an docti, & in iure satis versati; itidemque an homines probæ vitæ, & fideles sint: Ergo is optimus, & legitimus Aduocatus habetur, qui sapiens, prudens, industrius, & in dicendo facundus, & in persuadendo efficax; & etiam (si mauis) felix sit. Quæ sanè omnia MARIÆ humani generis Aduocatæ cumulatissime insunt: Quæ nimirum tantam apud iudicem ius dicturum, & sententiam prolaturum habeat auctoritatem; vt ipius Mater; & digna quidem Dei Mater & materno muneri apta nata sit: & in qua mira in dicendo suauitas atque facundia in persuadēdo omnimoda energia, & efficacitas, in excusando solertia; in præueniendo diligentia inueniatur:

Anton. De quo operæpretium fuerit audire S. Antoninum 4. part. tit. 15. cap. 19. §. 2. sic differentem: *Sapientia Aduocati, & eloquentia manifestatur in tribus: scilicet, quod obtineat apud iustum, & sapientem iudicem: Secundò contra aduersarium astutum, & sagacem: Tertiò, quod in causa desperata. Sic Virgo Maria obtinuit apud sapientissimum, & iustum iudicem Deum contra astutissimum aduersarium diabolum in causa desperatissima inter Deum, & hominem, in qua nullus hominum, qui eam præcesserant loqui audebat:* Hæc Antoninus ibi: Qui rursus eodem titulo cap. 14. §. 7.

Anselm. ex Anselmo, sic inquit: *Vt enim impossibile est, quod illi, à quibus Virgo Maria oculos misericordiæ suæ auertit, saluentur; ita necessariū, quod illi, ad quos conuertit oculos suos pro eis aduocans, iustificentur, & glorificētur:* Quod statim sic pulchrè diffundit:

3. Reg. 14. *Hæc est figurata in illa prudentissima Thecuite, quæ ita sapienter aduocauit apud Regem Dauid in causa Absalonis Vani, superbi, & fratricidæ exsulis facti, propter tātum scelus à Hierusalem, quod induxit patrem Dauid ad misericordiam erga filium, & ab ex filio reuocandi: sic ergo Virgo Maria pro mundo rebelli ipsi Deo, & occissore fratris sui, ideſt, animi sui, propter quod exsul constituitur à suprema Hierusalem, ita aduocat, & interpellat, vt Deum Patrem placet, & conuersum ad pœnitentiam ad gloriam adducat:* Hactenus ex Antonino: Iam iis adiunge Deiparæ patrocinium præ benignitate cunctos homines, siue boni sint siue mali generaliter amplecti, quin sit, qui se abscondat à calore eius; itidemque illud non caro, sed minimi constare: imò ipsam sine prece & prætio liberaliter illud impertiri: Quæ omnia in seqq. singillatim elucidanda sunt.

MA-

MARIÆ Patrocinium efficaciſsimum, & omnipotens eſſe, quod Dei Mater ſit.

ADNOTATIO I.

1 *S. Anto.*

SApienter quidem in gloriam Deiparæ ad ipſius patrocinium extollendum dicebat S. Antoninus ſapiẽtiam, & induſtriam Aduocati in tribus ſignatè manifeſtari, quod apud iudicem iuſtum, & tenacem recti, & contra aduerſarium ſagacem, & ſolertem; maximè verò in cauſa deſperata, obtinere valeat; quæ omnia opportunè Mariæ patrocinio aptabat, ad cauſam humani generis, quã in eius Redemptione apud Deum egit, omninò referens: Quod quidem ad ſingulares omnium fidelium cauſas ſingillatim accõmodare, nos operæprætium duximus, in quibus eodem modo ſapientia, & efficacia interceſsionis Deiparæ eluceat; dum apud iuſtũ iudicem, & contra dæmonis inſidias, & malas artes; necnon in peccatorum cauſa, ſiue ancipiti, ſiue deſperata cõtendens victrix euadit. De quibus ſingillatim agendum.

2 *Georg. Nicom.*

Et primum circa interceſsionis efficaciam; quis poſsit ambigere; inde potiſsimum Mariæ patrocinium validiſsimum, efficaciſsimum, & omnipotens eſſe, quod ipſa Mater Dei ſit? id quod nullus omninò Sanctorum PP. in dubium reuocauit: & abſolutiſsimè affirmauit Georgius Nicomediensis orat. *de oblatione Deiparæ*, hunc in modum: *Da petitioni conuenientem (potes enim) euentum: habes enim, vt Mater in Filium, quæ recuſari non poteſt, fiduciam: Habes enim vires inſuperabiles: robur inexpugnabile; ne immenſam tuã clementiam ſuperet multitudo peccatorum*: Quod plus plus premens, ſubdit: *Nihil tuæ reſiſtit potentiæ, nihil repugnat tuis viribus, omnia cedunt tuo iuſſui: omnia tuo obediunt imperio, omnia tuæ poteſtati ſeruiunt.* Reddit rationem. *Te in omnibus operibus reddit excelſiorem, qui ex te natus eſt*: Hæc Georgius. & quidem rectè: Quid enim Bona Mater à Bono Filio petat, quod non impetret? quid orare velit, quod non exoret? ita quidem S. Damaſcenus in Menæis Ode. 4. de S. Baſilio Deiparam orabat: *Rogamus te, ò intemerata! obnixè, vt pro famulis tuis aſsiduè intercedas. Potes quippè re ipſa omnes ſalvare, vt Dei Altiſsimi Mater precibus materna auctoritate pollentibus*: Sic Damaſcenus: Apud quem obſerua *maternam auctoritatem*, cui ſuum quidem ius: & vis ad impetrandum eſt: Concinit Guillielmus Pariſienſis in Rhetorica diuina eodem ductu Mariam ſic alloquens: *Nulla creatura tot, & tanta, & talia imperare poſſet apud benedictum Filium tuum miſeris, quam tu apud illum impetras eiſdem: in quo proculdubio non tanquam ancillam, ſed tanquam Matrem veriſsimam te honorat.* Ita ille.

Damaſ. *Guill.*

3 *Anton.*

Vrget verò hanc rationem S. Antoninus, vt hanc Deiparæ efficaciſsimam interceſsionem cum impetratione, & conuenienti exitu ad ius naturale maternæ auctoritatis referat: Sic enim ipſe præfato loco lib. 4. titul. 15 cap. 17. *Oratio Sanctorum non innititur alicui rei ex parte ſui, ſed tantum miſericordiæ ex parte Dei. Oratio autem Virginis innititur gratiæ Dei iure naturali, & iuſtitiæ Euangelij: nam Filius non tantum tenetur audire Matrem ſed & obedire iuxtà illud Apoſtoli.* Filij obedite parentibus ad Epheſ. 6. verſ. 1. *Quod etiam eſt de iure naturæ*: Sic ille: Similiter Richardus à S. Laurentio lib. 2. de Laudibus Virgin inquit: *Quia pro ſalute famulantium ſibi, non ſolùm poteſt Filio ſupplicare, ſicut alij Sancti, ſed etiam poteſt auctoritate materna ei imperare: vnde ſic oramus eam.* Monſtra te eſſe Matrem, *ideſt, quaſi imperioſè, & materna auctoritate ſupplica pro nobis Filio*: Hæc ille ibi: ac ſi hiſce verbis dicamus: Age Domina cum Filio, tanquam Mater: in ſinua ipſi maternam, quam habes dignitatem: ita quidem S. Petrus Damianus Sermone 1. de Natiuitate

Epheſ 6. v 1. *Rich. à S. Laur.* *S. Petr. Dam.*

Virginis: cum absolutè præmisisset. *Quomodo illa potestas tuæ potentiæ poterit obviare, quæ de carne tua carnis susceptit originem?* subijcit animosè: *Accedis enim ante illud humanæ reconciliationis Altare, non solum rogans, sed imperans, Domina, non ancilla*: & post pauca. *Quis scit? quoties refrigeras iram iudicis, cum iustitiæ virtus à præsentia Deitatis egreditur.* Hactenus Damianus.

4 Sed non fuerit hic omittendum benè animaduertisse Richardum alio in loco nempè lib. 3. tractans hocmet argumentum, hæc per exaggerationem dici, nec cũ pietate omnino decenti ei Virgini grata: cum honor Reginæ iudiciũ diligat, vnde ad bona verba bonum hunc sensum accipiens, tum ijs, qui obijciebant, hoc nõ benè fuisse dictum sic occurrit: *Nonne legitur Lucæ 2. de Iesu*: Quod erat subditus illis: *scilicet Mariæ, & Ioseph*: *& ibidem quod ipsa, materna auctoritate fungens quasi curripuerat dicens* Fili; quid fecisti nobis sic? *Non enim euacuabitur in patria præceptum illud Dominicum* Honora patrem, & matrem. Tum etiam sapienti, & vrbano sensu, ita exponit. *Nihilominus hæc omnia intellige de reuerentia, quam Dei Filius exhibet Matri suæ, & in subiectione, qua Christus fuit subditus parentibus formam nobis humilitatis, & obedientiæ commendauit, nec fuit illa subiectio necessitatis, sed pietatis.* Sic ille; Sed quid his moramur? cum expeditius possimus ad illud irrefragabile imperium recurrere, de quo Ausonius Imperatori suggerebat, *& quod est fortissimum imperandi genus: rogabat, qui iubere poterat*: id enim Deiparæ in Filium imperium, & quidem fortissimum: & quo ipse Filius maximè delectatur: cum non solùm postulata concedat Matri; sed etiam ipsam ad petendum vrgeat: ita quidem idem Richardus, qui de hoc sæpè sæpius multus est libro 2. sic componit Virginem cum Hyacintho: *Habet etiam Hyacinthus gratiam impetrãdi, nam quidquid complacet ei dare, facillimè orando impetrat ab Vnigenito filio suo, qui non solùm dat ei secundum quod petit; sed etiam ipsam incitat ad petendum. Ad quod significandum dixisse legitur Salomon matri suæ, 3. Reg. 2.* ve *s. 20.* Pete mater, neque enim fas est, vt auertam faciem tuam.

Huc sanè spectare videtur ea Christi Domini ad Matrem verba, Cantic. 1. vers. 14. *Ostende mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis*: reddit rationem Richardus: *Quia dulcis est: & inebrians me*: Sed opportunè Theophylus Alexandrinus lib. de Incarnatione Verbi respondet: *Gaudet Filius orante Matre; quia omnia, quæ nobis precibus suæ Genitricis euictus donat: ipse Matri se donare putat, & acceptæ ab illa fine Patre humanitatis vices reddere*: itidemque præfato loco Georgius Nicomediensis. *Delectatur ille Matris petitione, gaudet rogari, nec resistit quo minus impleatur*: sed cũ præfatis verbis *ostende mihi faciem tuam*, compone illa eiusdem Sponsi *auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt, Cantic. 6. vers. 4.* quæ LXX. sic efferunt: *Auerte oculos tuos è regione mei, quia me superarunt.* Quæ Pater Martinus Delrio hunc in modũ exponit. *Qui Solis aduersos radios non perferunt, manu oculos tegunt, & faciem aliorsum auertunt: ita Sponsus ait, sibi nunc vsu euenire; quia nequit geminum illud iubar sustinere, sed nimio splendore præstrictus vratur, & extra se rapiatur.* Quod si ambigis, quomodo vtrumque subsistat: & faciem Mariæ Sponsum optare videre, & ea visa faciem auertere, siue manu oculos tegere? expedita responsio est: velle quidem Dominum faciem Matris videre & vocem ipsius audire, quod gaudeat ab ea rogari, & petitione eius delitietur: at enim ideò specie eius oblata velut nimio splendore vri, & extra se rapi videri, quod insuperabili Matris petitioni non possit, non obsecundari, nec resistere, quo minus impleatur: Quo iverit; quod B. Brigitta sibi reuelatum affirmat lib. 4. cap. 74. *Sanctos ei coram Virgine apparuisse; & dixisse Virgini, ò Domina benedicta! Tu portasti Dominum in te: & tu Domina omnium es. Quid est? quod non poteris? Quod enim tu vis, hoc factum est.* Hæc ibi: vt hæc verba sensum communem habeant cum illis Damasceni: *Potes quippè ve ipsa omnes salvare, vt Dei Altissimi Mater precibus materna auctoritate pollentibus.* Sed & huc intẽtus, sic eleganter (vt semper)

5 Cant. 1. v. 14. Theoph. Georg. Cant. 6. v. 4. LXX. Delrio. Brigitta Damasc.

Luc. 2. Richar. Auson. Rich. à S. Laur. 3. Reg. 2. v. 20.

per) loquitur S. Methodius citata sæpius oratione *in Hypapantē*, inquiens: *Quamobrem o Sanctissima Deipara, quæ reliquis omnibus, & benignior es, & materno honore, ac cum Deo colloquendi libertate gloriosior: te obnixè rogamus, vt iugem nostri, ac perpetuā memoriam habeas.* Ita ille.

6 Sunt verò pro hoc argumento valdè opportunæ S. Theophanis verba in Menæis Ode. 5. de S. Athanasio, vbi cum Deiparam exorans dixisset. *O quæ Matre dignam quidlibet à Filio postulandi auctoritatem, & gratiam habes: rogamus te, vt generis nostri, quod cognatum est tibi curam ne deseras:* Subijcit. *Nam te solam nos Christiani, apud Dominum pro singulari ad clementiam exhibendam illecebra vsurpare solemus.* Ita ille: pulchrè illecebram Virginē appellans ad obtinendam à Domino clementiam ipsius nomine; quod nihil ei suauius, dulcius, amabilius, quā à Matre rogari, & ipsius petitionibus annuere: Et quidem hinc, non nihil lucis adferre conabimur verbis Matris ad Filium; itidemque Filij ad Matrem in nuptijs Canaa Galileæ, quæ interpretibus aliquale negotium facessunt: Excribo vtraque verba: Ioan. 2. vers. 3. *Et deficiente vino dicit Mater Iesu ad eum, vinum non habent: & dicit ei Iesus. Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea: Dicit Mater eius ministris. Quodcumque dixerit vobis facite:* Quo in loco duplicata videtur esse difficultas: altera: quod non adeò comiter & benignè pientissimæ Matri indulgentissimus Filius videatur locutus: altera: quod auditis vocibus, quæ repulsam significare videbatur, Deipara, quasi opportunissimū accepisset petitionis responsum dixerit ministris. *Quodcumque dixerit vobis facite:* Vtramque verò difficultatem, sic possis opprimere, vt Christus, qui semper Mariæ Filius haberi voluit: & sese nominauit sæpius, vt de tanta Matre gloriaretur: in hac Matris petitione desiderauerit; de Filij nomine à Matre appellari, itidemque quod ipsum apertè non rogauerit, cum ipse delectatur Matris petitione, & rogari gaudeat: Vnde iis verbis: *Quid mihi, & tibi est mulier?* tacitum, ibi absconditum subesse videtur acumen ex occulto affectu, & ex hilaritate vultus, & lepore dicendi pensitandum, quemadmodum ad festiuam in conuiuio hilaritatem exprimendam decebat; ac si dilectissimæ Matri suaui oculorum coniectu dulci vocis sono, ac pulchra, cum epitasi tacitè innuerit Filius: ita ne mecum Mater agis? ita ne mihi loqueris, quasi nihil nobis commune sit: quin me Filium appelles, nec tanquam Mater, cum potestate roges? ita quidem, ratiocinatur sapientissimus Magister meus Ludouicus del Alcaçar; ex cuius commentarijs M. S. in Ioannē hausimus & PP. Nam primum Eusebius Emissenus hom. de festo Epiphaniæ, dum loquitur de Filio, & Matre pulchrè inquit: *Ipsi se intelligebant ipsi sua secreta nouerant, & quid postea futurum erat sciebant. Igitur cum B. Virgo præcognosceret, quid facere vellet Filius in ea occasione, sola mentis loquela absque externis verbis potuisset Filium rogare illud Dauidis vsurpans.* Domine ante te omne desiderium meum Hæc Eusebius: ad quem modum S. Maximus hom. 1. in Epiphaniam, inquit: *Sciebat profecto Mater Sancta obiurgationem illam Filij sui, non irascentis offensam prætendere, sed miserantis portare mysterium:* Egregiè verò S. Gaudentius tract. 2. de Lectione huius Euangelij: ait. *Ipsa B. Maria agni o responsionis huius profundo mysterio intellexit, non suggestionē suam præsentem aspernanter acceptam, sed secundum illam specialem rationem in mysterio delatam: alioquin non mandaret ministris.* Quodcumque vobis dixerit; facite, sic ille: Nec minus opportunè Apollinaris in Catena Corderij, inquiens de Maria: *Nouerat Mater Dominum sibi, vt Filium morem gesturum, quin & ipsa responso hoc insinuabat.* Quid mihi, & tibi est mulier? *Sincerū ergo Filij in se affectum exploratum habens, & ex ipsa responsione colligens, vt illico annueret iubet ministris, vt quidquid præciperet effectum daret:* Hæc ille, qui non solùm Filium Matri obsecundantem ait, sed in ipsamet responsione vim facit: inquiens: *Et ex ipsa responsione colligens:* A quo non multum differt Chrysostomus, cum ait: *Quod rogatus erat præstitit, vt Matri morem pereret.*

7 Facilius autem egregiam alacritatem & promptitudinem Christi Domini

S. Theophan.

Ioan. 2. v. 3.

Euseb.

Apollin.

Chrysost.

mini in exequenda Matris voluntate penſitauit Richardus à S. Laurentio lib. 1. de Laud. Virginis expendens, non tam ad expreſſam Matris petitionem, quam ad ſimplicem voluntatis eius inſinuationem id miraculum Dominum perfeciſſe: Etenim ipſe præmittit verba: *Vinum non habent*: hunc in modum: *Non dixit: pero, vt defectum poculi vinum erando, aut commutando ſuppleas, ſed hoc maternæ reuerentiæ priuilegium deberi exiſtimauit; vt quidquid vel innuendo ſignificare ſe velle, pati à Filio repulſam non debuiſſet.* Hæc Richardus. Ad cuius guſtum S. Ioſephus Confeſſor in Menæis die 14. Iunij Ode. 8. de S. Methodio, cum Deiparā allocutus dixiſſet: *Salue omnium omninò mortalium conſeruatrix, atque Tutela dignare obſecro, iſta nos, gratia quicumque te Dei genitricem fatemur, vt per te illud aliquando Regnum adipiſcamur, quod nullo ſucceſſore finitur*: pulchrè ſubijcit. *Nam tua Matris auctoritas intercedendo, quocumque libet Deum inflectit.* Sic Ioſephus: obſerua accuratum, & quæſitum dicendi modum, *quocumque libet Deum inflectit*: vt dixerit ea Matris Dei auctoritas eſt, vt ab irato placatum, à ſevero miſericordem, provt Virginem libeat, inflectat.

8 Iam hinc quæ mens valeat expendere, quantumvis ſeſe extendere, & præcipitare velit: quanta & quàm firma, efficax, & robuſta vis ſubſit interceſſioni Deiparæ, dum Chriſtus Dominus, & eius Filius; & eius vbera ſuggens noſcitur: De quo pulchrè ratiocinatur Richardus à S. Laurentio premens verba, Cant. 1. verſ. 1. *Meliora ſunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis: ideò adoleſcentulæ dilexerunt te*, vbi ſic primum ait: *Ideò Beatæ Virginē diligunt iuvenculæ, quia eius vbera fragrantia ſunt vnguētis optimis: nā in vberibus ſuis fragrat odor ſuggētis vbera, qui delibutus vnguentis optimis, cum plenitudine charismatum, & medicinalium gratiarum venit ad ſponſam: Eccleſiam, ſcilicet, vel animam peccatricem, vt eam ab omni lepra ſanaret, quam ſacro ſibi connubio copulauit*: vbi omninò obſerua pulchrum acumen, quod ſubeſt illis verbis, *in vberibus ſuis fragrat odor ſuggentis vbera*: nam cum Virginis vbera noſtrum perfugium, & tutamen ſint, vt ipſamet illis in verbis ſæpius à nobis expenſis obteſtatur, Cant. 8. verſ. 10. *Ego murus, vt vbera mea, ſicut turris*, perinde fuerit Mariam ſua nos interceſsione protegere; ac Filium ſuum cum ipſa nobis offerre, & velut in manibus dare: vt miſericordiam, & dona ſua nobis vbertim largiatur, vnde hæc deinde ſubdit Richardus. *Ideò quoque ab adoleſcētulis Beata Maria diligitur, quia* oleum effuſum eſt nomē eius: *Nam ſicut oleum omnem liquorem ſupernatat, ſic nomen eius, & inuocatio nominis eius omnium Sanctorum nomina, & inuocationes nominum ſuperexcellit, & ſuperat in efficacia ſubventionis, & obtentu diuinæ gratiæ, & dæmonum fuga*: Hæc Richardus: Quibus conſentanea ſcripſit P. Franciſcus Suarez: homo vt omnium virtutum, & eximius Doctor; ita Deiparæ ad dictiſsimus ſeruus, qui in ipſius laudem peculiaria, & limatiſsima inuenta conſcripſit: Sic enim ipſe tomo 2. in 3. part. diſputat. 23. ſect. 2. *Si cogitatione fingamus Beatam Virginem aliquid poſtulare, totamque cœleſtem curiam illi reſiſtere (ſicut apud Danielem vnus Angelus alteri reſiſtebat) potentior eſſet, maioriſque efficaciæ, & valoris apud Deum Virginis, quam reliquorum omnium Sanctorum oratio, quod dignitati Matris eſt maximè conſentaneum, & perfectiſsimæ gratiæ, & charitatis B. Virginis quodammodo debitum*: & ideò Eccleſia, & frequentius, & altiori quodammodo orat ad Virginem, quam ad reliquos Sanctos. Hæc P. Suarez, edoctus à S. Thoma, quē ipſe mirificè coluit, tanquam Magiſtrum; quippè Angelicus Doctor Opuſculo 8. cum piè, & luculenter de plenitudine gratiæ B. Virginis differens dixiſſet: *Plena fuit gratia, non ſolùm in ſe, ſed etiam quantum ad refuſionem in omnes homines. Magnum enim eſt in quolibet Sancto, quando habet tantam dignitatem, quod ſufficit ad ſalutem multorum; ſed quando haberet tātum, quod ſufficeret ad ſalutem omnium hominum de mundo, tunc eſſet maximum*: deinde in honorem Virginis, ſic ſubijcit: *Et hoc eſt in Chriſto, & in B. Virgine: nam in omni periculo potes obtinere ſalutem ab ipſa Virgine gloriosa*, Cant. 4. Mille clypei pendent ex ea, *ideſt, remedia*: item in omni opere virtutis potes *eam habere in adiutorium*

Rich. à S. Laur.

S. Ioſep. Conſeſſ.

Cant. 1. v. 1.

Cant. 8. v. 10.

Ang.

P. Suar.

S. Tho.

Cant. 4.

& ideò dicit ipsa: in me omnis spes vitæ, & virtutis, Eccl. 24. Hactenus S. Thomas.

9 Bernar. Vt iam videris, quàm sapienter dixerit Bernardus serm. 1. de Assumptione: *Age gratias ei, quitale Mediatricem tibi benignissima misericordia prouidit: vt ad ipsam cum omni fiducia in omni necessitate confugias*: quare subdit: *nisi forè, aut non creditur Dei Filijs honorare Matrem? aut dubitare quis potest omninò in affectum charitatis transisse Mariæ viscera, in quibus ipsa, quæ ex Deo est charitas nouem mẽsibus requieuit*: Hæc Bernard. Quibus adde Guillielmum Parisiensem in Rhetorica diuina Deiparam, sic animosè loquentem: Guill. *An falsò, & inaniter vocat te omnis Ecclesia Sanctorum Aduocatam suam, & miserorum refugium. Absit à Matre Dei, quæ fontem pietatis toti mundo peperit, vt cuiquam miserorum suæ misericordiæ subventionem vnquam deneget*: ita ille: Benè *absit à Matre Dei*, cum de Deo pro nobis facias quod tuæ placuerit charitati. Tanti nimirum est: Mariam Matrem Dei esse.

10 Sed enim, quamvis *Matris superbum est nomen, & nimium potens*, vt dixit illa apud Tragicum; at enim verò maius, & potentius fuerit: si excelsam dignitatem, & eminentissima merita in Matre concipiamus: Ergo vt omnimodam in Maria potentiam, & efficacitatem in patrocinãdo apud Filium consideremus; ipsam nõ vtcumque Dei Matrem, sed quæ verè digna Dei Mater fuerit, quæque Apta nata Dei Mater conseri debent, & quæ diuinis meritis excelsissima & Dei proxima; Dei Filium, vt naturalem vẽtris sui fructum ediderit. Quæ omnia singillatim à nobis pensitanda sunt, tum vt pro maiori Deiparæ dignitate; maius aduocationi pondus accedat, tum quia iuuat libet, & omnimodis lætamur: in Laudibus Matris Dei, quam maximè expatiari, vt non solùm propter illas, sed etiam in illis gloriam habeamus.

A

B

C

D

E

EXEMPLA.

MARIAM veram Dei genitricem esse: maternamque in Filium auctoritatem habere, itidemque Matrem, & Aduocatam clemẽtiæ semper, & vbique fore egregiè demonstrat mirabilis historia Diuæ Sancta Montis in Bohemia à Patre Bohuslao Baluino scripta lib. 3. cap. 2. de pictore hæretico, qui cum Beatissimæ Virgini malediceret, & Imaginem sacram obscæniſsimis probris laceraret, sereno cœlo fulmine percussus fuit! Et verò ipsam pensiculatius conscribere, & expendere erit operæprætium: Ait ergo bonus scriptor: *Marcus Sallerus, qui rem Catholicam ea in Ciuitate Przibramensi procurabat, auctor fuit, templi parochialis reparandi, additisque, aut renouatis imaginibus ad gratiam, & dignitatem loco sacro conciliandam exornandi: In eam rem Anno 1629. Pragà pictor accersitur: Venit ad certum manupretium, secumque socium (ita discipulos artis nominant) adducit: Altaria quædam, & in singulis quid addendum imagines item vetustate, & situ fugientibus coloribus corruptæ nitori suo restituendæ indicantur à Senatu. In eo S. Iacobi templo viuaci arte coloratæ imagines Lætius spectabantur: cum succurrit Senatui eodem labore, ac manu Venerabile Beatissimæ Virginis signum in Monte Sancto, quod vt Palladium habebant Maiores coloribus maximè floridis renouari posse: ea de re Magistrum Pictorem admonent: ille negotium socio dat è Monte Sancto statuam deferendi.*

Erat hic socius in media Germania natus, qui, vt fit in Artibus, quò eum error, & libido rapiebat, peregrinabatur, & Magistris operam addebat suam, homo ab infantia hæresibus innutritus, & nomini Catholico vsque ad insignem linguæ procacitatem infensus gloriam quandam ingenij ij esse existimant, execrationibus (quæ columnas rumpere possent) & maledicentia parata in Catholicos risum excitare, apud quos Diua Virgo velut olim Fortuna, & Hercules conuitio colitur: Satis homini sua hæresis tuta erat, nisi contumelias addidisset. Is ergo non quod Diuam honore aliquo dignam

pu-

putaret, sed quod erat imperatum Montem conscendit. Statuam ex Altari nullo honore verborum, nulla significatione cultus in Dei Matrem per caput raptam ex Monte ferebat. Audiuere per viam obvij Ciues, cum Virgini Matri audacissimè maledictis insultaret: horret calamus scribere: verba quædam dabo, nam hic esse dissertum sceleris pars videtur. Quam deformis (inquit) quam fœda latronum Mater, aut socia! quibus, quamque rancidis lacinijs, & floceis, hic latronum infans (ieiulum designabat) contegitur. Dolebat hominibus Catholicis ex triuio maledictum, & de læso suo, & Matris honore pœnas sumpturum Deum sine dubio minabantur: At sceleratus nebulo in domũ ingressus statuam super mensam deponit, & laborem auspicatur, nouis in Virginem execrationibus, congestis, quibus Dei Matris honorem auferret, cunctis qui in domo erant audientibus, & horrentibus. Nec insigni contumelia contentus, statuam ignobiliter ad mensæ partem remouet, & ad inaurationem nescio, cuius alterius imaginis indignans se comparat. Recte scripsit Seneca lib. 2. natural. qq. cap. 31. Animalium, & serpentium, quibus mortifera vis inest, cum fulmine icta sunt, venenum omne consumi. Seneca.

Non multum interceſſerat temporis, cum ſereniſſimo cœlo in Auguſto, ſub Virgine cum formiſſimus annus eſt, & re vera eo die multi in meſſe occupabantur Ciues; nulla tonitribus ſignificatione flammæ, nullo timore præmiſſo, ſimul fragore terribili, ſimul ictu geminato in ſceleſti hominis caput cœlum detonuit, ne ve dubitari poſſet, vnde veniret, quis ve peteretur, ab ea etiam parte, qua Mons Sanctus aſpicitur, ex ipſo Montis eius cœlo detortum fulmen veniſſe videbatur; illæſis feneſtrarum orbiculis cũ eo linguæ ſimile, deinde fluuij ignei ad inſtar in cubile delapſum, hunc vnum, cum plures adeſſent, afflauit primum, & obcæcauit, deinde deiecit exanimem. Ergo fulmẽ illud ignem iacentem humi ſceleratum diu complexi, accingere viſum, mox in orbẽ actum è ianua cubiculi (ingentis cadi ſpecie) euolutum per atrium domus in forum denique euaſit, & ante quartã ab hinc domum, iam ſine viribus in auram diſceſſit, innoxiè, & ſine damno, tot hominibus, tot rebus in cubiculo, domi, atrio, & foro præteritis, inter tot Mæandros, & ſinus fluuiorum more duplici fulmine oberrante.

Siſte gradum Lector: dum cum admiratione dixerim: Quis putaret? Virgini, cuius natura mitiſsima, benigniſsima, & beneficentiſsima eſt, fulmina ad manum eſſe? Quid vberibus miſericordiæ, & diuini roris lac fundentibus cum fulmine ardente incendente, cremante, & humana omnia in cinerem redigente? Equidem P. Petro Spinello homini virtutibus illuſtri, & in Deiparæ obſequium toto animi, & ingenij impetu prono, cum librum cedro dignum de eius laudibus ſub typo diuini throni Apocalypſis 4. de quo *procedebant, fulgura, & voces, & tonitrua*, ſcribebat, aerem litem, negotiumque non leue faceſſebat P. Bernardinus Realinus, ille qui heroicæ Sanctitatis nomine ab hominibus magnificè celebrari, & à Deo prodigioſis miraculis honorari meruit; quod Virginem cum eo throno compoſuiſſet, à quo fulgura procedebant: *Fieri enim non poſſe (aiebat bonus Pater, vt in proceſſu Canonizationis eius habetur) vt à tam miſericordi Matre, quæ vel ſuo lacte* (lacte enim facillimè fulmineus ignis ſedatur) *fulmina in orbem contorta* lauare, & excipere obvio ſinu parata ſit, tantæ ſeueritatis exempla proueniant, vt *fulgura Virgo innocens in homines mittat? iuſta ſanè ad faciem conſpecta expoſtulatio: Sed meminiſſe debebat vir Sanctus dixiſſe Vatem de Deo*: fulgura in pluuiam fecit *Pſal.* 134. *verſ.* 7. *ad ea verba ex Auguſtino, & Gregorio monente Lorino*: Ex his fulguribus conſecuta eſt pluuia pœnitentiæ lachrymarum: denique poſt terrorem refectio. *Quid quod? præfato libro Seneca cap.* 39. *non omnia fulmina læthalia pronunciat, ſed ex Philoſophorum ſententia aliud conſiliarium, aliud monitorium eſſe ait, quæ videlicet hærenti, aut erranti ſanam mentem injiciant, & officij admoneant.* *Pſ.* 134. *v.* 7.

Pergit ergo Scriptor: *Viſo igne ad commune incendium accurrere Ciues; omnibus domeſticis illæſis, vnum iacentem offendunt, & terrore, & flammarum ſplẽdore, & fulminis ictu pœne confectum: inter manus pro mortuo ſublatum ſpirare adhuc flammas animaduertunt: diu reſtitui non potuit: narrabant domeſtici, quid accidiſſet, quid ex maledico ore audiſſent: cum denudauere hominem, manus dextra, quam ſtatuæ renouandæ inuitus*

ad-

addiderat, tota liuida incendio deformata, & carbonibus attrior pœnam habebat, nec riuali; vt ita dicam imagini, quã Beatissima Virgine contempta pictor inaurabat flamma pepercit, sed fædauit, & formam omnem deleuit. Redyt tandem ad se omnia stupens, & tremens: ad firmitatem, & constantiã animi ægrè reuocatus, brachio potissimum, ne tale putresceret, aut nervis siccatis immobile fieret, timebat. Aderant viri Senatorij, & Senatus Primas, idemque hospes pictoris: is verò acribus verbis correptum hominem admonebat officij, fatebatur reus, quod in Beatissimam Virginem peccasset, & quam merito noxa caput secata sit agnoscebat: iurabat frequẽter, nihil se in posterum Beatissimæ Matris honori detractum velle, esse illam DEI MATREM, *quæ amari, & timeri mereretur: Huius prodigiosæ, & celeris animaduersionis præter eos, qui post illa accesserant, nominare plurimos possum: Primus eam rẽ ad posteros cõsignauit R. P. Albertus Chanous, in suo Bohæmia pio vestigio, qui addit Catholicã fidẽ iuuenẽ illũ præsente miraculo permotũ amplexum fuisse, & dum hæc scriberet vixisse.*

Dimissis iam Scriptoribus, vt per nos moueamur; nosse est operæprætium scopum, seu spiritum, & vt sic dixerim mentem huius fulminis scrutari; nec id fuerit difficile. Detrahebat quidem impuratus ille Beatissimæ Virgini sceptrum cœli, terræque & quod peius erat, negabat esse Dei Genitricem; ac proinde Dei Filium eo honore, & bono, quo ipse nihil impẽsius delectatur defraudabat. Non tulit ergo tantam iniuriam bonus Filius, simul ac iustus iudex; decreuitque in sceleratũ caput atrox fulmẽ iaculari, sed tamẽ iratus, non potuit, nõ miseri cordiæ recordari, & seueritati clemẽtiã adiungere, & simul omnibus planũ facere Sanctissimam Virginem Matrẽ suam esse: ideò fulmen cõsiliarium, & monitoriũ esse voluit; vt malo accepto stultus saperet; & vltro in omniũ oculis profiteretur, *Mariã Matrem Dei esse:* fortissimum quidem telum, quod ab ipso hoste extorquetur: His pulchrè addit Historiæ huius Scriptor: *Nisi fortè fulmen istud geminum à Filio venerit; à Maria, clementia, vt quẽ fulmine verberauerit Filius, Mater iacentem iam, vt victimam furoris diuini, pœnæ subtraxerit, admonuisse contenta.*

MARIA Opportuna Aduocata nostra, quæ digna Mater Dei est.

ADNOTATIO II.

NON agimus modo ex professo de dignitate Matris Dei, quam Scholastici Maternitatem appellant, sed de dignitate Mariæ, quà digna Mater Dei est, de quà Mater Ecclesia Deum orans ait: *Qui gloriosæ Virginis Matris Mariæ corpus, & animam, vt dignum Filij tui habitaculum effici mereretur Spiritu Sancto cooperante præparasti:* Id enim nostri instituti proprium est, dum ex hac meritorum dignitate evincimus, Christum Dominum ob excelsissima Mariæ merita, ipsam singulariter reuereri, atque ideò eius intercessionem validissimam esse, vt postulata concedat: Sed tamen de ipsamet Matris Dei dignitate (de quâ facilè esset infinitas opplere paginas) non nihil dicere fuerit operæprætiũ; quod sic se habeant inter se vtraque dignitas, vt altera alteram demonstret; siue explicet, & ex Matris dignitate; Mariæ dignitas, & ex Mariæ meritis, & dignitate, quam sit præcelsa Matris dignitas dignoscatur: dissertissimè id pensitante S. Isidoro Thessalonicensi sermone in Natiuitatem B. Virginis, his verbis eam cogitationem diffundente: *Matrẽ enim rem omni admiratione maiorem sibi præparauit illam, existimans aliter ostendi sanctis non posse purissimæ Maiestatem, nisi cum ea intercederet ipsi prima omnium necessitudo; materna inquam, qua nihil iunctius apud homines, aut honorabilius esse scimus:* Sic S. Isidorus: Apud quem vides, & Mariæ Maiestatem, & Matris dignitatem; nec aliter illam, nisi ex hac ostendi aptè posse, tanta, scilicet Virginis dignitas; tanta Maiestas fuit; vt & Maternitati digna, & (quod

S. Isidor. Thess.

in-

inferius videbimus) apta nata esset: & ipsa Maternitatis dignitatem explicaret.

2 Sed vt seorsim dignitatem Matris Dei adornemus, vt supra illam mollius dignitas Mariæ cadat, pende quid Deus, quid Matris munus sit: & ex terminorum cognitione absque alia verborum exornatione incomprehēsum munus comprehendes, quin mortalis ratiocinatio ingenij impetum, & acumen in alios discursus, & inuenta diuertat ad eum ferme modum, quo lib. 1. vidimus M. Tullium non aliter cuiusdam matricidæ facimus accusasse, quam si ipsasmet voces propria significatione emphasi plenas reo ob oculos obiecisset; quid *Mater*, & quid *occidere* fuerit ostendens, quibus explicatis accusationem, tam grauiter, quàm breuiter adornauit exclamans: *Matrem tuam occidisti: Matrem tuam occidisti*: ratus omninò bonus Orator omnem aliam accurati sermonis pompam, & sententiarum ornatum ad rem explicandam imparem his vocibus esse: ergo qui Mariæ excellentiam à Matris dignitate extollere, siue explicare velit, perpendat quid Deus, quid Mater sit, & dicat Mariam Matrem Dei esse, & dixerim: *Dic aliquem sodes, dic Quintiliane colorem*, quo altius aliquid, aut diuinius excogitari, aut dici possit.

3 Nec tamen prætermittenda sunt, quæ PP. in hunc met sensum accuratè dixerunt præeunte omnibus Augustino initio libri de *Assumptione Virginis* dicente: *Huius dignitatis, & gratiæ effectum, nec cor concipere: nec lingua valet exprimere*: Ergo in primis Anselmus lib. de *excellentia Virginis* cap. 1. absolutè, inquit: *Hoc solum de Sancta Virgine prædicare, quod Dei Mater sit, excedit omnem altitudinem, quæ post Deum dici, vel cogitari potest*: Deinde S. Bernardinus tomo 1. serm. 52. art. 3. cap. 2. *Tāta* (inquit) *est laus, quam illi tribuimus, cum dicimus* Mater Dei, *quod nec in personis creatis, vt in Angelis, & hominibus, nec in personis increatis reperitur hæc incogitabilis dignitas, scilicet, quod habeat Dei Filium, nisi in vna persona diuina, quæ est Patris, & in vna persona humana, quæ est Matris*: Pergit Bernardinus: *Insuper maius est hoc donum, quod sit* Mater Dei, *quàm quod sit Domina creaturarum Dei, vel vniuersi, quia hoc descendet ab illo, sicut ramus à radice*: Ad quoruum PP. gustum S. Germanus Constantinopolitanus, & Petrus Abbas Cellensis egregiè loquuntur: Hic enim lib. *de panibus* cap. 21. ad finem, sic ait: *Et quid amplius ei assignare possumus diuini muneris, & honoris, quàm (vt quod verum est fateamur) Genitricem eam Dei esse, & hominis. Infra hoc dicitur quidquid in eius commendationem affertur. Si cœli Reginam, si Angelorum Dominam, vel quodlibet aliud excellentissimum, tam ab humano corde, quàm ore excogitatum protuleris, non assurget ad hunc superindicibilem honorem, quo creditur, & prædicatur*: Dei genitrix. Hæc Cellensis à S. Germano serm. *de Natiuitate Virginis*, sic anteà præstricta: *Quemadmodum gutta aliqua infussa mari nihil adijcit, neque pauperis crumena diuitis thesaurum euacuat, ita nemo tuarum celsitudinem laudum oratione satis extollere valet, cum laudem propriam habeas, quod* Deiparam *te esse constet*: Sic Germanus. Nec minus luculenter alter Petrus; Blesensis, scilicet, serm. 28. *in Assumptione B. Mariæ*, inquiens: *Maximum autem, & ineffabile est, fuisse Matrem Dei in memoriam autem horum trium Sapientia Græcorum instituit, vt in Iconibus, quas ad imaginē B. Mariæ depingunt superscriptionem trium nominum ponerent in hunc modum*. Virgo Dei Mater: *tamen apud eos vna dictio est*: Theotocos, *sed apud nos duæ*: Hæc ille.

4 Sed & eodem ductu ipsemet Bernardinus à Bernardo edoctus fruentes sensu, & verbis Pauli ad Hebræor. 1. vers. 4. dum ex nomine Filij Dei Summum Parentem Christum Angelis infinito interuallo prætulisse, sic inquit: *Tantò melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando Angelorum. Filius meus es tu: ego hodie genui te*: Mariæ dignitatem ex munere, & nomine Matris Dei extollunt: Etenim Bernardus serm. de Aquæductu in Natiuitate Virginis: cum dixisset: *Intuere quomodo vsque ad Angelos plenitudo gratiæ, super Angelos autem superueniente Spiritu Sancto Maria peruenit*: Subijcit: *Magnum est Angelo, vt minister sit Domini, sed Maria sublimius quoddam meruit, vt sit Mater: tantoque*

ex-

August. Ansel. Bernar. Petrus Cellens. Germa. Petr. Blesen. Heb. 1. v. 4. Bernar.

excellētior facta munere singulari; quā tò differētius præ ministris nomen accepit: Similiter Bernardinus tom. 3. cōcion. 61. art. 2. cap. 4. *Mater Domini nostri Iesu gloriosa Maria, tantò melior Angelis effecta, quantò præ omnibus creaturis hæreditavit, vt obtineret dignissimæ Matris nomē. Vnde Propheta ait:* Eleuata est magnificentia tua super cœlos Deus: *Magnificentia enim Dei dicta est Virgo Maria:* Hæc isti PP. Quibus adiunge Ioannem Gerson, & Dionysium Carthusianum, vel ideò inter PP. connumerandos, quòd Virginis & summopere studiosi fuerint: Sic igitur prior: in sermone de Annunciatione loquitur: *Hodie Domina nostra altius nomen accepit, & perfectius, quod esse posset homini post nomē Filij sui, & est, quod* Mater Dei *dicatur: melius eam appellare non possumus, quoniam per hoc habet veluti auctoritatem, & naturale dominium ad totius mundi Dominum: & à fortiori ad omne id, quod huic subiectum est Domino; ita quod in nomine suo omnia flectantur in cœlo, & in terra, & in inferno.* Hæc Gerson: nec minus opportunè Carthusianus serm. 1. *de Conceptione Virginis*, sic inquiens: *Ecce quanta est dignitas ista. Etenim Philosophi causalē fœcunditatem dicunt esse præcipuam in creaturis perfectionem: quàm inæstimabilis ergo est dignitas eius, quæ tam infinitæ dignitatis peperit prolem? Certè non irrationabiliter asserunt quidam magni Theologi, quod ratione huius maternæ fœcūditatis, maternitatis vē Dei Beatissima Virgo Maria sit dignitatis quodammodo infinitæ:* Vnde piè subijcit: *Cum omni ergo reverentia honoranda, nominanda, & cogitanda est nobis, atque post Deum ferventissimè diligenda.* Hactenus Carthusianus: apud quē, sicut & apud Ioannem Gerson peculiares rationes habes: cur hic titulus Matris Dei, adeò superexcellens haberi debeat.

5 Sed, si benè æstimas, opportunior huius ratio reddita est ab Alberto Magno tract. *super Missus est*; nēpe Mariā ratione præfatæ fœcunditatis, qua Mater Dei effecta est, elevatā fuisse ad summā cum Deo propinquitatem: Etenim cū præmisisset Virginē in diuina similitudine maximè excelluisse subdit: *In qua Beatissima Virgo in substantia elevabatur ad summā propinquitatem cum Deo; nisi enim eadem Deus fieret; non posset altius elevari, quàm quod esset Mater Dei:* Hęc Albertus, vel ideò Magnus, quod de Virgine locutus ambulās in magnis, & mirābilibus super se, ratiocinatur egregriè. Ab ipso verò edoctus S. Thomas, & discipulus super Magistrum factus 1. p. q. 25. art. 6. præfatam rationem, aucto censu firmavit: perquirens enim ibi: *Nū Deus possit meliora facere, quàm ea, quæ fecit?* sic respondet in solutione ad 4. *Beatā Virginem ex hoc, quod est Mater Dei habere quandam dignitatē infinitam ex bono infinito, quod est Deus, & ex hac parte, non posse aliquid melius fieri ea, sicut non potest aliquid melius esse Deo.* Hæc Angelicus Doctor: Obserua illa verba *dignitatē infinitam ex bono infinito, quod est Deus*: quæ vt opportunè subsistāt animadverte cū sapientissimo P. Francisco Suarez to. 2. in 3. par. disp. 21. sect. 2 hanc Maternitatē Dei, quæ est suprema coniunctio cū persona infinita Verbi, non esse tantū coniūctionem carnalem, sed etiam spiritualem: *Quia licet media cōceptione carnis sit facta* (inquit ille) *tamen ad Deū ipsum aliquo modo terminatur:* Vnde quidē idēmet Angelicus Doctor 2. 2. q. 103. art. 4. ad 2. huius coniunctionem maternitatis vocat *affinitatem ad Deū*: excellentiori quidē reuerentia, quā quæ alijs sanctis debetur omninò dignam: hyperdulia, scilicet, diuersæ speciei ab ea hyperdulia, eidem Virgini debita, propter titulum gratiæ sanctificantis, cum nimirum eminentior cultus sit Deiparæ exhibitus ob titulum Maternitatis Dei tantæ dignitati congruus, de quo vide eumdem P. Suarez, indidem disputat. 22. sect. 3. & Ioann. Baptista Novatum tom. 2. *de Eminentia Virginis* cap. 10. quæst. 3. In quem sensum appositè inflexeris perpulchram obseruationē Antistitis Agelij in expositione Cantici *Magnificat* ad ea verba: *Beatam me dicent omnes generationes*, Lucæ 1. vers. 48. expēdentis, hanc omnium generationum laudem, seu prædicationem vni Deo in scripturis tribui, vt proinde Maria tāquam Dei Mater, quæ peculiarē cum ipso affinitatem, & propinquitatem habeat diuina, quadam laude digna sit: sed Agellium audi dicentem: *Obseruatum est autem à nobis nusquam generationū omnium, aut om-*

Bernardinus. *Gerson.* *Dionys. Carthus.* *Albert. Magn.* *S. Thom.* *P. Suar.* *S. Thom.* *P. Suar.* *Ioann. Baptist. Novat.* *Lucæ 1. v. 48.* *Agellius*

nium generationum, & generationū laudem, ac prædicationem niſi Deo tribui, vt illud in generatione, & generationem annunciabimus laudē tuam (*Pſal.* 78. *veſ.* 13. & *Pſal.* 134. *veſ.* 13.) Domine memoriale tuum in generationem, & generationem, & *multa alia. Quod ſi propter hæc Dei laus Mariæ tribuitur quid aliud in cauſa erit? niſi quia Deum genuit, & eius Mater eſt, cui omniū generationum laus debetur.* Hæc Agellius

Pſal. 78 *v.* 13. *Pſ.* 134 *v.* 13.

6 At enim verò cum de hac ſuper excellentiſsima Matris Dei dignitate plura dici poſsint, & nos dictis ſimus contenti: minimè quidē contenti erimus, ſi nudam hāc à Maternitate Dei Mariæ laudem prædicauerimus, quin dignitati dignitatem, & muneri meritum adiungentes, ſic laudationem adornauerimus: vt ipſam nō ſimpliciter, & vtcumque Matrem; ſed dignam omninò Dei genitricem, & Matrem adſtruamus: nimirum, in conferendis honoribus, & deferendis muneribus alium quidem ſtylum, & ordinē Deus; ac ſæculares principes ſervat: hi enim cū ſæpè ſæpius cæco potiùs animi impetu quàm recta iudicij trutina ad cōferenda munera duci ſoleant, frequēter euenire videmus, vt aut fallātur, aut fallant, indignos ad ea adlegentes; vt merito ſubinde dicere poſsint, quod Hadrianus Imperator Commodū Conſulem deſignans, quēque poſteà imparē muneri inueniens dolēter dixiſſe fertur apud Spartianum: *In parietem caducum nos inclinavimus*: ſiue quod de Imperatore Sergio Galba Cornel. Tacitus lib. 1. hiſtor. *Omnium conſenſu capax imperij niſi imperaſſet*: at Deus, *qui operatur omnia ſecundū conſilium voluntatis ſuæ* (ad Epheſios 1. v. 11.) muneribus, quæ ipſe impertitur, non niſi idoneos, & aptos præſcribit, dignos quidem, aut inueniens, aut faciens: monente Paulo 2. ad Corint. 3. v. 6. *Sufficientia noſtra ex Deo eſt, qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamēti*: vbi cum Græca exēplaria habeant: *Aptavit nos, vt idonei eſſemus miniſtri* notanter vſurpatū ab Apoſtolo videris verbū *aptavit*: quo expreſsit accurato dicēdi modo recitrocā perſonæ, & muneris conuenientiam, vt & munus perſonæ aptum, & perſona muneri congrua, & ad illius vſum, atque functionē apta, & quaſi facta, aut nata videretur: ad eum planè modū, quo Rex Theodoricus, apud Caſsiodorū lib. 5. epiſt. 40. cum dixiſſet: *Diu quippè trutinandus eſt, cui traduntur examina: taliſque debet à Principe deligi qualis ab ipſa lege poteſt dictari*: pulchra imagine noſtrā ſentētiam, ſic illuſtrabat. *Omnium divites venæ auri fulgore pretiantur, & gloriam pulchritudinis capiunt, quia nulla degenere vicinitate ſordeſcunt: ſic bona merita ſplendidis dignitatibus ſociata alternis præconijs adiuuātur, & vnius rei facies de addita ſibi venuſtate pulchrior eſcit.* Ac ſi ſcitè dixerit; quemadmodum includendæ in annulo gemmæ æqua illi, ac digna materia aptanda eſt; non enim adamantem plumbo; aut vitrum auro, niſi importunè, & turpiter aptaveris; ita quidē, & idoneus muneri præſcribendus eſt miniſter: & digno homini, & merenti idoneum munus aſsignandum eſt: *ne degenere vicinitate ſordeſcat*: ſed potiùs *vnius rei facies de addita ſibi venuſtate pulchrior fiat*: Id quod pulcherrimè in Beatiſsima Virgine eluxit: quæ Mater Dei effecta capax tantæ maternitatis fuit vt; & munus à Maria; & Maria à munere *alternis præconijs adiuvātur*: opportuniſsimè in huncmet ſenſum dicēte Origine hom. 1. in cap. 1. Matthæi: *Huius itaque Vnigeniti Dei dicitur hæc Mater Virgo Maria: Digna Digni; immaculata ſancti, & immaculati: vna vnius: vnica vnici.* Ita Origenes: & quidem rectè: dum facta de induſtria mētione dignitatis Filij Dei: inde Mariæ dignitatē ſuis momentis expēdit: in ò verò inquiens, *Digna Digni* tantū non dicit. *Bona merita ſplendidis dignitatibus ſociata pulchreſcunt*: & vt Mariā à munere: ita & munus à Maria ſplēdeſcere: & quod plus eſt (ſi fas eſt dicere) vt Mariam dignā fuiſſe oportuit, vt Mater Dei eſſet; ità etiā quodammodo, dignū eſſe debuiſſe, qui eius Filius eſſet futurus: vel vt omninò dixeris, quod res eſt; oportuit quidem Filium Dei eſſe, qui Mariam Matrem haberet. Vel dicito ſi mavis eam fuiſſe Mariæ dignitatem, vt pene ponendum ſit in Filij Dei laudibus, quod dignus fuerit; Mariæ Filium eſſe.

Caſsiod.

Origen.

Spartia.

Corn. Tacit.

Epheſ. 1 *v.* 11.

Græc. lect.

Quò retulit S. Thomas 3. part. q. 30. art. 4. ſtructuram ſalutationis Gabrielis, Lucæ 1. v. 28. Qui dicturus Virgini *Dominus tecum*: quod per-

7 *S. Tho. Lucæ* 1 *v.* 28.

inde fuit, ac conceptum Domini annunciare præmisit priùs *Gratia plena*: significans; iam Virginem Dei Filiò in vtero excipiendo idoneam, & dignam esse: sic namque S. Doctor. *Præmisit idoneitatem ad conceptum in hoc, quod dicit*, Gratia plena: *Expressit conceptum in hoc, quod dicit*: Dominus tecum. Ita ille: & ab eo edoctus alter S. Thomas Archiepiscopus Valentinus serm. 3. *de Natiuitate B. Virginis* eodem ductu, inquit: *Antequam conciperet Filium Dei, iam idonea erat, vt esset Mater Dei*: Obserua, quæso, apud vtrumque Thomam locutionem *idoneitatis*; & *idonea* iuxtà præfatum Pauli sensum, *idoneos nos fecit ministros*: Sed illud peculiari etiam obseruatione dignum, quod eadem concione 3. S. Thomas à Villanoua, in hanc rem sapiēter animaduertit: nimirum cum priùs quasi admirabundus quæreret; imò & conquereretur sacros Euangelistas, ad quorum munus spectare videbatur, vt quemadmodum eximia Filij Dei opera, miracula, & rei fortiter gestas scribere: ita etiam diuinas Mariæ virtutes in totius Ecclesiæ exēplaria nobis proponerent hæc præclara, & admiranda, quæ de ipsa dicere potuissent, accurato silentio presisse: sapienter statim huic querelæ duplicata responsione occurrit: altera: *Ideò Euangelistas siluisse, propterea, quia Virginis gloria magis cogitari poterat, quàm describi*: altera nostro instituto opportuniori, inquiens: *Omnia collegisse* cum dixerunt, ex ea natum fuisse Iesum: *Sufficit* (inquit) *ad eius plenam historiam, quod scriptum est: Quia de illa natus est Iesus: Quid amplius? quid vltra requiris in Virgine? sufficit tibi, quod Mater Dei est: vbi ergo totum erat, pars scribenda non fuit, ne putares, quod scriptum non fuerat, eidem forsitan defuisse*: Sic ille sapientissimè: Pende illa: *Sufficit ad eius plenam historiam*: & quidem: conscribe tibi, si placet, quādam de Maria historiam, non qualemcumque, sed accuratissimam, plenam lucis, & vocis, qua vitam sanctissimam omnium virtutum choro vndequaque ornatam, cœlestem in terris cōuersationem Angelica puritate lōgissimo intervallo excellentiorē: adiunge his quæcumque de Virgine admiranda, pulcherrima, atque diuina à PP. dicta

S. Tho. à Villanoua.

A

B

C

D

E

sunt: & post hæc certò certius scito, omninò tibi aptari posse, quod est in Prouerbio. *Postquam multū laboravimus: itidem vt antea sumus*: vel quod à sapiente dictum est: *Nec est inuenire magnalia Dei: Cum consummaverit homo: tunc incipiet*, Eccleiast. 18. v. 6. Quippè Maria multo maior pulchrior, sanctior, & diuinior est, quā vt à mortali calamo, aut ab Angelica mente comprehendi possit. Ergo vt dixeris, quod res est, dicito ipsam Matrē Dei esse, & sufficit ad plenam historiam, cum Omnipotens *Deus gloriosæ Virginis Matris Mariæ corpus, & animā, vt dignum Filij sui habitaculum esset Spiritu Sāctō cooperante præparaverit*: A qua cogitatione non procul iverit S. Bonauenturæ sensus serm. in Hexamer. itidem occurrentis ijs, qui queruntur pauca in scripturis de Maria dici: quòd quotiescūque de Filio Dei sermo fit; subintelligi debeat ipsa tanquā eius Mater, quæ non possit divelli à Filio: Audi. *Mira dicuntur de Maria Matre Dei in scripturis, quia in omnibus scripturis refertur relatione ad Filiū: Et quod dicunt aliqui: Quare ita pauca dicuntur de B. Virgine? Nihil est, quia multa dicūtur de ea, quia vbique de ipsa, & plus dicitur de ipsa, quam si vnus tractatus fieret*: Sic Bonau. Obserua hæc *multa dicuntur*: & illa *Mira dicuntur*: necnon ista *vbique de ipsa*.

Eccl. 18 *v.* 6.

Bonauē.

Iam verò, quam ingens hinc efficacia Mariæ patrocinio adveniat, videor mihi videre in egregijs verbis Imperatoris Leonis oratione *de Assumptione Virginis*: in qua Deiparam componens cum Arca testamenti, in qua tabulæ legis custodiebantur; quasi ipsa vera, & animata lex Dei fuerit, sic regio ore, inquit: *Reveretur Deus sanctissimā Arcam: benignumque se exhibet ijs, qui benignitate sua sunt indigni pœnaque solvit, & iustitiæ lancem declinat, aliòque vertit propter tuam dignitatem, quasi personarum acceptor factus extensionem manuum tuarū reveritur, quæ quanquā vehiculum Deum gestaverunt*: Hæc sapiens Imperator: O bellè! ò opportunè: pende modum dicendi, *Reveretur sanctissimam Arcam*: ideſt, cum reuerentia, & obsequio MARIAM auscultans, propter egregia, & diuina ipsius merita (id enim *reuerend* phratis omninò importat) in persona, nō tam

8

munus, quod gerit, quã præclara merita ſuſpiciens; ideò ſubijcit, *iuſtitiæ lancem declinat propter dignitatẽ tuam*: vt iuſtitiam declinans iuſtitiã ſeruet, quæ Mariæ merita reſpicit, à quibus reorum indignitas ſuperatur. Quò retulit per allegoriam S. Bernardinus tom. 3. ſer. 11. id quod de Salomone erga Matrem ſuam dicitur 3. Reg. 2 *Surrexit Rex in occurſum eius, & adorauit eam* premens Verbũ *adorauit*, vt ſignificetur Mariã eſſe digniſsimã; vt à Chriſto filiali reuerẽtia honoretur.

Bernardinus. 3. Reg. 2

EXEMPLA.

S Ignatè dictum videtur à Hieronymo ſerm. de Aſſumptione Nec enim dubium eſt illam, quæ meruit pro liberandis ferre pretium, poſſe liberatis impertiri ſuffragium: nam cũ ſuffragium denotet iudicium, & volũtatem, quam qui ius ſuffragij habet alicui fauet, ſiue obſiſtit, vti apud Ciceronẽ lib. 3. de legibus dicitur: *Suffragia in Magiſtratu mandando, aut etiã de reo iudicãdo palam ferri, melius eſſet*: Tribuit ergo Hieronymus Deiparæ peculiare ius, vt à Filio, quod petit obtineat. Quod quidem ius, vt ingenuè cognoſcit bonus Filius, & Matri, vt ſuum tribuit benè oſtendit id, quod Cæſarius refert exẽplum lib. 7. cap. 23. his verbis. *Nobilis vir Otto, quandoque Xentẽſis præpoſitus tempore, quodam adoleſcentiæ ſuæ laborabat infirmitate febris acutæ, & pro remedio ſanitatis Dominam noſtram frequenter invocabat, febre invaleſcente deſperatus, & depoſitus candela more ſæcularium manui eius impoſita omnibus, qui aderant viſus eſt expiraſſe. Et ecce Beata Virgo Maria, quam invocaverat ſpiritui eius viſa eſt adeſſe cum Filio his verbis pro iuvene interpellans.* Fili da mihi puerum iſtum: *Qui reſpondit*: Tuus ſit. *Ad quod verbũ mox cœpit ægrotus, qui circumſtantibus mortuus videbatur, reſpirare, atque confortatus, per interceſsionem Beatæ Virginis benè curatus eſt.*

Sed & in re ſalutis æternæ Deiparam re potiùs quam verbis Filio ſuo dixiſſe: *Da mihi puerum iſtum*: itidemque Filium reſpondiſſe: *Tuus ſit*; facilè videris apud Gaſparẽ Schecnerum in ſodali Parthenico lib. 3. cap. 9. hoc exemplum referentem, quod pro ineffabili Deiparæ dignitate, maieſtate, & imperio opportuniſsimũ eſt. *Viennæ in Gallia Adoleſcens, quidam olim B. Virginis cliens in eius ſodalitatẽ iam, quæ humanæ conditionis prona ad malũ fragilitas eſt magiæ deditus neſanda illa commertia duos annos exercuerat. Eius præclarus Doctor impenſæ operæ mercedem exigit Chriſti curationem, cultum dæmonis, auernaliumque larvarum. Reſtitantẽ adoleſcentem ſpectra diu, nocluque vrgent, ille vt ſe ab ijs expediat, Lugdunum contendit ad virum Societatis Magiſtrum, quonã ſuum in litterario ſtudio, vt ſe totum illi cõmittat. In via variè à malignis ſpiritibus oppugnatus, ſciſcitari auſus eſt: cur ſibi tãtopere irati dæmones, & ita deſtituto à Dei gratia, atque præſidio, tamdiu pepercerint, nec mortẽ intulerint? Cui dæmon: nec voluntatem defuiſſe, nec conatũ reſpondit, ſed prohibitos Dei Matris imperio, cuius clientelæ ſe olim ille commiſiſſet. Obſtupuit iuvenis Clemẽtiſsimæ Virginis erga ſe tot criminũ reum, tam mirabilem charitatẽ. Tum Magiſtro Lugduni reperto rem totam aperit, à quo ad virtutem, & tranquillitatem conſcientiæ abiectis omnibus magiæ inſtrumẽtis reducitur*: Ita ibi, obſerua Virginis imperium, itidemque ipſam dicentem Filio cogita. *Da mihi puerum iſtum.*

EIVSDEM argumenti.

MARIAM vt opportuna Advocata eſſet, dignam Matrem Dei effectam.

ADNOTATIO III.

EO libentiùs præfatum inſtitutũ de Mariæ dignitate, vt Mater Dei eſſet perſequimur, quod noueri. mus: hoc laudationis genus Patribus eſſe familiare: Qui non cõtenti ſi Virginem Matrem Dei prædicarent ſig.

natè addere consuevere dignam, & idoneam tanto muneri fuisse: ita quidem in primis Bernardus, sive is, qui non importunè eius nomen præfert in concionibus super *Salve Regina* concione 3. premens Angeli verba, *Dominus tecum* itidemque ea componens cum illis eiusdem Virginis: *Fecit in me magna, qui potens est*: hunc in modum inquit: *Dominus tecum. Dominus autem Spiritus est. Spiritus ergo Sanctus magnificauit facere tecum: Magnificauit, inquã, facere in te duo opera sua: vnum erat dum dignam te feci, quæ Dei Filium concipere posses, & parere: alterum quãdo ex tua carne sancta, ac digna carnem Filij Dei formauit*: ita ille: sapiẽter distinguens inter donum, & dignitatem; vt non priùs Mariam Matrem Dei assereret; quam ex Dei sensu magnificẽtiam meritorum eius adornaret; vt ab illis vera, & opportuna Virginis laudatio subsisteret: Ad quem etiam modum Petrus Damianus serm. *de Assumptione Virginis*: scitè inquit. *Singularis eius sanctitas, & gratia hoc promeruit, quòd susceptione Dei singulariter iudicata est digna*: O ineffabilem sanctitatẽ: quæ *hoc promeruit*! Quò quidem idem Bernardus serm. *de Verbis Apocalypsis* retulit; miram reuerẽtiam, & summissionem, qua Gabriel Mariam supplici vultu salutauit, non solũ tanquam Matrẽ Dei futuram, sed vt Virginem excellentissimis ornatã meritis. Audi illum: *Quod tam reverenter, atque officiosissimè ab Archangelo salutata est, vt iam in regali solio supra omnes cœlestium ordines legionũ exaltatam cernere videretur, & paulò minus adoraturus fœminã, qui solebat ab hominibus hactenus æquanimiter adorari, excellentissimũ nobis Virginis nostræ meritum, & singularis gratia cõmendatur.* Hæc Bernardus. Audis? tale, ac tantum Virginis meritum, vt Angelo regali solio supra omnes ordines cœlestium spirituum digna videretur.

2 Nec minus opportunè hanc Virginis dignitatem expressit S. Epiphanius serm. *de Laudibus Mariæ*: dum ipsam semel, & iterum Deiparã appellare, & collaudare gestiens, his verbis. *Tu enim ei Deipara, quæ Verbum ex te incarnatum peperisti: Deipara exsistis, quæ Deum Verbum in forma servi concepisti. Deipara exsistis, quæ Deum Verbum susci-*

pieus, incarnatũ peperisti. Deipara exsistis, quæ sola solius Dei Vnigenitũ Filium genuisti: his notanter subijcit. *Quid dicã? aut quibus verbis explicabo gloriam radicitus fundatam?* Sic ille: Mariæ gloriam, & munus Deiparæ accurato dicendi modo affirmans firmiter, solidèque meritorum fundamẽto inniti: id enim est *gloria radicitus fundata*: sumpta imagine ab arbore, quæ firmis radicibus innixa subsistit: tantùm non dicens Epiphanius, quibus præconijs? O Domina gloriam Maternitatis tuæ proloqui possim, cum hæc meritorum tuorũ dignitati respondeat, ac proinde ineffabilis sit: secus quidem, ac gloria, quæ fauore potiùs quàm meritis consistit: vti de Cassiodoro non fauore, aut gratia, sed virtute, ac doctrina ad apicem honoris sublato dicebat Rex Theodoricus lib. 1. epist. 4. *Vt per honorem magni nominis declarentur merita servientis, qui non fragili felicitate provectus Fortunæ ludo ad apicem fascium repentinis successibus evolavit, sed vt crescere virtutes solent, ad fastigiũ præconij conscendit gradibus dignitatum*: Quæ pœne aptare possis Virgini, cuius egregia merita per honorẽ magni nominis Matris Dei declarata sunt; quibus ad tantũ Maiestatis apicem, & præconij fastigium; virtutũ radicibus innixa conscendit; diuinis charismatibus, & gratiæ donis, in quæ omne meritum refundi debet, à Deo singulariter preventa: benè id considerãte Venerabis Fulberto serm. in ortu Virginis dicente: *Honoranda dies lætitiæ, in qua iuxtà mundi qualitates præparatur. Vas virgineum diuinis charismatibus, vt margaritis ineffabiliter ornatũ*: Quæ sic cape, vt diuinis Dei charismatibus totidem Virginis virtutes respondeant; quasi ipsa ex virtutibus compacta fuerit: appositè canente Ioanne Geometra Hymno 3. *Gaude Virgineum ex virtutibus Ortum: Virtutum exemplar viridum, & eximium.*

Fuit quidem aliquando quorũdam hominũ tantopere ab humanæ naturæ vsu, & conditione abhorrẽtium ineptissimus error, vt putauerint Virginẽ, non in vtero consueto fœminis more, sed in corde Dei Filiũ cõcepisse; atque inde in lucem edidisse: insana planè leuitas imorum hominum pietas, & temerarius puritatis zelus cum insigni

Bernar. *Pet. Damian.* *Bernar.* *Epiphan* *Cassiod.* *Fulbert.* *Geome.* 3

inſcitia coniunctus: diſſertiſsimis verbis reclamante huic errori Angelo Virginiannunciante? *Ecce concipies in vtero*, Lucæ 1. verſ. 31. vbi Cardin. Toletus: *Verbo* (inquit) *concipiendi adijcitur particula*: in vtero: *vt propriè, realem, & corporalem conceptionem ſignificet, qua fœminæ concipiunt filios*, vt diſtinguat à conceptione metaphorica, & ſpirituali, qua mente dicimur concipere quæ poſteà facturi ſumus, nimirum Dei Filius *in ſimilitudinem hominum factus* dicitur à Paulo ad Philipp. 2. verſ. 7. & vt inquit Theodorus Studita ſerm. 7. de Natiuitate Chriſti: *Venit ad nos ter optimus è Virgine prognatus ſolemnibus naturæ legibus mancipatus*: Verũ enim verò cum id certo certius ſit, monſtrabo tibi ex PP. Mariæ cor humanæ Chriſti generationi opem, & operam contuliſſe, vt proinde digna Dei Mater fieret: audi hac de re primum S. Bernardinum Senenſ. to. 2. ſer. 51. art. 3. cap 1. dicẽtem. *Quo ſiquidem factum eſt, vt non ſolùm fide, & dilectione Chriſtum conciperet in corde, verum etiam & carnem illius ex puriſsimis ſanguinibus eius Diuini amoris ſuperexceſsiuus ardor in virgineo vtero generaret*: Vides vt ſuperexceſsivus ardor cordis virginei carnem ipſius aptiſsimè præparauerit, vt dignum Dei habitaculum fieret: ſed hanc cogitationem priùs expreſſerat S. Thomas, ex Hugone de S. Victore opuſculo 8. inquiens. *Nã magnum eſt in Sanctis habere tãtum de gratia, quod ſanctificet animam, ſed anima B. Virginis ita fuit plena, quòd ex ea refudit gratiam in carnem, vt de ipſa cõciperet Filium Dei: & ideò dicit Hugo de Sanct. Victore. Quia in corde eius amor Spiritus Sancti ſingulariter ardebat, ideò in carne eius mirabilia faciebat, in tantum quod de ea naſceretur Deus, & homo*: Hæc S. Thomas, & Hugo. Obſerua extrema hæc *in tantum quod de ea naſceretur Deus, & homo*: vt dixerit charitatem Dei, tam largitur, & plenè in cor Virginis fuiſſe diffuſſam, vt in ipſam et carnem redundauerit, ipſamque aptam natam Dei Filio concipiendo reddiderit. Id quod itidem expreſſerat Gregor. Nyſſenus orat. *de Natiuitate Chriſti* cum dixit. *O beatum verum illum, qui bonitatis ac puritatis præſtantia ad ſe traxit animi bona in reliquis enim omnibus vix animus purus Spiritus Sancti præſentiam capit: hìc autem caro fit ſpiritus receptaculum*: Sic Nyſſenus. Opportunè illud: *Bonitatis, ac puritatis præſtantia ad ſe traxit animi bona*: Vt dixerit à cordis puritate, & charitate Mariæ vterum quaſi fermentatum, & diſpoſitum vt carnem Virginis quaſi cœleſtem, & Deo dignam faceret: in quam Spiritus Sanctus ſuperueniret, & virtus Altiſsimi obũbraret illi. Quæ quidem omnia Gregorius Thaumaturgus ſerm. 1. de *Annunciatione*, ſic omninò firmat. *Nam quoniam Sancta Maria in carne dum eſſet, puriſsimam vitam, omnique genere virtutum exculptam, optimamque ſupra humanæ naturæ conſuetudinem gerebat; ideò æterni Patris Verbum carnem ex ea ſuſcipere dignatum eſt*. Hæc Thaumaturgus: itidemque ſub eo ſenſu Anſelmus lib. de excellentia Virginis cap. 9. inquiens. *Pura enim ſanctitas, & ſanctiſsima puritas puiſsimi pectoris eius omnem omnis creaturæ puritatem, ſiue ſanctitatem tranſcendens incomparabili ſublimitate hoc promeruit, vt reparatrix perditi orbis digniſsimè fieret*: Sic ille.

Nec omiſerim expendere in præfatis verbis Epiphanij Mariam alloquentis iterum, atque iterum repetiſſe *Deipara exiſtis*: pro præſenti quidẽ, non verò pro præterito tẽpore locutus: de induſtria quidẽ niſi medigiti fallunt: vt ſignificaret Mariam ſemper exſtitiſſe dignã Matrem Dei; quippè quæ non ſolùm ad tantæ dignitatis gradum, imò faſtigium conſcendendum, dignam ſe præbuit; ſed quæ deinceps adeò præclarè, & diuinè ſe geſſerit, vt digrè retineret quod merita fuerat accipere; aliter ſanè, ac illi, qui & ſi primo capaces, & idonei dignitati recipiendæ, ſue ſunt, ſue videntur; eadem tamen retinenda ſe poſt modum, aut reddunt, aut apparent indigni: vti de Imperatore Galba dicebat Cornel. Tacitus lib. 1. hiſtoriarum: *Maior priuato videtur, dum priuatus fuit, & omnium conſenſu capax imperij, niſi imperaſſet*. Secus quidem Maria, quæ electa Dei Mater, non ſolùm capacem dignamque ſe præbuit, vt fieret: ſed etiam Mater effecta: tanti muneris capax ſemper viſa eſt, & re ipſa fuit ſic ſe gerens, provt Dei ge-

ni-

Lucæ 1. v. 31. Toletus. *Philipp. 2, v. 7. Theod.* *S. Bern. Senenſ.* *S. Tho. Hugo de S. Vict.* *Nyſſen.* *Gregor. Thaum.* *Anſelm.* 4 *Epiphan* *Cornel. Tacit.*

nitricem decebat, adeò vt mererétur locum suum, & fastigium, quia præclara ipsius merita, & studiosæ actiones evehebantur ad gradum meriti æqualem conseruationi maternitatis: ita quidem Andræas Cretensis orat. 2. *de Dormitione Virginis*; ac si præfata Taciti verba de Galba ob oculos haberet Virginem, sic alloquitur. *O omnium hominum Domina; & capax ipsius Sapientiæ, & Verbi, quod consistit, quo I est primum, & principale, & causa omnium*: Obserua illud *capax ipsius Sapientiæ, & Verbi*: ideſt, digna, apta idonea Mater Dei & tantæ magnitudinis semper capax: sed id piè, & sapienter diffundit Bonauentura *in Speculo Virginis* cap. 5. vbi cum dixisset. *Tu immensissima Maria capacior es cœlis, quia quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo*: Subijcit ad rem, *Si ergo Maria, tam capax fuit ventre, quanto magis mente? Et si capacitas immẽsa fuit gratia plena; oportuit itaque quòd gratia illa, quæ tantam implere potuit capacitatem, esset immensa*: Hæc Bonauentura: Vt videris Mariam omnium consensu capacẽ Maternitatis Dei, cum Mater effecta est, quin illi obijci posset capax imperij nisi imperasset. Vnde signatè, & notanter Methodius in Hypapante ipsam, sic alloquitur. *Tu sola simul cum Deo, eorum quæ Dei sunt, partem habere digna fuisti sola Deum generãs carne indutum ex Deo Patre vnigenite, ac sempiternè genitum*: Vt clarius dixerit Methodius Virginem dignam exstitisse, vt eam, cum Deo Patre partẽ, & dignitatem haberet, vt Deum ex Deo Patre genitum, itidem & ipsa carne indutum generaret.

Andr. Cretens. *Bonau.* *Metho.*

5

Dixeris itidem ineſſe hanc energiam locutioni illi, qua felix illa mulier æquè Dei Filium, & Deiparã collaudauit illis verbis apud Lucam 11. verſ. 27. *Beatus venter, qui te portauit*: Ad quam locutionem dum merito ambigis; cur fœmina, quæ Filium, & Matrem celebrare voluit; non dixit, quod facilius, & opportunius videbatur Beata Mater, quæ te genuit, aut beatus vterus, qui te concepit, sed signatè, & quæsito dicendi modo, *qui te portauit*? ad manum responsio est; mulierem illam non tantum voluisse Mariam inde prædicare, quod Mater Dei simpliciter esset; nisi etiam notanter adderet dignam, decentem, & opportunam tanti Filij Matrem fuisse: Nimirum eam omnino vim habet vox siue potius imago *portandi*, vt significet onus, siue pondus siue materiale, siue spirituale illud sit, quod humeris impositum, ita illis commensuratur, vt ei ferendo suppares sint; siue quod illis debita proportione, & iustâ mensura respondeat: ad modum quo ille dicebat: *ve sandum diu, qui I vel ant humeri, quid ferre recusent*: Sic de iusto peccati supplicio, ideſt, de pœna illi debita, & respondente dixit Ezechiel 23. verſ. 35. *Tu quoque porta scelus tuũ*, & eodem sensu Apostolus: *Vnusquisque onus suum portabit*: ad Galat. 6. verſ. 5. Filij Dei autem omnipotentiam, qua valet omnia gubernare, & in fines suos facilè dirigere, sic ipse significauit, *portans omnia Verbo virtutis suæ*: ad Hebræos 1. verſ. 3. sed ad rem: nostrum sensum expressere, tum Seneca consolatione ad Marciam loquens de Marcello, qui fuit illa magna Romæ, & libertatis spes, cum dixisset: *Octauiã Marcellum amisit, cui & avunculus, & socer incumbere cæperat, in quem onus imperij reclinaret*, post multas laudes subijcit, *patientem laboris, voluptatibus alienum, & quantumcumque imponere illi avunculus, & vt ita dixerim ædificare voluisset, latum*, tum Albinouanus ad Liviam Augustam.

Horat. Ezech. 23 verſ. 35. Galat. 6 v. 5. Hebr. 1. v. 3. Seneca.

Impositum te alto fortuna: locumque tueri
Iussit honoratum. Livia perfer onus
Ad te oculos, aureſque trahis: tua facta notamus,
Nec vox missa potest Principis ore tegi.

Aluino.

Hinc ergo iam videris accuratè dictũ Beatus venter, *qui te portauit*: ac si dictum fuerit, qui tibi, Dei, scilicet, Filio, & Deo vero concipiendo, & gignendo suppar fuit, quin immenso Diuinitatis põdere inclinatus defecerit: scitè id perstringente Chrysologo, sic enim inquit serm. 143. *Verè benedicta Virgo, quæ Matris pertulit dignitatem*: obserua eum dicendi modum *pertulit dignitatem* illi persimilem *perfer onus*; qui lucem accipit à sententia illa Tertulliani lib. de *Patientia* cap. 1. *Bonorum quorumdam, sicut & malorum intolerabilis magnitudo est*: recusantibus nimirum humeris impar

Luc. 11 v. 27. *Chrysol.* *Tertul.*

pon-

pondus: vt appareat; Virginis merita ea fuisse; quibus perferre Matris Dei dignitatem posset, ita quidem exprel sit hunc sensum, sicut & phrasim portandi, S. Thomas 3. p. q. 2 art. 11. ad 3. inquiens. *Beata Virgo dicitur meruisse portare Dominum omnium, non quia meruit ipsum incarnari, sed quia meruit ex gratia sibi data illum puritatis, & sanctitatis gradum, vt congruè posset esse Mater Dei*: ita ille.

S. Tho.

6

Præiuit verò omnibus in asserenda, & explicanda hac Mariæ dignitate S. Gregorius Thaumaturgus præfato serm. 2. de *Annunciatione*: vbi postquã Virginem, valdè piè, & sapienter, sic fuisset allocutus *Quoniam & tu sancta omni humana natura glorioſior, ac purior, sanctiorque effecta es, ac niue quidem candidiorem habens mentem; quouis autem auro, quamtumuis probato purificatum magis corpus*: ipsam subinde cũ firmamento, & throno Ezechieli ostenso, in quo similitudo hominis erat (dicente Vate: *Et similitudo super capita animalium firmamenti, quasi aspectus cryſtalli horribilis* cap. 1. v. 22. & vers. 26. *& super firmamentum, quod erat imminens capiti eorum, quasi aspectus lapidis ſapphiri ſimilitudo throni, & ſuper ſimilitudinem throni ſimilitudo, quaſi aſpectus hominis deſuper*) hunc in modum componit. *Perspicuè igitur Propheta natum ex sanctissima Virgine in figura, ac vmbra cernebat, quam tu Sancta Virgo portare non posses, nisi omni gloria, atque virtute coram ipso refulgeres*: Ecce tibi Mariam, firmamentum, thronumque cœlestem, vt omni gloria, atque virtute refulgentem; ita immensum Diuinitatis pondus valentibus humeris portantem, cui cogitationi dissertissimè subscribit Bernardus serm. 3. super salue Regina, inquiens: *Omnibus firmamentis firmius firmamentum, tu Domina; quæ Dominum cœli concepisti: portasti, & non defecisti*: Opportunè *portasti, & non defecisti*: quod is, qui *portat omnia verbo virtutis ſuæ*, sic æquum viribus tuis pondus fuerit, vt portare illum posses quin deficeres; humeris non recusantibus, tam immensæ dignitatis pondus, dum ex gratia tibi data meruisti illum puritatis, & sanctitatis gradum, vt congruè posses esse Mater Dei: vt dicebat S. Thomas. Vnde rursum idẽ

Gregor. Thaum.

Ezech. 1. vers. 22. & 26.

Bernar.

S. Gregorius Thaumaturgus cum alluſione ad verba Pauli: *Portans omnia Verbo virtutis ſuæ*: inquit. *Sola fert eum, qui Verbo portat omnia*. His omnibus mirè concinit S. Sabbas in Menæis Græcis die 2. Iulij, Canon. 2. de Virginis veste Constantinopoli asseruata, inquiens. *Te Conditor noſter, ceu inæſtimabilis gloriæ firmamentum à ſeſe conſolidatum, ô Deipara! Diuinorum virtutum ſplendoribus velut aſtris peromauit, quibus tu lucem tuam propagas vſque ad fines vniuerſi*: Sic S. Sabbas; obserua illa: *firmamentum à ſeſe conſolidatum*: vt videlicet tanto esset ponderi suppar; librante Artifice robur, & vires cum dignitatis onere quod Virgo esset portatura.

Gregor. Thau.

S. Sabb.

7

Quo sanè facit nihil apud PP. frequentius, quàm Mariam componere cum rubo ardente, & incombusto, de quo Exod. 3. vers. 2. sic Thodorus in orat. de Natiuitate Domini in Concilio Ephesino, & Proclus oratione itẽ de Natiuit. Hesychior orat. 2. de Deipara, Chrysipp. orat. de Deipara, S. Ephrẽ in Laud. B. Virg. Theophanes Hymno de Annunciatione, Bonau. in Lau. Virg. num. 7. quibus mirè faueat, Philo Hebræus, dum in ipsamet flamma Virginem videtur depinxisse, sic apud Lippomanũ in Catena, inquiens: *In media verò flamma forma præſtantiſſima viſa eſt, quæ nulli harum rerum, quæ videntur, esset ſimilis, diuiniſſimum ſimulachrum*: Sed enim cum in ratione componendi Mariam, cum rubo incombusto vnusquisque PP. in suum abit, dum alij ad puritatem: alij ad lenitatem, & benignitatem, quam Deo ignito, & excãdescenti ens est in peccatores inspirauit: de quo nos alibi: ille nobis sensus perplacet S. Germani Constantinopolitani ad immensam, & ineffabilẽ Mariæ virtutem, & dignitatem referentis, quæ Deum qui *ignis cõſumens eſt*, Deuter. 4. vers. 24 virtutum fortitudine portare potuit: sicut dicebat Bernardus *portaſti, & non defeciſti*, sic enim Germanus. *Nec rubus inconſumptus, & illæſus ſua vi in igne perdurauit, ſed propter Mariam, quæ in mortali, & ad corruptionem prona natura ignem Deitatis portauit*: Sic germane Germanus valentissimos virtutum humeros Virgini tribuens, qui Deita-

Exod. 3. v. 2. Theodo. Proclus. Heſych. Chryſip. Ephrem. Theop. Bonau. Philo.

Deut. 4. v. 24.

Germa.

tis

tis ignem, cui omnes Angelicæ potestates impares sunt, portare valuerũt: adeò vero ignis tubum, non læsit, vt ipsum potius coronauerit subiicientẽ Basilio Seleucensi orat. 9. *Ecce ignem monstrat in rubo ardentem ignis effectu sepositò; quippè flos igne coronatur, vilisque planta luccensa flammæ obsistit*: est verò valdè ad rem ignis imago; cuius natura est, rem vndequaque ad combustionem comprehendere, quin pars vlla elabi possit, vt contemplari possis totam Virginem, animum, corpus potentias, sensus Deitatis flammam sũstinentem: nec portantem modo, sed ab ipsa palmam, & coronam referentia: vt videlicet, vt animus Diuinitatis capax; ita omnes sensus, potentiæ, mẽbra, Deitate digna, & à Deitate coronata videantur.

Basilius Seleu.

8

Firmat hæc omnia Salomon de Diuina Sapientia carnem ex Maria suscipiente dissertissimè affirmans, Prou 9. vers. 1. *Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem*, vti hæc verba ad Mariæ domum omnes pœne PP. vno agmine facti referunt: vt S. Ignatius M. epist. ad Philippẽsis, Athanasius orat. *contra Arrianos*, Georgius Nicomedien. orat. *de oblatione Mariæ*, Hieronym. in cap. 7. Isaiæ, Ambros. lib. 2. *de Spiritu Sancto* cap. 8. Augustin. lib. 5. *de Ciuitate Dei* cap. 20. Bernard. serm. 9. *Ex parvis*. S. Pet. Dam. serm. *de Natiuitate Mariæ*, S. Ildeph. serm. *de Assumptione*. Idiota *in contemplatione de Maria* cap. 4. Richard. à S. Laurentio lib. 10. *de Laud. Mariæ*: Nã si aduertis satis accuratè dictum est *ædificauit sibi*: ideſt, dignam se, ideſt, suæ magnitudini aptam, & conueniẽtem; & suæ habitationi, ac deliciis opportunam; tanquam centrum, in quod sua sponte propendens cõquiesceret; & tanquam palatium, in quo maiestatis suæ gloriã explicaret. Vnde ad hæc verba bonus Scholiastes P. Salazarius, cum huius domus elegantiam; ex mundi huius pulchritudine, qui tanquam domus seruis suis à Domino fabricatus est; hunc in modum pensitasset. *Pendè quàm amplam, augustamque domum ignobili seruo ad habitandum Sapientia Dei addixerit. Considera terræ pauimentum, tot graminibus, arbustis, & floribus vestitum, tot pretiosis lapidibus tessellatum. Suspice cœlorum concamerationes, & sublimes fornices syderibus distinctos. Contemplare etiam, quàm lauta splendidaque suppellectili domum istam ornauit.* Subiicit ad rẽ præsentem: *Si ergo Sapientia Diuina domũ cuidam seruo construens, tantopere magnificentiam suam ostentauit, tantã molem condidit, tantam copiarum suarum vim profudit; quid illam præstitisse putes, cum non seruo sed sibi ipsi domum Augustam, & palatium opulentissimum moliri aggressus est.* Tandem verò hæc, & plera-que alia, quæ quivis facilè excogitet, sic ille complectitur. *Sat est dicere, Sapientiam ædificasse sibi domum*: Quæ quidem opportunè explicata, siue diffusa videris à S. Bernardino Senensi tom. 2. serm. 51. art 1 his verbis: *Sanè Deus ipse æternus* sic illam *benedictam Matrẽ suam condidit, & sanctificauit in tempore qualem eam sanctam elegit in sua æternitate, & talem, tam nobilitate naturæ, quã perfectione gratiæ condidit Matrem, qualem eam decebat habere suam gloriosissimam Maiestatem, quia in ea, & de ea debebat sumere; quod in æternum sibi esset vnitum vnitate personæ*: Hæc Bernardinus.

Prou. 9. v. 1.

Ign. M. Athan. Georg. Hieron. Ambros. August. Bernar. Pet. Da. Ildeph. Idiota. Richar.

Salazar

Bernardinus.

Sed quonam modo (inquis) creata domus Creatorem capere, aut sustinere potest? nonne suo etiam modo hic locum habeat Salomonis ad Deũ oratio: *Si cæli cælorum te capere non possunt quanto magis hæc domus, quam ego ædificaui*, 3. Reg. 8 vers. 27. ita quidem ad nuntium de tanto habitatore venturo, domus ipsa contremuit; & turbata est in salutatione Angeli, quasi cœlesti hospiti omninò impar. Sed bonus ille nuntius timorem hunc excussit dicens. *Ne timeas Maria*: & statim *Spiritus Sanctus superueniet in te*, &c. Lucæ 1. vers. 35. vt dixerit immẽsum illud robur, & diuinas vires ad sustinendum tanti hospitis pondus, quas requiris, ipsemet Diuinus Spiritus abundè tibi impertietur, vt diuino huic Matris Dei muneri suppar euadas: ita id ad hæc verba expendẽtibus PP. Et primum quidem Chrysologus serm 142. sic ait: *Audisti fragilem nostræ carnis naturam ad portandam totam Deitatis gloriam Angelica exhortatione roborari? Denique ne tanto ponderi cœlestis fabricæ in Maria subtilis nostri corporis arena succumberet, & in Virgine totius generis humani portatura fructum*

9

3. Reg. 8 v. 27.

Lucæ 1. v. 35.

Chrysol.

virga

virga tenuis frangeretur, fugatura metum vox Angeli præcessit. Ne timeas Maria: Hæc ille. Sed quare non timeret? quæ nescire non poterat, nullam inueniri posse, tam magnificam domum, & si firmissimis innixa fuisset fundamentis, quæ cœlesti habitatori foret idonea quin eius moli, non succumberet? Respondet Angelus. *Spiritus Sanctus superveniet in te*: & ne collapsa ruant subductis tecta columnis excidet ad firmitudinem *columnas septem*: Audi Athanasium; & Sapientem illum Idiotam: Etenim prior ferm. *de Sanctissima Deipara*, ita loquitur: *Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus, & obumbrauit Virtus Altissimi corroborans eam, & Diuinæ vmbræ imaginem induxit, vt indelineamentis collectis videre posset, quatenus possibile est, Deum formæ expertem in se concipi.* Hæc illo latius à nobis alibi expensa; & iterum expendenda: Sed tamen obserua illud *corroborans eam*: vt firmissimis columnis innixa domus, quãtam quantam molem posset sustinere. Quod sic explicatissimè dixit, Idiota lib. de *Contemplatione Mariæ* cap. 4. *Quia corruptæ erant omnes, & peccato vacillauerant, ideò te gloriosissimam Virginem Mariam ædificauit in domum solidam, & fortem, quæ nullo modo vacillare posset: ideò* excidit columnas septem *ad te fortiter, & sublimiter sustentandam: Septem columnæ, quibus firma semper extitisti, sunt septem dona Spiritus Sancti, quæ requieuerunt in te, & nunquam te deseruerunt*: Hæc ille: tam pro præsenti instituto, quàm pro Maria immaculatè concepta peropportuna.

Athan. Idiota.

10 Anselm.

Iam ad patrocinij energiam optimè facit, quod habet Anselmus lib. de Excellentia Virgin. capit. 6. à nobis sæpius adductus, vbi dum disserit, quare Dominus ad opem hominibus ferendam velocior esse videatur inuocato Mariæ nomine, quã ipsiusmet Iesu vnici Filij sui nomine inuocato? sic respondet. *Dicam quod sentio. Filius eius Dominus est, & iudex omnium discernens merita singulorum; dum igitur ipse à quouis suo nomine inuocatus non statim exaudit, profecto id iustè facit. Inuocato autem nomine Matris, & si merita inuocantis non merentur, vt exaudiatur; merita tamen Matris intercedunt, vt exaudiatur*: Sic Anselmus; ad merita Deiparæ referens salutis negotium; quæ optimus Filius maximè reueretur. Nec prætercundũ, quod hinc infert statim Anselmus subijciens. *Itaque si tam vtilis aliquando in subveniẽdo memoria nominis Matris Dei exstitit, non mirum si magnæ salutis afferat fructum frequens meditatio amoris eius si plenam iucunditatem dabit dulci studio cogitata, & recogitata immensitas gaudij eius.* Hactenus Anselmus.

EXEMPLA.

AD Mariæ Matris efficacissimã intercessionem omnio facit, quod in annuis Societatis Iesu anni 1611. Sic habetur: *Comberj Dormienti cuidam obseruata iudicij horribilis species: hinc malum dæmonem cum ingenti volumine, illinc tutelarem Spiritum repræsentauit: Et cum iam accinctus ad sententiam Christus pronunciaturus esset. B. Virgo supplex procumbit eo velut patrocinatura*: Si nihil ille Christi causa fecisset; sua fecisse aliquid, percurrendo Rosario, quod præsentem opem aliquam postularet, proinde mora pœnitentiæ indulgeretur. *Hac ves, sic hominem perculit, vt secuta è vestigio de tota vita confessio, & concepta singularis in Virginem pietas visum non vanum, sed Dei nutu immissum demonstrarit.*

Simile illud in ijsdem Annuis ad annum 1614. *Namurci Adolescens optimo loco natus patrimonio deperdito per ludum, & ganeam ad subsidium dæmonis, & magorum recurrit: ab ijs in sylvam abditam deductus suadetur primum. Numen execrari, obtinetur que*: *deinde execrari Deiparam*: *Quod ille constanter renuit Matrem inquiens Dei, quæ ipsum concipere meruit, & tanto Filio digna fuit quæque peccatorum Aduocata est, minimè abnegabo. Hoc sanè tanti mali remedium fuit: nam in tam pessimo seruo placuit Deo bona in Matrem suam voluntas, quæ pro illo enixè orauit, & exorari passus est, vt non solùm resipiscenti condonaret, sed etiam vt deperditas rei familiaris copias abundè resarciret.*

Nec abs re erit, si bonum Filium Bonæ Matri vicem rependentem, atque

que ad miserendum clienti, cuidã suo pollicientem faciamus. *Nimirum Horatius Tursellinus in vita S. Francisci Xaverij lib. 3. cap. 7. de Ioanne Duro Socio eius sic scribit. Ioannes Durus Francisci Xaverij commoditati serviendum ratus; illo inscio enummorum aliquid à Lusitanis acceperat, quare à Xaverio in pœnam in proximam insulam ad breve tempus amandatur. Durus cum ibi in æde sacra moraretur, Deiparentem (incertum vigilans, aut somnians) & ad aram maximam in pulvino sedentem conspexit; apud eam puer Iesus erat, qui Durum verecundantem, ad Matrem suam pellicere conabatur. Illa primò insensæ similis eum aversari, ac repellere, deinde pacem, ac veniam suppliciter orantem admittere; ad vltimum certis de vitijs admonitum dimittens, simul cum puero Iesu sublimis abijt*: Addit Scriptor. *Quam visionem, cum Durus Xaverio, etiam interrogatus minimè patefaceret. Xaverius vltro singula eidem exposuit.*

MARIA humani generis Aduocata, quæ apta nata Mater Dei est.

ADNOTATIO IV.

1 AVget censum Maternitatis Deiparæ, quod ipsa non vtcumque Mater, sed apta nata ad munus Matris Dei fuerit, & id quidem illud signatè firmat, quod ab hac consideratione divulsum tantisper difficilè redditur: Nimirum Ecclesiam, quæ Diuino Spiritu instruitur in festiuitate Natiuitatis Mariæ eam Euangelij ex Matthæo partem decantare; *Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus*: Matthæi 1. vers. 16. quæ vt Christi natiuitati omninò congruit; ita cum Virginis natali nihil videtur habere commune: Dixerit ergo quispiam: *Bona; sed quorsum?* Quid enim Filij Dei natiuitas ad Mariæ natiuitatem celebrandam confert? De Matris natiuitate nunc agimus, ideò aliquid illius proprium, & consentaneum modo nobis dicito: atque id quod de Filij natiuitate enunciatur ad illius festiuitatem trãsferto: Cuius quidem nodi expeditissima ad manum solutio est. talem tantamque Mariæ sanctitatem, puritatem, & gratiarum immensitatem fuisse; vt ad munus Matris Dei nata, factaque fuisse videatur: Explico me; & hanc cogitationem, sic evolvo, sicut eum virum, qui bellica gloria excellit, ad arma natum: illum, qui civilis doctrinæ apprimè gnarus populos, tam sapienter gubernare novit; vt premere, & laxas sciret dare habenas ad clavum Reip. gerendum, & ad gubernationem natum: sicut & eum qui egregiam operam cultissimo ingenio in litteras navavit ad litteras natum dicimus; ita quidem hac omninò sentiendi, & loquendi forma, immensa virtutum, & meritorum Mariæ dignitate spectata; cum illius ortum celebramus; meritissimo iure dicimus, ipsam ad munus Matris Dei obeundum natam, factamque; congruentia, seu proportione (vt sic dixerim) inter Filium, Matremque servata; ad eum modum, quo Reginæ, quæ non nisi ad Principem concipiendum, & in lucem edendum apta nata est, nõ levem irrogaveris iniuriam: si illam in vulgaris cuiuspiam hominis matrem destinaueris: Quæ quidem fuit egregia Bernardi mẽs adnot. præced. adducti: cum post illa verba: *Deum huiusmodi decebat natiuitas, qua non nisi de Virgine nasceretur*: opportunè adiunxit. *Talis congruebat Virgini partus, vt non pareret nisi Deum*: Notetur quæsita locutio: *Talis congruebat Virgini partus*: planè quasi Virgo ad illum apta conueniens, & opportuna; nata fuerit, nec alijs vsibus aptè mancipanda. Sed hanc cogitationem prius expressit Hieronymus, siue Sophronius serm. *de Assumptione* tom. 9. inter opera Hieronymi: Vbi cum præmisisset. *Ergo Verbum Patris nunquam à Patre discedens homo pro nobis fieri dignatus est secreto suo mysterio, quod ipse novit*: subiecit ad rem: *Et totum retinens, quod Dei est; omninò aliud, quàm Deus, qui natus est ex Maria esse non potuit*: ita ille: & quidem rectè adstruens; aliud quàm Deum esse non potuisse, qui natus est ex Virgine;

Bernar.

Hieron.

Matth. 1. v. 16.

ne; quia *talis congruebat Virgini partus, vt non pareret nisi Deum.*

2 *Ambros.* Hùc illud omninò facit, quod in omnium laudatorum Mariæ ore natat: nempè dixisse Ambrosium lib. de institutione Virginis ethymon nominis Mariæ esse: *Deus ex genere meo*: Sed enim cum huius temporis DD. hoc ethymon accuratius examinare nituntur, & de hac significatione non nihil ambigunt, quasi cum originibus, non benè hæreat: Ego quidem de sono vocis, non multum curans, ad sensum rei me totum converto, vt idem sic, ac ille: *Talis congruebat Virgini partus, vt non pareret nisi Deum*: atque hunc, tam parienti, quàm nascenti vndequaque aptum, & conuenientem, & maturè accommodatum fuisse: Quo sanè modo videtur hanc Ambrosij ethymologiam expressisse Rutilius Benzonius *Benzo.* Episcopus Laurentanus in pulcherrimo opere super *Magnificat* lib. 2. cap. 22. dubio 5. inquiens: *Sicut enim Deus ex Deo est; sic Deus ex Maria, & sicut Deus Deum generat, sic Maria Deum generat*: Sic ille: vt hinc videris, tũ quod iam alibi diximus à Mariæ ortu eam temporis plenitudinem aduenisse, in qua Deus Filium suum misit in mundum, vt de ipsa homo fieret, tum etiã, quod hic contendimus; Mariam ad munus Matris Dei natam, factamque esse: Verum enim verò Ambrosij mentem aptissimè explicauit Fulgentius à nobis alibi adductus; qui hanc congruentiam inter Matrem, & Filium ad Virginis naturam hoc est, ad diuinos illius mores, ornatissimam puritatem, & immensam sanctitatem retulit in libro *contra sermonem Fastidiosi*: hunc in modum: *Sicut indubitanter prædicamus natum; sic vtique prædicamus, & factum. Dicimus enim sine initio natum de corde Patris: dicimus in tempore factum opere Trinitatis. Filium enim suum proprium, & de sua natura Pater genuit, & de natura Virginis fecit*: Hæc Fulgentius: obserua extrema verba: *& de natura Virginis fecit*: Sed quem? ipsum planè filium proprium, quem de sua natura Pater genuit. Cõtemplare ergo eumdemmet Dei Filium, & de natura Patris, quæ ex se ipsa fœcunda ad generandum Filium, sine initio natum; & de natura Matris in tempore factum ad normam, scili-

A cet, artis diuinæ; vt sicut ipse de Deo natura sua generante Deus est; sic & de Mariæ natura Diuinitate afflata Dei Filius sit: *Vt sicut Deus Deum generat: sic Maria generat Deum*: Talis quippè Mariæ natura, & conditio est: & de ipsa sanè apta, & congrua ad Deũ concipiendum, sic ratiocinatur Dionysius Carthusianus lib. *de Dignitate Mariæ* art. 18. *Si creatura aliqua, nò tantum consimilis, sed eiusdem quoque cum Deo productrix sit germinis haud dubium eam Diuinitati similimam effectam*: Sic Dionysius.

B Quò itidem referre fuerit operæprætium peculiares illas translationes verborum Salomonis, Prouerb. 8. vers. 23. *Ab æterno ordinata sum*: quarum alibi de Maria forma Dei agentes mentionem fecimus, dum LXX. apud Ianseniũm legunt *formata sum*: ex Hebræo autẽ alij apud Rabbi Dauid; sic atteſtante Chrysogono in mũdo Mariano discursu 8. n. 11. *A sæculo conflata sum*; quod in idem recidit; vt Maria à Deo velut in conflatorio formata sit; vt forma Dei ad formandum esset: vti hæc verba paraphrasticè effert idem Rabbi Dauid hunc ad modum. *A sæculo conflatilis in morem imaginis, quasi per fusionem quamdam bonam in formam composita fui*: vt videlicet forma essem Summi illius; æternique Boni, id enim fuerit *bonam in formam*: subscribente huic sensui S. Ildephonso serm. *in Natiuitate Virginis*, dum Virginem alloquens inquit: *Lacta eum qui fecit te: qui talem fecit te, vt ipse fieret in te*: vt iure dixeris. Mariam à sæculo conflatam, seu formatam peradmirabilem, & inexplicabilem quandam gratiæ fusionem, donorumque omnium cœlestiũ, charismatumque effusionem; vt forma Dei esset: vt proinde nata, & formata dicatur ad munus Matris Dei, qui Mariam talem fecit; vt ab ea talis fieret. Concinit huic sensui peropportunè S. Isidorus Thessalonicensis nuper Latinitate donatus à meo Hyppolito Marrachio, iuxtà litteris ac virtute illustri orat. in Annunciationem Virginis: vbi premens verba illa Salutationis Angelicæ: *Dominus tecum*: ex persona Angelici, sic diffundit. Dominus tecum: *Insolito quodam modo, quem oculus non sensit, cui fores non pa-*

3 *Prou. 8. v. 23.* *LXX* *Lectio Hebr. Chrisog.* *Ildeph.* *S. Isido. Thessal.*

tuere

tuere aurium quique in cor hominis ne-
quaquã poteſt aſcendere. Tecum *enim;*
quia propter affulgentẽ ſacratiſsimæ tuæ
animæ ſpeciẽ, ineffabilis Deus diuinæ na-
turæ radios in homines exſpandit: propter
ſplendidiſsimã virtutis tuæ pulchritudi-
nẽ induet ſe tua forma, quam adamavit
immaculatus tuis vnitus ſanguinibus: &
ſtatim exclamans pergit. *O inauditum*
myſteriũ! propter te fiet ex te, quod non
erat: & totã tuam gerens imaginem, &
ſuã Deitatẽ non deponens: Hæc ille: ob-
ſerva illud: *induet ſe tua forma:* & iſtud:
totam tuam generens imaginem: quibus
tantũ non affirmat Iſidorus Mariã for-
mã Dei fuiſſe, propter ſplendidiſsimã
virtutis ſuæ pulchritudinẽ: atque ip-
ſius imaginẽ Dei Filium libenter ge-
ſtaſſe. A quo non it Damaſcenus orat.
Damaſ. 1, *de Nativitate Virginis Mariæ*, exclamans. *O divinũ, ac vivum ſimulachrũ!*
ad quod Opifex Deus inventus eſt, men-
tem quidẽ divinitus gubernatam habens;
ac ſoli Deo operã dantem: Sed & hùc in-
tentus præfato loco Hieronymus, ſiue
Sophronius Mariam, cũ regia purpu-
ra cõponens, inquit de ipſa *purpura ve-*
riſsima ad indumentum, & gloriam ſum-
mi Regis diuinitus aptiſsimè dedicata, vt
nulli deinceps ea vti licuerit niſi Deo.
Preme illa *divinitus aptiſsimè dedicata:*
ideſt appoſitè concinens; & vndequa-
que conveniens Divinitati Filij Dei;
atque illius vſui omninò facta.

4 Concinit huic cogationi perbella
imago Salomonis illis verbis affixa,
Prover. 25. v. 11. *Mala aurea in lectis argenteis verbũ di-*
ctum in tẽpore ſuo, Prov. 25. v. 11. qua
Mariæ idoneitatẽ; atque aptiſsimam
formam ad excipiendum in vtero ſuo
Verbũ Divinum ex Philippo Abbate,
iam pridẽ alibi aliud agentes expen-
dimus. Sed obſerva hæc verba à Chal-
Chald. Vatabl. Pagnin. LXX. dæo, & Vatablo transferri: *Verbũ di-*
ctum opportunè, & à Pagnino *cũ modis*
ſuis: LXX. verò hanc ſententiam ſic
afferre: *Malũ aureum in monili Sardio,*
ſic dicere Verbum: nec minus appoſitè
Pet. Galat. alios, apud Petrũ Galatinum lib. 1. *de*
arcanis cap. 6. ex Hebræo legere: *Po-*
ma aurea in celaturis argenteis Verbum
dictum ſecundum ambas facies ſuas: vt
nimirũ ſumpta ſimilitudine de malo
aureo in pretioſiſsimo argẽti vaſe ap-
tè, & eleganter incluſo; vel à cæſuris
argenteis, ſeu foraminibus in argento
inciſis, in quo aurea poma includũtur;

A ſiue tandẽ à pervulgato modo expo-
liendi aurũ (Hiſpanè dicitur *Eſmaltar*,
& *eſmaltes*) dum candidis lineamentis
aurũ, ſiue èconcontra aureis argentũ de-
coratur, nobis deſignet Salomõ, Ver-
bum Divinũ valdè conuenienter, op-
portunè, & *cũ modis ſuis* humanã car-
nem à ſanctiſsima Virgine ſumpſiſſe,
quòd ipſa à Sancto Spiritu, vt dignum
tantæ maieſtati habitaculũ fuerit præ-
parata; ſcitè in hunc ſenſum inflectẽte
B hæc verba Philippo Abbate tom. 2. in
Philipp. Abb. Cant. ad finẽ; vbi cum Deipará allocu-
tus dixiſſet. *Tu es tabernaculum in Sole*
poſitũ, de quo vtique tabernaculo Filius
Dei proceſſit, tanquã Sponſus de thalamo
ſuo: ſubijcit pro re noſtra. *Viſcera tua*
ſunt lecti argentei, in quo malũ illud au-
reũ eſt; de quo Salomon ait: Mala aurea
in lectis argenteis Verbũ prolatum in
tempore ſuo: *Non enim potuit digniori,*
C *& clariori comparatione pronunciari*
nativitas ſpecialis Vnigeniti Filij Dei.
Malum quippè prolatum in lectis argen-
teis Verbum eſt caro factum in viſceribus
Virginis: Hæc Philippus; obſervatione
digna.

Pende ergo id: *Non potuit digniori,*
& clariori comparatione pronunciari na- 5
tivitas ſpecialis Vnigeniti Filij Dei: Sed
quare non potuit *clariori*? cur non po-
tuit *digniori* comparatione pronuncia-
ri? De primo quidem expeditiſsima ad
D manum reſponſio eſt ex illa LXX.
lectione: *Malũ aureum in monili Sar-*
dio, ſic dicere Verbum: Ea quippè eſt na-
tura, ſeu ſpecies pretioſi lapidis Sar-
dij, vt quod ipſi ſoli inter gemmas
omninò conuenit, humanam carnem
Plinius. ad vivum repræſentet; vt ex Plinio
lib. 37. cap. 6. ſic affirmat Magiſter
meus P. Ludovicus del Alcazar, quẽ
honoris mei cauſa nomino in cap. 21.
Apocal. Apocalyp. verſ. 20. notatione 12. de
E *Sardio. Conſtat proprium ipſius colorem*
eſſe ad translucidæ carnis ſimilitudinem,
atque hanc diffinitionem pariter, ac ſi-
militudinem ei gemmæ præſcribit Pli-
nius, & quicumque conſideratus homo
cornerinã aliquam, ſiue Sardiam ex pre-
tioſioribus in manus ſumpſerit, facilè
advertet, nativum ipſius colorem, ac
ſimilitudinem eſſe inſtar carnis perſpi-
cuæ, ac pellucidæ, non aliter, quam ſi
humana caro nativo manente colore in
gemmam translucidam abijſſet. Vnde Pli-
nius de gemma Sandonyche agens, ait:

Olim intelligebatur candore in Sarda, hoc est velut carnibus vngue hominis impositio, & vtroque translucido. Hæc omnia ex Plinio Alcazar. Ex quibus vides, nihil clariùs significare potuisse Vnigeniti Filij Dei ex Maria incarnationem, quam *malum aureum in monilio Sardio* candore velut vngue carnibus hominis impositio, & vtroque translucido: diuina videlicet natura, quæ *candor est lucis æternæ*, Sapientiæ 7. vers. 26. cum humana in vnam personam coeuntibus, & altera ab altera mirum in modum collucentibus: Iam verò quid aptius, siue accommodatius? aut opportunius ad Mariæ dignitatem commẽdandam excogitaueris, quam eam gemmam, quæ nõ cuiuslibet humanæ carnis imaginẽ gerit, sed illius, quæ perspicua, atque perlucida nativo manente colore in gemmam translucidã abierit; vt Maria, humanæ quidẽ naturæ fuerit, sed eius tamen, quæ à virtutibus, & excelsitate meritorum dignitate Deo plena siue proxima Deo fuerit; *quam velut ignis ferrum Spiritus Sanctus totam decaxit* (sic S. Ildephonsus serm. 1. de Assumptione) *incanduit, & ignivit; ita vt in ea Spiritus Sancti flamma videatur, nec sentiatur, nisi tantum ignis amoris Dei*: vt omni ratione apta nata Mater Dei fuerit: ita sapienter hæc omnia firmante S. Bernardino Senensi sæpiùs adducto. *Sanè Deus ipse æternus, sic illam benedictam Matrem suam talem condidit, & sanctificavit in tempore, qualem eam Sanctam elegit in sua æternitate: & talem tam nobilitate naturæ, quàm perfectione gratiæ cõdidit Matrem, qualem eam decebat habere suam gloriosissimam Maiestatẽ; quia in ea, & de ea debebat sumere, quod in æternum sibi esset vnitum vnitate personæ*: Hæc Bernardinus. Vbi appositè dictũ est: *talẽ perfectione gratiæ condidit Matrem, qualem eam habere decebat*: vt videlicet, *malũ* aureum eleganter, & opportunè in monili Sardio collocaretur.

Sap. 7. v. 26.

Ildephõs.

Bernar. Senens.

6

Habet verò in hãc rem perpulchrã epitasim illa lectio Hebræa, cuius meminit Petrus Galatinus: *Poma aurea in celaturis argenteis verbum dictum secũdum ambas facies suas*: ideſt, *Verbũ caro factum*: vt videlicet Maria *secundum ambas facies* Christi; diuinam nẽpè, & humanam propriè digna, & apta nata Mater Dei fuerit: nec solum habuerit consonantiam, & aptitudinẽ cum humanitate Christi; cũ illa, scilicet, quæ Diuinitate inuncta, & plena; in qua *sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei*; sed etiam cũ ipsamet facie diuinitatis: Quem sanè gustum omninò habent ipsiusmet Filij Dei mundũ ingredientis ad Patrem Sũmum verba à Regio primum Vate; deinde verò a Paulo ad Hebr. 10. vers. 5. relata: sic enim Apostolus. *Ingrediens in mundum dicit. Hostiam, & oblationẽ noluisti, corpus autem aptasti mihi*: Vbi observa Græcum verbum *Catartizo*, quo vsus est Paulus, & quod vulgatus opportunè trãstulit *aptavit*, propriè significare, aptè, & congruenter quid vis suo loco aptare, ita vt pars parti, & totum toti cõcinne & aptè congruant (vt sæpè sæpius monuisse me memini, quod hic Pauli locus, siue ad plura fidei dogmata stabilienda, siue ad formandos mores valdè opportunus sit) vnde tam hìc, quàm alijs in locis frequenter ab interpretibus vertitur *perficere*: sicuti apud Vatem hæc eadem sentẽtia habetur: *Aures autẽ perfecisti mihi*, Psal. 39 v. 7. & apud Matthæum 21 16. ex Psal. 8. v. 8. *Perfeciſti laudem*, & 1. ad Cor. 2. v. 10. *Sitis perfecti*, & 2. ad Corint. c. vlt. v. 11. *Sitis perfecti*, quod nimirum tunc res perfecta & omnibus suis numeris absoluta redditur, cum concinne, & aptè cõponitur, siue muneri, quod gerit obeundo dispositа cõgruenter est: Vnde iam ad sensum Vnigeniti Dei mundum ingredientis animũ intende; ergo ipse à Paulo magna vrbanitati Sũmo Parenti gratulabundus inducitur, quod talẽ sibi Matrẽ præparaverit, quæ ipso *secundũ ambas facies* digna, & apta fuerit: Eum enim sensum omninò habet id: *Corpus aptasti mihi*: Tuo videlicet Vnigenito, Deo de Deo, Lumini de lumine corpus ex Maria congruum aptum, & conueniens dedisti. Sed ò mirũ! Humanũ Diuino? terrestre cœlesti? mortale immortali, caro, Deo aptari, seu cõgruè, & cõuenienter hærere, & adiungi potuit? ita quidẽ pulchrè exclamante in superioribus adducto Gregorio Nysseno orat. in diem Natalis. *O beatum vterum illum, qui bonitatis præstantia ad se traxit animi bona! in reliquis enim omnibus vix animus*

Lect. Hebr.

Coloſ. 2. v. 3.

Ad Hebræ. 10. v. 5. Lect. Græca.

Pſal. 39 v. 7. Mat. 21 16 Iſai. 8. v. 8. 1. Cor. 2 v. 10. 2. Cor. cap vlt. v. 11.

Baſilius Nyſſen.

purus

S. Isidor.

purus Spiritus sancti præsentiam capit: hic autem caro fit Spiritus receptaculũ: sed aptior huic cogitationi fuerit ea consideratio S. Isidori Thessalonicensis serm. de Natiuitate Virgin. cuius supra meminimus contẽplantis Deũ primò in Maria totius sanctitatis, puritatis, & innocentiæ idæam, & abyssum concipientem, atque formãtem; deinde verò ipsam sibi in Matrem aptantem; quasi *aliter ostendi satis, non posset purissimæ Maiestatem, nisi cum ea intercederet ipsi prima omnium necessitudo:* Ecce tibi *Poma aurea in cœlaturis argenteis Verbum Dei dictum secundum ambas facies suas:* Digna ergo, & opportuna Filij Dei ex Maria carnẽ sumentis vox fuerit *Corpus aptasti mihi;* quod à Matris puritate, & sanctitate Diuinitati maximè congruum, atque consentaneum esset. Sed iam hæc omnia vide, vt sapiẽter diffuderit Venerab. Vverricus affigens huic cogitationi præfata Pauli verba serm. 1. *de Annunciatione* hunc in modũ. *Venientem à regali Sede Patris, Regalis etiam thronus in aula virginali Reginæ suscipit Matris: in ea quippè, & ex ipsa,* Sapientia ædificavit sibi domum: *In ipsa, & ex ipsa paravit sibi thronum: cum in ea, & ex ea* corpus aptavit *sibi, ita ad omnia perfectum, & congruum, vt & domus sit ei ad quiescendum, & thronus ad iudicandum* Hæc ille nostro instituto peropportuna.

Vverri.

A

B

C

D

E

EXEMPLA.

IAm verò vt simul videris pro tanta Matris dignitate æquam Deiparæ auctoritatem subesse, vt thronum misericordiæ secum ferat, vt à Filio misericordiã peccatoribus impetret, & salutẽ corporis, & animæ obtineat opportunum accipe exemplũ à Francisco Bentio in Annalibus Societatis anni 1590. his verbis. *Audite quod propter magnitudinẽ est in plures vulgatum Antonius Iadfredus ex ditione Veneta enormis peccator, miserabili morbo, acerbissimo cruciatu membrorum dies, noctesque miserè vexabatur. Auxerat dolores corporis per quietem species menti obiecta. Viderat se ad Dei tribunal adductum, eoque ferente sententiam, iam mortis exactori datum: Nec propterea animum desoondit: orat Numen, ad delictorum expiationẽ prorogari vitam: & velut emersus somno ad iudicis Matrem confugit, eius patrocinium enixè invocans, vivetque peregrinationem Lauretanam, si suppetat vita. Vix votum nũcuparat, cum medijs in doloribus Dei Genitrix Regali cum corona, pariqueque vestis habitu, ei se spectandam offert: mox procumbentem in genua bonũ animum habere iubet, productamque sibi vitam, neque eo morbo moriturum: Statimque homine appellante domesticos, hortanteque vt vna suum supplices Deiparam venerentur, abijt sublimis, vniversis, qui iam accurrerant ingenti stupore defixis. Non ludibrium oculorum fuisse probavit eventus: ex templo enim expeditus morbo Lauretum contendit, vt voto se exsolvat cæterum, vt contemplatus est simulacrum Virginis, quod numquam antea viderat, nec fando audiverat, quale esset, affirmavit, esse imaginem eius, quam conspexit domi, vt facilè agnosceret acceptũ beneficium Lauretanæ Virgini offerendum.*

Adsimile est, quod Boverius in Annalibus Capuccinorum refert de eximiæ virtutis viro Bartholomæo Cæsenas eius Ordinis, qui magna sanctitatis fama diem clausit. *Qui cum in sæculo inter scelera aliqualem devotionem servaret, Hymno illo* Stabat mater dolorosa, *cotidie venerari consueverat: & quidem eam orationem aliquãdo recitans in exctasim abijt, & in igneum pelagus se deportari vidit, in quo præ dolore Deiparam inclamat, quæ dexteram porrigens Bartholomæum è peleso educit, & eductum, ita affatur:* Adi filium meum, & veniam pete grauium commissorum. *Ille veritus præsentiam iudicis, severitatẽque metuens, multum, refugiebat. Et verò tandem aliquando accedens, semel iterumque graviter repulsus est: donec tertia vice ab ipsa Virgine introductus, sic admissus est, vt promitteret, vitam pœnitentia meliorem reddere. Quod Virginis ope executioni mandavit.*

(.˙.)

MARIA humani generis Advocata, quæ adeò apta nata Mater Dei est, vt Dei Filius ab ipsa, tanquam ab arbore naturalis fructus prodierit.

ADNOTATIO V.

1 PRoximum quidem argumentum ijs, quæ in superioribus dedimus; quod ea omninò confirmet, imò & altiùs attollat iam aggredimur: enim verò si præfatum argumentum de opportunissima Mariæ aptitudine ad ineffabile munus Maternitatis Dei singillatim persequi velimus explicantes splendorem, & maiestatem eius formæ, quæ ex pulcherrimo omnium virtutum comptu, & ornatu subsistit; necesse quidem foret, vel ad primam tãtæ excellentiæ, & venustatis lustrationem hærere, mentis acie ab ipsius fulgore repercussa, cum vel ipsemet cœlestis Sponsus, in quo sunt thesauri Sapientiæ, & scientiæ Dei, postquam eius pulchritudinem pẽsiculatius depinxisset, persecutus eius laudes ex ijs, quæ manifesta in illa patent, vt ab oculis, à maxillis, à labijs, à dentibus, à capillis, & collo; semel, atque iterum notanter adiecit: *absque eo quod intrinsecus latet*, Cantic. 4. vers. 3. & cap. 6. vers. 6. quasi interius illud sacrarium, & inexhaustus puritatis, & sanctitatis thesaurus nec cogitatione cõprehendi, nec verbis, aut vivacissimo penicillo exprimi valeat, benè id adnotãte Ruperto lib. 3. in Cãtica, cũ inquit: *& hæc vera pulchritudo est*: absque eo, quod intrinsecus latet: *quod solus in te Deus novit nobis autem, quia inexpertum, idcircò ineffabile, imò excogitabile est*: Sed enim benè est, hanc interiorem Mariæ dignitatẽ, & si à priori, & in se ipsa, nec dignosci, nec pẽsitari possit; at à posteriori (vt aiunt) haud difficilè cognosci, & explicari, valet dum latens intrinsecus splẽdor ab effectu foras prodeunte relucet: Enim verò quidquid excelsum, sublime ac profundum reverenti silentio obtegebat quasi ineffabile Spõsus; id omne vnico verbo nobis Elisabeth facilè revelavit, cum Dei Filium fructum vẽtris MARIÆ appellavit; salutationem eius sic adornans: *Benedicta tu in mulieribus; & benedictus fructus ventris tui*, Lucæ 1. vers. 42. notantissimè Dei Filium fructum Mariæ appellãs; maiori planè emphasi; quam si Filium dixisset: Nimirum, & Filius à Matre, & Mater à Filio variare possunt; at fructus ab arbore omninò nequit discrepare, quin arboris naturam, & indolem necessariò ostendat, cum sit causa naturalis determinata ad fructum: ipsomet Dei Filio, ac si pro Matre fideiuberet, hoc argumentum sic vrgente, Matthæi 12. vers. 33. *Siquidẽ ex fructu arbor cognoscitur*: & apud Lucam cap. 6. vers. 43. *Non est enim arbor bona, quæ facit fructus malos; neque arbor mala faciens fructum bonum. Vnaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur*: In quæ verba Chrysostomus hom. 43. in Matthæum notanter observat, fortiorẽ argumentationem confici à fructu ad arborem cognoscendam, quam ab arbore ad fructum; quod hæc in fructu proferendo errare, aut variare aliqua de causa possit; fructus verò, alius ab arboris natura esse nequeat: ita enim ille: *Etenim arboris diiudicatio ex fructu apparet: non fructus ab arbore: & si enim arbor, fructus est causa; sed tamen fructus, arboris est demonstrativus*: Vnde quidem Hieronymus in locum Matthæi, hæc Domini verba quibus ipse redarguit insanam Pharisæorum calumniam, qua Christi miracula ad falsas dæmonis artes referebant; syllogismũ inevitabilẽ cõtinere facta argumentatione ab arboris fructu, ad arboris naturam sic affirmat. *Constringit illos syllogismo, quẽ Græci vocãt* aphycton: *nos inevitabilem possumus appellare, qui interrogatos hinc, inde concludit, & in vtroque cornu premit. Si, inquit, diabolus malus est, bona opera facere nõ potest; si autẽ bona sunt, quæ facta cernitis, sequitur, vt nõ sit diabolus, qui illa fecit: neque enim fieri potest, vt ex malo bonũ; aut ex bono oriatur malum*: Hæc Hieronymus.

Ergo; qui ad Mariæ laudes celebrandas *sexcentas linguas, & totidẽ ora habere*, cum Damasceno orat. 2. de Assumpt. siue *cataractas cœli, & fontes*

2

Cant. 4. v. 3. Cant. 6. v. 6.

Rupert.

Lucæ 1 v. 42.

Mat. 12 v. 33. Lucæ 6 v. 43.

Chrysost.

Hieron.

Damas.

abyssi in eius obsequium solvere cupiebis cum Petro Cellēsi lib. 6. epist. 23. qui cū Bernardo serm. 2. super Salve, ita *elevatam eius magnificentiam super cœlos, & super omnem terram gloriam eius existimabas, vt neque in cœlo inveniatur creatura, quæ eius magnificentiam dignè laudare queat, neque in terra sit, quæ gloriam eius exprimere valeat*: quique cū S. Theophane in Menæis Græcis dicebas: *Omnes hominum linguas in vnum collectas, Angelorum itē ora digna prædicatione ipsam nequaquam prosequi posse*: quique constanter affirmabas ipsam aptam, & idoneam Dei Matrem esse ab omnimoda gratiæ plenitudine, atque ab ea sanctitate, qua maior sub Deo esse nequeat; ita vt quædā cum Diuinitate affinitas, quæ creaturæ limites nō excedat; ipsi subesse quodammodo videatur: iam cōtentus esto, si hæc omnia, & quæcumque alia mens humana, vel Angelica excogitare poteſt, verbis hisce B. Elisabeth expressēris, quibus Dei Filium fructū ventris Mariæ appellaveris: *Siquidem ex fructu arbor cognoscitur*: & (vt aiebat Chrysostomus) *fructus est arboris demonstrativus*: Ita quidem Eucherius; siue Eusebius Gallicanus homilia in *Vigilia Natiuitatis*: absolutissimè dicebat: *Quæritis: Qualis Mater? Quærite prius, qualis Filius fuerit*: vt videlicet à fructu cognoscatis arborem; *Etenim arboris diiudicatio ex fructu apparet*. Hinc B. Amedæus hom. 1. de Laud. Virgin. cum Mariam laudādam, & prædicandam suscepisset; sic se totum ad laudandū Christum eius Filium de industria conuertit, quasi in ipsius omninò laudibus orationem, & instituere, & consumere vellet: cumque sic sibi obiecisset. *Sed quid agimus? Ecce dum benedictam in mulieribus prædicare cupimus, fructum eius benedictū attollimus, & dum quærimus laudare speciem arboris nimia fructus dulcedine retinemur?* statim pro se, & scopo sibi proposito, sic adductis præfatis Domini verbis respōdet. *Omnis arbor ex fructu suo dignoscitur; & ex propria vbertate pensatur: vt palma ex dactylorū suauitate; vitis ex vini liquore; oleaster ex olivæ pinguedine: ita nimirum laus nati, genitrici exuberat, & honorem puerperæ partus divinus accūmulat*. Hæc ille peropportunè ex diuino fructu Dei Filij; gloriosam Mariæ Matris laudationē adornans: Quem sensum videtur expressisse Richardus à S. Victore in Psal. 71. pulchra illa exclamatione, tam in Arboris, quàm in fructus laudem. *O puritas mentis! ò fœcunditas ventris! ò summa puritas! ò singularis fœcunditas! Quam beatus fructus ventris, tam gloriosa puritas mētis*: vt videlicet ex beato vētris fructu, gloriosam Mariæ puritatem cognoscamus, tanquam arborem ex fructu, quasi is nonnisi à tam excellēti planta posset pullulare.

His concinit Salomon Sapientiæ 7. vers. 25. de Sapientia Dei, siue increata, vt plures ex PP. interpretantur; siue incarnata (vt opportuna Ambrosij explicatio fert lib. *de Noe* cap. 31.) inquiens. *Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei sincera*: vbi Græca vox *atmis* vapori respondens propriè significat vaporem ex vnguento, & floribus, rebusque odoriferis virtute ignis elicitis: siue etiam halitum, & spirationem, siue respirationē ab ore procedentem: egregio quidem sensu; vt quemadmodū ex vapore, siue odore cognoscimus vnguentum pretiosum, à quo efflatur; ita ex Dei Filio homine facto, tam æternum Patrem; quàm sanctissimam eius Matrem possimus, tanquam ex fructu arborem iudicare: atque vt ipsemet Dominus Philippo dicebat. *Qui videt me, videt & Patrem*, Ioan. 14. vers. 9. itidem dicere possimus, qui videt Filium, videt & Matrem: Qualis videlicet, & quanta ipsius dignitas, & excellentia sit; quātaque meritorum, & virtutum sublimitate Diuinitati proxima, non secus, ac vapor, qui vi influentis caloris, aut à floribus, aut ab vnguento pretioso emittitur, flagrantiam illam ipsum procreantem arguit sicut hanc imaginem illustrat hac de re agens Eusebius Cæsariensis lib. 4. *demonstrat. Euangelicarum* cap. 3. hunc in modum: *Nam ex benè olenti corpore, verbi gratia, ex vnguento aliquo, aut etiam ex floribus, atque odoramentis, quæ de terra nascuntur benè olens quidam flatus præter illud primū subiectum corpus in omne, quod extrinsecus ambit, profunditur; ac dum latius resunditur ipsum quoque aërem complet; non sanè privatione aliqua, aut diminutione, aut sectione,*

Pet. Cellens. Bernar. — Rich. à S. Vict. — Theoph. — 3 Sap. 7. v. 25. Ambros. — Chrysost. — Euseb. — Amed. — Ioan. 14 v. 9. — Euseb.

ut diuisione eius, quod primum subiectum est corpus, sed illo manente in propria sede, & eamdem penes se conseruante naturam, fragrantiamque illam procreante: Sic Eusebius: Contemplare ergo Christum Dei Filium; florem immarcessibilem; in omnem partē; & omni modo fragrantiam virtutum; & beneficentiæ, ac benignitatis suauitatem diffundentem; & ex odore vnguentum, ex fructu arborem Mariæ cognosce: pulchrè hæc præstringente, *Hesych.* Hesychio orat. 2. de *Deipara*: dum ex Filio Matrem disiudicans: sic Christum Dominum demulcebat: *Cum sis flos immarcessibilis, profectò Virgo erit planta incorruptionis, & paradisus immortalitatis*: à floris immarcessibilitate; quæ Diuinitatis est proprietas perfectissimam, ac pœne diuinam plantæ, quæ ipsum germinauit naturam velut necessaria argumentatione inferens. Et verò vt vndique hæc cogitatio subsistat, compone cum venusta hac imagine vaporis, seu suffitus à Solis calore, vel ab igne eliciti Mariam Filium Dei concipientem Angelo attestante: *Spiritus Sanctus superveniet in te, & Virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideòque, & quod nascetur ex te Sanctum vocabitur Filius Dei*, Lucæ 1. vers. 35. *Luc. 1. v. 35.* Sanè vt à diuina Spiritus Sancti in Mariā superventione; ipsa ea gratiarum, & diuinorum charismatum redundantia fuerit repleta, vt virtute Altissimi velut Solis, aut ignis calore admoto diuinū Christi Filij Dei vaporem efflauerit, quæ *benedicta inter mulieres Deū nobis protulit & hominem*; à quo velut ab odore, & fructu ipsa arbor dignosceretur: nam *sicut corpus Solis* (inquit *Rich. à S. Laur.* Richardus à S. Laurentio lib. 7. de Laud. Virg.) *non comprehenditur nisi in radio suo; sic nec Mariæ dignitas, nisi in Filio suo. Quantum enim Filius dignior; tantum Mater excellentior.* Hæc ille.

4 Et verò cum ea, quæ hucvsque diximus Mariæ excellentiam maximè commendent; maius tamen aliquid iam molimur: vt non solùm arborē à fructu præfato sensu demōstremus; sed etiam ea ratione; quod ipsemet fructus, qua talis arboris fuerit signatè diuinus, & maior omni laude censendus censeatur; vt quemadmodum Mariam ex Filio, tanquam arborem ex fructu diiudicauimus; modo duplicata ratione, ideò à fructu laudanda sit, quod ipse fructus peculiarem laudem, & pulchritudinem habere videatur, quòd eius fructus sit: Dicamus explicatius, vt Maria præcipuè à Christi fructu laudatur; ita etiam reciproca laudatione Christus, maximè laudabilis est, quod Mariæ Filius, & fructus sit: bonis quidem Auctoribus pro hac cogitatione fide iubentibus: Nam primum subest quidem hic sensus interrogationi illi, non sine emphasi à Maria de Filij sui pulchritudine à fidelibus factæ, Cantic. 5. vers. 9. *Cant. 5. v. 9.* *Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ò pulcherrima mulierum!* vbi primum est? Obserua non sic esse interrogationē factam, quis est? sed *qualis?* quàm excellens? quàm sublimis? quàm diuinus? De quo audi P. Martinū Delrio, *Delrio.* ita hæc expendentem. *Qualis est, &c. non ignorantes, nam & ipsum, & ipsam plerique probè nouerant, sed vt ipsa auditione, & illa commemoratione laudum maiorem perciperent iucunditatem: quasi prorsus ignaræ, & noscendi auidæ interrogant, non quis, sed* qualis *ille sit? quibus virtutibus ornatus, &c.* Deinde pende verba illa, *Dilectus ex dilecto*; quæ ad diuinam, & humanam Christi generationē referunt Gregorius Nyssenus, Anselmus, Philo Carpatius, & *Nyssen. Anselm. Philo. Gilleb. Delrio.* Gillebertus serm. 47. *Prima interrogatione* (inquit Delrio) *respiciunt ad æternam generationem, qua Patri consubstantialis est, & coæternus, Deus de Deo, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero; secunda verò ad temporariam generationem, qua filius est Deiparæ Virginis*: filius *dilectus, in quo Pater sibi benè complacuit.* Iam tandem obserua, signatè ad adornandam laudationē *Dilecti ex dilecto*, præmitti in Maria emphaticum illud epiteton, *ò pulcherrima inter mulieres*: vt velint dicere, Pulcher maximè sit oportet, qui Matrem omnium pulcherrimam habet: cum non possit, non egregius ille, atque suavis fructus esse, qui ab arbore egregiæ naturæ, & indolis progignitur: Hæc omnia sapienter, & piè firmante, & diffundente Bonaventura *in Speculo B. Virginis cap.* 14. nam eum præmisisset. *Arbor pulcherrima est Maria: pulchra quidem in foliis oris, pulchrior autem in floribus cordis: pulcher-* *Bonauē.*

rima

rima vero in pulcherrimo fructu vētris, A *anima Vnico Patris erat vniendum. Si*
de quo B. Bernardus infert sic. Si fructus
ille mortis non solùm suavis fuit ad ves-
cendum, sed etiam teste scriptura: delecta-
bilis aspectu: quantò magis huius vita-
lis fructus vivificum decorem debemus
inquirere? illum inquam, in quem desi-
derant Angeli prospicere. Pulcher igi-
tur fructus Christus est, qui speciosus for-
mâ præ filijs hominum est: hinc ad fir-
mandam Christi pulchritudinem; à
Mariæ pulchritudine argumentatio B
nem conficit; velut ab arbore ad fru-
ctum, inquiens. *Si autem plenius cog-*
noscere volumus fructus huius pulchri-
tudinem, recurramus ad ipsam arborem
pulcherrimam, requiramus ipsam pulcher-
rimam eius Matrem; & dicamus illud
Cant. 5. Cant. 5. Qualis est dilectus tuus ex
dilecto. O pulcherrimæ mulierū! &c.
Hæc Bonauētura: Obserua hæc *si ple-*
niùs cognoscere volumus fructus huius
pulchritudinem, recurramus ad ipsam ar- C
borem pulcherrimam: Quid pulchrius?
quid ad laudem Virginis congruen
tius, atque illustrius: Vis nosse Filiū?
cogita Matrem. Vis cognoscere sua
uitatem fructus, recurre ad arborem:
Numquid colligunt de spinis uvas? aut
de tribulis ficus?

5 Concinit his opportunè Gabriel
cum Virginem salutans inquit: *Ideò-*
que & quod nascetur ex te Sanctū: vo-
Lucæ 1. *cabitur Filius Dei*, Lucæ 1. vers. 35. No- D
v. 35. tanter *ex te*: quasi ex arbore fructus:
Nimirum, quod nascebatur (inquit Ti
Titus. tus Bostrenus) *secundum naturam; or-*
tum ex illa ducere: adeòque naturalem
ipsius fœtum esse, certò persuadeat. Sed
quare? non dixit Angelus: Filius qui
nasceretur ex te: sed in neutra termi-
natione *nascetur sanctum*; sanè vt ma-
iori emphasi Virginis sanctitatem, &
arboris generositatem, à qua quid-
quid oriretur, non posset, non esse san
ctum, excellens, atque diuinum de-
notaret: cum nō possit *arbor bona ma-*
los fructus facere: acutè id pensitante
Bernar. Bernardo hom. 4. in *Missus est* hunc in
modum: *Attende quæso, quàm reverenter*
dixerit. Quod nascetur ex te san-
ctum, *vt quid enim ita simpliciter san-*
ctum; & absque additamento? Credo,
quia non habuit, quod propriè, dignè ve
nominaret, illud eximium, illud magni-
ficum, illud reverendum, quod de puris-
sima, videlicet, Virginis carne cum suâ

anima Vnico Patris erat vniendum. Si
diceret, sancta caro, vel sanctus homo,
vel sanctus infans: quidquid tale pone-
ret, parum sibi dixisse videretur. Posuit
ergo indistinctè Sanctum: *quia quidquid*
illud sit, quod Virgo genuit Sanctum pro-
culdubio, & singulariter sanctum fuit,
&c. Sic Bernard. & quidem rectè pre-
me id *quidquid illud sit, quod Virgo ge-*
nuit: vt cum dixit Angelus: *Quod nas-*
cetur ex te: perinde sit, ac dummodo
ex te nascatur: sanctum; excellens, at-
que diuinum erit: sed quomodo *ex te*:
Quia *Spiritus Sanctus superveniet in te*;
tali, scilicet, cœlestium, donorum sup-
pellectile, & gratiæ plenitudine, vt
quidquid ab ipsa generatum fuerit;
sanctum; & Filius Dei vocandus sit.
Quo facit obseruatio Tertulliani, si- Tertull.
ue Nouatiani lib. *de Trinitate* cap. 19.
prementis totam Angeli orationem,
& facientis vim in illa particula, &
ideò: vt dicat; non solùm Verbum il-
lud æternum, quod ante erat, sed etiā
homo qui ex te nascetur, vocabitur
Filius Dei: Quod indidem Idem Ber-
nardus, ita confirmat: *Quoniam non est* Bernar.
de homine, sed de Spiritu Sancto, quod
concipies, concipies autem Altissimi vir-
tutem, hoc est Filium Dei; ideòque &
quod nascetur ex te sanctum, voca-
bitur Filius Dei: *Idest, non solùm, qui de*
sinu Patris in uterum tuum veniens
obumbrabit tibi; sed etiam, quod de tua
substantia sociabit sibi, ex hoc iam vo-
cabitur Filius Dei: Hæc Bernard. Ob-
serva, & osculare illa verba: *Etiā quod*
de tua substantia sociabit sibi: vt Ma-
riæ substantiā consubstantialis, quo-
dammodo substantiæ diuinæ esse vi-
deatur: vt ex hoc iam vocabitur Fi-
lius Dei.

Hūc valdè appositè retulit per al- 6
legoriam Richardus à S. Laurentio Rich. à
E S. Laur.
lib 12. de Laudib. Virgin ea Gene- Gen. 1.
sis verba cap 1. vers. 11. *Germinet ter-* v. 11.
ra herbam virentem, & lignum pomife-
rum faciens fructum; iuxtà genus suū.
Obseruante ibi Oleastro vocem He- Oleaster.
bræam respondentē nostræ *genus* pro-
priè esse *similitudinem*: atque ideò op-
portunè posse verti *secundum simili-*
tudinem suam: *ac si dicat* (inquit ille)
faciens fructum sibi similem; idest, gene-
rans arborem similem seminificanti: &
diffundente Augustino lib. *de Genesi* August.
(imperfecte) cap. 11. ad hunc modū:

Hic

Hic ergo dicendum fuit : ferentem semen secundum genus suum, & similitudinem, & cuius semen sit in se secundum suam similitudinem: vbi similitudo nascentium præterentis similitudinem servat : Quæ omnia Virgini, sic aptat Richardus, vt ipsa benedictum lignum sit : quod faciat fructum secundum genus, & similitudinem suã; quoque arbori respondeat: Audi illũ: iuxtà genus suum: ideſt, *benedicta benedictum: tota pulchra pulcherrimum: tota dulcis dulcissimum: tota odora suauissimum: tota sapida sapidissimum: tota delicata delicatissimum: tota colorata coloratissimum: tota viuifica viuificatissimum: tota medicinalis medicinalissimum*: Hæc ille: Vbi omninò vides ab arbore fructum commendari, quod ab ea pulchritudinem, dulcedinem, odorẽ, saporem, coloremque percipiat; insuperque medicinam, & viuificatricem naturam: Huic cogitationi applaudente Damasceno cum orat. 1. *de Natiuitate Virginis* Dei filium appellaturus *omnium vitam*: Mariam primum lignum vitæ fructum suum ferens, sic appellauit. *Maria tanquam oliva fructifera in domo Dei, tanquam lignum plantatum secus decursus aquarum tãquam lignum vitæ, quod fructum suum præfinito tempore dedit, hoc est Deum incarnatum, atque omnium vitam*: Preme illud *fructum suum præfinito tempore dedit*: notanter Deum omnium vitam, fructum suum, & præfinito tempore à Maria datum affirmans; quasi ab arbore iuxtà genus suum fructum generante, maturante, & suo tẽpore proferente.

Dama.

7

Satis quidem videtur percalluisse id beata illa mulier, quæ vt miram Christi Sapientiam, & egregia facta laudaret; inquit apud Lucam 11. vers. 27. *Beatus venter, qui te portavit, & vbera, quæ suxisti*: Sic premente hæc verba Richardo à S. Laur. lib 2. de Laud. Virg. *Volebat Filium Laudare, & dixit* Beatus venter, qui te portavit: *intelligens per Spiritum Sanctum in Matris Laudibus Filium collaudari*: Sanè vt suavitatem fructus ex arbore cognoscendam daret: Nec minus fuerit huic rei opportunum, quod idem Richardus habet lib. 6. dum componit Salomonem, Prou. 31 vers. 10. interrogantem. *Mulierem fortem quis inueniet?* cum Angelo Virgini annunciante : *Inuenisti gratiam apud Dominum*, vt videlicet Christus, & Mariam invenerit, & cum ipsa simul omnia bona iuxtà Salomonis sententiam: *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa*: Sapient. 7. vers. 11. atque itidem ipse eodem ductu à Maria fuerit inventus: Audi ipsum, sic differentem: *Mulierem fortem quis inveniet? Nota, quod hic mentio sit de inventione: Similiter Lucæ 1. dictum est Mariæ*: inveniſti gratiã apud Dominum : *Sicut enim Mariæ fuit inventio habere talem Filium : sic Christo fuit inventio habere talem Matrem: Vnde sicut Maria dicere potest de Sapientia Dei ex ea carnem assumente*: Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa: *Sic & Christus de Maria*: Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa: *Quia natus sum mundus de munda, immaculatus de immaculata, & de Virgine Virgo* Hæc Richard. Addiderim ego in eumdẽ sensum verba, quæ prædictis attexit Salomon, *& innumerabilis honestas per manus illius observans* Græcè pro *honestas* esse *plutos* : ideſt, diuitiæ, quasi à Maria Christus ditissimus factus sit, innumerabiles diuitias elucratus: quas ipse hominum salutem esse censet: Sapienter dicente Nazianzeno orat. 12. *Deus pro diuitys nos habet*: ac proinde per manus Mariæ divitias hasce merito dicitur invenisse.

Sapie. 2 v. 11.

Lucæ 1. v. 30.

Richar.

Sapi. 7. v. 12.

8

Concinit his Tertullianus lib. de *carne Christi* cap. 21. vbi elucidans præfata Elisabeth verba, quæ in manibus habemus, cum ex illis revinciret hæreticos, qui veram Christi carnem ex Maria acceptam negabant hunc in modum: *Quis hic fructus vteri, qui non ex vtero germinavit? qui non in vtero radicem egit? Qui non est, cuius est vterus, & qui vtique fructus vteri? Christus. An quia ipse est flos de virga profecta ex radice Iesse: radix autem Iesse genus David Virga ex radice, Maria ex David: flos ex Virga filius Mariæ, qui dicitur Iesus Christus, ipse erit & fructus: flos enim fructus, quia per florem, & ex flore omnis fructus eruditur in fructum*: hinc pro Maria, sic queritur : *Quid ergo negant, & fructui suum florem; & flori suam Virgam?* Preme hæc *flori suam Virgã*; ideſt, Christo suam Matrem, à qua ipse & flos, & fructus dicitur : vt negare virgam, siue arborem, perinde sit, ac

Tertull.

Pro. 31. v. 10.

ne-

negare Christum cum suo flore, & fructu: cum vtrumque à Maria sit: adde, ijs etiam; negare flori suam virgam; itidem esse, negare Christo suā hæreditatem; illam inquam à Patre ipsi promisam apud Vatem, Psalm. 2. vers. 8. *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ*: quippè hæc signarè Christo in mercedem, quod fructus sit ventris Mariæ; fuerit à Patre delata: ipsomet Propheta dicente: *Cum dederit dilectis suis somnum; Ecce hæreditas Domini filij merces fructus ventris*, Psalm. 123. vers. 3. in hunc sensum, sic hæc verba inflectente Hilario ibi: *Est ergo Dominus fructus ventris, quem ex se in vitæ nostræ fructum pariens Virgo progenuit, & hæc eius merces est, qui ex Virgine nascendo fructum ventris esse voluit, vt ei gentes, quas in filios per fidem generaret, hæreditas sit.* Hæc Hilarius, quibus nihil illustrius in hanc rem dici potuit: Sed hæc lib. 4. commodius expendemus. Modo vt ea Deiparæ tāquam Aduocatæ nostræ, cuius ipsemet Dominus fructus est aptaverim: audi ipsam apud Richard. à S. Laurentio fidentissimè Filio supplicantem: quippè ille lib. 2. de Laud. Virg. particula prima ad finem, sic ait: *Videtur enim ipsa dicere Filio suo, sicut Filius Patri* (Ioan. 17.) *Volo Fili, vt vbi ego sum; illic sit, & ministermeus.* Vnde opportunè subdit. *Roganda est autem Maria vt velit, quia si vult, necesse est fieri, sicut dicit Augustinus de Domino.* Hæc Richardus: ita quidem Germanus orat. de Præsentatione fidenter ipsi suggerebat: *Habes, scio, eum tua voluntate concurrentem potentiam, vt quæ sis Mater Altissimi, & propterea audeo.*

Psal. 2. v. 8.

Psal. 123. v. 3.

Hilari.

Rich. à S. Laur.

Ioan. 17

German

EXEMPLA.

CVM MARIAM solus ille, qui fecit benè noverit; vt eam dignè laudare valeat: ipse B. Methildem Sanctæ Gertrudis sororem verè Germanam de laudanda Deipara impensius admonebat. *Fidelitatem verò Virginis incomparabilem, vt scopum ingentium laudum, & congratulationum suarum Methildi proposuit, atque edocuit, vt Deiparam salutans, cor ipsius, vt vas purissimum, humillimum, devotissimum ferventissimum, conservatissimum, patientissimum, fidelissimū in oratione sollicitum, in contemplatione sedulum collaudaret: sic habetur in vita* B. Methildis lib. 5. c. 20. & verò vt bonus Filius in purissima, & dilectissima, sibi Matre benè complacebat, ita ipsa in felicissimæ incarnationis Filij sui contemplatione mirum in modum gaudere B. Eulaliæ Virgini commonitravit, sic enim habetur in Pomerio part. 4. art. 3. cap. 4. *Vigilanti B. Eulaliæ B. Dei Genitrix semper Virgo Maria apparuit dicens.* Dormis Eulalia? *cui illa:* Nō dormio Domina mea charissima: *Sed ad te quæro; cur ad me peccatricem, & indignam dignata es venire Mundi Regina? & Domina: Ne timeas Matrem tuam, filia charissima, quæ cottidie, quàm plurima exhibes servitia. Quando me salutas Angelica salutatione, noli, si vis mihi placere, & magis tibi proficere, amodo illam salutationem tā citò proferre. Scias me tunc gaudium magnum percipere, maximè, cum dicis* Dominus tecum; *huius modus gaudij inenarrabilis est, quo tunc afficior. Nam videtur mihi, intra me habere præsentem Filium, sicut cum de me dignatus est nasci Deus, & homo pro peccatoribus. Sicut tunc fuit mihi gaudium ineffabile, ita & nunc cum dicitur mihi,* Dominus tecum *Angelica salutatione. Hæc audiens Dei famula impleta est ingenti lætitia, agente illi gratias pro tam ingāti consolatione, & admonitione Virgo pia cum cœlesti claritate rediit ad cœlestia regna:* Hæc ibi.

A

B

C

D

MARIA Aduocata opportunissima generis humani, ob quam Deus homo fieri voluit, vt & ipse tanta Matre frueretur, & illa hominum patrocinium susciperet.

E

ADNOTATIO VI.

NOtanter de Dei Filio humanam naturam Angelicæ præferēti, dū

I

Angelicam, ſibi naturam, non copulavit, ſed noſtram humanitatem ex Abrahæ ſobole aſſumpſit: dixit Paulus: *Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit*, ad Hebræor 2. verſ. 16. Quæ verba ſic elucidauit Anſelmus. *Duas ad intelligendum ſe, creaturas fecerat: Angelicam, ſcilicet, & humanam: vtramque verò ſuperbia perculit, & à ſtatu ingenitæ rectitudinis fregit, &c. Propterea nuſquam, neque in cœlo, neque in aëre, neque in terra, neque in abyſſo apprehendit Angelos apoſtatas, imò penitus deſeruit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit, quia nos quaſi recedentes ab eo, & longè fugientes inſecutus miſericorditer apprehendit, & in vnam perſonam noſtræ fragilitatis naturam ſibi contemperavit.* Hæc Anſelmus, id quod prius aculeata obſeruatione nobis cõmendaverat Chryſoſtomus inquiens. *Non enim leviter attendas, quod dictum eſt, neque nudum, & quod nihil habeat latens, aliquid eſſe exiſtimes, quod ipſe carnem noſtram ſuſceperit. Non enim hoc donavit Angelis. Non enim (inquit)* Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ. *Quid eſt, quod dicit? Non Angeli apprehendit naturam, ſed hominis: nõ enim apprehendit, inquit, illam Angeli naturam, ſed noſtram*: Sic Chryſoſtomus: Quo quidem in loco; merito à PP. & interpretibus ambigitur; cur non Angelicam potiùs, ſed humanam naturam apprehendere, & manum in illam inijcere (vt ſtatim explicat Chryſoſtomus) Dei Filius voluerit? & quidem reſpondente huic dubio Gregorio Magno lib. 4. Moral. cap. 10. *Idcirco Redemptor noſter, non Angelus, ſed homo factus eſt, quia hoc procul dubio fieri debuit, quod redemit, vt & perditum Angelum non apprehendendo deſereret, & hominem in ſemetipſo apprehendendo repararet*: adhuc de hacmet apprehenſione ambigimus; cur hominis; non Angeli fuit? Iam verò quod inquit Tertullianus lib. 5. contra Marcion. cap. 21. *Et merito ſe pro ſuo homine depoſuit: pro imagine, & ſimilitudine ſua, non aliena*: vt dixerit: quid mirũ ſi præſtantiſſimo manuum ſuarum operi, ſuæquemet imagini, ac ſimilitudini prorrexerit dexteram? difficultatẽ auget: nam ſi de Dei imagine agitur: nobilior planè, & illuſtrior Dei imago Angelus, quam homo, & Supremo Dei ſolio proximior eſt: Pulchrè illũ delineãte Dionyſio Areopagita egregio diuinarum rerum, & cœleſtium Spirituum Speculatore lib. de *Divinis nominibus* cap. 4. hunc in modum. *Imago Dei eſt Angelus, manifeſtatio occulti luminis, ſpeculum purum, clariſſimum, incontaminatũ, incoinquinatũ, immaculatum ſuſcipiens totam (ſi eſt conveniens dicere) pulchritudinem boniformis Deiformitatis.* Hæc Dionyſius. Quid quod? Dei Filius Angelus factus, & morte valentior: & extra omnium telorum iactum fuiſſet, dicente ad præfata verba Pauli Theodoreto: *ſi enim Angelicam naturam ſuſcepiſſet, fuiſſet morte potentior*: Quæ igitur ratio adeò valida, & efficax eſſe potuit? apud Dei Sapientiam, quæ ipſum ad Angelum deſerẽdum, & ad hominem in ſemetipſo apprehendendum permoverit? proclamante Vate, Pſalm. 142. verſ. 4. *Quid eſt homo, quia innotuiſti ei? aut filius hominis, quia reputas eum: Homo vanitati ſimilis factus eſt.* Enim verò vt de præſtantia bonorum animi dicebat M. Tullius Tuſculana 5. *Quo in loco quæro, quã vim habeat libra illa Critolai, qui cum in alteram libræ lancem animi bona imponebat, in alteram corporis externa, tantum propendere illam animi lancem putat, vt terram, & maria deprimat*: ita non ineptè dicere, quis hac de re poſſet. Quo in loco quæro; quam vim habeat libra illa Divinæ Sapientiæ, quæ cum in alteram libræ lancem hominem vanitati, vmbræ, & pulveri ad ſimilem impoſuit: in alteram verò Angelum imaginem Dei manifeſtationem occulti luminis, ſpeculum purum, & clariſſimum pulchritudinis Dei: tantum propendere fecit illam hominis lancem, vt terram, maria; & ipſummet cœlum deprimat.

Verum enim verò cum Deus *operetur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ*: vt inquit Apoſtolus Epheſ. 1. verſ. 11. ideſt, vt inquit ibi Hieronymus, *quod omnia, quæ facit ratione plena ſint, & poteſtate facientis*: dum de hac ratione, & conſilio multi multa dicũt: illa nobis expeditiſſima ratio occurrit; quod cum in altera libræ lance Angelica natura, cum tota pulchritudinis, & nobilitatis ſuæ fortuna poſita fuerit: in altera verò; Maria futura Dei Mater: tantum apud Deum ope-

ran-

Heb. 2. v. 6. Anſelm. *Chryſoſt.* *Gregor.* *Tertull.* *Dionyſi. Areopa.* *Theodo.* *Pſ. 142. v. 4.* *M. Tul.* *Epheſ. 1 v. 11. Hieron.*

rantem cum consilio, & ratione, tum & rerum omnium verum æstimatorē Mariæ lancem propendere, vt terram, maria, & cœlum depresserit: atque ea signatè de causa, vt Dei Filius talem, tantamque Matrem haberet; (quod ipsi Angelica natura præstare non poterat) hominem, non Angelum fieri voluisse: expressit quidem hūc in primis sensum S. Fulgentius lib. de Fide ad Petrum, sic absolutè pronuncians. *Nostram naturam sine peccato suscepit, vt nasceretur è Virgine*: Preme causalem istam, sive causam impellentem, aut finalem (vt loquuntur Philosophi) *vt nasceretur ex Virgine*: Tanti, scilicet, faciens, è Virgine nasci, & Mariam habere matrem, vt hac de causa humanam potiùs, quam Angelicam naturam voluerit suscipere: Sed deinde S. Isidorus Thessalonicensis orat. in Annunciationem Virginis luculētius id persecutus est; dum verba Angeli ad Virginem. *Dominus tecum* hūc in modum elucidavit. *Tecū enim, quia propter affulgentem sacratissimæ tuæ animæ speciem, ineffabilis Deus diuinæ naturæ radios in homines expandit; propter splendidissimam virtutis tuæ pulchritudinem induet se tua forma, quam adamavit, vnitus immaculatis tuis sanguinibus*: ita Isidorus valdè opportunè inquiens, *propter splendidissimam virtutis tuæ pulchritudinem induet se tua forma quam adamavit*: vt eapropter humanam formam subinde Dei Filius susceperit, quod prius Virginis pulchritudine captus ipsam adamaverit, vnde statim subijcit. *O inauditum Mysterium! Propter te fiet ex te, quod non erat, & totam tuam gerens imaginem, & suam deitatem non deponens*. Hæc Isidorus: Quæ & dissertissimè firmat S. Theophanes, & S. Iosephus Confessor in Menæis Græcis: alter die 20. Ianuarij Ode 1 Canonis 2. de S. Euthymio: alter die 21. Ianuarij Ode. 7. de S. Neophyto M. vno ore Virginem, sic salutantes: *Comperta es Angelorum ordinibus maior, quia magni consilij Angelum peperisti*: vt dixerint cum videamus à Deo in Matrem electam facilè colligimus te maiorem & digniorem Angelis à Deo habitam: vnde pergunt: *Te proinde tanquam Tutela nostra fruentes, non timemus catervam hostilem; quæ nobis insultat*: Sic ij PP. & totam cogitationem, sic plus plus elucidat, & diffundit Bernardus hom. 2. in Missus est: *His nimirum Virgo regia gemmis ornata virtutum, geminoque mentis pariter, & corporis decore præfulgida specie sua, & pulchritudine sua in cœlestibus cognita cœli civium in se provocavit aspectum, ita vt & Regis animum in sui concupiscentiam inclinaret, & cœlestem nuncium ad se de supernis educeret*: Hæc ille, ex quibus sic infert exclamans. *Quanta dignatio Dei! Quanta Virginis excellentia!* qua videlicet Angelorum, & hominum Rex, dum velut in bivio positus vtrāque naturam, sive potiùs suammet affectionem erga alterutrāque in bilance positam habebat; vt hanc vel illam susciperet; in humanā tandem præ Mariæ dignitate libram inclinaverit; vt ipsam Matrem haberet; & ex tanta Virgine nasceretur: Adstipulatur S. Germanus in orat. *de Natiuitate Virginis* hæc ita confirmās: *Cuius animæ pulchritudo inusitato modo, sine exemplo in tantū est subvecta, vt & Christum ipsum eius inæstimabilis cæperit pulchritudo, ex eaque secundo generatus sit, & sine patre quidem*: Hæc ille Audis? à Virginis pulchritudine Dei Filium perinde captum, vt ab ipsa secundò generari, eiusque filium fieri voluerit? vt tanta Matre frueretur; quæ Angelis pulchrior, sanctior, atque divinior prævidebatur futura? *quia in aliquo Angelorum* (vt inquit Richard. posteà afferendus) *talem virtutum odorem, non poterat invenire*, vt iam meritò concludat Arnoldus tract. de Laud. Virg. *Nulla facta est Angelicæ dignitati iniuria; si illius excellentiæ cacumen obumbrat Virgo exaltata, sicut cedrus in Libano*: Opportunè.

Expresserunt itidem hanc eamdem sententiam peropportunè Methodius M. homilia *de Purificatione Mariæ*; & Bernardus serm. *de Aquæductu in Natiuitate Virginis*: Do primum Methodij verba, vt supra illa mollius & opportunius Bernardi sententia cadat: Sic ergo profunda sapientia Deiparam Methodius consalutat: *Salve amoris Dei Patris thesaure. Salve Filij erga genus humanum fons propensionis. Salve Sancti Spiritus mons inumbrate*: Vbi, si rectè æstimas, accurata observatione digna est illa locutio: *Filij erga genus humanum fons propensionis*: cum

Fulgen. — Lucæ 1. vers. Isidor. Thessal. — S. Theo. S. Iosep. — Bernar. — Germa. — Rich. à S. Laur. Arnold. — 3 — Metho. M.

enim

enim perinde dictum id fuerit, ac si velit Methodius, Mariam causam fuisse; cur Dei Filius velut in bivio inter humanam, & Angelicam naturam positus; in humanam potiùs, quàm in Angelicam inclinaverit libram; & homo, non Angelus fieri voluerit; peculiarem sanè decorem à fontis imagine, qua vtitur Methodius sentētia hæc habere videtur: Quare cogites, velim purum quemdam fontem in summo montis vertice scaturientem, qui cum in alterutram montis partem cursum suum derivare potest, velut ancipiti consilij lance, in quam illum partem inclinet; deliberare videtur; donec in vnam potiùs quàm in alteram magis perviam, & acclivem reperiens viam; per illam tandem propendens defluit: Ecce ergo tibi Methodij mentē Mariam appellantis *fontem propensionis Filij erga genus humanum*; quod Regis animum in sui concupiscentiam inclinans ipsi in homines potiùs, quàm in Angelos iter magis pervium, & acclive straverit, vt ex ipsa denuò generaretur: Iam verò Methodio appositè concinit præfato loco Bernardus: vbi cum Virginem allocutus dixisset: *Ne steteris, vel inter Angelos Virgo Sancta sublimius aliquid tuo ministerio propinandum terra sitiens præstolatur, &c. Transi ergo Virtutes, & Dominationes, Cherubim quoque ac Seraphim, vt ad eum pervenias, de quo vociferantur: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabbaoth Quod enim ex te nascetur Sanctū, vocabitur Filius Dei*: statim sensum habens communem cū Methodio fontis imaginem ita diffundit: *Fons Sapientiæ Verbū Patris in excelsis. Hoc Verbū mediante te caro fiet, vt qui dicit*: Ego in Patre, & Pater in me, Ioan 14. vers. 11. *dicat nihilominus*. Quia ego à Deo processi, & veni, *Ioan. 8. vers. 41.* in principio (*inquit*) erat Verbum, *Ioan. 1. v. 1. Iam scatet fons, sed interim tantum in semetipso: Denique* & Verbum erat apud Deum, *lucem profectò habitans inaccessibilem* 1. Tim 6. vers. 16. *Nunc verò comprehendi voluit, videri voluit, cogitari voluit. Quonam modo inquis? Nimirum iacens in præsepio, in virginali gremio cubans, & quoniam in huiusmodi nucleis virga Sacerdotalis copiosè produxit; quam in supernis hauriens vberius nobis Maria refundit. In supernis plané, & vltra Angelos, quæ Verbum ex ipso Patris corde suscepit.* Hæc & plura ad rem Bernardus. Apud quem omninò vides fontem in excelsis scaturientē, primùm quidem in sinu Patris, & in semetipso; subinde verò in humanum genus propendentem; quod à Virgine, & per Virginem diffluere voluerit ea, scilicet, ratione, vt illa è supernis hauriens, in nos vberius refunderet: opportunè ergo cum Methodio Mariam dixeris fontem fuisse propensionis Filij Dei, qui cum in Patre scaturiginem habeat, & fons in excelsis sit, cum Mariæ pulchritudo eius animo occurrit in humanam potiùs naturam, quàm in Angelicam, vt Mariam matrem haberet cursum inclinare voluit. Concinit Petrus Damianus serm. *in Annunciatione*, inquiens. *Tandem nascitur Maria, & ad nubiles annos egrediens speciem induit speciosam, quæ ipsum alliciat Deum, & Diuinitatis oculos in se cōvertat*: Nec ab hoc iverit Bernardi hom. 1. *in Missus est*: & Richard. à S. Laurentio lib. 1. de Laud. Virginis obseruatio de Maria Dei filium suum appellante; cum Angelis non nisi ministrare, & servire datum sit: Sic enim vterque. *An non Deum, & Dominum Angelorum Maria suum audacter appellat Filium suum dicens* Fili: quid fecisti nobis sic? *Quis hoc audeat Angelorum? sufficit eis, & pro magno habent, quod cum sint spiritus ex conditione, ex gratia facti, & vocati sunt Angeli. Maria vero Matrem se agnoscens, maiestatem illam, cui illi cum reverentia serviunt, cum fiducia suum appellat Filium*: Hæc PP.

Quò valdè appositè vestigijs Richard. à S Laurentio insistens, traxeris per allegoriam Dominum arcano sermone Iobum, sic interrogantem simul, & monentem: *Numquid ad præceptum tuum elevabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum. In petris manet, & in præruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus. Inde contemplatur escam, & de longè oculi eius prospiciunt*: Iob 39. vers. 27. & seqq. Nam primum nemo nescit Aquilam egregium Christi typum esse, sive ob generosam eius indolem, ob quam cunctarum avium regnum obtinet; sive quod draconem odio infectetur hostili, qui vt Ælianus lib. 2. affirmat

adeo

Bernar. Ioa. 14. v. 11. Ioan. 8. v. 41. Ioan. 1. v. 1. 1. Timo. 6. v. 16. Petr. Damia. Rich. à S. Laur. Bernar. Lucæ 2. v. 48. 4 Rich. à à. Laur. Iob 39. v. 27. Ælian.

adeo ingẽti aquilæ timore corripitur, vt cum primum alarum eius crepitum audit, sese in latebras abdere curet, vt ibi sui potestatẽ tam horribili inimico eripiat: Deinde illud *in præruptis silicibus cõmoratur* à Gregorio Magno, & Glossa ibi de Angelorum choris, sic accipitur: *Qui sunt prærupti silices, nisi illi fortissimi Angelorum chori? prærupti enim sunt, quia pars eorum cecidit? pars remansit.* Ex quibus præmissis hunc sensum valdè opportunũ inferas Dei Filium super choros Angelorum sedẽtem, & commorantem; non tam in ijs sublimibus fastigijs cõquiescere; quã, velut aquila, quæ perspicacibus oculis prædam in locis procul disitis intuetur, Virginẽ humilem, & abscõditam in Matrem concupiscere, & assumere voluisse: pulchrè hæc omnia diffundẽte Richardo à S. Laurẽt. lib. 1 *de Laud. Virgin.* hunc in modum: *Sic nimirũ humilitas Mariæ Regem cœli attraxit ad terram, & velut aquilã odore prædæ cõcupitæ illectam carni immaculatissimæ copulavit, ascendente fumo aromatũ: id est, virtutũ eius in conspectu gloriæ magni Dei invenit gratiam coram oculis Domini clamantibus, qui circũstabant.* Quæ est ista, quæ ascendit per desertũ, sicut virgula fumi ex aromatibus, &c. *Statimque Rex egrediens de loco sancto suo, & de excelso cœlorũ habitaculo prosilĩes, exsultavit vt gigas ad currendã viam, & nimio pervolans desiderio, prævenit nuncium suum ad Virginem, quam elegerat, quã amaverat, cuius decorem cõcupierat.* Hæc ibi, & alia Richardus. Vbi vides Mariam Angelis excellentem; & à Domino præillis amatam, & electam.

Gregor. Magn. Glossa.

Rich. à S. Laur. Caut. 3.

5 Sed vt videris, quàm appositè dixerit Richardus de Domino: *Velut aquilam odore prædæ concupitæ illectam*: audi ipsamet prædam de se dicentem, Cant. 1. v. 11. *Dum esset Rex in accubitu suo: nardus mea dedit odorẽ suum*: vbi primò obserua Regis accubitum ibi; paternũ sinum, atque æternã Diuinitatis felicitatẽ esse; vt Augustinus lib. 1. *de Trinitate* cap. 8. Gregor. Magnus lib. 35. *Moral.* c. 35. Bernardus, & Rupertus ibi exponũt, & quidẽ rectè. Nimirũ vox Hebræa, quæ respondet voci *accubitus* propriè significat *circulũ*, siue *circuitũ*, cũque circulus, & finẽ, & principio careat, accõmodatissimũ Diuinitati, & felicitati sempiternæ significandæ symbolũ, etiã apud Æthnicos fuit, nostris verò Theologis sacrum hunc circulũ, sic sapiẽter adornare solẽne est: vt Pater semetipsum intellectione æterna intelligẽs, & sempiterna felicitate perfruatur, & æterna generatione sibi coæternũ generet Verbũ; atque sese invicẽ Pater, & Filius æterno amore diligentes æterna itidẽ spiratione spirent Spiritũ Sanctum, qui vnus, & idẽ cũ Patre, & Filio exsistẽs Deus, sicut eiusdẽ Deitatis, ita etiam eiusdẽ æternitatis, eiusdemque circularis æternæ felicitatis cõvivij, & accubitus in rotundissima illa æternæ beatitudinis mẽsa consors sit: quæ omnia sic præstrinxit Bernardus ibi. *Accubitus Regis sinus est Patris, quia semper in Patre Filius*: Iam Nardi huius fragrãtia; qualis quantaque fuerit, inde conijce, quod ad Regis accubitũ perveniens; & si ipsum de sede non dimoverit, quia *semper in Patre Filius*; at ipsum adeò illexit; adeò incendit, adeò rapuit; vt vel ea de causa, quod tãta Matre frueretur: & eius Filius esset, & appellaretur, non dubitaverit è paterno sinu descendere, & humanã naturam Angelicæ anteferens, hominem fieri. Quod scitè explicavit Richardus à S. Laurẽt. lib. *de Laud. Virg.* vbi obseruãs nomẽ Regis non sponsi, quod vsurpavit Sponsa, inquiens: *Nota, quod nominat Regem non sponsum, quia nondũ celebratæ fuerãt nuptiæ in vtero Mariæ* nardi odorẽ, sic expendit: *Cũ adhuc esset filius in sinu Patris, nondũ factus visibilis in excelso cœlorum habitaculo*, nardus mea, *ideſt, devotio humilitatis meæ dedit* odorẽ suum, *ideſt, placuit Altissimo: Cuius suavitatis odor, nõ solũ mundum circumquaque perfudit, sed etiã totam supernam civitatẽ aspersit, vsque ad Dominum perveniẽs, & vsque ad illum, qui in sinu Patris diu exspectaverat, & desideraverat hunc odorem; quia in aliquo Angelorum talem nõ poterat invenire. Laudabilius enim est in carne fragili vitam Angelicam ducere, quàm esse Angelum.* Hæc Richardus.

Bernar.

Cant. 1. v. 12.

Iam illud signatè hìc obserua: Sũmum videlicet Patrẽ, suum dilectissimum Vnigenitũ ad descendendũ è paterno sinu, vt humanã ex Maria carnẽ sumat; qua ipsummet Regium, & æternũ beatum accubitũ exornet; sic adhortantem: *Transi hospes, & orna*

Augusti. Gregor. Magn.

6

Eccl 29. v. 31. Rich. à S. Laur.

mensam, Ecclesiastici 29. vers. 31. Scitè eodem Richardo sub Patris summi persona capiente hæc verba lib. 3. de Laud Virg. vbi cum agens de purissima Maria carne dixisset. *Mensa Christo præparata, qui ex ea, & in ea pascebatur: ex ea: vnde Ambrosius: parvoque lacte passus est in ea: vnde Cantic. 2.* Qui pascitur inter lilia, *ideſt, inter manus Mariæ, sicut exponit B. Bernardus:* Subijcit ad rem, *de hac mensa videtur Pater dixisse Filio, Eccles. 29. Transi* hospes, & orna mensam. *Transi de sinu meo in vterum Mariæ, & orna mensam istam:* Hæc ille pulcherrimo sanè sensu; vt componat suavissimam ventris Mariæ mensam, atque convivium, cum illa sempiternæ, & ineffabilis beatitudinis Vnigeniti Dei in sinu Patris requiescentis mensa, atque convivio: & quasi in bilance humanã ex Virgine Matre generationem, cum æterna ex Patre generatione librare videatur: dum Patrem inducit monẽtem. Transi de sinu meo, & felicissimo accubitu in florentissimã, atque suavissimam vẽtris Mariæ mensam, atque conviviũ, vt in ea dulcissimis virtutum epulis reficiaris; & pro sinu sinum, & pro paterni convivij accubitu virgineum matris convivium sortiaris; & oppipara omnique cœlestiũ delitiarũ referta fruaris mensa. Vbi benè cũ Bernardo, iam adducto exclamaveris: *Quàta dignatio Dei! quanta Virginis excellentia!* vt iam mirandum non sit Angelicis spiritibus fuisse prælatam, quæ è sinu Patris & regio accubitu, ac mensa exeuntem, & velut facili transitu ad recumbendum in eius mẽsa venientem excepit. Vbi illud placet obseruare, quod rem auget: Dei Filium, vel ea de causa, vt humanam è Virgine carnem susciperet; non dubitaverit sese humanis infirmitatibus, & acerbissimæ morti obnoxium reddere, à quibus Angelica natura suscepta, immunis, & extra telorum iactum foret: prophetico id ore sub ipsius persona dicente Salomone: *Super salutẽ, & speciem dilexi eam,* Sapient. 7. v. 10. in hũc sensum sic inflectente hæc verba Richardo à S. Laur. lib. 2. de Laud. Virg. *Super salutẽ enim electa est à Domino. Nam Dei Filius potuisset carnem assumere, quæ nec infirmitati, nec morti foret obnoxia, sed super illam salutẽ hanc elegit infirmitatẽ, vt de beata Virgine dilecta, & electa sumeret carnẽ infirmã:* ita ille, vt dixerit Dei Filius: Malo hãc à Maria infirmitatem, & mortem, quam illam ab Angelica natura salutem, & incolumitatem.

Sap. 7. v. 10. Rich. à S. Laur.

Iam ex his faciè videris, quàm opportunè Maria consideranda, & habẽda sit Advocata hominum, quæ à Deo reparatore, & servatore generis humani in Matrẽ adlecta est, vt ipsa omnium, quæ ipse creavit curã gereret, & omniũ, quæ fecit, ipsa reficeret: Benè quidem pœne in hunc sensum dicẽte Anselmo *in alloquijs cœlestibus* num. 27. *Deus est Pater constitutionis omniũ, & Maria est Mater restitutionis omniũ. Deus enim genuit illũ per quẽ omnia sunt facta. Maria peperit illũ per quem omnia sunt salvata.* Sed opportunius ipsa Deipara rem velut acu tetigit, inquiens: *Introduxit me Rex in cellaria sua,* Cãt. 1. v. 3. siue vt est in Hebræo, & apud LXX. *in cubiculũ suum.* Quid est? *in cubiculũ suum.* Sanè in divitias potestatis suæ consortẽ, atque participem, cum sim sponsa, eaque Regina, quæ sponsum, & eius bona possideam: ita hæc verba exponente Ruperto ibi hunc in modũ. *Qui enim Verbum suũ, quod erat, & est in corde suo mihi totum infudit; quomodo non etiã cum illo mihi omnia donavit? Non enim introductio qualiscũque hæc debet intelligi, sed introductio cũ iure possidendi.* Sic Rupertus: & quidẽ rectè *cum iure possidendi* omnia, scilicet, quæ ad sponsum pertinent. Quid autẽ hæc sibi velint, opportunè explicavit S. Bernardinus serm. 52. art. 1. c. 7 tom. 2. *A tempore quo concepit Virgo Deũ in vtero suo, quãdam (vt sic dicam) iurisdictionẽ, sive auctoritatem habet in omni temporali missione Spiritus Sancti; quia non vult Spiritus Sanctus, nisi per eam communicari: sicut & Filius, à quo Spiritus Sanctus procedit, per ipsam datus est nobis.* Hæc ille, & quidem optimè.

Anselm. Cant. 1. v. 3. LXX. Rupert. Bernardin.

His accinit peculiaris explicatio, quã illis verbis salutationis Angelicæ, *Dominus tecum,* Lucæ 1. v. 28. adhibet Richardus à S. Laurent. eum in modũ ea inflectens, vt sonent Dominũ, quodammodo Mariæ subditũ: sic namque ille lib. 1. de Laud. Virg. *In his duobus verbis notatur Mariæ dignitas, & dominium super Filium suum: Cum enim de omnibus cæteris sanctis dicatur, & magnũ sit eis esse* cum Domino, *vnde & de*

Luc. 1. v. 28. Rich. à S. Laur.

Henoch dicitur: Ambulavit cum Deo, *Genes. 5. ve s. 24. Quod faciunt, qui eius per omnia voluntati obediunt, Maria maius aliquid cæteris hominibus sanctis sortita est, vt non solùm ipsa subijceretur voluntati Domini, sed etiam Dominus volũtati ipsius, vt per hoc merito diceretur Dominus esse cum ea.* Nimirum talis, tantaque dignitas Mariæ obediẽtiæ, & humilitati debebatur: Certè ipsa hisce Angeli verbis auditis, hoc tam immenso, & excellenti imperio vsa videtur: cum imperiosum illud *Fiat* pronunciavit. *Fiat mihi secũdum verbum tuum*, Lucæ 1. vers. 35. Scitè hæc verba pensitante Andræa Cretẽsi orat. in Assumptionem, cum ait: *Dixit Deus* fiat lux: *& facta est lux.* Fiat firmamentum, *& cætera, & facta sunt: Dixit Virgo* Fiat mihi secundum Verbum tuum, *& factum est opus omnium maximum. Dei* Fiat, *fuit imperãtis: Virginis* Fiat *fuit obedientis. Imperatoris Dei* Fiat: *secutum est cælum cæteraque omnia, quæ cæli ambitus complectitur. Obedientis Virginis Fiat, secuta est admiranda Divini Verbi incarnatio*: (Hæc Andræas) & excellentia illa singularis, quam Virgini Angelus enunciavit, *Dominus tecum*, hoc est, Dominus voluntati tuæ subijcietur.

Genes. 5 v. 24. *Lucæ 1. v. 35.*

9 Audis Mariæ supremam auctoritatem, & iurisdictionem? merumque ac mixtum imperium? iam pẽde eius ingenium, naturãque omni parte beneficam; quæ nimirum, *non quæ sunt, sed quæ aliorum* (iuxtà Pauli sensum ad Philipp 2. vers. 4.) *considerans*: cuncta, quæ in ipsam conferta, & collocata sunt dona, in humani generis salutem, & bonum derivare voluit: totam spiritus sui pulchritudinem, & decorem, cœlestiumque virtutũ ornatum, quo Deum in sui dilectionem traxit: in hominum redemptionem, & gratiam referens, vt vel sui causa, & intercessione Bonus Dominus placatũ, atque benignũ sese nobis exhiberet: ita id alio in loco considerãte S. Bernardino, serm. nimirũ 5. de consensu virginali art. 2. cap. 1. tom. 3. his verbis. *Per noctẽ contẽplationis supersplendentem caliginem intellige: in qua nocte B. Virgo surrexit, & apice affectionis in æterna sese sustulit. Verbũ de sinu Patris rapuit, omnique creaturæ suum Auctorẽ, & Principẽ restituit*: Sic ille: Ecce tibi

Philip. 2 v. 4.

Bernar.

A Mariam omni modo, & ratione Advocatam nostram; quæ cum apice affectionis in æterna se sustulit, & Verbũ Dei de sinu Patris rapuit: divinã prædam non sibi voluit, nec sua cõsideravit, sed ipsam omni creaturæ restituit; vt tanto bono humanum genus frueretur. Quæ iam humana, siue Angelica mens aptiorẽ Patronam, & Advocatã valeat cogitare? quis in hanc Advocatam causam suam non cõmittat? quis in ipsam omnes spes suas nõ collocet? Vnde sapienter Richard. à S. Laur. lib. 1. de Laud. Virg. p. 3. cũ præmisisset. *Sicut nec Maris profunditas, sic nec Mariæ liberalitas potest exhaurire; indefessè enim, ac sufficienter dat gratiam vniuersis, nisi per eos steterit*: subijcit opportunè, *quam facillimè invenit apud Deum*: Benè facillimè, quod eius oratio nulli omni repulsæ obnoxia sit: ita S. Sabbas in Menæis, Ode 1. de S. Theophompo, inquiens. *Possessum à te gregẽ, ô Deipara! vbi vbi necessitas fuerit, ab ea incolumẽ serva patrocinio tuo nulli vmquam repulsæ obnoxio Salvatorem nostrum, ac Deum exorans.*

Rich. à S. Laur.

S. Sabb.

B

C

EXEMPLA.

D Ivinum Deiparæ Imperiũ à propensione Dei in ipsam, itidemque à miseratione in peccatores, quorum ille patrocinium ipsam suscipere voluit; planum nobis facit Pelbartus à Themesvar in Stellario Virginis à summo quodam viro acceptam historiam: de iuvene, qui ex morientis patris præcepto peregrinationem vltra marinam suscepisset hismet verbis referens. *Iuvenis ad peregrinãdum profectus pro voto patris implendo, venienſque in Civitatem A Karon, vnà cum alijs congregatis peregrinis, & cruciferis grandi exercitu pagani eos invaserunt: in quo conflictu captus est vir iste, non tamen occisus, quia de præcepto patris Missam illo die audierat; cuius sacrificij merito interveniente ab occisione inter multos interemptos ipse solus præservatus est. In captivitate igitur positus sex annis augebatur laboribus, fame, & verberibus: vnde flens cottidie rogabat Deum, & Virginem beatam pro liberatione sui: tandem anno septimo desperatus cœpit invocare diabolum*

E

in auxilio: *Affuit ille in ſpecie humana dicens: Si te ſpondes mihi, & negabis Chriſtum, & eius Matrem, & omnia Sacramenta Eccleſiæ educam te de hac captivitate in domum tuam, qui omnia fecit, nomen tamen Mariæ, & eius auxilium in corde, non negavit memor præcepti patris (moriens enim ipſi præcepit, vt nomen Mariæ ſemper teneret in corde, & ipſius auxilium ſemper invocaret) ſed ad inſtantiam dæmonis oretenus tantum negavit. Tunc diabolus levavit eum à terra tam altè, quod ipſi iuveni videbatur, cœlum vertice tangere. Cæpit quoque diabolus clamare horribiliter, ad cuius clamorem convenit dæmonum multitudo clamantium, iugula hominē iſtum, & ſine cadere in terram, quia non videtur fideliter omnia negaſſe, quæ debuit, ille autem dicebat: omnia quæ iuſſiſti feci: ſerva mihi, dæmon, inviolabiliter tuum promiſſum, quo promiſiſti me educturum. At dæmon: ego vtique te pleniùs examinabo. Tunc duxit illum ſupra mare; allocutuſque eum dixit. Negas ne baptiſmum, & nomen Dei tui: ille reſpondit. Nego. At dæmon. Tene (inquit) te fortiter, quia volo te baptizare in nomine diaboli, & mox ſubito iuvenem in profundum maris miſit, & iterum levavit dicens. Negas te Chriſtum crucifixum? At ille: Nego: & iterum immerſit: Et tertio ait. Negas ne nomen Matris Dei, & omnes Sanctos perterritus negavit omnia. Ecce autem vidit multitudinē dæmonum cum magno ſtrepitu ducentium animas ad infernum, quæ horrenda lamentatione vociferabantur dicentes.* Væ nobis miſeris, quia peccavimus; & quia diabolo æternaliter cruciandi traditi ſumus. *Vnde tam ex immerſione maris, quàm ex iſta viſione, & auditu horribilis lamentationis iuvenis ille adeò tremefactus eſt, vt totus in canitiem mutatus fuerit. Et ſic diabolus duxit eum, & poſuit iuxtà ſuum molendinum, dixitque, Amice eſto conſtans, & nunquam violes pactum firmatū inter me, & te, & ero tecum in omnibus neceſſitatibus tuis, & ſic receſſit. Tunc eius molitor videns eum interrogat. Quis es? & vnde venis? At ille: ego ſum dominus huius molendini. Ille ſine dilatione venit ad dominam, nuncians adeſſe maritum. Illa læta veloci curſu cum amicis, & ſervis occurrit eodem; quem videns eſſe caniſsimum, tanquā ſummè ſenem expavit, & ſe deluſam credens ait. Ego nunquam habui virū ſenem, & tam canum, ſed iuvenem. Ille autē multis indicijs affirmat ſuum eſſe maritum. Vnde occurrūt multi, & nullus eum agnoſcit: & ſic cum indignatione, & increpatione repellitur; quin vllus ei voluerit, vel cibum præbere. Cæpit ergo mendicare, & maxima cum triſtitia, ac miſeria vitam agere. Quid plura? Videns ſe omni ſolatio deſtitutum, recordatus præcepti patris ſui, quod in omni neceſsitate nomen Mariæ, & eius auxilium invocaret, intravit Eccleſiā, & coram Virginis imagine tenente in vlnis parvulum Ieſum procidit in terram flens amariſsimè: & ecce imago pueri avertit faciem ab eo, propter quod miſer peccator cæpit flebili rugitu Matri Miſericordiæ Mariæ ſupplicare dicēs. O ſpes peccatorum! O Refugium miſerorum! memento, quia tu es Mater miſericordiæ. Ora igitur Filium tuum pro me: nō ſum quidem dignus, ſed propter Filij tui bonitatem, & amorem oculos miſericordiæ tuæ converte ad me, & Filio tuo reconcilia. Tunc pia Mater Dei miſericordia mota, ecce mirum in modum depoſuit Filium ſuum de vlnis ſuper Altare, & deſcendens procidit coram eo adorans, & dicens: Fili mi dilectiſsime, ſalus, & vita animarum! noſti, quia non eſt fas mihi relinquere quemcumque peccatorem, qui ſpem poſuit in me. Fili mi, vnice dilectiſsime memorare, quæ & quanta paſſa ſum pro peccatoribus, & in tota tua paſsione gladius doloris cor meum pertranſijt. Nonne fili mi amantiſsime pro peccatoribus incarnatus es, paſſus, crucifixus, & mortuus es; pro eis à me conceptus, lactatus, baiulatus eſt, ipſis me Advocatam, & Matrem miſericordiæ conſtituiſti? Nonne tu dixiſti per Prophetam? in quacumque hora ingemuerit homo de peccatis, ſalus ei erit. Nunc igitur dona mihi hunc peccatorem: Ecce ergo his auditis flexus pius Ieſus in gratiam recepit, & ad preces Matris ſuæ eum miſericorditer eſt amplexatus, & tantam gratiam ei infudit, vt viribus reformatus, ſicut prius iuvenis canitie permutata foret. Quod quidem præſentiens diabolus venit ad Eccleſiā clamans. O infidelis quomodo me decepiſti! vbi eſt pacti tui promiſsio. Cui B. Virgo minas imponēs imperavit, vt ſuo famulo nunquam nocere poſſet, ſed citò*

diſ-

discederet. Statimque Virgo ad Altare rediit, & Filium in vlnas resumpsit; diabolus autem tantum strepitum, & vlulatum fecit, vt multi ad Ecclesiam confluerent, vbi nullum præter iuvenem invenientes admirati sunt. At ille iniecit vocate Sacerdotem, quo veniente omnia est ei peccata confessus, & eius consilio omne negotium istud promulgavit populo, qui omnes laudes Virgini benedictæ cum acclamatione dederunt. Tunc vxor eius, & amici gaudium magnum fecerunt. Tunc mutuo consensu vir iste, & vxor omnia bona pauperibus distribuentes religionē intraverunt, & quoad vixit vterque B. Virgini devotissimè servientes vitam æternam promeruerunt.

MARIA ADVOCATA nostra. Cui tanquam dignissimæ, & pretiosissimæ Matri Deus, nihil omninò negare possit.

ADNOTATIO VII.

1 *Germa.* LIbet denuo inhærere pulcherrimo illi S. Germani sensui de Maria, *vt & Dei Filium inæstimabilis eius cæperit pulchritudo; ex quâ secundò generatus sit*: itidemque Bernardi verbis *Bernar.* hom. 2. in Missus est. *His nimirùm Virgo regia gemmis ornata virtutum, geminoque mentis pariter, & corporis decore præfulgida; specie sua, & pulchritudine sua in cœlestibus cognita cœli civium in se provocavit affectum; ita vt & Regis animum in sui concupiscentiam inclinaret, & cœlestem nuntium ad se de supernis educeret.* In quibus vides Dei Filiū, vt Mariam Matrem haberet; tum ipsam cœli civibus longè prætulisse; tū etiam is, qui ab æterno generatus, & eternum generatur: sempiternumque infinita bonitate, & augustissima maiestate præditum, habens genitorem, quasi à nova Matris pulchritudine captus secūdo generari voluerit. Subijciente Bernardo magna cū emphasi. *Quanta dignatio Dei! Quanta Virginis excellentia!* Quod si tantæ dignationis causam ab ipso perquiras; ita quidem

A Dei Filius sub Salomonis persona pro se respondet. *Hæc cogitans apud me, & commemorans in corde meo, quoniā immortalitas est in cognatione Sapiētiæ, & in amicitia illius delectatio bona, & in operibus manuum illius honestas sine defectione, & in certamine loquelæ illius sapientia, & præclaritas in communicatione sermonū ipsius: Circuibam quærens, vt mihi eam assumerē*: omninò asserēs, à tam pretiosis virtutum, & excellentiarum gēmis, atque pulchritudine, quibus regia Virgo ornata erat Dei Filiū fuisse allectum, vt ipsam sibi in Sponsam, & Matrē assumeret; vt qui in cœlis pulcherrimū sine Matre habebat genitorem; speciosissimam in terris, sine Patre Matrem nāciscerētur: Sed enim: ille loquendi modus: *Circuibam, vt mihi eam assumerē*: vt arcanus, & epitasi plenus, maximè observari debet: quippè *circuitio* ardentissimū, & accuratissimum studium rei adipiscēdæ adumbrat, quod planè refertur, sive ad eum, qui ardentissimè amat; qui minimè conquiescere, nec vllo loco consistere valet, donec rem concupitā consequatur: sive etiā ad vim ardentem, qua venator studio, voluptate, toto animi, & corporis impetu avet, ardet venationem, cingit iudagine saltus instigat, canes, & intentat lato venabula ferro: sive tandē ad egregium belli ducem, qui vrbē, castrūvè oppugnans mœnia vndequaque circumit, atque perlustrat, vt vel rimā inveniat, qua expugnare, & intrare possit: Quæ omnia latius subinde diffussurus, & Mariæ accommodaturus, modo placet præstringere ex apis imagine florē circumeuntis, & perlustrantis, vt suavem sibi succum assumat; à Richardo à S. Laurent. lib. 1. de Laud. Virg. ex verbis Mariæ Cāticorū 1. v. 11. *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suū*: in hanc rem ita propositā: *Apis à longè dicitur sentire odore rosæ, & Christus de cœlo odorem Mariæ*: *vnde ipsa dicit: Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum*: vt videlicet diuina Apis circumiens illam, & perlustrās eo perfrueretur: Nec fuerit præterm ittendū, accuratè additū à Salomone, *vt mihi eam assumerē*: vbi primo aspectu otiosè positum dixisses; illud *mihi* siquidē is, qui sapiētiā amaverat

Sap. 8. v. 2. & & v. 17. & 18.

Rich. à S. Laur. Cant. 1. v. 11.

& exquisierat, & circuibat, vt eam in sponsam assumeret; iam planum fecerat; non aliis, sed sibi ipsemet velle assumere nisi illicò in mentem veniret ardentissima Filij Dei in futuram Matrem propensio, affectio, dilectio, quæ omni ratione, & modo explicari debebat: itidemque vt argumẽto esset, Deum aliàs in humanum genus maximè pronum & de donis suis in ipsum profundendis semper cogitantem: modo quasi vni sibi prospicere, & suum negotiũ agere; quamuis nostrum omninò egisse videatur; cum de tali, tantaque Matre cogitabat; cũ ipsa nostra simul, & mater, & advocata esset futura.

2 Iam vt & hanc cogitationem plus plus explicemus, ac diffundamus; & thesim illam in superioribus ex Hyppolito M. adductam de complemento filiationis, quod personæ Filij Dei accidit à Maria; dum ex ipsa *factus*, & humanam naturam assumens, in ea subsistit; quod est, personam illam extensivè perfici, ita firmemus, vt in de denuo Dei Filium Mariæ debitorem faciamus; quod ab ipsius carne gloria, & honore coronatus, & à Deo omnium Dominus, & iudex vivorũ, & mortuorũ fuerit constitutus: egregia Pauli verba ex epistola ad Philippenses cap. 2. vers. 6. à nobis iamdiu iterum, atque iterum duplicata expositione illustrata; modo in Deiparæ laudem nova luce perfundere operæprætium erit: Ergo sic Paulus de Christo Iesu. *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inventus, vt homo*: & statim vers. 7. *Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris*: siue vt Græca habent: *Quia Iesus Christus est Dominus, & hoc ad gloriam Patris*: & verò cum hoc in loco perdifficilè semper visum sit; explicare *rapinam* phrasim, tum quod ipsa in Paulo sit insolens; tum vel maximè quod præcedentibus verbis, non leve negotium faceſſat in contextu

A adversativa illa, *sed semetipsum, &c.* novam primum in commentario eius loci semitam illam investigavimus, vt cum rapina ex Græci idiomatis proprietate significet prædam, aut lucrum sine labore, aut sudore comparatum; dixerit Apostolus, eam Christi Domini admirandam animi demissionem, atque humilitatem fuisse, vt non putaverit externam illam nominis sui claritatem, siue divinũ honorem

B supremamque illi exhibitam ab humano genere, & cœlestibus spiritibus adorationem; futuram sibi rapinam, siue prædam sola manuum iniectione sine sudore, aut defatigatione parabilem, sed rem multi laboris, quæ ingenti tormentorum, & ignominiarum perpessione obtinenda foret. Deinde verò, cum in commentarios in Ieremiam Patris Ioannis Maldonati incidissemus ex ipso ad *Maldon.*

C cap. 21. illius Vatis observavimus in lib. de Optimo Principe lib. 2. adnotat. 15. num. 3. *rapinam* phrasi Hebraica perinde esse, ac spolia opima, quæ magno in pretio habentur; vt sensus fuerit. Christum & si in forma Dei subsisteret, non tam magnum, & velut pretiosa spolia existimasse regia, atque diuina apud homines maiestate collucere, quasi servi formam præ humilitate accipere; quasi maiorem

D ab illa gloriam, & ampliora esset spolia relaturus. Modo verò illud libenter pro re nata assumimus quod olim magni viri, & tam de re litteraria, quam de politioribus disciplinis optimè meriti nobis ingerebant: posse videri allusum à Paulo in voce *rapina* ad Græcorum consuetudinem, qui ex præcepto Lycurgi (vt Plutarchus *Plutarc.*

E auctor est in Lycurgo) Vxores non ex propria vi be, aut gente, sed ex finitimis nationibus bello captas, seu raptas sibi accipiebant: quasi illud sibi ipsis maximè glorioſum esset, si gentilia nobilitate posthabita dignas sibi sponsas aliunde quæsitas, & propria industria, ac fortitudine partas ducerent, qua ratione ipsas, tanquam ampla spolia *rapinam* appellabant: Quem etiam morem Romanos, vt perpetuos Græcorum asseclas retinuisse, & Sabinas fœminas bello captas, siue raptas vxores sibi despõdisse magis notum est ex Livio, quam *Livius.*

Philip. 2. 7. 6. & seq.

Græca lect.

vt referre opus sit: ex hac igitur ob seruatione, & vocis *rapinæ* acceptione, quasi ex rapto accepta, ecce tibi pulcherrimum Pauli sensum Philippensibus huius moris memoriam refricantis, & ab eo monentis. Dei Filium in forma Dei, vt verum Deum de Deo, subsistentem, non tam inde rapinam, seu gloriã suam, & diuinam apud homines, existimationem adornare voluisse, si sese humanis obtutibus ex propria natura, & forma Dei Filium Dei æqualem Patri augusta maiestate venerabilem & diuina gloria splendentem obijceret, quàm si Maria in sponsam rapta humanã ab ipsa carnem susciperet: & de ancilla bello capta formam servi acciperet: tantùm nõ dicens ore Salomonis: *Cogitans apud me, quoniam immortalitas est in cognatione Sapientiæ circuibam quærens, vt mihi eam assumerem.* Sanè vt prædam pretiosissimam, & spolia vndequaque ampla, & opima: quippè hac mente imbutus Deiparam appellavit, S. Germanus orat. de Præsentat. Deiparæ: *Pretium pretiorum: præmium præmiorũ: exsaltationem exsaltationũ:* quasi adunationum pretiosorum omnium. & Richardus à S. Laurẽtio lib. 4. *de Laudib Virgin.* in hũc sensum inflexit verba Iob. 28. vers. 12. de Sapientia: *Nescit homo pretium eius*, inquiens: *Quia non est pretiũ, quod possit ei comparari, quia pretiosior est cunctis opibus corporalibus, & spiritualibus, & omnia, quæ considerantur, non valent ei comparari*: ita Richardus, qui paulò ante: sic versat verba Sapientiæ 7. v. 9. *Nec comparavi* illi lapidem pretiosum, *idest, aliquem sanctum*: quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua. *Omnis enim Sanctus respectu Mariæ arena est respectu auri:* Benè ergo capimus Christum, nõ inde rapinam, & spolia magnifica capturum existimasse, si suæ cum Deo æqualitatis illustria exhiberet signa, sed si ex Maria, quæ ancillam Dei se esse professa est, formam servi acciperet: subijciente statim Paulo *Propter quod & Deus exsaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomẽ, &c. & exsaltationẽ exsaltationũ.*

S. Germ

Rich. à S. Lau. Iob. 28. v. 12.

Sap. 7. v. 9.

3 A qua sanè rapinæ, seu rapiendi sponsam expositione, non videtur ire ea Pauli phrasis; quam præcedenti adnotat. expendimus: *Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehẽdit*: Sed cum sermo sit de humana natura à Christo assumpta, non nihil obstrepit ibi verbum *apprehendit*, nõ præteriti, vt is sensus exigebat, sed præsentis temporis vtrobique esse; in quo videtur dixisse Paulus Dei Filiũ modo hominem fieri: sed facilè obiectioni occurras cum Guillielmo Estio ex adverbio *Nusquam*, quo signatè vsus est vulgatus, vt cum allusione ad promissiones de Dei Filio carnem de semine Abrahæ, & Dauid suscepturo, Genes. 22. vers. 18. *In semine tuo benedicentur omnes gentes*, & 26. vers. 4. *Benedicentur in semine tuo omnes gentes*: velit Apostolus, in nulla Scriptura legi quidquam de Angelica natura à Dei Filio, siue assumpta, siue assumẽda; sed de humana omnino scriptum, vt ex verbis Genesis apparet: Iam verò cum id & promissum, & scriptũ sit: notanter, ad significandam decretum, & promissionem executioni mandatã: vsus est Paulus verbo, & tempore *apprehendit*: quod omnino significat manum in rem propiam, seu pignori expositã inijcere, siue vindicare; vt Dei Filius *Virginem desponsatam Ioseph* videatur sibi præripere; & vt rapinam habere: ad eum ferè modũ, quo Græci vxores rapiebant, & tanquam sibi proprias vindicabant. hanc pene cogitationẽ, in Angeli ad Mariam missione eleganti stylo, siue vivaci penicillo ob oculos ponente Chrysologo serm. 140. Nimirum dum ipse contemplatur, tunc signatè Angelum ad Mariã à Domino mitti; cum ipsa Iosepho recenter desponsata fuerat: perinde factum dicit; ac si duobus de eadem sponsa contendentibus, is qui prior tempore eam sibi despondisset, celerrimo cursu, & si fieri posset, pernicissimo volatu alterum antevertere curaret vt quantocyus in rem sibi oppignoratam magnum inijceret, & vt propriam vindicaret; Sed illum audi, qui cum præmisisset. *Ad Virginem Deus aligerum portitorem mittit: nam dat arrhã, dotem suscipit, qui fert gratiam, fidem refert, & tradit munera virtutis, qui mox virginei consensus resolvit sponsionem:* subijcit: *Pervolat ad sponsam festinus interpres, vt à Dei sponsa humanæ desponsationis arceat, & suspendat affectum,*

Hebr. 2 v. 16.

Estius.

Gen. 22 v. 18.

Gen 26 v. 4.

Chrysol.

neque

neque auferat à Ioseph Virginem, sed reddat Christo; cui est in vtero pignorata cum fieret. Christus ergo suam sponsam recipit, non præripit alienam: Hæc Chrysologus: pulchra omnia: Sed illud peropportunè nostro instituto dictum: *Virginem reddat Christo, cui est in vtero pignorata cum fieret*: vt & purissimam Deiparæ Conceptionem firmet, cum in ipsamet Christi pignus esset, dum fieret: & simul ostendat, tunc quidem Deum executioni mandasse decretū, ac promissionem Abrahæ factam, vt in *eius semine benedicerentur omnes gentes*; cum *non Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ* in Maria *apprehendit*. Nec prætereundum pro præfata rapinæ acceptione illud, *vt à Dei sponsa humanæ desponsationis arceat, & suspendat affectum*, nempè vt amatam sponsam, quā circumiēs quærebat Christus sibi præriperet, & ab humano affectu vindicaret.

4 *Petr. Damia.* His perbelle adstipulatum videris S. Petrum Damianum serm. de *Annūciatione*: dum non aliter capienda censet ea Angeli verba ad Mariam *Dominus tecum*, ac si dixerit: Ecce iam à Deo capta, & apprehensa es: ad eum modum, quo, quis cum aliquem à tergo insequitur, & iam iam manus in illum injicere parat; clamans inquit: ecce tibi: iam factus es meum mancipium, & præda. Sic namque Damianus: *Denique & Angelus ait*: Ave gratia plena, Dominus tecum: *quia à Deo electam, & præelectam, totam eam rapturus erat, sibi Spiritus Sanctus, & cælestibus insigniturus ornamentis*: Sic ille Audis? *totam eam rapturus erat sibi*. Benè ergo Dei rapina, omnibus terrenis, & cœlestibus thesauris præferenda dicitur Maria: vt Dei Filius non tam rapinam arbitraretur esse se externa adoratione æqualem Deo, quàm ex Maria formā servi accipere; atque ipsam sponsam, sibi facere: A qua cogitatione, non it Ecclesia Græca in Menæis *in vesperis minoribus de Annunciatione*; dum Gabrielem, tanquam belli ducem Mariam Deo parantem, seu præripere curantem inducens; sub eius nomine præfato sensu dictum ipsi putat *Dominus tecum*: Etenim cum præmisisset. *Artifex Deus è visceribus intimis ad spontaneam erga opus suum misericordiam flexus in Puellæ vtero diuina Progenie fœcundando habitare festinat*: statim subdit. *Ad quam Archangelus ille magnus accedens. Ave (inquit) ò singulariter apud Deum gratiosa: Modo Deus noster tecum est. Neque me reverearis tanti Regis copiarum Ducem supremum*: vt dixerit; & si tāti Regis copiarum Dux sim; non te meo, sed Dei nomine; quia iam *modo tecum est*; vt de ancilla genitricem faciat; alloquor, vt noveris; ipsum in te semen Abrahæ velle apprehendere.

Dixeris sanè, non nihil affinitatis, cū præfato sensu habere illud Deuteronomij cap. 21. vers. 10. & 11. *Si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus in manu tua, captivosque duxeris, & videris in numero captivorum mulierem pulchram, & adamaveris eam, voluerisque habere vxorem, introduces eam in domum tuam*: Quod vt Cyrill Alex lib. 5. Glaphyrorum ad Christianam Ecclesiam à Christo in vxorem assumpta; à Glossa Ruperto, & Rabbano ad animam à gentilismo ad fidem translatam refertur; non ineptè de Virgine pulchra, & à Domino adamata, & de ancilla genitrice facta acceperis: Nā: cur rogo à Domino rapta? nisi quia ipsa pulcherrima inter mulieres ipsum primum in sui amorem rapuit? expressit hunc sensum: Sapiens ille Idiota in contemplatione Mariæ, sic ipsam reverentur affatus. *Nemo æqualis est tibi: Nemo maior te nisi Deus, quia Spiritus Sanctus superveniens in te, & Virtus Altissimi obumbrans tibi, quæ eras omnium virtutum ornamento prædecorata, pulchritudinem puritatem, sapientiam, & omnium virtutum gratiam adiunxit, & splendorem* observa illa: *quæ eras omnium virtutum ornamento prædecorata*, à quibus Dei Filius raptus te pro egregia rapina habuit, similiter etiam Richardus lib. 1. *de Laud. Virg.* inquiens: *Odores Mariæ: eius virginalis humilitas, & humilis virginitas; cuius votum primæ emisit, quo odore suavissimo Dei Filium, & illexit, & totum rapuit; qui illectus, & totus raptus de sinu Patris salit in vterum Matris. Nec solum in ventre eius odorem virginitatis, sed & in mēte eius humilitatis odorem repericns, & his odoribus odorem suæ Deitatis admiscens de ancilla fecit sponsam, & de creatura genitricem.* Hæc ille: Apud quem

5 *Deut. 21. v. 11.* *Cyrill. Alex.* *Rich. à S. Laur.* *Ecclesia Græca.*

vi-

vides, & Mariam à Dei Filio velut servam bello captam de ancilla factã sponsam. & simul illam, ipsum virtutis suæ armis rapientem, atque illicientem.

6 Iam verò Dei Filium vtrumque munus, & rapientis, & rapti in assumẽda, sibi in Matrem Mariam vivaci penicillo depictum videris à Salomone magnificis illis Sapientiæ verbis cap. 18 vers. 15. *Omnipotens sermo tuus de cœlo à Regalibus sedibus durus debellator in mediam exterminij terram prosiliit.* Nimirum, quod ad id loci fusius monui: dum vna ex parte à rigidoribus interpretibus hæc verba litteraliter referuntur ad eædem primogenitorum Ægypti invisibili Angelorum ministerio factam; ex alia verò vt Bonavent. Rabbanus, & Hugo S. Ecclesiæ sensum secuti, mysticè de Christi adventu accipiant: ego quidem semper existimavi, augustiora sanè esse hæc verba, & plus ponderis, & maiestatis habere quàm, quæ Angelo percutienti convenire possint: qui enim? ipse commodè appelletur. *Omnipotens sermo*: maximè cum Græcè, sit *ὁ λογος* eodem modo quo apud Ioannem 1. vers. 1. habetur emphaticè *illud Verbum* ineffabile eximium? Deinde vt Angelus percutiens à cœlo venire dicatur; at à regalibus sedibus, non nisi Rex ipse opportunè dicetur advenire: ac proinde verò similius esse; accipi debere de Filio Dei, qui sub illo cortice historiæ de cæde primogenitorum Ægypti, & liberationis filiorum Israel, intelligatur de regali sede advenire ad peragendum incarnationis Sacramentum, & genus humanum in libertatem asserendum: Nam si rectè sapis (vt obiter id monuerim suo in loco commodius expendendum) nonnulla in historia gesta dici solent, peculiari Numinis cura providente, non propter historiam, quæ si sola spectaretur forsan prætermitterentur, sed præcipuè propter allegoriam, & mysterium quod ei subest. Ergo cum vides omnipotentem illud Dei sermonem à regalibus sedibus adveniente; cogita illum totum de sinu Patris raptum in vterum Matris suavissimo illius odore attractum descendentem, cum verò illum velut durum bellatorem in terram prosilientem vides, nõ aliter, quàm vt belli ducem circumeuntem, & perlustrantem mœnia, vt vrbem expugnet, cõsiderare oportet, dum ipse circuibat, vt assumeret sibi Matrem, quam velut bello captam *de ancilla faceret sponsam*, & *de creatura genitricem*: simulque à Dei sponsa humanæ desponsationis arceret, & suspenderet affectum: Hæc ex hoc sapiẽtiæ loco magna ex parte probante Richardo à S. Laurentio præfato loco, denuo odorem cœlestis Nardi, sic expendẽte: *Quo odore suavissimo Dei Filium illexit, & totum rapuit, qui de sinu Patris saliit in vterum Matris, & à Sũmo cœlo egressio eius, quia sicut dicitur Sapientiæ* 18. Omnipotens sermo tuus Domine exsiliens de cœlo à regalibus sedibus venit. Hæc Richardus ibi: & in eandem sententiam lib. 2. ad verba Virginis: *Ecce ancilla Domini*, Lucæ 1. vers. 31. eadem sensus, & verborum opportunitate, sic inquit. *In hoc autem Verbo nectareo in tantum exhilaravit Virgo de salute nostra sollicitum Regem cæli, quod quasi factus immemor iniuriæ primorum parentum à sede Regali statim descenderet velut depositio Diademate gloriæ, & cœlos disrumpens exsiliret eodem momento de sinu Paterno in vterum virginalem vociferans, illud Proverb. 8.* Deliciæ meæ esse cum filijs hominum Hactenus ex Richardo:

Sap. 18. v. 15.

Bonav. Rabba. Hugo.

Ioan. 1. v. 1.

Sap. 18.

Luce 1. v. 31.

Prov. 8.

EXEMPLA.

TVtissimum Deiparæ præsidium; ausiliumque adversus casus præsentissimum à vi Amoris: quo in ipsam prouisimè divinus ipsius Filius fertur: nobis advenire quis ambigat? Præmitto exemplis; hæc pulchra P. Balbini Montis Sancti, cui Deipara præsidet nobilis Scriptoris verba: *Qui tutelam æternæ Virginis habent, expugnari non possunt: nullum in Arce Virginea hostile videbis impressum vestigium: vbera ipsa materna, quæ Filio ostendit* Turres *nostræ sunt: Sinus, & vterus, quibus captivum Dei Filium tenuit, intemerata vallà, & munimenta*: vlnæ, *ac manus, quibus Omnipotentem cæpit, & ligavit, sunt* machinæ: Crinis *ipse colli, quo vulnerat ballista: vt non immeritò cœlestis sponsus; cum eam describeret col-*

lum,

lum, oculos, faciem, aliaque membra turribus, piscinis, castellis comparavit, quippè inexpugnabilem Ciuitatem, tutissimumque præsidium animo dimensus.

Sit vnum pro multis exemplum, quod à Tilmano lib. 3. cap. 19. refertur de S. Getrude hunc in modum: Gertrudis tantis, ac talibus, & obstricta, & obstupefacta muneribus, ab vnico Dei Filio poscere non dubitavit, vt quando propter hominum salutem hominem se fieri voluit, commissaque ignosceret, omissa remitteret, illa partim supplere, partim explere dignetur, quæ in Deipara honoranda, illiusque donis agnoscendis minus plenè præstitisset. Magna vis postulari fidelis, maxima Christi erga Matrem charitas reverentiaque mirabilis. Ad Gertrudis hæc vota novissima Christus assurgit coram Genitrice genu inflectit vtrumque, & eam pro dignitate salutat, quod Gertrudis tanto inferior æquare non poterat. Nempè Dei Filius gratissimum sibi suæ Matris esse cultum ostendit; auctoritatemque grauissimam, cuius honorandæ, quasi lacunas, tam libenter, reverenturque complevit.

Sed vt videris, Bonam Matrem optimo Filio vicem rependentem accipe admirãdum exemplum, quod refert Fratre Ioannes Gritti Franciscanus, & ab eo P. Andrade in lib. de Patrocinio Virginis titulo 10. §. 10. de quodam milite omnium scelerũ maculis contaminato; cui ex vxoris monito illud Christiani supererat signum, quod in Deiparæ devotionem propensus, & in eius honorem in Sabbato ieiunabat, & quotiescumque in Virginis imaginem incidisset, eam Angelica oratione consalutaret: Ergo cum is aliquando templum ingressus Deiparam coram ipsius imagine Filium in manibus tenente solito modo salutaret, animadvertit diuinum infantem multis affectum vulneribus & ab ijs copiosam sanguinem effundentem: Cuius rei mysterium, cum rudis homo, non percalleret; piè, & animosè Virginem interrogavit? Quis adeo ferus fuisset, qui talia Dei Filio vulnera inflixisset: cui Deipara: tu ò homo is es; qui tuis flagitijs Filium meum iterum crucifigis: Ad quæ ille verba intimo animi dolore commotus: Agnosco inquit Domina: agnosco, & doleo: Sed tu Regina, Misericordiæ Mater es, te supplex oro, vt pro me Filium orare digneris, vt misereatur mihi maximo peccatori: Tum Deipara: Benè est: Vos me Matrem misericordiæ appellatis, cum reapse Matrem miseriæ facitis, qui Spiritum Sanctum, & Filium meum sceleribus contristamini: Sed ille perseverans in lachrymis duplicatas effundebat voces Matrem Misericordiæ ingeminans: quibus Virgo Sanctissima permota Filium suum pro illo exoravit, vt misericordiã, & gratiã obtineret in auxilio opportuno: At enim Dei Filius severitatem affectans: Non est (inquit) tam immanis peccator venia dignus: nec te ò Mater moveat, quod non exaudiaris: cum, & ego in nocte Passionis oraverim, vt transiret à me Calix ille, nec mihi Pater ipse meus pepercerit: Perseveravit tamen in supplicatione benigna Dei genitrix: nec verbis contenta Filium suum è sinu in Altari deposuit: & genibus flexis orationem humili reverentia adornavit: inquiens sese Advocatam peccatorum esse, nec munus suum deserere posse; nec ab oratione cellaturam donec misero illi peccatori indulgentiam obtineret. Verum enim verò Deiparæ humilitati, cœlesti ipse vrbanitate occurens; vultu, quo cœlum tempestatesque serenat, in tantæ Matris amplexus ruens: Non fas est (inquit) avertere faciem, ò Mater à te: Dimittuntur reo peccata multa, quoniam sic placitum fuit ante te, atque vt ipse videat, quam amicus ex inimico sit; accedat ad me, & ipsamet lingua, qua per iuramenta, & blasphemias me percussit; inflicta vulnera abstergat, lumbat sanguinem, qui in remissionem peccatorum ipsius fussus est: Qua Verborum suavitate animatus miles reverenter ad Christi vulnera osculanda, & abstergenda multis cum lachrymis accessit, à quibus diuini infantis imago itidem, vt antea illæsa, & pulchra visa est: miles verò in Dei obsequio, & Deiparæ devotione firmus permansit.

MARIA opportuna humani generis Advocata, cuius gratia, virtutes, & merita, omnium Sanctorum hominum, & Angelorum merita collectivè in vnum cumulum coniecta longo intervallo superant.

ADNOTATIO VIII.

1 IAM verò cũ Divam Mariam; qua ipsa Dei, & digna quidẽ Mater est, humani generis Advocatam, & Mediatricem optimo eius merito, magno nostro bono facimus, in illam felici sorte pulcherrimam, atque verisimam thesim incidimus à nobilissimis Theologis assertam, Mariam meritorum dignitate, non tantum Sanctos omnes æquare, sed ipsis etiam omnibus simul sumptis, & qui fuere, & qui modo sunt, & qui vsque in finem mundi sunt futuri; itidemque cunctis cœlestibus Spiritibus per suos ordines distinctis, sanctiorem, ac Deo gratiorem esse; ita vt si eius celsitudo, & gratia cũ gratia & sanctitate omnium, simul Sãctorum, & Angelorum conferatur; & omnes gradus extensivi gratiæ per puras omnes creaturas sparsi in vnam extensionem coalescant, futurum planè sit, vt solius Virginis gratia maior, dig dior, & extensior habeatur: sive vt, id clariori potiùs, quàm politiori libræ imagine explicaveris cum Bernardino de Bustis serm. de Annunciatione hũc in modum: *In tantum fuit Maria præ maxima plenitudine gratiæ põderosa, quod si ipsa sola in vna statera poneretur ex vna parte, & cæteri omnes Sancti, tam noui, quàm veteris testamenti, & omnes Angeli in alia, ipsa amplius ponderaret*: Hæc huius Doctoris, hæc nostra mens est; quã non tam ex pietatis pharetra, quàm ex sapientissimorum Doctorum sensu optimæ rationi innixo depromptam credideris.

Bernar. de Bust.

A Et vt hinc incipiam, & ipso in limine huic sententiæ à bonis Auctoribus pondus, & fidem conciliaverim; adest in primis pro ipsa non exiguum Theologorum nostræ Societatis agmen; quibus vt felix semper studium fuit, in Mariæ dignas laudes egregiam operam navare; ita in præsenti quæstione curæ est omnes nervos contendere, vt omni modo, & ratione Mariæ gratia omnium, simul Sanctorum gratia eminentior habeatur, ergo in primis Eximius Doctor P. Franciscus Suarez to. 2. in 3. part. disp. 18. sect. 4 tam suo, quàm aliorum PP. sensu, sic inquit: *Accedit, quod cum ante viginti annos in Academia Salmanticensi rogatus à gravibus viris quæstionem hanc disputare, atque definire fuerim aggressus; cumque in hanc sententiam valdè propenderem, rei novitate deterrentus, eam proprio iudicio, ac sententia definire ausus non fui, donec Doctores sapientissimos & in rebus Theologicis valdè versatos consului; quibus omnibus pia, atque probabilis hæc sententia visa est*: Hæc ille, tam sapienter, quàm modestè, & piè: & ad ipsius gestũ Henriquez tractatu de vltimo fine hominis cap. 10. Gregorius de Valentia 3. p. disp. 2. q. 1. punct. 5. Ferdinandus de Salazar latè, & egregiè in cap. 31. Prov. ad ea verba vers. 29. *Multæ filiæ congregaverunt divitias, tu supergressa es omnes*: Petrus Antonius Spinellus lib. de *Dei para*, sive de *Throno Dei* cap. 6. num. 11. Vincentius Regius lib. *Evangelicarum elucidationum* cap. 5. theoremate 3. Petrus de Morales in Matthæum lib. 2. tract. 9. n. 18. Sebastianus Barradas tom. 1. lib. 6. cap. 16. His PP. subscribit Venerabilis Ludovicus à Ponte lib. 3. in Cantica exhortat. 18. ad ea verba cap. 1. vers. 8. *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilavi te amica mea*: cuius verba, quod tanti viri sint exscribere fuerit operæpretium: Sic ergo ille primum: *Quia in vna ea omnium gratiæ, & virtutes incredibili tamen excessu continentur, sed & altius evolat, & pertingit usque ad Dei equitatum cælestem, qui est exercitus Angelorum novem choris distributus, & variis donis ornatus, cui etiam assimilatur: nam quidquid sapientiæ, & gratiæ elucet in illis, multò excellentius fulget in illa*: ita ibi: & paulò post enucleatius: *Merito ergo vtrique hominum, & Angelorum equitatui Virgo compara*

Suarez.

Henriq. Valent. Salazar

Spinell.

Vicent. Regius.

Moral.

Barrad. à Ponte

tur, quæ virorum quæ gratias, & dona sic amplexa est, vt sicut stellarum exercitus obscuratur à Sole, sic illorum gratiæ sint, ac si nonessent in eius præsentia: Hæc vir à sanctitate, & doctrina vndequaque venerandus.

3 Præter hos verò Societatis auctores; plures sunt alij, qui hanc sententiam confirmant, in ijs primum Onuphrius Marescalcus serm. *de Annuciat. Virginis*: quæstionem sic proponens: & absolvens: *In dubium verti potest; an gratia Virginis Mariæ sit maior, gratia reliquorum Sanctorum, etiamsi simul reliqui Sancti sumantur? Respondendum mihi videtur tantam communicasse Deum Opt. Max. gratiam Virgini Mariæ, vt hæc maior appareat, quam gratia reliquorum omnium Sanctorum*: Deinde ante nostram ætatem hanc sententiam docuit P. Balthasar Sorius Dominicanus in Mariali serm. 2. de Conceptione apud Patr. Salazar loco citato, inquiens: *Maior quidem plenitudo gratiæ affluxit à Christo, siue propter fidei intentionem antequam incarnaretur, siue per effectivam causalitatem postquam incarnatus est in Matrem propriam, quàm in totâ residuam Ecclesiam*: Et verò ne de expressissima ipsius mente ambigeremus; Ecclesiam cui Virginem prætulit, ita describit: *Ecclesia autem, sive in Angelis, sive in primis parentibus, sive in Abel secundum diversitatem temporum, & acceptionem illius consideretur*: Sic ille: & eodem ductu Ioannes Baptista Novatus in opere de eminentia Virginis to. 2. quæst. 24. quæ est *de perfectione, & meritis B. Virginis* c. 6. Cartagena to 5. hom. 5. Elias à S. Teresa in legatione Ecclesiæ triumphantis tomo 1. lib. 2. cap. 10. afferens inter alios Mauritium de vita Deiparæ in vita S. Thomæ Cãtuariensis ex diuina reuelatione dicentem: *Maiorem gloriam habet ipsa sola, quàm omnes simul Angeli, & Sancti.*

4 Nec desunt è Sanctis PP. plures, qui huic sensui mirè suffragantur: Nã in primis adest Bernardus serm. 2. in *Salve Regina* in superioribus adductus, dum ad ea Canticorum verba cap. 4. vers. 4. *Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium*: Sic aiebat: *Meritò mille clypei ex te dicuntur pendere, & non solùm clypei, sed omnis armatura fortium. Nihil enim est virtutis, quod ex te non resplendeat; & quidquid singuli habuere Sancti, tu sola possedisti*; quippè his verbis, non solùm evincitur, Mariam omninò possedisse, quidquid virtutis, & gloriæ habuerunt Sancti, sed ipsis planè mirum in modum excelluisse, cum ipsius merita, & virtutes (quod indidē adstruximus) fuerint *acervus tritici vallatus lilys*, Cant. 7. vers 2. ex vna, scilicet, parte cunctis imperfectionis, tepiditatis, aut remissionis paleis, & aristis exortes: atque ex alia ardentissimæ charitatis feruore; & constantissimæ in Deum deuotionis impetu præditæ, ac proinde multò illustriores, atque excellentiores tota Ecclesiæ messe, ac virtutum acervo: Deinde verò, nihil ab hoc differunt, quæ habet Sanctus Laurentius Iustinianus serm. *de Assumptione Virginis*, nam cum ipsam in cœlum intrantem inducens, inquit: *Mariæ prædicabantur præconia; innotescebat gratia, patebat gloria, ac nomen personabat. Nemo invidebat illi, quoniam ab eius beneficijs nullus reperiebatur immunis. Fructus quippè ventris Mariæ civitatem illã fundaverat sanctitate, exultatione, & iubilo, adeò vt sicut lætantium omnium habitatio fieret*: Subijcit opportunè: *Meritò quidquid honoris, quidquid felicitatis habebatur in singulis, totum exuberabat in Virgine. Hauriebat enim de fonte vitæ Verbique cellario, in quod introducebatur, vt sponsa, nonnulla contemplationis solatia, quæ Angelos cunctos latebant, & Sanctos. Hinc Sanctorum admiratio de Maria: hinc Angelorum congratulationis affectus effundebatur in Virginem*: Hactenus Iustinianus apud quem expende illud: *quidquid fecilitatis habebatur in singulis, totum exuberabat in Virgine*: vt videris ipsum, non fuisse contentum, si in Virgine quidquid in Sanctis, & Angelis esset collectum collocaret; nisi etiã exuberantem, supra illos cumulum assereret: Quæ sic præstrinxit Sapiens Idiota: *Sanctorum omnium privilegia Virgo omnia habes in te congesta.*

Sed & in hanc sententiã omninò cõsentit S. Bernardinus tom. 2. serm. 51. art. 3. cap. 1. dissertissimè affirmans: *Virgo beata in Conceptionis Filij Dei consensu plus meruit, quàm omnes creaturæ tam Angeli, quàm homines in cunctis actibus, motibus, & cogitationibus suis: nempè omnes, qui meruerunt, nihil aliud potuerunt mereri, nisi secundum varios status, & gradus vitam sempiternam. Hæc autem*

Onuphr. — Sorius. — Novat. — Cartag. Elias à S. Teres. Maurit. S. Tho. — Bernar. Cant. 4. vers. 4. — Cant. 7. v. 2. — Laurẽt. Iustin. — Isidor. Thessal. — Guill. Parisiẽs. — 5 Bernar.

autem Virgo in illo admirando consensu meruit totalem fomitis exstinctionē, dominium, & primatum totius orbis, plenitudinem omnium gratiarum: Hæc ibi Bernardinus. Nec hæc dixisse cōtentus eamdem sententiam, sic dilucidè confirmat serm. 61. *Posuit Diadema super caput eius, & voluit esse* Æsther. *Reginam* (Æsther 1.) *istud est Diadema speciei, & corona gloriæ, qua Virgo super Angelos coronatur, vt intra Trinitatis gloriam ipsa sola sit amplius evecta, ac plus beatissimæ Trinitatis diligat gloriam, quam omnis alia creatura simul sumpta, de cuius gloria post Filium participant vniversi.* Hæc Bernardinus: maiorem Dei dilectionem in Virgine, quàm in omni omninò creatura simul sumpta constituens. Guillielm. Quem planè sensum Guillielmus Parisiensis in Rosario aureo pulchrè expressit adducta statera præfatæ imagine hunc in modum. *Si gratia omnium Sanctorum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, & omnium electorum, etiam comprehensis novem Ordinibus Angelorum ponerentur in vna statera, & sola gratia huius Virginis in alia, hæc multo gravior appareret.* Sic Guillielmus. Iam tandem pro nostra sententia egregiè fideiubet S. Anto. Antoninus 4. part. titulo 15. cap. 20. dum ait: *Ex dictis patet, quod MARIA fuit plena gratia quadrupliciter. Primò, quia omnes gratias generales, & speciales omnium creaturarum habuit in summo. Secundò, quia illas gratias habuit, à quibus omnis creatura vacua fuit. Tertiò, quia sua gratia tanta fuit, quod pura creatura maioris gratiæ capax non fuit. Quartò, quia gratiam increatam, ideſt, Deam in se totum continuit.* Hæc Antoninus. Ad quæ Novat. verba benè obseruat Novatus præfato loco; opportuna quidem esse illa; quibus Antoninus omnes gratias omnium creaturarum Virgini adscribit: sed tamen, quoniam potest quis dicere; id non accipi pro omnibus collectivè, sed pro omnibus singillatim sumptis; opportuniora quidem ad convincendum litigatorem esse, quæ Antoninus tertio loco habet: etenim dum ipse affirmat *tantam fuisse Virginis gratiam, quod pura creatura maioris gratiæ capax non fuerit*; eodem ductu fateri ipsum necesse est; huiusmodi gratiam maiorem fuisse gratia omnium electorum, siue Angelorum, & hominum: Plura verò in hanc sententiam adducit P. Salazar ex PP. vt iam faceſſant, qui vt in oppositæ opinionis argumento ferociter repugnarent, non dubitarunt asserere Sanctis Patribus, ne in mentem quidem hanc quæstionem venisse, nec aliquid in hac re certò constitui, aut coniectura probabili investigari posse. Vellem quidem ego, vt audirent S. Basilium Seleucienſem orat. 39. & Andræam Cretensem orat. *de Dormitione Virginis*, in hoc laudum campo latius, sine limite vllo sese exspatiantes.

Nec solum à præfata Patrum, & Doctorum auctoritate pulchra hæc, & plausu digna sententia subsistit; cum plures, & egregiæ quidem, ac peremptoriæ pro ipsa rationes, & argumenta conficiantur, quas apud præfatos Scriptores videre est, præsertim, apud PP. Franciscum Suarez, & Ferdinandum à Salazar locis superius indicatis: Ex illis verò illud nos argumentum ex immensa dignitate Maternitatis Dei, vt firmissimum, & ineluctabile vrgere placet: ergo dum dicimus MARIAM Matrem Dei esse: hìc figimus gradum: atque hic murus ahæneus esto; inde optimo merito, & necessaria argumentatione inferentes, MARIAM vt Deo maximè proximam, *& quæ vltra quam credi potest* (vt loquitur Bernard. Bernar. serm. de Verb. Apocalyps.) *diuinæ sapientiæ penetravit abyssum, vt quantum sine personali vnione, creaturæ conditio patitur luci illi inaccessibili videatur immersa*, ita meritorum celsitudine cunctis omninò Angelis, & hominibus collectivè sumptis longo intervallo sanctiorem, & excellentiorem esse: ad eum planè modum ratiocinantes, quo gentilis Seneca, dum hominis Seneca. dignitatem, quasi vltra humanæ conditionis rationem extolleret, ijs, qui ei fidem non præstabant, argutè occurrebat epistol. 71. *Multis videmur, maiora promittere, quam recipit humana conditio: nec mirum: ad corpus enim respiciunt: revertantur ad animum, & iam hominem Deo metien-*

tur: vt nimirum ijs, qui de ineffabili hac MARIÆ excellentia ambigunt quasi maior sit, quàm recipit humana conditio non modo occurramus sed eos itidem moneamus, ne ad humanæ conditionis rationem, & personæ singularis capacitatem respiciant, sed revertantur ad Matris Dei dignitatem; & iam illam velut vltra omnem comparationem sublimiorem, & excellentiorem, Deo metientur: pulchrè in hunc sensum Andræa Hierosolymitano oratione *de Dormitione Deiparæ* dicente: *Si quid, quod nos superat, in ea divina est operata gratia, nemo miretur, intuens ad novum, & ineffabile, quod in ea peractum est mysterium ab omni infinitate infinities infinitè exemptum.* Hæc ille, quæ totidem verbis scripsit Euthymius orat. *de Zona Virginis*: Pulchrè illud *nemo miretur, &c.* vt dixerit; nullam esse debere admirationis causam, cum de MARIA Virgine maiora, quam recipit humana conditio, & quæ vltra omnem captum nostra cogitatio assequi non potest prædicamus, si intueamur ad ineffabile, quod in ea peractum est mysterium magis omni infinitate infinitum: ideſt, ad MARIAM, quæ vt Dei Mater est ex Bono infinito, quod est Deus, infinitatem quandam habet: vti sapienter affirmat Sanct. Thom. 1. part. quæst. 23. artic. 2. inquiens: *Humanitas Christi, ex hoc, quod est vnita Verbo, & beatitudo creata, ex hoc, quod est fruitio Dei, & B. Virgo, ex hoc, quod Mater Dei est, habens quandam infinitam dignitatem ex Bono infinito, quod est Deus*: Sic S. Thomas.

Andræas Cretens.

Euthym.

S. Tho.

7 Dixerim hunc planè sensum velut acu tactum fuisse à S. Laurentio Iustiniano sermon. *de Assumptione* MARIÆ excellētiam super omnes creaturas ab eius dignitate, & munere Matris Dei sic pensitante: *Tantò dignitate cæteris est effecta excellentior, quantò propinquior erat Verbo.* Vbi obserues velim, Iustinianum, vt affirmat Virginis dignitatem à propinquitate cum Verbo, quod eius Mater sit fore petendam, ita non obscurè adstruit, nullam inter Deiparam, & creaturas comparationem legitimè institui posse, quam Matris Dei dignitas non respuat: Nimirum ipse signatè excellentiam MARIÆ ab eius dignitate intulit, vt adstrueret, infinitum inter ipsam, & creaturas esse discrimen, cum proportio, quæ à munere, & dignitate sumitur alterius sit generis, atque conditionis: quippè duplex à Philosophis assignatur proportio: altera videlicet Arithmetica, quæ est rei ad rem, sive personæ ad personam; & æqualitatem importat: altera verò Geometrica, quæ nō rem, nec personam ex æquo respicit, sed munus, & dignitatem, quæ personæ subest; ac proinde æqualitatem, seu comparationem personæ cum persona excludit: vt si in spoliorum distributione gregario militi decem dantur: nō perinde signifero, aut Magistro militum viginti, Arithmetica proportione servata, sed potius centum, aut mille; nulla inter ipsum, & milites habito respectu dari debent: ita quidem in mira Filij Dei transfiguratione, iam dudum obseruavimus, Petro Christo Domino dicenti: *Faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum: Moysi vnum, & Eliæ vnum*: Evangelistam sapienter occurrisse illis verbis: *Nesciens quid diceret*: inclamante videlicet Summo Parente: *Hic est Filius meus dilectus*, Marci 9. vers. 7. atque hæc verba expendente Ambrosio lib. 1. *de Fide*, hunc in modum. *Quoniam tabernaculorum numerum deferendum tribui simpliciter existimavit, emendatur Dei Patris auctoritate dicentis*: Hic est Filius meus, &c. *Ideſt: Quid conservos cùm Domino socias tuo?* Ita Ambrosius: etenim, si vt scitè elegans ille dixit:

Marci 9 v. 7. Ambros.

Claudia. lib. 1. in Eutrop.

——*Discrimina quædam*
Sunt famulis, splendorque suus.

quam ingens; sive potius infinitum discrimen, quod omnem prorsus cōparationem excludat, inter splendorem Dominæ, Reginæ, ac Dei Matris: & splendorem servorum fuerit constituendum? dissertissimè affirmante Damasceno orat. 1. de Dormitione Virginis *Dei Matris, ac servorum Dei infinitum est discrimen*: dignitate, scilicet, Matris Dei, à servorum Dei statu infinito intervallo discrepante; cum & ipsa, vti aiebat S. Thomas, *ex hoc, quod Mater Dei est*

S. Thom

Laurēt. Iustinia.

ha-

habeat quadnam dignitatem infinitam ex Bono infinito, quod eſt Deus, & ea etiam menſura Dei, ſive lex diſtributionis poſtulet, vt gratiæ menſuræ, cũ dignitate, & munere componatur, atque exæquetur, ac proinde huic rationi innixus dixerit idem Angelicus Doctor 3.p.q.7.art.10. *In Matre Dei fuit gratia tali dignitati proportionata*: A quo non iverit, quod S. Bonaventura in 1.ſent.diſtinct.4.in expoſitione textus de Matris Dei dignitate, ſic dixit: *Tanta eſt Matris Dei dignitas, vt omnes creaturæ quantumcumque aſcenderent in gradibus nobilitatis, ſi eſſent præſentes, omnes deberent reverentiam Matri Dei.* Hæc Bonaventura: Quæ appoſitè firmat Petrus Venerab.lib.3.epiſt.7.propoſitione 1.hũc in modum, hanc Maternitatis dignitatem expendens: *Hoc eſt chariſma maius omnibus chariſmatibus: hæc eſt gratia maior (vt ſic dicam) maior omnibus gratijs*: & poſt pauca. *Præ cunctis plane creaturis, & in terris virtutũ gratia exornari, & in cœlis ſublimi gloria illam decuit clarificari, quæ ſola inter omnes creaturas Matris Dei nomine meruit decorari. Nam cum multi dicantur Martyres Dei: cum multi dicantur Apoſtoli Dei: cum multi dicantur Prophetæ Dei: cum multi dicantur Angeli Dei, cum multi dicantur diverſorum ordinum Sãcti Dei: ipſa ſola dicitur Mater Dei. Vnde iuſtum erat, vt iuxtà quod Apoſtolus ad Hebræos loquitur, ſicut Moyſes fidelis famulus in domo, ſic ſicut Chriſtus vnicus Filius dominans in domo; ſic ea eius Mater virtutibus, & gloria toti familiæ poſt ipſum in eadem principaretur domo: ſicut igitur eſt in ipſa ſingulare, ac ſuper omnia poſt Deum nomen Matris Dei, ita eſt ſingularis, ac ſuper omnia poſt Deum in terris, & in cœlis gratia, & gloria eiuſdem Matris Dei.* Hæc omnia: quæ benè expenſa noſtro argumento mirificè aptantur: & illi ſenſui Damaſceni orat.1.de Aſſumptione *inter Deiparam, & ſervos Dei infinitam eſſe diſtantiam*, omninò conſentanea ſunt.

8 Ergo vt Petro æqualia Dei Filio, & ſervis eius tabernacula conſtruenti opportunè Sũmus Pater obviam ivit: *Quid conſervos, cum Domino ſocias tuo?* itidem & eos, qui Dei Matrem, vtcumque cum ſervis, ſive ſingillatim, ſive collectivè in trutina ſuſpendunt' caſtigare, ſeu admonere videtur S. Bernardinus tom.1.ſerm.61.cum inquit: *Sicut Filius Dei ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis, tantò melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditavit ad Hebræos 1. Quod nomen eſt, vt ſit verè Deus per gratiam vnionis: Sic & Mater Domini noſtri Ieſu glorioſa Maria, tantò melior eſt Angelis effecta, quantò præ omnibus creaturis hæreditavit, vt obtineret dignifſimæ Matris nomen*: Hæc ille ibi, quæ facilè in noſtrum ſenſum expenderis: Nec minus ad rem tom.3.ſerm.11.art.2.cap.3.appoſitè, inquit: *Tota Trinitas vniformi, & concordi voluntate hanc inæſtimabilem Virginem oſtendit eſſe ſuam ſponſam incommunicabilis charitatis, cœli Reginam inatingibilis dignitatis, Mundi Dominã imparticipabilis poteſtatis*: Sic Bernardinus; notantiſsimè Virgini adſcribens ea, quæ à creaturis attingi, aut participari non valent, quod alterius ordinis, & proportionis ſint. Vnde quidem S. Ildephonſus huic innixius rationi Mariæ merita extra humanæ cogitationis menſuram, & captum poſuit ſerm.3.de *Aſſumptione*, inquiens. *Idcò apud Dominum quanta penſanda ſint eius merita, vel cogitanda præmia, puto, quod nemo eſt, qui ad purum ediſſerat, niſi qui poteſt verè perpendere, qualis, vel quanta ſit iſta gratia, qua repletur ipſa per quam venit in mundum Dei Maieſtas*: ita Ildephonſus: & eodem planè ſenſu B. Dionyſius Charthuſianus lib 2. de *dignitate Mariæ*, ita concludit: *Hæc nempè gratiæ ſuæ altitudo conſiſtit, quod veri, Omnipotentiſque Dei vera Mater facta eſt, quæ, vt opinor, comprehendi nequit, niſi ipſa per Dei donum per ſpeciem videatur Maieſtas.* Hæc Dionyſius: Quibus nihil dici potuit opportunius.

Sed iam vt ad Advocati munus veniamus: Ecce tibi vt dignam Dei Matrem Mariam; ita opportunam Advocatam noſtram ex hac, tam ſupereſluenti, & immenſa meritorum cauſa: Enim verò, vt hanc adſtruat P. Salazar prædicto Proberviorum loco, ſic ratiocinatur numer.191. *Virgo eſt Mediatrix inter Deum, & hominem, atque per ipſum, & propter ipſum Deo placent, quotquot hactenus*

Bonav. Petrus Venera. Bernar. Hebr. 1. Ildepho. Carthu. Salaz.

placuerunt, ergo ipsa plus omnibus placet, ergo maiorem omnibus gratiam obtinet; hæc enim vna, atque sola placendi Deo causa est: Quam sanè argumentationem sic nos versamus. Maria plus omnibus omninò sanctis Deo placet, quia maiorem omnibus gratiam obtinet; ergo opportuna Advocata, & Mediatrix inter Deum, & hominem est. Cui ratiocinationi omninò favet Anselmus lib. *de Excellentia Virginis* cap. 9. vbi cum dixisset: *Pura sanctitas, & sanctissima puritas pyssimi pectoris eius omnem omnis creaturæ puritatem, sanctitatemque transcendit*: subijcit: *incomparabili puritate hoc promeruit, vt reparatrix perditi orbis dignissimè fieret*: Sic ille: ab omnimoda, & incomparabili Virginis sanctitate Advocatæ, & reparatricis munus adornans: Pergit verò Salazar plus plus hoc argumentum sic explicans, & firmans. *Plus, inquam, omnibus placet simul sumptis, quia functio Mediatricis hoc postulat: nam quemadmodum in Christo Domino ad Mediatoris officium hoc pertinet, vt omnes propter ipsum Deo placeant, & ipse plus, quàm omnes gratus sit, nisi enim ea ratione gratiam, & meritum omnium superaret, non satis constaret illum pro omnibus Mediatorem fuisse. Pari etiam ratione, vt Virgo eo nomine Mediatricis gaudeat, & gratiam omnium eo nomine, & titulo Mediatricis promeruisse dicatur, omnium pariter gratiam, atque merita vincere debuit; ita vt ipsa plus placeret, quàm reliqui simul sumpti, pro quibus Mediatricem agebat. Quia hoc Mediatricis munus, non refertur per se ad singulos, sed ad omnes.* Mediator enim pro omnibus est, & pro omnibus constituitur, *atque ideò gratia illi respondens, non cum singulis, sed cum omnibus cõferri debet*: Hæc Salazar: qui etiã Mediatricis nomẽ, & sensum altiori ratione expendit; quòd Virgo salutem nostram aliqua ratione de congruo pro meritis suis impetravit; nam sicut Filius mortem voluntariè sustinens pro omnibus satisfecit; sic illa Filium suum, qui verè suus erat, eidẽ morti voluntariè offerens omnium salutem impetravit: vt opportunè affirmavit Venerab. Arnoldus illis verbis: *Omninò tunc erat vna Christi, & Mariæ voluntas, vnumque holocaustum ambo offerebant: hæc in sanguine cordis, ille in sanguine carnis: vnde communem in mundi salute cum illo effectum obtinuit*: Sed de hoc peculiari Mediatricis officio multis in seqq. agendum: Modo pro hoc Advocatæ munere, quod persequimur preme illam pro immensitate gratiæ Deiparæ supra omnium creaturarum gratiam collectivè sumptam; opportunã rationem. Quod ratione Maternitatis Christus plus amavit Deiparam, quã Ecclesiam vniversam seorsim ab ea sumptam, sicut bonus filius hæres paternæ hæreditatis plus diligit Matrẽ, quam vniversum famulitium, quamvis copiosum, ac multiplex: ex quo benè sequitur B. Virginẽ plus solam accepisse gratiæ, quàm omnes simul sanctos collectivè acceptos, quia gratia est id, quo Deus aliquem sibi efficit amicum: ex qua ratiocinatione patrocinij efficacitatem supra omnes simul Sanctos adstruebat P. Franciscus Suarez to. 2. in 3. part. disput 23. sect. 2. à nobis hoc lib. adnot. 1. n. 8. adductus: itidemque Venerab. Galfridus ser. 8. in omni festivitate B. Mariæ dicebat: *Vniversum suis precibus mundum salvare potest, si ipsa vult.*

Suarez.

Galfrid.

EXEMPLA.

TAntæ Matris precibus quis timeat Dominum petita fore negaturum? *Pete ergo signum à Domino Deo tuo, sive in profundum inferni, sive in excelsum suprà*? Isai. 9. vers. 11. *Porrò cum S. Griphon Franciscanus Doctor Parisiensis, & Maronitarum Episcopus; subditos suos Maronitas fidei Christi, & Ecclesiæ doctrinæ renitentes haberet, & eum præcipuè, qui principatum inter illos obtinebat, pactum obtulit, solem, qui tunc in Occidente erat, ad Orientem retorquendi si submittere se Ecclesiæ vellent. Quo pacto admisso flexis genibus Griphon Deũ precatus est, vt intercessione Deiparæ, cuius festũ Assumptionis eo die celebrabatur, Solẽ revocaret ad ortum. Orationẽ effectus secutus est, & iugo Ecclesiæ colla Maronitarum subiecta sunt hoc spectaculo motita: qui propterea*

Isai. 9. v. 11.

cor-

cot annis cum solemni pompa supplicationem instituentes huiusce prodigij memoriam recolunt. *Rem hanc, quæ humanam fidem videbatur excedere grauissimi Auctores narrant Vvadingus in Annalibus Minorum ad annũ 1475. num. 8. Marcus Vlisipponensis in historia S. Francisci. Iustinus Michouiensis discursu 360. num. 4. in Litanias Lauretanas. Qua verò ratione id fieri potuerit, fusè tractat Vvadingus: Ego verò ad Assumptionis diem, in quo peractum est miraculum me conuerto: pendens cum Amedæo hom. 8. de Virgine in cælũ Assumpta.* Adstat beatissima singulari merito præcipua vultui Conditoris semper interpellans pro nobis: illo enim edocta lumine, cui nuda, & aperta sunt omnia cuncta nostra videt discrimina, nostrique clemens, & dulcis Domina materno affectu miseretur.

Concinit huic cogitationi illustris visio, quæ in hoc Assumptionis die B. Gertrudi oblata est, vt habetur in lib. 4. Revelationum cap. 49. his verbis: *Deinde in iubilo laudem resonante tota cælesti curia. B. Virgo in throno gloriæ à dextris Filij cum decenti reverentia collocatur: & posteà omnes cæli cives ante solium Regni ipsius, cum ineffabili iubilo decantabunt. Responsorium* Beata es Virgo Maria, *cui tota SS. Trinitatis subiunxit Angeli verba,* Ave Maria gratia plena Dominus tecum: *renovans ei suavitatem Angelicæ salutationis, quæ totius salutis saluberrimum extitit exordium: cui sanctorum chorus adnectebat:* Ecce exaltata es: *commendans ei, vt pro Ecclesia militante intercederet.* Hæc omnia ibi.

MARIA opportuna pro humano genere Advocata, quæ in primo Conceptionis suæ instanti à labe originali extitit immunis.

ADNOTATIO IX.

1 EST etiam huius instituti Advocationis proprium præscribere (quod in libro de Maria immaculata conceptu fusiùs pertractauimus lib. 1. dissertat. 3. adnot. 3.) ad munus Advocatæ generis humani, quod Mariæ tam strenuè gerit, signatè pertinere omnimodam à peccato originali immunitatem, quippè tantum ponderis efficaciæ intercessioni accedere videtur, quantum innocentiæ, & candoris intercedenti subest. Et verò opportuniùs hoc argumentum felici, hoc tempore persequemur, cũ magno Dei beneficio pro fidelium solatio ad commune votum, & supplicationem Regnorum Hispaniæ præeunte illorum Augustissimo Rege Philippo IV. qui vt mortalium omniũ Deiparæ obsequio addictissimus fuit; ita ipsius immunitatem forti, & regia virtute propugnavit: Sanctissimus Alexander VII. Catholicæ Ecclesiæ Pontifex Summus, Pontificio Diplomate æternum valituro declaravit Sanctam Romanam Ecclesiam in festiuitate Conceptionis Beatæ MARIÆ, eius Conceptionem in primo instanti perfectum celebrare: vt inde quiverit doctus quispiam legitimè ratiocinari, eum huic festo germanum sensum subesse: *Deiparam in primo Conceptionis suæ instanti à culpa originali immunem omninò fuisse*: cum ex mente S. Thomæ, & Theologorum Ecclesia non celebret, nisi quod sanctum est. Itidemque cum idemmet Summus Pontifex novo subindè Diplomate ad supplices preces ipsius Regis Philippi per Oratorem suum Excellentissimum D. D. Petrum de Aragon ex regia Aragonum gente interpositas solemnitati festi immaculatæ Conceptionis duplicatum reddidit splendorem, addita illi Octaua pro cunctis Regnis ditioni suæ Maiestatis subiectis adniente constanter, & egregriè huic expeditioni Reuerendissimo P. Leonardo Padera è Seraphica Familia, viro à magnis virtutibus, & ab eximiæ doctrinæ, & eruditionis splendore clarissimo; cuius curæ ob optimam fidem, & maximã in pertractandis magnis rebus dexteritatem, iam dudum Regi valdè notam, tantum ipse negotium signatè cõmisit: in quo Leonardus tam strenuè segessit, vt firmo pectore aduersus obstantes, & instãtes difficultates illud ad felicẽ exitum tantũ perduxe-

rit ingenti Vrbis, & Orbis gaudio: & peculiari Optimi Regis noſtri lætitia ſibimet applaudentis, quod in rem immaculatæ Conceptionis Virginis eius animo, & deſiderio gratiſsimam tam idoneum Miniſtrum delegiſſet.

2 Sed & ſubinde hoc præſenti, in quo ſcribimus anno Clementiſsimus Pontifex Clemens IX. Alexandri in Petri Cathedra, & veriſsima pietate ſucceſſor novam Feſto ſolemnitatē, & decorem adiungere decrevit præfatam Octavam ad totam Eccleſiam Catholicam toto terrarum orbe cōſiſtentem exſtendens, vt iam Cōceptionis immaculatæ feſtum, à ſolemnitate feſtivitatum Nativitatis, & Aſſumptionis Deiparæ, nec hilum differat, obtinēte hoc Virginis decus à ſua ſanctitate Auguſta Regina Mariana Philippi coniuge, & imitatrice erga Deiparæ immunitatē fideliſsima: vt iam huic negotio, nō importunè quodammodo quis aptaverit, quod aliud agens Auguſtinus ſerm. 2. de verbis Apoſtoli ad finem tomo 10 dicebat. *Auguſt.* *Fratres compatimini mecum: redarguite contradicentes, & reſiſtētes adnos perducite. Iam de hac cauſa duo conſilia miſſa ſunt ad Apoſtolicam Sedem: inde etiam reſcripta venerunt. Cauſa finita eſt. Vtinam aliquando finiatur contentio. Ergo vt advertant monemus, vt inſtruantur, docemus, vt mutētur oremus.* Hæc omnia Auguſtinus.

3 Nec facilè quivis declarare valeat, quanta omniū alacritate, & plauſu gratiſsimum, hoc nuncium Hiſpania noſtra exceperit; quippè quæ in Virginis immaculatè conceptæ obſequiū toto animi impetu ſemper ivit; ſignatè verò Reges, Principes, Dynaſtæ, Proceres, ſacri Antiſtites, & Magiſtratus cuncti. Nimirum, vt in limine huius diſſertationis, hoc obiter dixerim, & ſi hic divino ingenio mos ſit, vt ad magna opera perficienda nō magnifica, & illuſtriora inſtrumenta, ſed potiùs ignobiliora, & infirmiora ſumat, dicente Paulo 1. ad Corint. 1. v. 26. *Quia non multi ſapientes ſecundū carnem; non multi potentes, non multi nobiles. Sed quæ ſtulta ſunt mundo elegit Deus, vt confundat ſapientes, & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi, & contēptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, vt ea, quæ* 1. *Cor.* 1. *v.* 26.

A *ſunt deſtrueret: vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius:* at enim verò illud etiam ſæpiùs nobis planum fecit: ipſum virtuti in diſcrimine ignominiæ aliquando expoſitæ potenter opē ferre, & Regibus, atque Proceribus, tanquam ad miniſtris vti, vt ipſa debito honore afficiatur: ita quidem cum Filium ſuum in præſepio vidit: quod extremæ ignominiæ fuiſſe videtur Reges è longinquo traxit, qui ipſum reptabundi cū regijs muneribus adorarent: itidemque cum in cruce extrema dedecora, cum morte ignominioſiſsima tulit *opprobrium hominum, & abiectio plebis, Pſal. 21. verſ. 6.* non alium, quā Ioſephum nobilē decurionem, & Nicomedum principem excitavit, vt ipſum cū honore è cruce deponerent, & honeſtiſsimè ſepulturæ mādarent: vt hac ratione S. Epiphanius peculiari oratione vtrumque verum cœli, *Athlantem appellaverit, & ſupremis Seraphinis excelſiores fecerit.* Qua quidē ratione cum ſanctiſsimam Matrem ſuam funeſtæ exiſtimationi peccati originalis, tanquā ingenti ignominiæ expoſitam contēplatur (quid enim tam indecorum, & turpe, quàm originali culpæ, & dæmoni ſubiacere?) omnes omninò Reges, Principes, Magiſtratus, & cuncta Regna ad defenſionē immunitatis Mariæ armat, vt certatim ingēti animi ardore erūpant in eas voces, quas regio & verè Hiſpano ore Regna Caſtellæ, & Legionis in comitijs generalibus anni 1644. ad ſuum Regem hunc in modum ediderunt: *Cum nihil omnium eſſe, aut excogitari poſsit, quod animos Hiſpanos à propoſito colendæ immunitatis Mariæ dimovere valeat, qui ad ſanguinem, & vitam profundendam ſunt paratiſsimi, antequam immaculatam Mariæ Conceptionem corde; Verbo, & ſcriptis credere, & profiteri deſinant.* Hæc Regna; hæc Reges: rati quidem ſua maximè intereſſe pro immunitate Virginis, tanquam pro aris, & focis decertare, qui in negotio ſalutis æternæ Bonam Advocatam habere deſiderant. Sed iam ad rem. *Pſal.* 21 *v.* 6. *Epiphanius.*

4 Pro qua quidem cum iam dudum Paulū, non ſemel adduxerimus; ſtrictim modo, quæ diximus proferemus; partim innovatum, partim

no-

novum: Ergo ille, vt Chriſtum Dominum perfectum vndequaque Pontificem, & Advocatum adornaret: non tam Sapientiam, aut induſtriam, & diligentiam, ſiue etiam in clientes propenſionem, quam omnimodā puritatem, & accuratiſsimam munditiam commendabat: Sed quam ille puritatem nominaverit? Non eam quidem, quæ ſolum à morum candore, & vitæ probitate advenit? ſed illam quæ à parentibus ipſis cum ſanguine, & lacte ebibitur: audi ad Hebræos 7. verſ. 26. *Talis enim nobis decebat, vt eſſet Pontifex ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cœlis factus*; quibus in verbis, vt illa *ſanctus innocens*, ad eximiam vitæ ſanctitatem pertinent; ita hæc *impollutus ſegregatus à peccatoribus excelſior cœlis factus* maius aliquid peculiare ſonant: nam *impollutus* Græcè *illæſus, & ſegregatus à peccatoribus*: matrem indicāt, quæ aliam omninò, & velut alterius gregis: ab aliis matribus fuerit, nullam prorſus cum illis cognationem habens; non equidem quod alterius conditionis, & naturæ Maria à cæteris mulieribus fuerit, ſed quæ cum illis *natura communicaret, non culpa*, vt inquit Cyprianus orat. *de Nativitate Chriſti*, & quæ adeò fuerit immunis à culpa originali, vt quaſi è cœlo delapſa videretur; quod ſanè tinnit ea locutio *excelſior cœlis factus*: nimirum verbum *factus* ſignatè ſpectat ad Mariam, de qua idem Paulus ad Galatas 4. verſ. 4. Loquens de Chriſto ait: *Factum ex muliere*: vt perinde ſit *excelſior ſelix factus*; ac ex Matre magis munda, & pura, quàm cœli ſunt. Quæ quidem omnia cum reſpectu ad hoc Pontificium Chriſti munus adumbrarunt Levitici. Canones Sacerdoti præſcribentes: *Ne ſuper patre, aut matre contaminaretur.* Levit. 11. verſ. 11. De quo vide, quæ diximus in epiſt. ad Philipp. tom. 1. capite 1. verſ. 7. adnotat. 7. num. 6. ex Platone lib. 6. de legibus ſimilia ſuis Sacerdotibus præſcribente.

Hebr. 7 v. 26.

Græc. lect.

Cypria.

Galat. 4 v. 4.

Leuitic. 21. v. 11.

Philipp.

5

Hebr. 9. v. 11.

Concinnit ſibimet ipſi Apoſtolus cum eadem epiſtola cap. 9. verſu 11. de eodem Chriſti Sacerdocio agens diſſertiſsimè, inquit. *Chriſtus aſsiſtens Pontifex futurorum bonorum per amplius, & perfectius tabernaculum, non manufactum, ideſt, non huius creationis, neque per ſanguinem hircorum, aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introivit ſemel in ſancta æterna redemptione inventa*: Vbi obſerva diligenter, appellari à Paulo corpus Chriſti *tabernaculum amplius, & perfectius, ideſt, non huius creationis*, cum reſpectu ad carnem, & ſanguinem puriſsimæ Matris è qua ab ipſo ſuſceptum eſt, vt Chryſoſtomus, Theodoretus, Oecumenius, & alij explicant: ſed vt notanter videris à Paulo denotari ipſam ab omni originaria labe fuiſſe immunem preme id, *non huius creationis*: ſive vt habent Codices Syriaci: *non ex hiſce creaturis*: vt velit MARIAM, non pertinere ad hunc gregem ovium perditarum ob culpam Adæ, neque ad communem creationem primorum parentum, quæ peccato originali obnoxia eſt, ſed ad ſingularem creationem; in qua ab omni labe immunis à Deo effecta eſt; ad quod ipſamet omninò reſpexit Eccleſiaſtici 24. verſ. 12 duplicatam omninò creationem aſsignans, alteram; quæ omnibus communis fuerit; alteram, ſui propriam, quod in ipſius tabernaculo omnium Dominus commoraturus fuerit: Sic enim ibi. *Tunc præcepit, & dixit mihi: mihi Creator omnium, & qui creavit me requievit in tabernaculo meo*: audis id? *Creator omium*: & iſtud? *qui creavit me*, vt Deipara ſe ab omnium creatione ſecernat, vt non *huius creationis*: ſive ex *hiſce creaturis*, ſed novè, & benigno ſydere concepta ſit: certè Sanctus Dionyſius Alexandrinus ſub hoc ſenſu Pauli verba accepiſſe videtur in epiſtola cōtra Paulum Samoſatenum, inquiens: *Non in ſervo inhabitavit, ſed in ſancto ſuo tabernaculo, non manufacto, quod eſt Deipara MARIA. Illic enim in ipſa Rex gloriæ factus eſt Pontifex, & manet in æternum*: Quid autem fuerit? *Deiparam MARIAM eſſe tabernaculum, non manufactum*, niſi illam non eſſe *manibus huius creationis* factam; ideſt, peccati ſervam, ſed ab omni culpa immunem: Ita quidem Deiparā alloquebatur S. Sabbas in Menæis die 3. Ianuarij. *Nemo vti tu Domina inculpatus eſt*

Lectio Syriaca.

Eccl. 24 v. 12.

Dionyſ. Alex.

S. Sabb.

æquè, nec præter te intaminatus quisquam, ò nævo nulli subiecta: Nam omnium Creatorem ventre tuo clausisti, qui misericordia solus abundat: Sic ille, vt dixerit; *nævo nulli subiecta*, quia in te Rex gloriæ factus est Pontifex ad novum sæculorum ordinem, & salutis humanæ Redemptionem, hinc initium & seriem ducentem.

6 Prophetica quidem mente anxius, & cogitabūdus de humana Redemptione dixisse videtur Salomon, Ecclesiastes 7. vers. 31. *Ecce hoc inveni dixit Ecclesiastes vnum, & alterum, vt invenirem rationē, quam adhuc quærit anima mea: & non invenio: virum de mille vnum reperi: mulierem ex omnibus non inveni, &c* Vt dixerit: invenio rationem, & modum, quo genus humanum redimendum sit; cum contemplor Dei Filium hominem factū, sed non invenio matrem ei congruētem; cum mulieres omnes videam peccato originali obnoxias, ac proinde tanti filij non capaces: At enim, vt videris Salomonem his verbis Mariam non includere; observa, tam in Hebræo, quàm apud LXX. omninò haberi: *Mulierem rectam in omnibus his non inveni* notanter quidem *in omnibus suis*: sensu communi, cum Paulo, *non huius creationis*, sive *non ex hisce creaturis* originali peccato subditis, & contaminatis; quod carni à Filio Dei assumendæ omninò repugnat: opportunè id observante S. Basilio Seleuciensi orat. in S. Deiparam: vbi cum Dominicæ incarnationis Sacramentum tractans præmisisset: *Cū ergo imaginem repurgare statuisset, se ad imaginem confert, volensque carnem immortalitate donare carnem induit congenerem, ipsam congeneri curaturus, ac per omnia perfectus efficitur homo, vt ei, quem formaverat homini, plenam, perfectamque salutem conferret:* ad rem præsentem subdit: *Nam cum generis nostri primitiæ à peccato condemnatæ fuissent primitias alias innoxias, ac quæ omnem impleturæ essent iustitiam, necessarias habebamus, per quas totum corpus capiti coaptatum, commissumque hominibus, iterum redderetur, vt sicut in Adam mortui fueramus, sic in Christo omnes vivificaremur:* Audis? *primitias innoxias*, quæ à peccato non fuissent condemnatæ nostræ Redemptioni fuisse necessarias? Benè ergo Salomon, dum mente præsaga ad Deiparam, non accesserat; dicebat: *Mulierem rectam in omnibus his non inveni*: At enim verò, cum nova ei lux effulsit; & Mariā prævidere datum illi est, verbis emphasi plenis, quæ præfatis adnectenda sunt, & interrogabat, & respondebat, Proverb. 31 vers. 1. *Mulierem fortem, quis inveniet? procul, & de vltimis finibus pretium eius: idest* (inquit Bernardus hom. 2. in Missus est) *non de terra, sed de cœlo, nec de cœlo proximo terræ prætium fortis huius mulieris, sed à summo cœlo egressio eius*, ita Bernardus. Sanè quasi Deiparam in Conceptione sua vertice ipsum cœlum tangentem faciat vt Christus eius Filius ab ipsa *excelsior cœlis factus* humanam carnem dignè assumeret; dixit enim huc intentus S. Ioseph Confessor in Menæis die 30. Iulij: *In tuo quippè fastigio propalam apparuerunt itinera, seu vestigia Domini ad dignitatem nos primigeniam sursum ducentis:* Sic ille: sed cur apparuerunt? quia videlicet in ipsa fuerunt primitiæ innoxiæ humani generis; & eius Conceptio in fastigio regio fuit: ita quidem à Deo per Ioānem Baptistam Beatæ Birgittæ revelatum est: *Non decuisse Regem gloriæ iacere, nisi in vase purissimo, & mundissimo, & electissimo præ omnibus Angelis, & hominibus.*

Est verò huic instituto valdè opportunus S. Sabbas in Menæis Græcis die 12. Februarij Ode. 1. de S. Milesio: vbi cum dixisset: *Tu quidem, ò Virgo illud Divinæ origenis Verbum, quod prius incorporeum fuerat, corpore humano indutum peperisti:* reddit statim peremptori rationem, quam persequimur, inquiens: *Nam ab æterno propter splendorem integritatis, & pulchritudinem virginalem, ac dæmum propter charismata, seu gratiæ dona, quæ ab omni Te nævo immunem fecerunt manifestè sola fuisti digna tanti partus honore.* Hæc S. Sabbas, quibus pro Virginis immunitate, nihil clarius, nihil præclarius dici potuit. Quæ visus est videre S. Bernardum præfato loco exclamantem. *O admirandam, & omni honore dignissimam Virginem! ò fœminam singulariter venerandam! super omnes fœminas admirabilem! parentum reparatricem posterorum vivificatricem; nec noviter, nec*

Eccl. 7. v. 31.

Lect. Hebr. LXX.

S. Basil. Seleuc.

Prov. 31 v. 1. Bernar.

S. Iosep.

B. Brig.

7 S. Sabb.

Bernar.

fortuito inventam, sed à sæculo electam, ab Altissimo præcognitam, & sibi præparatam: & statim: *Quam verò alia Salomon requirebat, cum dicebat.* Mulierē fortem, quis inveniet? Hæc & plura Bernardus, quibus appositè adstipulatur Damascenus in Menæis die 12. Damas. Augusti. Ode. 7. de S. Photio, & Aniceto, rem velut acu tāgens, dum Deiparam, sic alloquitur: *Eo quidem videbaris, ò Virgo esse filia Adami collapsi: at re vera eras Tu genitrix Dei eumdem restituentis in integrum*: Sic Damascenus: emphaticè Mariam à labe Adæ collapsi immunem faciens: cum illis verbis: videbaris ò Virgo esse filia Adami collapsi: opposuit è diametro: *at re vera eras Tu genitrix Dei*: vbi cum potiùs dicere debuisset, at re vera non eras; non modo id subintellexit, sed rationem necessariam reddidit eius immunitatis, quod videlicet esse Mater Dei; cuius dignitas omnem omninò labem excludit.

8 Sed iam pro nostro instituto hæc omnia de Christi ex Matre puritate, & de Mariæ, quod eius Mater sit immunitate; æquè ad Filium, & genitricem pro Advocationis munere spectant. Nimirum *talis nobis decebat Pōtifex Sanctus innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus*: talis etiam nobis decebat Advocata, atque Mediatrix, quæ vt nulliomninò nævo subiecta esset, de quo luculenter disseruit Augustinus August. serm. 20. ad fratres in eremo, vbi cū dixisset: *Dei Filius pro Redemptione hominum homo factus est, vt caro per carnem liberaretur, & humano generi de sua sumeretur pretium Redemptionis, & inde remedium fieret, vnde vitium cōtractum fuerat*: Subdit post nonnulla, *idcircò pretium Redemptionis incorruptum esse debuerat: propterea Maria Mater electa est, & super omnes creaturas prælecta, omnibus gratijs fœcundata, omni virtute, & sanctitate in vtero repleta, vt de mundissima Matre mundissimus Filius nasceretur: & sicut in cœlo Filius habet Patrem immortalem, & æternum, sic & in terra haberet Matrem omni corruptione carentem*: Hæc August. vt videris Mariæ patrocinium, & pretium Redemptionis ex ipsius carne sumptum; omnimodæ puritati, & incorruptioni eius maximè inniti, indeque opportunissimam Advocatā, & Mediatricem exsistere, quod ab omni labe remotissima sit, id quod luculenter expressit Bonaventura in Bonav. 3. distinct. 3. art. 2. quæstione 2. affirmans: *Hoc congruebat Advocatæ generis humani, vt nullum haberet peccatum, quod suam conscientiam remorderet: vnde audivi narrari, quod ipsa cuidam personæ revelavit, quod non reprehendebat eam cor suum in omni vita sua.* Pergit Bonavent. *Congruum erat vt B. Virgo Maria, per quam auferetur à nobis opprobrium, vinceret diabolum, vt nec ei succumberet ad modicum. Quare de ipsa exponunt, tam Bernardus, quàm Augustinus illud, Genes. 3. ipsa conteret caput* Gene. 3. *tuum. Si ergo suggestio est caput diaboli, nulla suggestio ingressum, vel locum habuit in mente Virginis.* Hactenus ille: Certè S. Iosephus Confessor in Menæis Græcis die 2. Ianuarij hæc omnia, sic expressit: *Salve, quæ sola genuisti infinitæ potentiæ Prolem. Salve, ò cadentis mundi erectrix nulli vnquam culpæ subiecta! Salve, ò Remedium doloris! Salve, ò Numinis, quam excelsissima sedes*, vbi observa Iosephum signatè affirmare Deiparam, vt cadentis mundi sua interventione erectrix foret, nulli vnquam culpæ subiectam extitisse. S. Iosep.

9 In quem omninò sensum inflexit de Deipara, Richard. à S. Laur. lib. 10. de Laud. Virg. verba Ierem. 17. vers. 12. *Soliū gloriæ altitudinis à principio, locus sanctificationis nostræ*; quibus innuit Vates signatè à principio, hoc est in primo stanti Mariam soliū gloriæ Dei fuisse, ideſt, omnimoda puritate nitentem, quod eius meritis, & intercessione veniam à Deo essemus obtenturi: Sic nāque Richard. *Quia ipsam ad hoc mundam fecit, & sanctificavit Christus, vt posset mundare, & sanctificare nos.* Vnde subiecit salubre monitum. *Recurre ergo ad eam, quoties amiseris peccando sanctificationem*: Hæc ille: illa verò in hanc rem accommodatissima sunt, Venerabili Cardinali Hailgrino expositore verba, Cant. 1. vers. 6. Deiparæ ad Filium interrogantis. *Indica mihi, quem diligit anima mea; vbi pascas, vbi cubes in meridie?* Filiique respondentis: *Si ignoras te, ò pulcherrima inter mulieres! egredere, & abi post vestigia gregum tuorum.* Rich. à S. Laur. de e. 17. v. 12. Cant. 1. vers. 6.

Ni-

Nimirum : cum in meridiana luce nullius vmbræ , aut caliginis vestigium sit , ac proinde primævæ illius innocentiæ, & puritatis imago esse videatur dicente S. Petro Damiano S. Petr. Damia. serm. de Assumptione: *In meridiana luce primus ille homo creatus est, factus ad imaginem conditoris, sed ille tanti privilegij dignitate reiecta apostatæ spiritui falsa promissione delinitus inhæsit*: sensus interrogationis sponsæ is fuerit, vt pro sua vrbanissima modestia ab sponso perquirat; an ipsa ob omnimodam puritatem æquè, ac cœlestes spiritus, aut primi illi in sanctitate, ac iustitia creati parentes in meridiana luce pascatur? Cui interrogationi opportunè occurrat sponsus, inquiens: si ignoras te, *ò pulcherrima inter mulieres! egredere, & abi post vestigia gregum tuorum* : tantum non dicens: si tuam, ò Deiparæ dignitatem omni fastigio superiorem ignoras, & vel oculis ipsis, Te omnium pulcherrimam esse non cognoscis, quæ nulli vnquam labi originali obnoxia fueris; saltem ex Advocatæ officio, & protectionis hominum munere facilè deprehendes, cum cadentis mundi erectrix sis, & peccatores siniſtræ adiectos, & morti deputatos saluti, & vitæ restituas, & de hædis agnos facias: Iam verò Cardinalē Hailgrinum, sic hæc Cardin. Hailgr. diffundētem audi: *Dicit*: si ignoras te: *hoc est*: *An ignoras te*: *& debet pronunciari* Te *cum pondere; ac si dicat*: *An ignoras te, quod sis stella maris, quæ non solum benemerentes dirigis, sed etiam errantes, ac devios reducis ad portum salutis? An ignoras Te, quod sis Mediatrix Dei, & hominum, vt peccatores discordātes à Filio tuo reducas ad concordiam.* Hæc Cardinalis Hailgrinus : Quæ omninò explicant in Virgine munus Advocatæ, & Mediatricis, quod eximiam à peccato originali immunitatem exigit: vt tantæ puritatis flagrantia delectatus purissimus Dei Filius Matris interceſsioni libenter annuat. S. Ioseph. Sic S. Iosephus Conf. in Menæis die 15. Ianuarij, Mariam gratulabundus alloquebatur. *Te integer ille, ac purus, ò vndique intaminata! tanquam Rosam instar vnguenti flagrantem in convallibus reperit, at habitans in medio tui totū genus humanū flagrantia suavi implevit*: Sic Iosephus, & eodem sensu S. Sab- S. Sabb. bas in ijsdem Menæis in superioribus adductus: *In te quæ nulli vnquam culpæ obnoxia fuisti spem meam omnem repono* : itidemque Ecclesia Græca die 4. Ianuarij: *Ad te dies, noctesque, ò præ omnibus inculpata clamabo, & hac ratione Salvabor.* Eccleſia Græca.

EXEMPLA.

SIT illud illustre pro Deiparæ Cōceptionis immunitate vetus exēplum, quod præclaræ Conceptionis Religioni sub S. Francisci observantia à nobilissima fœmina initium dedit testatissimis eius instituti Scriptoribus id referētibus; signatè verò eruditissimo P. Ioanne Ludovico de la Cerda in epistola Comiti Salinarum data, his verbis: *Beatrisia Sylva è Lusitania Castellam vsque in comitatu Elisabethæ Reginæ pervenit, forma adeò conspicua, & oris pulchritudine, ita supra alias aulæ virgines admiranda, vt nulla sui culpa plurimos Regiæ Principes in certamen coniecerit, imò in iras, & furores: Accidit enim sæpè, vt multi inter se in apertum Martem ruerent vanitate quadam, qua alij præ alijs, illius esse cultores, & videri, & haberi enixè conabātur. Illa ad Christi imaginē conversa supplicitèr precabatur, deformissima fœminarum existimari, ac nullo vtens cultu oris, sæpè fulgorem vultus iniecta manu deturpabat, si posset ita avertere adolescentium oculos. Illi vehementius in illius amorem exardescere, illa vberius flere. Regina quidpiam siniſtrum suspicari, donec victa quorumdam iuvidia in Beatrisiam, ita graviter commota est, vt illam integro triduo in arcam concluserit nullo cibo, & potu. Quid illa faceret in angustissimum ergastulum coniecta nulla sui culpa, maximo certè merito? Concluſa ibi virginitatem suam Deo consecravit, voto se alligans, addens etiam eodem voto se cœnobium aliquod Sanctarum Virginum ingressuram, vbi melius Deo se, & sua omnia dedicaret. En subito inter comploradundæ lachrymas, & arculæ illius tenebras divinus fulgor visus est : inque fulgore illo Deipara apparuit Virgo induta veste, & scapulario, vtroque niveo, pallio autē cæruleo. Quo spectaculo Beatrisia quas lachrymas, non exsiccaret?*

quem

quem mærorem non depelleret? Soluta inde ad solvenda vota Toletum statim profecta est ad cœnobiũ S. Dominici Regij, vbi triginta integros annos sæculari habitu vitam plenam ieiunijs, & sanctitate habuit, donec anno 1484. permissu Isabellæ Regis Catholicæ, iam tunc regnantis commigravit ad cœnobium Sanctæ Fidei, quod Toleti magna sanctitatis opinione florebat, quam duodecim Virgines sequutæ sunt, ibi novum ordinem constituit purissimæ Conceptionis Beatæ Mariæ, ac suas Virgines gestare voluit habitum coloris duplicis nivei, ac cærulei, quem videlicet vtrumque viderat in Virgine visa, sibi inclusæ intra latibulum arcæ. Duravit vitæ huius ratio vsque ad annum 1489. in quo anno Innocentius Papa VIII. petente hoc Isabella Catholica Cõceptionis ordinem confirmavit sub nomine Cisterciensis familiæ. Ac statim sequenti anno Beatrisia, iam votis suis perfuncta obdormivit in Domino anno ætatis suæ 66. Deinde Iulius Papa II. in memoriam tantæ fœminæ post aliquẽ annorum cursum ordinem Conceptionis confirmavit ijsdem legibus, ac institutis, quæ Beatrisia sanxerat. Florent nunc in Hispania plurima cum gloria multa cœnobia testãtia Deiparæ immunitatem, & ipsius patrocinium, & opem, quam in veste candida, puritatem Conceptionis suæ adumbrante afflictæ Beatrisiæ opem tulit.

Nec minus huic instituto opportuna fuerit ea historia, quam noster Fammianus Strada lib. de Bello Belgico decade 2. lib 7. de B. Virgine mirum in modum Hispanis legionibus favẽte, quod immaculatæ Cõceptionis suæ imaginem ingẽti pietate fuerint veneratæ. & est huiusmodi: Erant legiones Hispaniæ Duce Bobadilla in Bomelia Insula, quam Mosa, & Bahalis efficiunt: Eam insulam ruptis aggeribus hostes inundarunt, Hispanisque ad sublimia loca confugientibus, ipsæ aquæ altè insurgentes, pluviæ continuæ, frigoris, & famis acerbitas molestissimæ erant. Iamque Adversarij de ijs captivandis consultabant, & statuebant, cum miles Hispanus ante contubernium, quod Emplensi templo adsitum erat, terram ad munimentum fodit, primos interictus tabulam detegit vivis coloribus Conceptæ Dei genitricis effigiem habentem. Accurrunt ad spectaculum cæteri milites, & eo loco, ac tempore (instabat enim pervigilium Ma-

A rianæ Conceptionis) mirantur imaginem repertam, supplicantium ritu adorant, votum pro liberatione concipiunt. Nec frustra: nam ea nocte, quæ sacrum Virginis immaculatè Conceptæ antecessit diem, ventus adeò vehemẽs, ac præter modum, frigidus invaluit, vt stagnantes aquas, & partim dispulerit, & partim glacie acutissimè strinxerit: sicque data est via non solùm evadendi, verum etiam hostes acrius insequendi.

B Dixeris sanè ebibisse præclarum hunc erga immaculatam Deiparæ Conceptionẽ affectum nobilissimos hosce Hispanos ex limpidissimo fonte suorum Regum; signatè verò ex voto à Catholicis Regibus Ferdinando, & Elisabetha vrbem Granatam obsidentibus concepto de consecranda Ecclesia in honorem immaculatæ Conceptionis, vbe capta: Quam licet vndequaque munitam, gloriosè receperunt: ita Sondanus ad annum 1492.

C Pro octaua verò: quam festo immaculatæ Conceptionis hocmet anno, in quo librum istum conscribere licuit SS. D. N. Clemens IX. & ante ipsum Alexander VII. Summus Põt. Max. petentibus Potentissimis Regibus Hispaniarum Philippo IV. & Mariana Augusta coniuge, benigna pietate, & optimo iure indulserunt; nescio quid opportunius: quid fidelibus gratius afferri possit, quam quod de

D Venerabili Nicolao è Religione Cælestinorũ Antonius Solarius eius olim Magister in libro de Veneratione, & invocatione Sanctorum, & ab eo P. Ioannes Bonifacius lib 4. de historia Virginali referunt. Nimirum cum de Sancta Nicolai vita, & felicissima morte dixissent: Raram Nicolai virtutem; mortisque, & præscientiam, & præstantiam domestici omnes ad Beatissi-

E mæ Virginis præcipuam quamdam venerationem, & pietatem referebant, quæ in Nicolao semper enituisset. Nullus enim in illo cætu repertus est Deiparæ Virginis amantior: Subijcit vterque: Siquidem, & alia multa, & illud affirmabatur in primis Conceptæ Mariæ Dei Matris ferias à Cælestinis vno tantum die celebrari solitas, agente, atque omnem lapidem movente hoc Nicolao vniuersi Ordinis Decreto ad Octavum vsque diem esse perductas. Quo optato impetrato præ gaudio inhortum ingressum, rosam, omniũ, quas viderat in eo plantario pulcherrimã ante

Dei-

Deiparæ imaginem vultu ad venerationem compoſito ſtatuiſſe: & hæc inſuper verba feciſſe: Mater, Mater: ſi tibi fortè gratum, ac iucundum, placitumque fuit, quod Religioſorum noſtrorum Conventus me agente, cõſtituit de ferijs tuæ immaculatæ Conceptionis octo dierum agitandis: *flos* hic, quem rubicundum tibi offero vertente anno, hoc ipſo currente die viriditatem ſuam pulchritudinemque conſervet: *Quod quidem, ita omninò factum eſt multis videntibus, ac roſæ integritatem, formoſitatemque mirantibus, à cuius appoſitione anniverſarius ille dies eſſet. Qui verò miraculo interfuerunt, Antonio Solerio rem teſtes oculati narrarũt, cuius ipſe Nicolaus diſcipulus quondam fuerat, & charus auditor*: Hæc ibi: Qui legit intelligat; & Deiparæ immunitatem in dubium non vertat.

Quare rem pro ipſa mirabilem, non modo conſcribere, ſed multis auctoribus firmare debeo; ergo nobilis Auctor Henricus Spondanus in Annalibus ad annum 1333. ex Henrico de Hſasia Carthuſiano, & ex magno Chronico Belgico, & ex Langio Megero, & alijs refert, *Monachũ quendam Paulum nomine Cracoviæ in Polonia cum auſus eſſet dicere Deiparam Virginem in peccato originali fuiſſe conceptam, & ſubitò cecidiſſe, & concionis tempore, nondum finito expiraſſe: & hanc quidem rem alijs multis de eadem materia diſputantibus gravem incuſſiſſe timorem.*

Melius ſanè actum eſt cum religioſo quodam noſtræ Societatis Valliſoleti in Peruvio (vt Annuæ eius Regni teſtantur) qui implorata Deiparæ ope, & eius immaculatæ Conceptionis imagine capiti adhibita repentè convaluit, cum deſperata eius ſalus eſſet.

Rurſum verò, & præmium, & pœnam, vel celebratæ, vel contemptæ immaculatæ Conceptionis Mariæ affert Bernardinus de Buſtis ſerm. 11. de Conceptione: teſtatur enim anno 1491. Mediolani accidiſſe, *vt cũ quidam Concionator contra immaculatam Divæ Virginis Conceptionem multa locutus eſſet, & auctoritates etiam quaſdã in hunc finem in tabula ſcriptas eodem loco appendiſſet: de pulpito deſcendens ſtatim adveniente lupo furore terribili ſuffocatus ſit. Quidam verò alius in Deiparæ Conceptionem benè affectus à maxima ægritudine ſtatim liberatus ſit, vbi concepit votum depingendi ſuper portam domus ſuæ nonnullos Sanctos, & Catholicos Doctores, cum ſuis aſſertionibus commendantibus immaculatam Deiparæ Conceptionem, ſimul cum pavenda illa punitione prædicti Concionatoris. Quam à morbo liberationem ipſe Bernardinus ex ore proprio liberati accepiſſe teſtatur.*

MARIA apud Chriſtum iudicem efficax ex iure Advocata, ad impetrandam ab ipſo miſericordiam, quod lac illi ad nutrimentum, & vitam dederit.

ADNOTATIO X.

AB efficacitate, quæ interceſſioni Deiparæ ſubeſt à benignitate Matris, opportunè ad nutricis munus, & ad miram, imò divinã vim, ſuavitatis lactis, quo ipſa Dei Filium & ſuũ lactavit, non importunè gradũ facimus. Et verò, cũ illud ſit efficax, & ineluctabile ius, ſeu forenſis actio creditoris in iudicio adverſus debitorẽ: *Redde quod accepiſti*; multò quidem validior, & ineluctabilior actio, & ius fuerit: ſi Mater filium ſuum iudicialiter conueniat, ab eo lac, & quæ à lacte fuerunt ab ipſo repetens: nempè cum dixerit: redde mihi lac, quod à me accepiſti; omninò dixiſſe videbitur: redde nutrimentum, quo te alui: redde ſpiritum vitæ, redde ætatis incrementum: redde vitam: redde quidquid es: & quo ſubſiſtis; nec hæc ſolum: ſed, & bonam indolem; mores, & honeſtatem; genium nobile, & generoſum; propenſionem ad benefaciendum, & cætera, quæ habes bona: *nam nutrices mores ſuos in eos, quos alunt infundunt*: vt poſt Galenum lib. de ſanitate tuẽda, Avicenã lib. 1. fen. 3. Plutarchum de liberis educandis

Galen. Avicen. Plutha.

Pha-

Phavorinum apud Agellium lib. 12. cap. 1. tradit Salvianus lib. 5. de providentia: Quæ ſanè omnia videtur complexa lectiſsima illa fœmina Mater ſeptem filiorum Machabæorum, cum iuniorem filium, vt attrociſsima tyranni tormẽta fortiter ferret, & mortem conſtanter obiter: ſic exhortãdo adiurabat: *Fili mi miſerere mei, quæ te in vtero novem menſibus portavi, & lac triennio dedi, & alui, & in ætatem iſtam perduxi. Peto nate, vt adſpicias ad cælum, & terram, & ita fiet, vt non timeas carnificem iſtum, ſed dignum fratribus effectus particeps, ſuſcipe mortem,* 2. Machab. 7. verſ. 27. Ita fortis, & diſſerta mulier pro lacte per triennium filio dato repetebat; ab ipſo vitam, & cuncta corporis membra crũciatibus immaniter torquenda: Nec aliud quidem ob oculos habuiſſe dixeris Arnoldum Abbatem, cum inducẽs Mariam hominum Advocatum, peccatorum patrocinium ſuſcipientem, & pro illis apud filij Iudicis tribunal intercedentẽ orat. de Laudibus Sanctæ, ac perpetuæ Virginis dicebat: *Securũ acceſſum, iam habet homo ad Deũ, vbi mediatorẽ cauſæ ſuæ Filium habet ante Patrem: & ante Filium Matrem. Chriſtus nudato latere oſtendit latus, & vulnera. Maria Chriſto pectus, & vbera: Nec poteſt vllo modo eſſe repulſa; vbi concurrunt, & orant omni lingua diſſertius, hæc clementiæ monumenta, & charitatis inſignia:* Hæc Arnoldus: Et quidem belliſsimè, & opportuniſsimè illud: *Maria pectus, & vbera.*

2 Sed quare potiùs *vbera*, quã faciem? quæ ipſi gratiſsimã fuiſſe oſtẽdit illud ipſius votum: *Oſtende mihi faciẽ tuam,* Cant. 2. v. 14. Sanè, quod Deiparæ in foro iudiciali agenti ab vberibus ſignatiſsimè conſurgit ad petendũ actio: ſiue potiùs repetitionis ius: iure ſiquidem à Filio petit miſericordiã, & gratiam clientibus ſuis largiendam, quæ ipſi benigniſsimã miſericordiæ indolẽ; placidiſsimos mores; ſuaviſsimũ, & generoſiſsimũ genium ad benefaciendum ignoſcendũ; & feſsis rebus ſubveniendũ cum lacte inſtillavit: hæc enim omnia ſine voce clamant vbera: Quæ bonus debitor audit, & exaudit: & exaudiens delectatur, vt tali Matri, talibus vberibus vicem repẽdat: id ſatis diſſertè vaticinante Iſaia 11. v. 8. cum poſt egregium de Chriſti nativitate Vaticiniũ: *Egredietur virga de radice Ieſſe* ad eius alludens infantiam, inquit: *Delectabitur infans ab vbere ſuper foramine aſpidis, & in cavernã reguli, qui ablactatus fuerit, manum ſuam mittet:* pulchrè hæc verba, non ſemel in hunc ſenſum inflectente Richardo à S. Laurentio lib. 2. de Laud. Virgin. Nam primum ſic ait: *Quia pro pacificandis ſe ſuppliciter invocantibus irato filio dulcia verba repræſentat, quorum reſpectu filius delectatus facilè manſuefit, Iſaiæ* 11. Delectabitur *ineffabiliter* infans, *ideſt, Chriſtus* vbere *Matris ei repræſentato: ſequitur:* ſuper foramen aſpidis, &c. *Chriſtus enim, vt dictum eſt delectatus ab vbere matris tendit manum gratiæ ad malos, qui priùs fuerant foramina aſpidis, & caverna reguli:* & eodem libro, dum ſingillatim excellentiam Virginis vndequaque perſequitur: eodem ſenſu, inquit: *Ad eius vbera dictavit Dei Filius fœdus noſtræ ſalutis, & ipſorum repræſentatio Chriſto exhibita ipſum exhilarat noſtris iniquitatibus contriſtatum, Iſaiæ* 11. Delectabitur infans ab vbere.

3 Obſerva hæc *Ad eius vbera dictavit Dei Filius fœdus noſtræ ſalutis*, ſed quod, aut quale fœdus? Sanè, vt pro lacte dulciſsimo ſuavitatis, & miſericordiæ à Matre inſtillato ipſe inito fœdere Miſericordiam itidem Matri pro ſervis ſuis deprecanti rependeret: Quod ſanè argumentum multis perſequitur Richardus alter; nempè Victorinus in cap. 23. Cant. quorum nonnulla ſingillatim inſeremus: & verò ſic primum Virgini, inquit: *Et quid mirum ſi miſericordia affluis, quæ ipſam miſericordiam peperiſti? Carnalia in te Deus vbera ſuxit, vt per te nobis ſpiritualia fluerent: Cum enim miſericordiam lactaſti ab eadem miſericordiæ vbera accepiſti, & ſicut carnem noſtram in te ſumpſit, ita & Spiritum Sanctum ſuum nobis dedit. Cum materiale lac ex te Deus ſuxit; ſpirituale pariter filijs Dei per te fluere cœpit. Ex eo miſerorum mater facta es, & miſeros alere miſericordiæ lacte cœpiſti:* Hæc omnia Richardus à Sancto Victore omnino ad rem: Pende hæc *Cum miſericordiam lactaſti, ab eadem miſericordiæ vbera accepiſti*, quæ nimi-

Salvian

2. Mac. 7. v. 27

Arnold.

Cant. 2. v. 14.

Iſai. 11. v. 8.

A B C D E

Rich. à S. Laur.

Iſai. 11.

Iſai. 11.

Rich. à S. Vict.

rum fœdus, & pactum conventum indicant. Sicut & illa: *Carnalia in te Deus vbera fuxit, vt per te nobis spiritualia fluerent*: ac si diceret ex contractu, qui in iure civili appellatur *do, vt des*, vbera Filio sugenda dedisti; vt ipse nobis spiritualium donorum lac, & misericordiæ suæ lac tribueret: vt videris, quā opportunè Virginis vbera appellaverit, S. Germanus Constantinopolitanus *conservatorium generis humani*: nempè à lacte vberum infans vivit & conservatur. *S. Germ*

Advoco hìc, quod cœlestis sponsus signatè de Maria dixit, Cant. 4. v. 10. *Favus distillans labia tua. Mel, & lac sub lingua tua*: ex pulchra expositione Hugonis de S. Victore serm. de Assumptione, vt Matri dulcissimæ dixerit Filius Dei: *Ego expertus sum, quod laudo.* Favus distillans labia tua: *Ego devinctius tibi charitate osculo oris mei labia tua pressi, simulque dulcedinem infudi; & à dulci dulcedinem expressi; valdè impressi dulcedinem, & verè expressi suavitatem*: Hæc Hugo. Audis à dulcedine Mariæ expressisse Filium Dei dulcedinem, & suavitatem in nos derivandam? sed pergit sponsus: *Et odor vnguentorum tuorum super omnia aromata*: & de lacte ad vnguenta eodē sensu transfert imaginem; sed priùs observa: Filium Dei omninò appellatum Christum, quod interpretatur *vnctus*, & hac significatione nobis, maximè notus, quod in nostram salutem & vtilitatē ab Spiritu Sancto in Mariæ ventre vnctus fuerit: de quo præter loca passim obvia præclarū est Petri testimoniū, Actuū 10. v. 38. *Iesum à Nazareth, quomodo vnxit Deus Spiritu Sancto, & virtute: qui pertransijt benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo*: Pendè singula: *Vnxit Deus Spiritu Sancto*: Quando? respondet Beda ibi: *Quando humana natura Verbo Dei in vtero Virginis copulata facta est cum eo vna persona*: iam ipsa olei vnctio omnem in se complectitur bonum in alios diffundendū, vt benè docet apud Lorinum ibi, Eusebius lib. 15. Demonstrat. *Quoniam oleum auget lumen, fessos sublevat, aufert labores, hilares facit eo inunctos, instar luminis de se ipso vibrat splendores, nitidumque ac micantem reddit, vultum eorum, qui ipso vtuntur*: Quare pergit Apostolus ostēdens Christi, siue vncti officia: *Qui pertransijt benefaciendo, & sanādo omnes*: ideſt, inquit Lorinus vitam mortalē absolvit, quā dum viveret benefaciebat; totamque beneficijs insumebat: Redi iam ad Sponsi verba de B. Virginis vnguentis; & ab eodē Hugone audi, sic Mariā vnctam fuisse primū excellētissimè, vt postmodum vnguenti flagrātiam, & odorem ab ea Filius vnctus acciperet: Sic enim ille: *Alij vnguntur ad curationē, alij ad stabilitatē: omnes vnguenta ad necessitatem accipimus. Tu Filia delicata, & omni gratia plena vnctū paritura, vncta quoque es, vt ipsum in te vnguentū prius excellenter effunderet, quod postmodū in vtero tuo singulariter acciperet.* Sic ille. *Hugo.*

Ne verò patente via videamur semitam quærere: Quod fuerit locupletius hac de re testimonium? quā illud beatæ fœminæ dicentis, apud Lucam 11. v. 27. *Beatus venter, qui te portavit, & vbera, quæ suxisti.* Quæ verba primū Richardus à S. Laurent. lib. 2. de Laud. Virgin. sic elucidat. *Benè vēter, & vbera in benedictione coniunguntur, quia ex eorū repræsentatione Christo in precibus impetrat nobis beata hæc Mater absolutionem à culpa, & benedictionem in gratia, & glorificationem in patria: Vnde B. Bernardus, sive Arnoldus, Mater ostendit filio ventrem, & vbera*: Ita ille: Deinde verò Rupertus lib. 1. in Cant. componens illa cum his, Cant. 1. v. 3. *Exsultabimus, & lætabimur in te memores vberum tuorū*, sic sapienter inquit: *Hæc est materia, ò Virgo! vel causa exsultationis, & lætitiæ nostræ in te: memoria, scilicet, vberum tuorum, quia virgineis vberibus lactasse illum prædicaberis, qui creavit te. Dicemus enim* Beatus vēter, qui te portavit, & vbera, quæ suxisti: ita ille: vt dixerit. Quæ potior causa nostræ lætitiæ, quā meminisse, tuis virgineis vberibus divinā suavitatē distillātibus nutritū fuisse nostrum iudicē; cum inde nihil non placidū suave, ac mitte sperare possimus. Concinit his S. Theophanes in Menæis Græcis Ode. 7. de S. Antonio in clausula ita monens. *Immaculatæ, & omniū sacratissimæ Virgini Mariæ acclamatione fausta plaudamus. Nā ex ipsa donorū nobis cœlestiū, quæ mētem humanam excedunt scaturigo promanat, vt quæ est Torrens quidā Bonitatis Divinæ.* Hæc Theoph.

Luc. 11 v. 27.

Rich. à S. Laur.

Cant. 1. v. 3.

S. Theophan.

Act. 10. v. 38.

Lorin.

Per-

6 *Rich. à S. Laur.*

Pergit verò præfato loco Richardus à S. Laurentio, & lac miſericordiæ à Filio Matri repēſum, ad ſanguinem ipſum in quem Mariæ lac cōverſum eſt; quemque Chriſtus pro nobis in cruce, & Paſsione fudit; ſic refert. *Ex hoc autem glorioſo lacte nutritus eſt, & coagulatus ille ſanguis, ex cuius effuſione noſtræ eſt Redemptionis pretium perſolutum, & in hoc ſanguine continetur vita fidelium*: Sic ille, & eodem ductu alter Richardus: indidem: *Quid mirum* (inquit) *ſi B. Virgo, & peccatoribus reconciliationis, & pijs gratiæ lac fundit, quæ mundum reconciliavit, & ipſam gratiam peperit; imò ipſum fontem gratiæ, qui diſtenditur per mundum, & exſtenditur vſque ad mundi terminum; eſt enim B. Virgo paradiſus, de qua egreditur fons iſte, qui deinde dividitur in quatuor capita, quia de corpore Chriſti, quod de ipſa proceſsit, profluxit fons ſanguinis, qui ſacramentaliter indefluxit in quatuor mundi partes ad abluendum pariter à peccatis, & infundendū gratiam ſuis.* Hæc Richardus à Sancto Victore. Vbi illud pro noſtro inſtituto rem auget, quod (quæ Mariæ egregia, & ineffabilis pietas in humanū genus erat) eo ſignatè affectu, atque effectu puriſsimū lac in labia Dei infantis inſtillabat, vt ipſe pro humana Redēptione effunderet. Quo placet referre, quod de lacte dixit Clemens Alexādrinus lib. 1. Stromatum: *Sanguis naturali converſus concoctione poſtquam concepit mater, & vterum gerit conſentiente, & compatiente (vt ita dicam) pietate efflores cit, vt infans ſit ſine metu: & ſtatim ſanguis mutatus infanti efficitur iucundum, & ſuave nutrimētum*: vt hæc ſententia Mariæ aptata demōſtret; lac à Virgine Matre infanti Deo inditum eſſe ſanguinem materna pietate efflorescētē, vt illū ipſe haberet, quem effunderet pro hominū ſalute: quod Dei Filius maximè cōcupiebat.

Rich. à S. Vict. *Clemens Alexād.*

7 *Cantic. 1 v. 12.*

Cui ſententiæ adſtipulantur ea ipſius Deiparæ verba, Cant. 1. v. 12. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur*: eo planè ſenſu, vt ſub imagine myrrhæ, quæ & nimis amara eſt; & defunctorum corporibus inſervit: innuerit Virgo; magnam illam animi voluptatem, ab ea perceptam ob quod divino puero ab vberibus inſtillabat, vt eius vitam aleret; cum ingenti ſummi mœtoris amaritudine eſſe permixtam, quaſi iam tunc videret candidum illum lac in ſanguinem converſum, quem eius Filius atrociſsimis cruciatibus perpeſsis effunderet: vt proinde tota Paſsionis ſeries, & acerbiſsima mors ob oculos verſaretur; opportunè in hunc ſenſum Virginis verba ibi inflectente Ruperto hunc in modum: *Nolite, inquit, B. Maria ſolum attendere horam illam, qua Dilectum meum vidi flagellis cædi, crucifigi, mori: nam tunc quidem iuxtà Simeonis vaticinium gladius animam meam pertranſivit, ſed antequam ſic pertranſiret longum per me tranſitum fecit. Propheriſſa eram, & prævidebam eius mortem: cum igitur eum lactarem, ſinu foverem, & proſpicerem eius mortem; qualem, quantam, quàm prolixam me putatis materni doloris perſtiliſſe Paſsionem. Hoc eſt, quod modo dico*: Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. *O conſolatio quidem dulcis, ſed plena gemitibus inenarrabilibus! Ad vbera de foris ſtringebatur, vt eiſdem lactabatur vberibus, ſimulque inter vbera intus in corde futurorum præſcio ſemper apparebat quali eſſet morte moriturus.* Hæc Rupertus: Ecce tibi *fœdus noſtræ ſalutis*, quod *ad vbera Mariæ dictavit Dei Filius*, vt dicebat Richardus numero 3. conſentiente, & compatiente pietate materna, à qua ſanguis in lac efflorescens in ſanguinem revertebatur pro nobis effundendus: cum iam patienti Filio conſentiebat, & compatiebatur Mater conſolatione quidem dulci, ſed plena gemitibus inenarrabilibus.

8 *Gotfrid. Tilm.*

Fuerit ſanè operæpretium advocare hic peculiaria verba Venerab. Adam de Perſe in allegoriis Gotfridi Tilmani ad cap. 24. Eccleſiaſtici in illa verba: *Quaſi olivæ ſpecioſa in campis*: quæ non perfunctoriè elucidauimus lib. de Euchariſtia, lib. 1. diſſert. 1. adnot. 2. num. 6. ſunt iſta hominis ſanè contemplantis Chriſtum infantem puriſsimæ Matris vbera lugentem, & illis vt tenerius, ita tenacius inhærentem; & fideles cunctos ſic blandè alloquentis: *Ignoſcite, quæſo, ignoſcite puero, ſi vbera de cælo plena non deſerit, ſi ſacroſanctum pectoris virginalis ſacrarium non dimittit*:

Ad quæ verba eo, quem citavi loco, dixisse me memini: sed cur, ò bone, primogenito infanti matris vberibus hærenti aliquid inquis esse, quod ei possit ignosci? cum ipse vnice ad ea verba ius habeat; qui absolutissimè dixit: *Bibi vinum meum cum lacte meo,* Cantic. 5. vers. 1. ideſt, *quod totum fuit meu* (vt inquit inibi Richard. à S. Laurent. lib. 2. de Laud.) *quo pastus est ipse solus, nec puer alius inde bibit*: cui dubitationi sic ibam obviam, vt Auctor ille considerauerit Mariam, vt cunctorum etiam fidelium Matrem: ita ipsis lactis sui nutrimentum debere: ac proinde non totum lac à primogenito hauriendum, quin fratribus locus sugendi superesset; itidemque pro ratione ignoscendi animadverterit: diuinum puerum; dum *vbera de cœlo plena nō dimittit*, nostrum met negotium agere: tum, quod *manat liquor ex vberibus Virginis* (verba sunt S. Petri Damiani serm. de Nativitate Virginis) *& in carnem vertitur Salvatoris*: in illam, scilicet, carnem, in qua nostræ Redemptionis cardo vertitur; & qua subinde in Eucharistia felicissima sorte ad vitam nutrimur: subiiciente indidem Petro Damiano: *Illud siquidem corpus, quod Beatissima Virgo genuit, quod in gremio fovit, quod fasciis cinxit, quod materna cura nutrivit, nunc de sacro Altari percipimus, & eius sanguinem in Sacramento nostræ Redemptionis haurimus*: tum vel maximè; quod ad vbera Matris dictavit *Dei Filius fœdus nostræ salutis*: vt huic rationi innixi; nobis fuerit omninò lætandū, quod *vbera de cœlo plena non deserat; nec sacrarium virginalis pectoris dimittat.*

9

Audis? quàm opportunè dixerit Arnoldus de Maria securum accessum apud Filium suū iudicemque nostrum habente: *Maria ostendit Christo pectus, & vbera: Nec potest vllo modo esse repulsa, vbi concurrunt, & orant omni lingua disertius, hæc clementiæ monumēta, & charitatis insignia*: fideiubente pro hac fiducia ipsamet Deipara cū Cant. 8. v. 10. inquit: *Ego murus: & vbera mea sicut turris*: quibus pereleganter exprimitur patrocinium Virginis insuperabile & inexpugnabile esse, nec illius intercessioni vllam obvenire posse repulsam, quando dilectissimo Filio vbera, quibus nutrivit ad obtinendam ab ipso pro peccatoribus indulgentiā ostendit: Ideò notanter vbera sua cum fortissima, & inexpugnabili turri cōposuit: hanc cogitationē plus plus explicāte Venerab. Guillielmo, apud P. Martinum Delrio hūc in modum: *Murus sum per fortitudinem, & Mater per pietatē: ego murus inexpugnabilis, & excelsa habens propugnacula: ego Mater amabilis, & grandia habens vbera: quàm grandia? Sicut turris: vbera mea non tantum sunt vbera, sed etiam turris: nam non tantùm nutriendi, sed & protegendi vim habent: nullus me putet habere, quo nutriam, & non habere, quo muniam: materna pietas mea quos nutrit, etiam munit*: Sic ille: Quæ omninò ad rem benè diffundit Gislerius ibi, vt alibi videro.

Ergo tandem pende: quàm magna, & quasi necessaria ratione Deipara pro nobis Advocata iustitiæ dici debeat; quæ præter purissimam carnem, & hominum Redemptioni opportunissimam: itidē Dei Filio, & suo suauissimum, diuinumque lac ad vitā infiniti valoris alendam; optimam corporis constitutionem, egregiam indolem, divinos mores: necnon à lacte sanguinem, quem pro Redemptoris munere copiosè effunderit, liberaliter dederit: Iam vero, quàm iustè, quàm vrbanè Bonus Filius bonæ Matri debitum persolvat disce ex ipsiusmet verbis, Cant. 7. vers. 8. vbi cum præmisisset. *Dixi Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius*: ideſt, vt ex Honorio habet P. Martinus Delrio: *Ascendam in crucem, & apprehendam fructus eius, scilicet, omnes salvandos*: Subiicit ad Matrem conversus: *Et erūt vbera tua, sicut botri vineæ*: vbi LXX. & Hebræa lectio notanter addunt particulam *nunc*; vt tunc videlicet Virginis vbera Filio Dei botri vineæ loco fuerint Quid autē id significet exponit Richard. à S. Laur. lib. 5. de Laud. Virginis hunc in modū: *Ego dixi; ideſt: ab æterno disposui, quod ascendam in palmam, ideſt, in arborem crucis triumphalem*: & apprehendam fructus eius: *Fructus, scilicet, victoriæ meæ, &c. Et tunc inter mortis angustias in hora indignationis meæ cōtra crucifixores: tunc inquam* erunt vbera tua, sicut botri vineæ. *Recordabor enim, quod de te carnē assumpserim,*

Cant. 5. v. 1. *Richar.* *S. Petr. Dam.* *Guilli.* *Cant. 7. v. 8.* *Honor.* *LXX.* *Rich. à S. Laur.* *Cant. 8. v. 10.*

quod

quod lac de tuis vberibus ſuxerim: recordabor incarnationis meæ myſterium: & iſta recordatio, tanquam vini potus præſentis irritationis, & indignationis obliviſci me faciet, ne feſtinem ad vindictam. Hæc Richardus.

11 Sed vt ad egregiam illam laudationem Virginis redeam, Lucæ 11. verſ. 17. *Beatus venter, qui te portavit, & vbera quæ ſuxiſti*, his quidem verbis pia, & ſapiens mulier ſenſum cõmunem habuiſſe oſtendit cum ipſomet Domino; qui Cantic. 4. verſ. 10. Virginem Matrem ſic alloquebatur: *Quàm pulchræ ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſponſa!* quæ LXX. duplicata admiratione effarunt: vt non minor vtriſque verbis inſit epitaſis, dum illa voce per grandi, hæc iterata admirationis emphaſi proferuntur, & à Richardo S. Laurent. ſic optimè penſitantur. *Quid enim pulchrius in oculis peccatoris afflicti, quàm pietas, & miſericordia, quæ deſignantur in vberibus, & mammis?* Sic quidem S. Sabbas pro opportuniſſimo auxilio in hora mortis conferendo huius maternæ lactationis; itidemque ab ea validiſſimæ Deiparæ potentiæ, ſic cõminiſcebatur in Menæis die 17. Ianuarij in Matutinis de S. Antonio: *Vniverſi Nutritorem lactaſti vberibus: vnde quanta poſſum efficacia rogo te Virgo ſanctiſſima, vt quando conſpectui creatoris mei fuero ſiſtendus, in illo mihi articulo ſubſidio venias: nam quæcumque volueris efficere pores*: Hæc ille: preme in illis illativam particulam *vnde*, quæ indicat petitionis efficaciam à lacte Filio Dei dato deſumi: Sed quæ Richardus præfato loco de Domino in cruce memore vberum, quæ à Matre ſuxit in hanc rem ſubijcit peropportuna ſunt: ait ſiquidem: *Generaliter comparantur vbera Virginis botris vineæ; ex vberibus enim exprimitur lac, & ex botris vinum, quod hominem lætificat, & inebriat, & facit obliviosum, & facilem ad condonandum irrogatas ſibi iniurias, & largum ad danda grandia: Omninò ſiquidem in hunc modum lac, quod ſancta labia Domini expreſſerunt, & traxerũt à maternis vberibus ipſum delectavit, & quadam inenarrabili dulcedine inebriavit, ne recordaretur de cætero, ſed facilè nobis condonaret irrogatas ſibi iniurias, & largiter nobis daret gratias, & virtutes in præſenti & in futuro gloriã ſempiternam.* Hæc Richardus. Satis ad mentem LXX. qui præfato Cantico rum loco ſecundam de ipſorum pulchritudine admirationẽ expreſſerunt hoc modo. *Quàm pulchra facta ſunt vbera tua à vino.*

Luc. 11 v. 17.

Cant 4. v 10. LXX.

Rich. à S. Laur.

S. Sabb.

Rich. à S. Laur.

EXEMPLA.

QVanta ſit lactis vis ad formãdos mores; quos puer à nutrice ebibit, maximè apparuit in Antonino Caracalla Imperatore Romano; cui & ſi gẽtili nutricem Chriſtianam, quod egregia eſſet Severus parens dedit: eique præclara illius principis pueritia refertur accepta: Eius verò laudes, præſertim vero mãſuetudinem, & pietatem his verbis exequitur Spartianus. *Huius pueritia blanda, ingenioſa, parentibus affabilis, amicis parentum iucunda, populo accepta, grata ſenatui, ipſi etiam ad amorem conciliandum ſalutaris. Non ille in litteris tardus, non in benevolentia ſegnis, non tenax in largitate, non lentus in clementia; denique ſi quando feris damnatos vidit, aut oculos avertit, quod populo plus quam amabile fuit: ſeptennis puer cum colluſorem ſuum puerum ob Iudaicam Religionem* (de Chriſtiana loquitur Spartianus) *gravius verberatum audiſſet, neque patrem ſuum, neque patrem pueri, vt auctores verberum diu reſpexit.* Hactenus Spartianus: *qui ſubdit: Sed hæc puer: vt* indicetur lactis efficacia, & nutricis vis ſuavitatem Chriſtianæ religionis in puerum inſtillantis. & vero, vt poſteà pro rerum varietate in Æthnicos crudelis, & ferox fuerit; Chriſtianos tamen, quos & pater, & præcedentes Imperatores perſequebantur, minimè attigit, quod ingenerata in eos pietas duraverit, nec lac illud nutricis, cuius ſaporem immanis alioqui principis labia guſtaverant, ſiccari potuerit: egregium planè, & opportunum exemplum, vt à nutrice, quod Chriſtiana eſſet, manſuetudinem, & ſuavitatem in gentilis animum inſtillante neceſſarium conficias argumentum pro ipſius Chriſti Matre plus quàm

cœlesti lacte mitissimo, suavissimo, & divino Filium Dei nutriente; vt ab hoc pietatis, misericordiæ, benignitatis, suavitatis, & omnimodæ dulcedinis rivos, flumina, & maria derivari necesse esse cognoscamus.

Pro lacte Virgineo, à quo misericordia fluxit; fluetque in æternũ, omni videtur observatione, & veneratione dignissimum, quod auribus nostris audivimus, & oculis nostris perspeximus, & quod Pater Belingen in Deiparæ Kalendario die 20. Augusti anni 1627. quo id accidit num. 4. Omninò narrat: *Motibus terræ enormibus concussa Apulia, & absortis ad ducenta millia, & fortassis amplius hominibus institutam fuisse à Mirabelianis solemnem supplicationem, in qua ampulla cum lacte Deiparæ gestaretur. In templũ regressa multitudo vna voce Matrem misericordiæ voce, & affectu inclamavit. Tuncque visa sunt patrocinantis Virginis manifesta signa: lac quippè spumare, & augeri, & ampullam implere cœpit: Imò ipsa lilia altari superimposita, arida omninò, & assatim sicca statim resloruere, adeòque excrevere, vt totam aram non sine magno stupore omnium convestirent.* O rem mirabilem! ò mysterium cœleste! Mariæ benignitate, clementia, & miseratione dignum! Non siccatur, non est otiosum Deiparæ lac, spumat, augetur, excrescit, vt omnibus auxilio, & remedio sit.

Et quidẽ vt videris MARIÆ vbera plena esse lacte misericordiæ, quod nunquam siccatur: audi Poiræum tractatu 2. §. 10. referentem, *quod Avenione accidit in blasphemo aleatore, & chartarum lusoriarum tractatore, qui cum amissa pecunia statuam* B. Mariæ à spe *saxo iniecto, iuxtà mãmillam vulnerasset, & sanguis effluxisset, ipse gravi plaga cœlitus percussus est: Tantopere verò eum facti pœnituit, tamque supplici prece ad Deiparam coràm vulnerata imagine oravit, vt miserata Virgo sanitatem ei restituerit:* Vides vt non sit otiosum Deiparæ lac?

Audi iterum quid de eo referat Vincentius Bellovacensis lib. 2. cap. 84. *Nimirum cuidam Clerico in Deiparam valdè propenso graviter laboranti, & ex atrocissimo vlcere linguam, labia dentes turpiter depascente benignissimã Misericordiæ Matrem vbera sua suggẽda tradidisse; qua cœlesti lactatione felix æger in pristinum sanitatis statum restitutus statim convaluit.*

Persimile omninò refert S. Petrus Damianus lib. 6. epist. 29. *de alio Sacerdote Nivernensi Virginis studiosissimo solito per singulas horas cottidiana ei laudũ vota persolvere, cui iam iam gravi morbo morituro, glorioſa Mater Dei sacri vberis pupilla lac eius labijs instillavit, & protinus resumptis viribus sanus omninò factus est. Sed hanc historiam alibi plenius damus.*

MARIA efficax Advocata nostra, à qua Dominus Misericordiæ, pietatis, & indulgentiæ vbera suxit.

ADNOTATIO XI.

ILlud maius, & illustrius non ex nostro, sed ex Patrum sensu in Sũmam Deiparæ gloriam molimur: nẽpè ideò in Maria Deum signatè thesauros suæ misericordiæ benignitatis, suavitatis, atque dulcedinis collocasse, vt ab eius vberibus Christus, & Dei, & Mariæ Filius hæc pulcherrima benignitatis charismata, cum lacte sugeret, vt ipsamet Dei misericordia Advocata nostra fieret, vt opportunè id affirmabat Richardus à S. Victore 2. part. cap. 23. in Cant. Mariam, sic alloquens: *Cum materiale lac ex te Deus suxit spirituale pariter filijs Dei ex te fluere cœpit: & cum Misericordia Dei sit ab æterno, amplior esse cœpit ex tempore; eius quippè largitas per te sumpsit augmentum, in te ergo concrevit lac diuinæ misericordiæ, & ex te nobis profluxit:* Sic ille, pulchrè omninò adstruens Dei misericordiam à Maria sortem cum vsuris accepisse, cum ab eius vberibus ipsius largitas sumpserit augmentum: Quod inde confirmat Venerab. Hailgtinus, quod vino

I

Rich. à S. Vict.

Hailgt.

le-

legis multò præstantius: multò fuerit Deo suavius; cum ab hoc lactè ebibito largissimam nobis peccatorum indulgentiã dederit, etenim ille ad verba, Cant. 1. vers. 1. *Meliora sunt vbera tua vino*: sic inquit: *Vbera Virginis Deum, quasi inebriare potuerunt. Nam postquam de Matris vberibus bibit, ac si cum lactis dulcedine, dulcedinem bibisset Misericordiæ, proiecit ab oculis suis peccata nostra post tergum, & factus est largus ad dandam peccatorum veniam*: Hæc Card. Hailgrinus, sed illud est elegantissimum, quod à S. Petro Damiano serm. 1. de Natiuitate Domini de signis mirabilius, quæ Christo nascente visa sunt, observatum est: nã cum præmisisset: *Pax inaudita à sæculo regnat: vniversus orbis ad censum describitur; rivus olei de terra persudat, & in divitem venã licor sanctificatus ebullit*: Subijcit ad rem: *Quid est hoc? nisi quia vera pax in terris apparuit? nisi quia ad supernum regnum cives adscribuntur? nisi quia fons misericordiæ de Virgine emanat?* Sic Damianus: & quidem rectè: quippè nihil aptius Virginis partum, & vbera præsignare potuit, quã rivus, seu fons olei de terra sponte manans: quòd in Maria *concreverit lac divinæ misericordiæ, & ex ipsa nobis profluxerit.*

Cant. 1. v. 1.

S. Petr. Dam.

2 Hinc notanter Vates, inquit: *Misericordia Domini plena est terra*, Psalm. 118. vers. 64. Sed quæ terra? illa inanis, & vacua? Genes. 1. vers. 2. quæ præfigurabat illam de qua ob hominũ peccata dicebat, Ierem. 4. vers. 23. *Aspexi terram: & ecce vacua erat, & nihil intuitus sum, & non erat homo*: illa? de qua Isaias 24. vers. 5. *terra infecta est ab habitatoribus suis*: Sed vbi iustitia? vbi ius? vbi leges? Respondeo: Adest terræ Virgo: adsunt illi eius vbera: quid miraris? audi hac de re Petrum Cellensem lib. 6. epist. 23. *Sublunarem regionem arentem mediante nube virginea rivis de sanguine, & doctrina irrigavit Dominus*: Sed qua ratione? quo vè modo? copiosis, scilicet, misericordiæ imbribus: Benè quidem: at conditè, & accuratè subdit Petrus: *Collactanea eius misericordia mitiores leges impetravit*: Audis misericordiam à lacte haustam? audis collactaneam Christo misericordiam à Virginis videlicet lacte-ebibitam?

Ps. 118 v. 64. Genes. 1 v. 2. Ierem. 4 v. 23. Isai. 24 v. 5.

Pet. Cellens.

A vt velut gemellũ fætum Virgo Mater, & misericordiam, & Dei Filium pareret: Nihil ergo mirum, quod talis partus mitiores leges ediderit: quod misericordia terram repleverit? quod arentem irrigaverit: Sanè sub hoc sensu lactis huius; huiusque misericordiæ memor S. Iosephus in Menæis die 17. Martij Ode. 4. de S. Alexio in clausula Virgini supplicabat. *Quæ ipsum lactis largitorem lacte potasti, cor meum, quod ob magnitudinem famis ingemiscit, ex satia Virgo per compunctionem divinitus datam, perque omnigenã rerum divinarum scientiam: supplico tibi*: Hæc ille.

S. Iosep.

B

3 Ad mentem verò Cellensis collactaneã cum Christo misericordiam facientis opportunè inflexit Richard. à S. Laurentio verba Iob. 31. v. 18. post enumerata misericordiæ opera viduæ, pupillo, & generaliter pauperibus exhibita signatè dicentis: *Quoniam ab infantia crevit mecum misericordia: & de vtero matris egressa est mecum*: quippè Richardus componens hæc verba cum illis, Cantic. 3. vers. 10. *Videte Regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum Mater sua*: sic inquit paraphrasticè. *Videte autem eum in diademate, idest, in corona misericordiæ, quo coronavit eum Mater, scilicet, Maria, quia cum corona misericordiæ natus est ex ea: vnde dicit Iob. 31.* Quoniam ab infantia crevit mecum misericordia; & de vtero matris egressa est mecum: *Et propter hanc coronam est amabilis.* Sic Richardus: Ecce tibi collactaneam cum Christo misericordiam, hoc est ab vtero Matris cum illo egressam, & verò cum Deus ab Apostolo dicatur *dives in misericordia in omnes, qui invocant illum*, ad Romanos 10. vers. 12. ad hũc divinæ benignitatis characterem ex Maria natus editum singillatim retulit S. Iosephus Confessor in Menæis Ode. 5. de SS. Hermylo, & Stratonico die 13. Ianuarij pulchris hisce verbis: *Vt pulchra, vt florida, vt tota puritatis nitore circumfulgens sermonem divinum pulchritudine singulari florentem corpore ex te sumpto cinxisti: inque lucem protulisti illum, qui rebus omnibus, vi divina, vt exsistant, largitur, ceu Bonitate prædives.* Sic Iosephus.

Iob. 31. v. 18.

C

Rich. à S. Laur. Cant. 3. v. 10.

D

Rom. 10 v. 12.

E

Iosep. Confess.

4 Quibus in verbis observes velim;

Ioſephum, tam Filio, quàm Matri, vt Bonitate prædivitibus, & rebus omnibus exiſtentiam dantibus accurata locutione pulchritudinis epiteton reddentem: quippè Matrem pulchram, & floridam filium vero pulchritudine ſingulari florentem appellavit; idemque notanter de Matre dixiſſe ipſam, quà pulchra erat filium pulchrum corpore ſuo cinxiſſe: nempè tanta hæc pulchritudo à miſericordia, & beneficentia ſignatè venit: mirificè hunc ſenſum confirmante Paulo ad Hebræos 13. verſ. 16. dum monet: *Beneficentiæ, & communionis nolite obliviſci: talibus enim hoſtijs promeretur Deus*: quo in loco (vt non ſemel obſervaſſe me memini) Lectio Syriaca habet: *talibus enim hoſtijs pulchreſcit Deus*: Ad quæ verba dum ambigis; qua ratione Deus æterno, & nativo decore conſpicuus; quique quidquid pulchritudinis creaturæ ſubeſt, eis ipſe impertitur; à beneficentia creaturæ novam pulchritudinem accipere dicatur? reſpondeo præmittens primum S. Iſidorum Peluſiotam lib. 3. epiſt. 268. ex factei humanæ imaginē ad pietatem, & miſericordiam virtutum pulchritudinem, ſic referentē. *Virtutum congruētia iuſtitiæ pulchritudinem efficit, quæ quidem cogitationem omnem, ac ſolertiam, tum manus, tum oculorum excedit: verum quemadmodum in corpore valentior pulchritudinis pars eſt oculorum pulchritudo, ita etiam in animo præcipua pulchritudinis pars, eſt pietas*: atque dubitationem ea ratione opprimens; quod Deus ideò à Paulo inducatur ex pietate, & miſericordia pulcreſcere; quod ab ea ipſius in nobis inſculpta imago ab exactiſſimo pietatis decore pulchrior, & ſplēdidior reddatur, vt exinde in hominum exiſtimatione pulchrior quodā modo appareat: Vnde quidem merito à Ioſepho inducitur Maria Mater, *vt pulchra, vt florida*, hoc eſt, vt miſericordiæ Mater filium pulchrum, & floridum peperiſſe; cuius *miſericordia plena eſt terra*: & verò quemadmodum in corpore valentior pulchritudinis pars eſt oculorum; ita etiam in animo præcipua pars pulchritudinis eſt pietas, ideo notanter ad Mariam dicimus *illos tuos miſericordes oculos ad nos converte*; vt benè inquit Richard. à S. Laur lib. 5. de Laud. Virg. ſubdens illos oculos Matris Chriſtum ſumpſiſſe, de quo dicitur *oculi Domini ſuper iuſtos*, Pſalm. 33. verſ. 16. *Sicut oculi Matris*, inquit Richard. *ſuper puerum, ne cadat; & ſi ceciderit, vt eum releuet: vnde dicit ſervo ſuo* Pſalm. 31. verſ. 8. *in via hac, qua gradieris firmabo ſuper te oculos meos*: Vt iam cum Ioſepho conſentiens dixerit Eccleſia Græca Virgini. *Deitatis pulchritudinem, vnaque pulchritudinem humanitatis genuiſti Deipara: eaſque ambas non inter ſe commixtos, ſed abſque confuſione in vnum redactas*: Sic in Menæis 27. Martij Ode. 5. de S. Matrona.

Pſal. 33. v. 16.

Pſal. 31. verſ. 8.

Eccleſia Græc.

Redeo iam, quod noſtri inſtituti proprium eſt ad ea Petri Cellenſis verba de coæva, ſeu collactanea Chriſti miſericordia à Matre ebibita: *mitiores leges impetravit*: vt videlicet vndequaque ſubſiſtat præfatum Davidis vaticinium: *Fiat miſericordia tua, vt Advocata ſit mei*; mitius quidem cauſam meam tractans, nec ſecundum amaras leges diiudicans: Quod opportunis imaginibus ipſamet Deipara expreſſit, Cant. 1. verſ. 13. inquiens: *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur*: Pende ſingula & faſciculum qui illigatus, eſt; ad charitatem Domini; qua ſe ſemet ipſe illigavit, ſic retulit Ambroſius in Pſalm. 118 ſerm. 3. *Corpus ſuſcipiens Dominus, charitatis ſe vinculis illigavit*: vt nimirum à Maria, vt corpus; ita charitatem, miſericordiam, & pietatem ſuſceperit: myrrham verò inter Mariæ vbera commorantem; omninò interpretaberis, amaritudinem veteris legis in lactis dulcedinē conuerſam fuiſſe: quippè tunc Deus vltionum *Dominus* (inquit David) *Deus vltionum liberè egit*, Pſal. 93. verſ. 1. tantum non dicens Deus ſummus Dominus ſummus iudex ab quem vltio ſcelerum pertinet: cum peccatores ex merito punire voluit, liberè omninò ſe geſſit, quin nemo illum impedire, nemo illius manus cohibere valuerit; at enim aſſumpto, iam à Virgine corpore & charitatis vinculis illigatus, myrrhæ amaritudinem in lac commutavit, & qui ante terribilis; modo à Mariæ lactè factus fuerit amabilis: hæc omnia ſic præſtringente Richardo à S. Laurentio lib. 4.

5.

Heb. 13 v. 16.

Lect. Syriac.

Iſidor. Peluſ.

Cant. 1. v. 13.

Ambroſ.

Pſal. 93 v. 1.

Rich. à S. Laur.

Rich. à S. Laur.

de

de Laud. Virg. *Faſciculus fuit Chriſtus in veteri lege, ſed inter vbera Mariæ factus eſt dilectus, & ſuavis, & dulcis. Sicut enim ſanguis in ſe horribilis, in vberibus efficitur lac, quod dulce eſt, & delectabile ad videndum, ſic Filius, qui in lege erat terribilis, inter vbera Mariæ factus eſt mitis: vnde, & ipſa dicitur Mater miſericordiæ*: Hæc Richardus.

6 Fuerint verò his verbis omninò ſimilia ea, quæ inibi ſubijcit maioris explicationis gratia Divina Sponſa in hũc modum: *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi*: Sed enim, quæ explicatione indigeant: Quare obſerva, vineas Engadditanas inde maximè commẽdari, quod arboribus aromaticis, ſignatè verò olivis conſitæ eſſent: & de aromaticis plantis Ambroſius in Pſalm. 118 explicans hæc verba, ſic inquit. *Engaddi, ſi locum quærimus, regionis cuiuſdam, quæ in Iudæa eſt, locus, ſic dicitur, in quo oppobalſamũ gignitur*: de olivis verò peculiaris locus eſt Eccleſiaſtici 24. verſ. 19. vbi cum dicitur: *Quaſi oliva ſpecioſa in cãpis*: Græcè habetur *in Engaddi*: quo facit, quod à Gregorio Nyſſeno hom. 3. in Cant. à Theodoreto, & alijs obſervatum eſt, tractum illarum vinearum eſſe terræ valdè pinguis. Porrò vineæ olivis conſitæ, alijs vineis maximè excellunt, vt (Auctores rei ruſticæ ſcribunt) quod vites in ea terra pingui radices agentes; pinguem etiam olivarum ſuccum ſecum ferãt, quem in ſe ipſis imbibentes, adeò molliter, & dulciter pingueſcant, vt ſuavis ille, ac pinguis ſuccus per ipſas vvas transfundi videatur. Quæ ad rẽ, de qua agimus accommodata; eum omninò ſenſum; quem præfatis numero præcedenti verbis dedimus habere videntur, nempè *Dei Filium, qui in lege veteri erat terribilis inter vbera Mariæ factum eſſe mitem*, & ſuavem. Nimirum, vt vinum in ſacris iuſtitiæ, & ſeveritatis: ita oleum miſericordiæ, & ſuavitatis ſymbolum eſt: ſic enim de vino, Pſalm. 74. verſ. 9. Calix in manu Domini vini meri plenus mixto, & Pſalm. 77. verſ. 71. *Et excitatus eſt, tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino, & percuſſit inimicos ſuos*, &c. & Apocalyp. 14. verſ. 10. *Bibet de vino iræ Dei*: De oleo verò miſericordiam ſignifi-

Cant. 1. v. 14.

Ambro.

Eccl. 24. v. 19. Lect. Græc. Nyſſen. Theod.

Pſal. 74 v. 9.

Pſal. 77 v. 71.

Apocal. 14. verſ. 10.

A cante; teſtimonia conſignare: otio abuti eſſet ſat ſit pro vtroque eius, qui incidit in latrones meminiſſe, qui vino, & oleo curatus dicitur à Domino, Lucæ 10 verſ. 34 iuſtè, ſcilicet, & miſericorditer: vt omnes omnino PP. obſervant: Ergo cum Chriſtus: *Botrus dicitur*: quia (vt inquit Richard. à S. Laur. lib 12. de Laud. Virg.) *Beata Virgo, quæ dicit*: Ego ſicut vitis fructificavi ſuavitatem odoris, *tulit hunc botrum, qui preſſus in torculari paſſionis eliquavit vinum noſtræ Redemptionis*) ſignatè aſſeritur inſitus *in vineis Engaddi*: in terra pingui, & fæcunditatis ſuavis, id eſt, in ventre Virginis Mariæ, à quo ſuccum miſericordiæ pietatis, & indulgentiæ, cum lacte ſugeret; vt vini ſeveritatis obliviſceretur: atque à Mariæ ſucco mitiores leges ferret: Quò reſpexit Bernardus ſerm. 42. in Cantica, ex hoc loco affirmans Medicum ſpiritualem inſtrui; vt ad modum Evangelici Samaritani ad vulnerum curationem vini zelum; cũ oleo manſuetudinis temperet, ait ſiquidem: *Habens itaque ex fraterno oleum manſuetudinis, & ex divino amore oleum æmulationis ſecurus accede ad ſananda vulnera illius, qui incidit in latrones, piiſſimi Samaritani optimus imitator, ſecurè quoque d cito, tu cum Sponſa*: Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi: *Hoc eſt zelus iuſtitiæ, amor dilecti mei mihi eſt in affectibus pietatis*, ita Bernardus.

Luc. 10. v. 34.

Rich. à S. Laur.

Bernar.

7 Sed ad rem Philippus Abbas in hæc verba Canticorum ea *in vineis Engaddi*: ex originibus legit *in fonte hædi*: vt iudicis aſperitas à lacte Virginis in manſuetudinem ſpiritus, ſic commutata videatur; vt miſeri peccatores remiſſionem peccatorum accipiant, & ab hædis agni evadant, ſic enim ille: *Fons autem hædi, ipſe eſt ſpiritus, cuius infuſio peccatum lavat, emundat peccatorem: carnem leproſi Naaman reddit puero puriorem; hædum in agnum mutat, dans meritum innocentis, ſitque in eo, qui biberit fons vber, fons aquæ ſalientis*: ita Philippus: Ad cuius guſtum Richard. à S. Laurẽtio ea verba, Deuteronomij 33. verſ. 19. *Inundationes maris, quaſi lac ſugent*, ſic inflectit, vt Deipara lacte ſuæ interceſſionis, non modo iuſtos, qui intra iuſtitiæ alveum includuntur, ſed etiam peccatores

Philipp. Abb.

Richar. Deu. 33 v. 19.

alveum

alveum excedentes alat, & tueatur. Audi illum lib. 1. de Laud. Virginis hunc locum, sic prementem: *Proprius enim alveus huius maris Mariæ sanctitas est, & si tantum ad sanctos respiceret, quasi in suo alveo clauderetur, sed supervenit in eam Spiritus Sanctus, vt eam faceret inundare. Inundat autem, quasi proprium excedens alveum cum ipsa licet sine peccato; nihilominus tamen peccatoribus condescendit, quæ inundatione, tanquam lacte suos pascit, & hæ inundationes illæ sunt emissiones paradisi, de quibus agitur, Cant. 4.* Hæc Richard. Pro quibus vide Oseæ 4. vers. 1. gemente Propheta hominum peccata omnem modum, sive alveum fluminis excessisse: *Non est veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra, Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaverunt, & sanguis sanguinem tetigit:* vt ab immensa Mariæ misericordia, vbi abundavit delictum superabundavit gratia, ad Rom 5. vers. 20.

Rich. à S. Laur.

Osee 4. v. 1.

Rom. 5. v. 20.

8

Sed iam videsis ipsummet Iudicem, postquam à Maria Corpus accepit & beatissima simul, ac suavissima vbera suxit, Advocatum hominum factum, & eorum causam perorantē apud Ioan. 8. vers. 3. cum Scribis, & Pharisæis mulierem in adulterio deprehensam vehementius apud ipsum accusantibus, & ad mortis suppliciū illi infligendum vrgentibus ipse sese inflectens in terra digito scribens, sic inducitur, vers. 6. *Iesus autem inclinans se deorsum digito scribebat in terra:* Nimirum, vt & ipso corporis habitu, & inclinatione propensionem ad misericordiam significaret & digito scribens charitatem, & indulgētiam impertiret notante Ambrosio lib. 3. *de Spiritu Sancto* digito Dei Spiritum Sanctum inibi adumbrari: *Hoc digito misericordiam Dominus Iesus inclinato capite scribebat in terra, cum à Iudæis adultera esset oblata:* At enim cum delatores in accusatione pertinacius insisterent: *erexit se, & dixit: Qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidem mittat:* cumque à propria conscientia redarguti (vt habet textus Græcus) *vnus post alium exiissent:* miseraque illa timeret, ab ipsomet Iesu, qui sine peccato erat fore lapidandam: bonus Dominus misericordiam impertiens: *Neque ego inquit te condemnabo:* Ad quæ verba primum Augustinus: *Et quia illa hoc audierat, qui sine peccato est prior in illam lapidē mittat, ab illo se sperabat puniendam, in quo peccatum inveniri non poterat, ille autem, qui adversarios eius repulerat, levans in eam oculos mansuetudinis; interrogavit illam:* Nemo te condemnavit? *respondit illa:* Nemo Domine: *Dixit autem Iesus:* Nec ego te condemnabo, & statim Augustinus: *Absit autem, vt diceret: Lapidetur venit enim non perdere, quod invenerat, sed quærere, quod perierat:* Sic ille: Ad quem modum S. Leo serm. 11. de Passione, inquit. *Volens per omnia demonstrare: non venisse, vt iudicet, sed vt salvet mundum dicit.* Nec ego te condemnabo: Hæc Leo: Sed in illis Augustini verbis, *qui adversarios eius repulerat,* non modo vides Christum à lacte, & vberibus Matris benignum misericordem indulgentem miseris peccatoribus, sed etiam Advocatum illorum factum, qui illorum adversarium, non solùm, non audire, sed & repellere consuevit. Opportunè ergo Mater Virgo Advocata misericordiæ dicitur, quæ vbera sua Filio repræsentans propitium, & placatum nobis reddit: huc opportunè inflectente Richardo à S. Laur. lib. 10. de Laud. Virginis Propitiatorium, de quo Exodi 25. vbi cū dixisset, *& super Propitiatorium erant illi Cherubim, ideſt, imagines gloriosissimè decoratæ, & sese contuentes versis vultibus in Propitiatorium* subijcit. *Per hoc autem Propitiatorium signatur Maria, cui datum est à tota Trinitate, vt sit nostra Propitiatrix ad Filium offensum pro peccatis nostris, ipsum pro nobis orando, & ei ventrem in quo portavit, & vbera, quæ suxit repræsentando:* Hæc Richardus O bonam Advocatam!

Ambro.

Augusti.

S. Leo.

Rich. à S. Laur.

EXEMPLA.

CVM in præced. adnot. à S. Petro Damiano de lacte Virginis diximus, manat liquor ex vberibus Virginis, & in carnem vertitur Salvatoris: itidemque ab Ambrosio in Psalm. 118. dicente de vineis Engaddi, *Cant. 1. vers. 14. Locus sic dicitur:* in

quo

quo oppobalsamum gignitur: vt Christus botrus cypri sit in balsamo Mariæ: accipe modo, sive pro horum; sive pro re præsenti confirmatione rem tanta admiratione, & observatione dignam, vt ipsismet ethnicis venerabilis fuerit: eam refert Spondanus ad annum Christi 1204. & Gononus anno 1202. ex Matthæo Paris in Historia Anglorum: & Abrahamus Bzouius ibidem: *Ergo cum eo anno prope Damascum esset imago dicta Nicopion, ex qua iugiter liquor balsami stillabat, accidit, vt circa festum Nativitatis B. Virginis, balsamum istud, quod antea in vas subiectum defluebat, inventum est in illo ipso vase conversum in carnē; quod prodigium ab omni populo notatum est, præsertim defluente sanguine ex ipsa carne cultello percussa: Et quidem, vt res certa certior, & nota notior, ac venerabilis venerabiliorfieret. Sultanus Damasci factus cæcus oleo illo, seu balsamo oculos inungens visum recuperavit* (vtinam, & mentis oculos!) *Quod beneficium eum permovit, vt argenteam lampadem dono daret, & ad eam perpetuò lucentem corā prædicta Deiparæ imagine servandam certos redditur statueret.*

Spōdan. Gonon. Bzou.

Sed & de B. Paula instituti Camalduensis in eius vita, quam scribit Augustinus Tesulinus, & Bzovius ad annum 1368. num. 13. illud habetur: *Inter alias gratias, quæ ipsa à Beatissima Virgine recepit; illam fuisse mirabilem, vt ab ea Iesum lactentem suscipiens, & osculans, defluum quoque ab ore Iesu lac hauserit: tum immēso quidem gaudio, & dulcedine inenarrabili, tum etiā spirituali illuminatione, vt adiret Sylvestrum in proximo Angelorum Monasterio Camaldulensem Religiosum, à quo viam salutis, & omnimodæ perfectionis addisceret.*

Fuerit & illud omninò ad rem, tā pro benignitate Deiparæ quàm pro salute, & gloria, quæ ex cœlesti eius lacte promanat, quod in nostris Annuis Indicis anno 1614. sic habetur: *In Iulide, quæ est Regio Peruvij, cum sævissima pestis grassaretur, audierunt Virgines duæ, Martyrij quodam genere defungi, qui peste affectis ministrantes, ipso morbo extinguebantur. Quare ingenti animo, hoc munus susceperunt. Harum vna nomine Catharina omnium virtutū laude insignis; virginitate præsertim, quā sacratam Deo integerrimam vsque ad extremum servavit; contracto pestilenti halitu decumbens, visitata fuit, & alloquio digna reddita Beatissimæ Virginis Iesum puerum vlnis suis complectentis: auditaque est in ipso obitus articulo ad Deiparam effundere has voces:* Domina mea, vnde mihi tantum dignationis, vt hac vilitate muliercula tuis pascar vberibus? *Quæ cum diceret, hiatum oris aperuit, velut papillam acceptura, & in ijs verbis animam efflavit.*

EIVSDEM argumenti.

MARIA opportuna Advocata, quod ab ipsius lacte Iudex mitis, & suavis sit factus.

ADNOTATIO XII.

PErsequimur ex Mariæ patrocinio: sive ex eius vberibus, & lacte adornare iudicis tribunal in æquitate: & Christum Dominum suavem, & mitem, & multæ misericordiæ: aliter quidem, quam fabulosa antiquitas Iovem suum, quem deorum maximum prædicabat, in taurum cē lebrare solebat transformatum; quē vel ea ratione iustè castigabat S. Cyrillus Hierosolymitanus, quia *suum mugitum indigni Deo*: quippè nostræ Fidei veritas Dei Filium Mariæ vberibus admotum Agnum mansuetissimum non clamantem, nec calamum quassatum confringentem, nec linum fumigans extinguentem facit: *Ecce servus meus* (inquit ex persona Summi Patris Isaias de Christo Domino, vt de ipso Evāgelista Vaticiniū, hoc intellexit, Matthæi 12. vers. 18.) *Suscipam eum; electus meus: complacuit sibi in illo anima mea: dedi Spiritum meum super eum: Iudicium gentibus proferet. Non clamabit, neque accipiet personam,*

1

S. Cyrill. Hieros.

Matth. 12. vers. 18.

nec

nec audietur vox eius foris : calamum quaſſatum non conteret, & linum fumigans non extinguet, Iſaiæ 41. verſ. 1. pulchrè his locutionibus Chriſti mãſuetudinem, comitatem, & benignitatem deſcribente, & depingente Propheta, ab imagine illius, qui tam leniter incederet, adeòque molles paſſus imprimeret, vt etiamſi ſuper arundinem, iam quaſſatam pedẽ poneret, eam nihilo plus confringat, quàm antea erat: vt ad hæc verba P. Maldonatus, ſic inquit: *Ideſt, adeò attentè, & quietè ambulabit, vt etiamſi per arundinem, iam quaſſatam, qua nihil fragilius eſſe poteſt, pedem ponat, eam non confringat; & ſi ſuper ſtupam, non omninò ardentem, ſed tantum fumigantem, non extinguat: Apparet enim fuiſſe Proverbium, quo ſumma incedentis lenitas ſignificabatur, ſicut Galli, & Hiſpani de ſimilibus hominibus dicere ſolent: etiamſi ſuper pavimẽtum ovis ſtratum ambularet, nullum frangeret*: Quod ſtatim ad rem, ſic accommodat: *Per incceſſum autem, & ambulationem omnes vitæ actiones intelliguntur: ex Hebræorum ergo idiomate ſignificatur, Chriſtum omnibus in rebus incredibili manſuetudine, ac lenitate vſurum fuiſſe.* Hæc opportunè Maldonatus: Iam verò cum noverimus, agnos ab ovibus natos, & earum vberibus nutritos; ab ipſarum lacte, & genij lenitatem, & manſuetudinem, & lanæ mollitiem accipere; adeò vt ſit experimento compertum; agnum capreæ vberibus admotum aſperiorem lanam, & vellus hirſutum habere: quis ambigat Dei Filium ea inter alias de cauſa Agnum fuiſſe denominatum, quod à Matre, ove manſuetiſsima natum, & educatum eam cum lacte lenitatem, & manſuetudinem in omnibus vitæ actionibus ebiberit? vt etiãſi per arũdinem, iam quaſſatam hominẽ, ſcilicet, peccatis obnoxiũ; aut linũ fumigans, ideſt, inter virtutes, & vitia fluctuantem ambularet; nequaquam eos perderet: Sanè Agni imaginem in hanc rem, ſic vſurpavit idem Iſaias cap. 16. verſ. 1. *Emitte Agnum Domine dominatorem terræ de petra deſerti ad mõtem filiæ Sion*: in hunc ſenſum inflectẽtibus frequenter hæc verba interpretibus; eaque ſic illuſtrante S. Antonio de Padua ſerm. 1. *in Dominica 1. Adventus: Emitte Agnum de petra, non Leonem, Dominatorem, non vaſtatorem terræ de petra deſerti, ideſt, de Beata Virgine, quæ dicitur petra propter firmum propoſitum virginitatis*: Sic ille: nec aliter Vverricus ſerm. *in Annunciatione.*

Sed quæ in Matthæo, & in Iſaiæ Vaticinio, tam immediatè, quàm mediatè habentur; operæpretium fuerit animadvertere: nam immediatè poſt ea verba *calamum quaſſatum, non conteret* adiungit Evangeliſta, *donec eijciat ad victoriam iudicium*: ſive vt habet Lectio Syriaca: *vſque dum proferat iudicium ad victoriam*, itidemque adnotante, ibi Maldonato pro voce *victoriam* legi poſſe ex Hebræo *innocentiã*, ideſt, ea manſuetudine, & lenitate peccatores iudicabit, vt eos à peccatis immunes abſolvat, & inſtitiæ reddat: Quæ verò præceſſerant in Matthæo; ſive qua occaſione hãc de Chriſti in iudicando mãſuetudine prophetiam ille attulerit; audi: *Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabãt eum dicentes: ſi licet Sabbato curare, vt accuſarent eum*, Matth. 18. verſ. 10. *ipſe autem dixit illis. Quis erit ex vobis homo, qui habeat ovem vnam, & ſi ceciderit hæc Sabbatis in foveam, nonne tenebit, & levavit eam: Tunc ait homini extende manum tuam, & extendit, & reſtituta eſt ſanitati ſicut altera*: Verũ enim verò hanc met hiſtoriam ab Evangeliſta Marco peculiarem illi epitaſim addente audire oportet, ſic enim ille cap. 3. à verſ. 1. *Et introivit iterum in Synagogam: & erat ibi homo habens manum aridam: & obſervabant eum ſi Sabbatis curaret, vt accuſarent eum, &c. Et circumſpiciens eos cum ira contriſtatus ſuper cæcitate cordis eorum* (ſive vt habet Lectio Syriaca, *intuitus eſt eos cum indignatione, quum ægrè ferret propter duritiam cordis eorum*) *dixit homini, extende manum tuam: & extendit, & reſtituta eſt manus illi.* Vbi ſi audis iram, indignationem, & oculos ardentes, & in his manſuetudinem, & ſuavitatem deſideras; audi ſimul in ira miſericordiæ recordatum, & ſanitatem in ægrũ refundentem; vt videlicet ipſamet ira, & indignatio miſericordiæ anſa, & illecebra ſit; pulchrè id expendente Ambroſio ſerm. 8. *In ira præcipiens refudit corpori ſanitatem: ira (inquam) ſicut dicit Evangeliſta reſtituit vigorem*

Iſaiæ 41 verſ. 1.

Maldo.

Iſaias 16. v. 1.

S. Anto.

Vverri. 2

Iſai. 41. v. 2.

Lect. Syriac. Maldo.

Mat. 18 v. 10.

Marc. 3 verſ. 2.

Lect. Syriac.

Ambroſ.

dex-

dexteræ. Vnde intelligimus, qualis Dominicæ benignitatis sit sanitas, cuius indignationis talis est medicina, aut quemadmodum placatus prodest, qui ita miseretur iratus. Ita Ambrosius: observa illa: *Ira restituit vigorem dexteræ*; vt videris, quid fuerit? mores cum lacte à Maria ebibisse? quis vè indignationis Christi Mariæ filij fuerit effectus? Medicinam, videlicet, & sanitatē impertiri: Erat quidem Pharisæorū malignitas ira gravi, & plumbea digna; ideò merito ad ipsorum conspectum Christi oculi, quà divini, & iusti iudicis erant exarserunt; at quam humani, & ex Maria facti iræ impetum ad sanitatem, & bonum inflexerunt, & ira salutem efficiente *restituta est manus illi.*

3 Redeo ad verba Vatis: *Emitte Agnum Domine de petra deserti*, illum, scilicet, Agnum, qui cum esset Leo ille, de quo Propheta, *Leo rugiet quis non timebit?* Amos 3. vers. 8. à Virgine Maria factus est Agnus: & si ambigis quid Agno, & petræ occurro cōponens, cum his verbis ea Deuteronomij 32. vers. 13. *Vt suggeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo.* Quæ Hugo de S. Victore serm. 22. qui est *de populo Dei*, sic illustrat: *Duo ponit: petram, & mel, & iterum duo saxum, & oleum, petra saxo est minor, saxoque fragilior: & saxum petra maius, petraque durius: Petra & saxum Christum significant, sed petra significat Christum in sinu Matris; saxum verò Christū significat in dextera Dei Patris*: Audis Christum petram in sinu Matris? Ergo cum audis à S. Sabbam in Menæis die 30. Ianuar. exclamando interrogare: *O auro comante fulgentissima Turris! Civitas superna mœnibus duodecim incinctas irrigate solaribus radijs Throne! Incomprehensum denique prodigium! Qui fit, vt tuum ipsa Dominum lactes?* responsio ad manum est: nempè, vt iam ab hac Petra olim prædura, & forti, mel subinde suggas, suavitatem, scilicet, & dulcedinem; quippè à lacte Mariæ petræ durities emollitur; dum illa de se ipsa attestatur *Spiritus meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel, & favum*, Ecclesiastici 24. vers. 27. ideſt, inquit Richard. à S. Laurentio lib. 4. de Laudibus Virgin. *Transcendit omnem dulcedinem manifestam, & absconsam: in melle enim dulcedo patet, in favo latet.* Quæ ergo sapientior? potentior, & efficacior hominum Advocata potest excogitari, quæ iudicem aliàs durum, & ob peccata nostra excandescentē, reddit Agnum mel, & dulcedinem distillantem? *Quin si Christi cor attendimus* (inquit præfato loco Richardus à S. Laurentio) *nihil illo benignius, & eius dulcedo dulcedinem omnem incomparabilem excedit.* Ergo, peccator quicumque sis ad Mariæ patrocinium fidenter confuge: *Planè obliviscetur feritatis Leo* (iuvat enim in hanc rem vsurpare verba Tertulliani lib. de anima cap. 24. aliorsum spectantia) *mansuetudinis eruditione præventus, & cum toto suggestu iuvarum delitium fiet Berenices alicuius Reginæ.* Nimirum Reginæ cœli, & terræ nihil gratius, nihil adeo in delicijs erit, quàm divinum Leonem feritatis oblitum māsuetudinis suæ eruditione præventum videre.

Sed enim præter observationem Richardi à S. Laurentio in verbis Canticorum 1. vers. 13. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur*, de Mariæ vberibus, à quibus Dei filius, qui in lege erat terribilis, factus est mitis, & suavis denuò preme in Hebræo proverbo *cōmorabitur* esse *pernoctabit*: quod non solùm referendum est ad diuturnam commorationem, vt videtur intellexisse Hieronymus, qui solet legere *manebit*: sed etiam ad convivium, sive cœnam; quæ olim noctu convivis parabatur: ad demulcendos, & placandos animos opportuna (dixit quippè Quintilianus in Declamat. *Insensos animos placavere mensæ*, & Declamat. 301. agens itidem de mensa: *Si quis me detulisset reum, defendes. Si quam iniuriam timerem, rogarem te per ius mensæ communis*, & Synesius epist. 57. *Mensa quidem res sacra est, per quam Deus amicitiæ, & hospitalitatis præses honoraretur: & Abrahamū hospitalitas Dei cōvivatorem facit*: & Tertullianus lib. adversus Psichycos de cœnis Christianorū: *Ibi pauperioribus divites se cōmunicabat*) vt dixerit his verbis Deipara. Quāvis Dilecti mei animus ob hominū peccata infensus illis, & exacerbatus, tanquā

Amos 3 v. 8.

Deuter. 32. v. 13. Hug. de S. Vict.

Ecclesiast. 24 v. 27. Rich. à S. Laur.

Rich. à S. Laur.

Tertull.

4 *Rich. à S. Laur. Cant. 1. v. 13.*

Lect. Hebr.

Hieron.

Quintil.

Synesius

Tertull.

myrrha amarus esse videatur: dum tamen inter vbera mea pernoctabit ab ipsis nutriendus, & fovendus, ea sanè fercula pacis mansuetudinis, suavitatis, & lenitatis, quibus ipse libenter vescitur, ministrabo, vt infensus animus per ius mensæ communis, placatus reddatur, & omni amaritudine depositа suavis fiat, & mitis erga humanum genus: sic pœne accipiente hæc verba Venerabili Alano ibi, *Alanus.* apud Martinum Delrio hunc in modum convivalem mensam Dei Filio, & Mariæ communem adornāte. *Postquam gloriosa Virgo, non solùm mente, sed etiam ventre concepit, factus est in ea spiritualis Christi recubitus: vbi enim spiritualiter canavit cum Patre, & Spiritu Sancto? vbi specialem fecit mansionem? vbi specialiter, & plenè recubuit, nisi in mente Virginis? in cuius ventre secundùm humanam naturam perfectè recubuit. O felix mensa! in qua cœlestes convivæ; ideſt, tres personæ specialiter, & spiritualiter reficiuntur. Pax ibi primus cibus: humilitas simul apponitur cum patientia mansuetudo quoque, & lenitas, & quod summa est suavitas, & puritas cordis.* Hæc omnia Alanus: ergo ab his tam suavibus epulis *infensos animos placavere mensæ.*

His non importunè inseres insitum illud Verbum, de quo Iacobus Apostolus cap. 1. vers. 21. dixit: *Cum mansuetudine suscipite insitum Verbum:* quod alibi ex lectione Syriaca, quæ habet: *Excipite Verbum illud naturæ nostræ insitum*: & ex Concilio Viennensi docente, *Christum esse insitum Verbum*, & PP. Hilario, Ephrem, S. Thoma, Anselmo, & Beda de Dei Filio per vnionem hypostaticam naturæ humanæ insito, accipiendum diximus: sic enim Hilarius lib. 1. de fide. *Vnus Vnigenitus Deus in corpusculi humani forma Sanctæ Virgini insertus adhæresit*: & Ephrē sermone *de Margarita pretiosa* accōmodatè nostro instituto: *Inseruit* (inquit) *naturæ Divinitatem, & tanquam in rimam quandam, ac scissurā suum includit Filium, vt qualitatem participans naturā redderet communē in assumptione hominis*: Quæ quidem verba, vt ibi ad normam Theologiæ examinata, composuimus cum iis Athanasij in Symbolo: *Vnus omnino non confusione substantiæ, sed vnitate personæ*: ita nunc in illis hæc expendimus *qualitatem participās*, vt sit sensus ab insitione Verbi in suavissimam Virginis plātam miram dulcedinem, & suavitatē participasse; vt è severo in mitē redderetur ad eum modum, quo apud T. Livium lib. 38. Manlius *T. Liv.* Consul in oratione ad milites dicebat: *Sicut in frugibus, pecudibusque non tantū semina ad servandam indolem valent, quantum terræ proprietas, cœlique sub quo aluntur mutat*: & indidē *vberrimo agro, mitissimo cœlo, clementibus agricolarū ingenijs omnis illa, cum qua venerant mansuefacta est feritas*: Iam hæc omnia firmante, & præfatis Iacobi verbis aptante Richardo à S. Laurentio lib. 12. de Laudib. Virg. ad hūc *Rich. à S. Laur.* modum: *Hoc est, quod dicit Iacobus de Verbo insito*, quod potest salvare animas vestras: *Et nota, quod insitio dicitur cū trunco surculus fœcundæ arboris iterum inseritur. Benè autem dixit* insitum Verbum, *quia ramus insitus, & suam servat naturam, & ad se trahit saporem trunci. Quod patet si pyrus oleæ inseratur, non tamen mutat naturam fructus, sed oleæ saporem ad se trahit*: Hæc opportunè Richardus ad incarnati Verbi mysterium, itidēque ad præsens institutū declarandū: observa ergo tam istud: *Et suam servat naturam, & ad se trahit saporem trunci*, quā illud Ephrē; *vt qualitatem participans*: vt videris, quomodo; insitum Dei Verbū suam servans naturam, nec cōmixtionem passus, nec divisionē saporem, & suavitatem Virginei trunci ad se traxerit, vt vberrimo eius agro, mitissimo cœlo, & clementi ingenio omnis illa severitas, cum qua venerat, mitigata, & mansuefacta sit: Vnde præfati Iacobi verba aptissimè intellexeris, cū ea, ita dispunxeris; vt illud *in mansuetudine*, non tam ad Verbum *suscipite*, quàm *ad insitum Verbum* referatur sub hoc sensu Verbum Dei in mansuetudine Virginis Mariæ insitū alacres suscipite: Quo omninò faciunt illa Canticorum verba, cap. 1. vers. 14. *Cant. 1. v. 14.* *Botrus Cypri dilectus meus in vineis Engaddi* in superioribus expensa.

Sed vide iam insitum Verbum à Deipara sub mali, ideſt, per pulcheæ arboris imagine depictum, Cantit. 2. vers. 3. *Sicut malus inter ligna sylvarum; sic dilectus meus inter filios.* Ni-

5 *Iacob. 1 v. 21. Lect. Syriac. Concil. Vien. Hilar. Ephrem.*

6 *Cant. 2. v. 3.*

mirum hæc verba frequens PP. expositio ad Christum refert, propter salutarem refectionem ab ipso per doctrinam, & Sacramenta Ecclesiæ exhibitam, vt apud Theodoretum Bernardum, Bedam, Cassiodorum, Aponium, & Iustum Orgelitanum ibi, & Ambrosium in Psalm. 118. serm. 5. videre est: dum verò Bernardus signatè perquirit; cur Dei Filius, Malo potiùs quàm excellentiori alteri plantæ voluerit comparari, inquiens: *Moveret me de ligno hoc, quòd non tantæ excellentiæ esse videatur, quantæ aliquod cæterorum, & ideò minùs dignè assumi in opus similitudinis, vtpotè, quæ non sufficiat laudis vicem implere. Cur ergo omissis melioribus, & nobilioribus lignis, huius mediocritas arboris adducta in medium est?* opportunè respondet, hac imagine, non tam prædicari Deum magnum, & laudabilem nimis, quàm parvum, & amabilem nimis ob summam animi demissionem, & mansuetudinem: vt dixerit, hac similitudine commendari insitum in mansuetudine Virginis Verbum, quod à sapore trunci suavitatis saporem traxit: A quo non abit Ambrosius ad suavitatem sermonum Christi, ita referens mali pulchritudinem, *eò quod super Prophetas, & Apostolos intima corda hominum verborum suavitate mulcebat*: Sic Ambrosius: & quidem rectè: quæ namque vox dulcior, & suavior humanis vnquam auribus insonuit; quam ea, qua homines, & *amicos, & fratres* appellavit, Ioan. 15. vers. 15. & cap. 20. vers. 17. Quæ autem mortalibus, adeò grata, & ad animos demulcendos dulciora verba excogitari potuerunt, quàm illa, quibus regnũ benemerentibus, veniam peccatoribus requiem lassis ore melli fuo promittebat, Matth. 11. vers. 28. *Venite ad me omnes* (inquit) *qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, &c. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris*: Quas sanè voces, cum à Dei Filio audis, cogita eum Verbum insitum, & sugentem mel, hoc est suavitatem, & mansuetudinem à Mariæ vberibus ebibisse.

Theodo. Beda. Cassiod. Apon. Iustus. Bernar.

Ambro.

Ioan. 15 v. 15. & Ioã. 20. v. 17.

Mat. 11 v. 28.

A

B

C

D

E

EXEMPLA.

QVam sit certum dẽ lacte Deiparæ, quod ipsi dicebat sæpiùs à nobis adductus. S. Petrus Damianus. *Quis scit, quoties refrigeras iram Iudicis?* Conlice ex ijs, quæ hùc maximè faciunt: Refert quippè Cardin. Baronius ad annum 1028. de Fulberto Carnotensi Episcopo Virginis studiosissimo: *Qui cum Basilicam Dive Virginis ante octo annos incendio consumptam, & populum Carnotensem magno animo ad obsequiũ eiusdem Virginis excitasset, incidit in morbum, quo cum acerbiùs vexaretur, Beata Deipara sugenda vbera præbuit, & virgineo lacte immoderatum ardorẽ temperavit*: Hæc qui audis timebis, non fore temperandũ severi iudicis animum? ergo ne timeas, audi mirabilius aliud.

Ex bonis Auctoribus hæc refert P. Christophorus de Castro libro de Deipara agens de fuga in Ægyptum capit. 10. *Dum in parandis necessarijs Berhlemi Iosephus moraretur, Deiparam in spelunca latuisse inter Meridiem, & Austrum ad ictum lapidum duorum in Bethlehem semotam, dumque Deo infanti mammillam porrigeret, lactis gutta in durum spelũcæ lapidem effusa, ita emollitum, & candidum effectum, vt candidissimæ, & tenuissimæ terræ in pulverem tenuissimum conversæ instar sit; ex qua lota panes parvuli cõficiuntur, quibus cum ad morborum diversorum sanitatem, præsertim lactis fœminarum contractionis omnes vtantur: lac Dominæ nostræ nominantur.* Ergo cum in adnotatione vidimus Christũ in sinu Matris petram esse: & petram lacte virgineo emolliri: dubitare desine Deiparæ intercessione Iudicẽ Christum emolliendum, vt tibi peccatori veniam præbeat: *vti in superioribus multis exemplis confirmatum reliquimus.*

MARIA Advocata nostra, cuius patrocinium ligandi, & solvendi potestatem habet.

ADNOTATIO XIII.

1 LIceat libenter immorari in tam salutari, tamque benefica Mariæ advocatione, quæ quos defendendos suscipit, è manibus Irati Iudicis extorquet. Pro cuius argumenti confirmatione operæpretium fuerit hùc advocare, quod non semel Bernardinus nos edocuit: Mariam à tempore, & ex vi conceptionis Filij Dei habere quoddam ius, & iurisdictionem in omnem missionem, & donum Spiritus Sancti, quod hominibus communicatur: Sic enim dicebat ille serm. 52. art. 1. cap. 7. tomo 2. *A tempore, quo concepit Virgo Deum in vtero suo, quandam (vt sic dicam) iurisdictionem, sive auctoritatem habet in omni temporali missione Spiritus Sancti, quia non vult ipse Spiritus, nisi per eam communicari, sicut & Filius, à quo Spiritus Sanctus procedit, per ipsam datus est nobis*: Hæc Bernardinus sensum communem habens, cum S. Germano Patriarcha Cōstantinopolitano orat. de Zona, & fascijs Virginis dicente: *Nullus enim est, qui salvus fiat. O sanctissima! nisi per te. Nemo est, qui liberetur à malis, nisi per te, ò purissima! Nemo est, cui donum concedatur, nisi per te, ò castissima! Nemo est, cui misereatur gratia, nisi per te, ò honestissima!* itidemque cum Bernardo serm. *de Nativitate* monente *Gratiam quæramus, & per Mariam quæramus. Quia quod quærit, invenit, & frustrari non potest*: Et quidem hanc Mariæ iurisdictionem, & auctoritatem in omni missione Spiritus Sancti belle expressit Ioannes Geometra hymno 4. inquiens: *Sigillum Spiritus Sancti in te exprimetur*: vt quemadmodum à regio sigillo robur, & auctoritatem Regis ipsius verba, & decreta habent; & nisi eo hæc communiantur; censentur invalida, ita nobis Spiritus Sancti dona per Mariam firma habeamus, & valitura.

S. Bernardin. *S. German.* *S. Bernard.* *Geometra.*

2 At inquis: Benè quidem est Spiritus Sancti dona per Mariam nobis advenire; & salutem nostram in manu eius esse: hùc advocante Richardo à S. Laurentio lib. 2. de Laud. Virgin. verba, quæ Ægyptij dicebant ad Ioseph, Genes. 47. vers. 25. *Salus nostra in manu tua est: tantum respiciat nos dominus noster, & læti serviemus Regi*, sic hæc inflectens: *Salus nostra in manu illius est, vt ei dicere multò verius valeamus nos Christiani, quàm dixerunt Ægyptij Ioseph*: Salus nostra in manu tua est: respiciat nos tantum Domina nostra, & læti serviemus filio eius. *Ipsa est enim causa salutis generis humani, & quædam ratio, & complementum post Filium suū omnium, quæ facta sunt, & quæ futura sunt*: Verum enim verò; vt hæc ad Deum misericordem, & benefacientem humano generi respiciant; alia tamen in ipso, ius, & iustitiam, tanquam iudice reddente ratio esse videtur, ne videlicet iura immutentur, nec peccatores à vindicta immunes evadant: Sed qui hæc cogitaverit; non benè videtur percalluisse Mariæ iurisdictionem, & potestatē; melius quidē & hāc, & se ipsum explicavit præfato loco Bernardinus: qui verba Angeli ad Mariam *Dominus tecum*, sic extulit *Tecum in mente, tecum in ventre; tecum in potestate*: quæ sic diffundit: *Tecum in mente per virtutum abundantiam: in ventre per suam præsentiam, in potestate propter peccatorum indigentiam*. Quod plus plus explicans subdit: *Cū de Deo pro nobis facias quidquid tuæ placuerit charitati*: Vbi omninò vides, eam esse Mariæ potestatem; cui merum, & mixtū imperium, *propter peccatorum indigentiam* subsit; vt nimirum Deum illis iratum, placatum reddat; atque de ipso eatenus veluti œconomicè disponat, quatenus & nostræ indigentiæ, & suæ charitati magis consentaneum est. Quid autē ita peccatoribus salutarius, quam indulgentia? quid reo opportunius, quam venia? quid iam fuerit MARIÆ charitati, adeò proprium, imò

Rich. à S. Laur. *Gen. 47 v. 25.* *Bernardin.*

&

& innatum, quam pro reis iudicem orare, & exorare: Sanè vt hæc illius natura, ita in hoc cardine tota ipſius poteſtas vertitur: Quo advocauerim bona hæc Abbatis Thritemii verba *de miraculis B. Mariæ* cap. 9. *Nō eſt otioſa in Filio, & Matre ſublimitas, quoniam penes vtrumque manet ſumma ſalutis humanæ poteſtas. Mater pro nobis interpellat, ad cuius nutum Filius omnia præſtans, impium pœnitentem iuſtificat. Filius Matrem ſuam Advocatam nobis eſſe voluit, & Patronam, cuius ſibi vnitæ volūtati omnia ſubijciens, quid quid illa petierit, ſine mora concedit:* Hæc ille: & poſt multa in Deiparæ laudem ſubijcit. *De potentia verò, & poteſtate Mariæ ad Filium nemo dubitet: nemo de precum ſuarum effectu vacillet: potens eſt apud Deum ſuper omnia; eius nutui ſubiecta ſunt vniverſa; quia ſicut illi eſt vna cum Deo voluntas, ita & plena in Deo poteſtas, & quod Deus habet per naturam, Maria ſuſcepit per gratiam.* Sic ſapienter Thritemius.

Thrite.

3 Sed vt iam Mariæ poteſtatem in Filium, quaſi ligandi, & ſolvendi graphicè depictam videris: audi quid ipſa cum primùm Dei Filium in lucem edidit ad id ſignificandum præſtiterit: Nimirum prudentiſsima Virgo, & in genus humanum beneficentiſsima Patrona; & ad miſerendum, & adiuvandum promptiſsima: memor datæ ſibi iuriſdictionis, infantem Ieſum recenter natum faſcijs eum involvit, & manus eius pedeſque ligavit: dicēte Luca cap. 2. v. 7. *Peperit Filiū ſuum primogenitum, & pannis eum involvit:* ſive vt habet lectio Syriaca: *& involvit eum faſcijs;* quæ paraphraſticè ſignificanter expreſsit Mater Eccleſia in Hymno de Paſsione: *Membra pannis involuta Virgo Mater alligat. Et Dei manus, pedeſque ſtricta cingit faſcia.* Et eodem ductu S. Ioſeph Confeſſor in Menæis die 17. Iulii Ode. 6. Canonis ſecundi de Sancta Martina. *Qui faſciat nebulis mare, nic ſponte natus ex Virgine ab eadem ineffabili modo, vt infans involutus eſt faſcijs.* Id quod quidem ita perſuaſum erat Damaſceno, vt moneret, non priùs oportuiſſe Dei Filium in lucem edi, quam Regium eius in Virgine Palatiū præparari: ipſamque cum faſcijs ad ipſum alligandum adeſſe: ſic enim ille Orat. 3. de Nativitate Virgin. *Oportebat enim priùs palatium præparari, Regem adeſſe. Oportebat etiam priùs regiorum incunabulorum faſcias contexi, atque ita demum in lucem edi:* Sic ille: vt videris Deiparæ iuriſdictionem, iam tunc datam, cum Filius editus non fuiſſet, vt veluti, quod eſt in Proverbio: *Priùs antidotum, quàm venenum:* ante iudicis iram, & indignationem; facultas ligandi, atque ſolvēdi Mariæ data fuerit. Quæ quidē non ingratijs, ſed de induſtria & magno Dei conſilio in honorem Deiparæ exhibita; illud manifeſtè ſignificāt: Dei Filium, ſic totum Matri ſuæ voluntati ſeſe tradidiſſe, vt coram ipſa ligatas manus habeat, nec niſi ad eius nutum ſolvendas: vt videlicet peccatores ipſa obſiſtēte punire, & ferire nequeat: pulcherrimè id obſervante Richardo à S. Laurentio lib. 10. de Laud. Virginis in hunc modum: *Ligavit etia Mater Filio manus in cunabulis, ne poſſet extendere de cætero eas ad feriendum, nec manus habere, niſi ad beneplacitum nutricis; ſicut patet in pueris, qui colligantur in cunabulis, & tanta poteſtas ſuper Filiū Dei, & ſuit, tunc data eſt Matri.* Hæc Richard. optimè, & opportunè.

Damaſ.

Rich. à S. Laur.

4 Deinde verò in hanc rem expēde quid Ioannes de Chriſti Maieſtate, & omnipotentia dixerit cap. 13. verſ. 3. nempè *Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus:* hominum, ſcilicet, ſalutem, & Redemptionem; & omnium omninò poteſtatem, ſicut & ipſemet Dominus, apud Matthæum 28. verſ. 18. explicatiùs dixit: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra,* ſicut & per Iſaiam cap. 53. verſ. 12. ipſi Domino ſi fuerat promiſſum: *Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longævum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur:* Iam hinc Mariæ poteſtatem collige, cum S. Petro Damiano ſerm. 61. dicente: *Stringitur à Matre puerilibus faſcijs infantulus, qui cum Patre omnium rerum iura gubernat immenſus:* quæ videlicet ius, & poteſtatem in poteſtatem, & iura rerum omnium habet; cum manus, in quibus omnis poteſtas ſubeſt ligandi, atque ſolvendi ipſa ligatas habeat, vt non niſi in hominum ſalutem ſolvantur: & cum de Chriſti manibus dixerit Ambroſius ſerm. 45.

Ioan. 13 v. 3.

Matth. 28. v. 18.

Iſai. 53 v. 10.

Petr. Dam.

Ambroſ.

Manus quippè eius plenitudo bonitatis est: & ideo semper ab eo bona speremus: id signatissimè Maria interventrice cogitare & sperare debemus: Nam si, malo fato, nostris flagitijs exigentibus iratus Dominus dixerit: *Si acuero, vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea*, Deut. 31. vers. 41. Occurret statim Mater, & suis precibus, quæ fasciæ strictiores sunt; manum ad feriendum extentam tenebit, atque ligabit. Benè id observante, & diffundente Richardo à S. Laurentio lib. 2. de Laudibus Virginis, illa Domini verba, Deuteronomij 32. vers. 39. *Ego occidam, & ego vivere faciam: percutiam, & ego sanabo, & non est, qui de manu mea possit eruere*, sic inter Filium, & Matrem partiente in superioribus vidimus, vt vindictæ verba ad Christum: indulgentiæ verò, & misericordiæ ad Mariam omninò pertineant: *Nam sæpè quos Filij iustitia damnat, Matris misericordia liberat, quia scilicet iustitia Filij, & Matris misericordia videntur altercari: quasi dicat iustitia Filij*: ego occidam, & percutiam *Misericordia Matris respondeat*: & ego vivere faciam, & sanabo. *Dicit enim Misericordia Matris illud, quod sequitur*: & non est, quo de manu mea possit eruere: Hæc Richardus: Qui è vestigio monet *Fugias igitur sub protectionem eius, & nihil timendum est.*

Deut. 31 v. 41.

Rich. à S. Laur.

Deut. 32 v. 39.

5 Bernar.

Perſequitur id argumentum ſapienter Bernardus ſermone 1. in Nativitate Domini, vbi cum præmiſiſſet: *Olim tibi perſuaſum eſt ab infideli quodam ſervo, vt furtim tolleres, & imponeres regium diadema capiti tuo. Deprehenſus in furto, quid ni timeres? quid ni fugeres à facie eius? Fortè enim, iam gladium vibrabat ignitum; nunc in exilio poſitus in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, & ecce vox audita eſt in terra. Quia Dominator advenit. Quò ibis à ſpiritu eius? aut quò à facie eius fugies? Noli fugere, noli timere: Non venit cum armis, non puniendum, ſed ſalvandum requirit?* ad rem præſentem, ſic opportunè ſubdit: *Et ne fortè dicas etiam nunc: Vocem tuam audivi; & abſcondi me: Ecce infans eſt, & ſine voce. Nam vagientis vox magis miſeranda eſt, quam timenda: Aut ſi cui fortè terribilis, ſed non tibi. Parvulus factus eſt: tenera membra Virgo Mater pannis alligat, & adhuc timore trepidas, vel in hoc ſcies, quia non venit perdere te, ſed ſalvare, eripere, & non ligare.* Hactenus Bernardus. Benè quidem illud, *vel in hoc ſcies*: quod videlicet Deus alligatas manus habeat, & à Virgine alligatas, quæ de induſtria Dei manus, pedeſque ſtricta cingit faſcia, ne peccatores perdat, ſed ſalvet: & *manus eius plenitudo bonitatis ſint?* Ne verò id ad præteritum ſolummodo tempus referas, quaſi iam non ſtricta faſcia alligatas manus iudex noſter habeat; ſed ſolutas, & expeditas ad puniendum; audi denuo Bernardum; qui poſt præfata verba hæc habet: *Licet enim parvulus ad nos venerit, non parum tamen attulit, non parum contulit nobis; ſi quæris, quid attulit? primo omnium attulit miſericordiam, ſecundum quam teſte Apoſtolo ſalvos nos fecit. Neque enim ijs tantum profuit, quos tunc præſens invenit, ſed fons eſt, qui non poterit exhauriri*: Sic ille: Sanè vt dixerit: Nam eadem Mater, quæ Dei manus, tunc faſcis alligavit; modo interventione, tanquam Advocata, non minus ſtrictè alligat.

Genes. 3

A

B

C

D

E

6

Nec ab hoc iverit manus illa plena myſterij Patriarchæ Zaran in Matris partu priùs extracta, & coccino alligata: deinde verò contracta, & in matris ventre recondita, ſic enim Geneſ. 38. vers. 27. *Atque in ipſa effuſione infantium vnus protulit manum, in qua obſtetrix ligavit coccinū*: Quod ſanè ad Dei Filium factum ex muliere, & recenter ab ea natum omninò referendum videtur, ſiue ex ipſomet nomine *Zaran*, quod interpretatur *Oriens*, quod proprium Chriſti Salvatoris eſt; de quo ipſum ſic appellavit Zacharias cap. 5. vers. 12. *Ecce vir Oriēs nomen eius*: ſiue ex filo coccineo, quo manum obſtetrix ligavit ad ſignificandam eius Paſsionem, & redemptionem, vt inquit Bernardus ſerm. 4. in vigilia Nativitatis his verbis: *Zaran priùs ſolam protulit manum, quæ in Sacramento Dominicæ Paſsionis coccineo alligata eſt filo.* Vt nimirum divinus iſte Zaran in ipſomet ortu ſuo manum proferens manifeſtè oſtenderet ſe non perdere, ſed ſalvare adveniſſe, auxiliarem manum Adamo, & humano generi iacenti allaturum: ita id cōſiderante Coſma Hieroſoly-

Gen. 38 v. 27.

Zach. 5 v. 12.

Bernar.

Coſmas Hier.

mi-

mitano in Catena Græca Corderij in cap. 2. Lucæ de Virgine *peperit filium suum primogenitum* hunc in modum: *Primogenitus ex Patre ante sæcula, primogenitus infans ex Virgine incorrupta Adamo manū porrigens apparuit*: quippè qui, manus erat facta ad salvandū, iuxta Vatis prænūciatum Oraculum *Fiat manus tua, vt salvet me*, Psalm. 118. vers. 137. vt in superioribus vidimus. Sed iam deinde observa, Salvatorem hunc Zaran, non tantum manum protulisse, & simul passum fuisse, vt in mysterio muneris sui filo alligaretur: sed etiam ipsammet manum in matris ventrē signatè retraxisse: Sic enim ibi: *Illo autem manum retrahente*: Sed cur retraxerit? Cur denuo in vētrem Matris introduxerit? Quid? facti ne & promissæ salutis illum pœnituit? Minimè quidem; imò verò factum, & promissionem firmavit, totū salutis negotium ad Matrem deferens: sic viam hominibus demonstrans; per quam securè, & ipsum, & salutem, & redemptionem quærere, & invenire debeamus: cum ipse ad Matris arbitrium salutarem, & auxiliarem manum iacentibus, & lapsis præbeat; nec sine illa indulgentiā obtineant, de quo pulchrè PP. Græci in Mariæ ventre negotium salutis, & restitutionis, sine redemptionis nostrę appositè considerant: Sic enim Georgius Nicomediensis in Menæis die 24. Martij in vigilia Annunciationis: Angeli salutationem sic expendit. *Ille qui à dextera Patris nunquam digressus substantiam omnem transcendit, in te sibi diversorium electurus advenit, vt te à dextris constituat suis, tanquam Reginam dignitate sibi propinquā, & excellenti pulchritudine præditam; vt te, velut dexterā suam omnibus lapsis ad surgendum extendat*: Ad quem modum S. Ioseph Confessor die 13. Ianuarij, Ode. 3. de Sancta Aquilina M. Virginem sic alloquitur. *In te ceu nitida domo totius mundi Architectum habitare pernovimus. Tu itaque huius nostri servatoris Mater Adami tabernaculum humi procumbens restituisti in integrum*, ita ibi, & die 26. Ianuarij Ode. 5. de S. Porphyrio Episcopo, eodem ductu Deiparam salutans, inquit: *Te solam ex generationibus cunctis elegit nostri Artifex luti, in qua ille, tanquam in officina sua habitaret, ibique massam nostram refingeret. Vnde Beatam te dicimus ò gloriosa!* Similia habet Ecclesia Græca in Menæis die 4. Iunij de S. Metrophane: *Laudemus immortalitatis Mariam Paradisum ratione pollentem, atque totius Orbis grandem thesaurum: in hac enim Virgine negotium Mundi salvandi confectum est*: Ergo quisquis lapsus iacens surgere desideras, quisquis veniam à iudice exoptas: quisquis salutis tuæ negotiū conficere vis sub Mariæ præsidium confuge, ipsa siquidem *Operi manuum suarum porriget dexteram.*

Ps. 118. v. 173.

Ecclesia Græca.

EXEMPLA.

CVM in MARIA Dei manus, & pedes stricta cingente fascia opportunè significari sensum Bernardini asserentis *B. Virginem quamdam iurisdictionem, sive auctoritatem habere in omni temporali missione Spiritus Sancti* viderimus: *opportunè firmabimus revelatione facta populo Britannico, Missæ sacrificium peragente Beato Dominico, quam longiusculè refert B. Alanus Rupensis parte 3. cap. 5. in hunc modum, ecce tibi (peracta consecratione) manus inter Sacerdotales ipsum Dominum Iesum mundi Servatorem, non iam specie panis velatum solùm, sed Puellum pusillum ætatulæ, qua à Diva Matre lactatus fierat vberibus de cœlo plenis; manifestè conspicantur suis ipsis oculis universi. Simul in eodem vno contuitu cernebant clarè, distinctè, & verè, quasi in solari luce Mulierem amictam Sole, & duodecim stellis coronatam, qualem in Apocalypsi S. Ioannes conspexit Visa Dei Matre pendente ad vbera Parvulum, & omninò speciosum forma præ filijs hominum lactare; eademque Domina Pietatis manu Filij accepta, etiam renitentis, populum signo Crucis consignare. Post hæc sanctissimam Hostiam Mista in Sacrum linteolum reponente vt sit, Calici benedicit. In ipsa Benedicti elevatione, ecce iterato, & manifestè omnes vident Mundi Salvatorem Iesum, ea prorsus specie, qua in Cruce pependerat crucifixum ipso in Calice benedictionis. Vident Sanctā Mariam adstantem Sanguinem Filij excipientem, eumque super Mundum aspergen-*

B. Alan.

Georg. Nicom.

S. Ioseph. Confess.

Apocal.

gentem in ipsius Sanationem, & salutē: A
Hæc modo B. Alanus: apud quem vides primum Mariam iurisdictione, & potestatè sua vtentem in omni misione temporali Spiritus *Sancti*, quia nō vult ipse Spiritus, nisi per eam communicari, sicut & Filius, à quo Spiritus Sanctus procedit; quippè ipsa cunctis videntibus, & Hostia Sanctissima, & Calice benedictione populum in salutem consignabat; vt divino Sacramenti fructu frueretur: Sed deinde B
illud maiori observatione dignum; quod notavit signatè Alanus: *Dominā Pietatis manu accepta Filij etiam renitentis, ò mirum!* populum consignasse: *Ecce tibi manus Dei à Maria constrictas, vt ad ipsius divinum nutum solvantur, aut alligentur; quin valeat ipsemet Deus obniti eius voluntati: id quod ipse Dominus ea renitentia significare voluit; non quod ex animo Matri bonus Filius reluctaretur.* C

Sed quoniam in titulo adnotationis ligandi, & solvendi potestatem Deiparæ assignavimus; placet etiam id ad corporis, & vitæ indulgentiam, & solutionem extendere allato exēplo de Virginis auxilio, quod refert Franciscus Bocchi tractatu de imagine miraculosa Annūciatæ cultori suo præstito in hunc modū. *Sed & quidam Rhodiensis miles captus à Turcis, & ab eis invitatus ad abnegandam fidem, cum tantum scelus penitus abiuraret, minis, & tormentis, necnon etiam flammis ad id acrius vrgebatur: sed in medijs flammis Dei parente invocata, illæ, quod mirere, conversæ sunt in carnifices, & solis funibus, quibus ligatus erat dissolutis, atque consumptis liber obstupentibus Turcis dimissus est, qui Florentiam venit ex voto gratias redditurus liberatrici suæ Virgini Annunciatæ.* D E



MARIA optima Advocata spontanea opitulatione subveniens.

ADNOTATIO XIV.

ILlud singillatim in Deiparæ patrocinio mirandum, laudandum, & prædicandum, quòd eo ipsa humanitatis sensu tangatur, vt non tantum, cum invocatur munifica, & liberalis esse velit, sed etiam, quæ rogari non expectet, sponte voluntati, desiderio, imò, & nescientis necessitati occurrens: quæ quidem perfectæ misericordiæ, & benevolentiæ, atque opitulationis natura est: dicente Arnobio lib. 7. adversus gentes: *Bonus auxiliator nunquam rogari se poscit spontanea opitulatione subveniens*: itidemque Augustino lib. 50. homiliarum, homilia 19 *Perfecta misericordia est, vt ante occurrat esurienti cibus, quam roget mendicus*: Quod quidem in Traiano, sic laudabat Plinius. *Civibus tu alimēta daturus, hoc maximum præstitisti, ne rogarent*: Vnde Seneca inter varia præcepta: *Quemadmodum beneficia danda sint*; spontaneam liberalitatem primum posuit his dissertissimis verbis lib. 2. de benef. c. 1. *Gratissima sunt beneficia, parata, facilè occurrentia, vbi nulla mora fuit, nisi in accipientis verecundia. Primum est, antecedere desiderium cuiusque; proximum sequi: illud melius occupare, antequam rogemur; quia cum homini probo ad rogandum os corruat, & suffundatur, qui hoc tormentum remittit, multiplicat munus suum*: Hæc ille; quæ omninò audisse dixeris; bonū illum Principem Alexandrum Severum; cui (auctore Lampridio) ea inerat humanitas; vt eos appellaret: *qui nihil peterent dicens: Quid est? cur non petis?* Sunt quidem ij rivuli à perenni illo totius bonitatis, benignitatis, humanitatis fonte dimanantes, de quo dicebat, Isaias 30. vers. 18. *Expectat Dominus, vt misereatur vestri: beati omnes, qui expectant illum*: vbi notanter Hebræum verbum, cui respondet ex-

Arnob. *August.* *Plinius.* *Seneca.* *Lampr.* *Isai. 30. v. 18.*

pe-

pe *hat* propriè est; magno studio, & affectu benefaciendi expectare, & desiderare: ideò Lectio Hebræa habet *anheiat Dominus, vt misereatur vestri*: vt dixerit Propheta: prior ipse expectat, & concupiscit benefacere, & de nobis benè mereri, & nostræ necessitati, ac desiderio occurrere. *Lect. Heb.*

2 Exprimit enim verò hanc Deitatis naturam, adeo apprimè Beata Virgo vt tam de ipso bonitatis auctore, quàm de illa, vt explicat Richard. à S. Laurentio dixerit Salomon Sapiētiæ 6. vers. 14. *Præoccupat eos, qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat*: tantùm non dicens: Antequam Deiparæ clientes, quicumque illi sint; ipsius auxilium, & gratiam concupiscant, seu desiderent; ipsa eos adiuvare, & opem ferre concupiscit, & sui amorem, seu desiderium in eos ingenerat: & *non inventa, reperta* est: vbi ex nostris commentarijs placet adnotare, Græcè quidem, vt Biblia Regia habet, legi: *præoccupat concupiscentes præcognoscere*: quod infinitivum, & si aliquis, non omninò abs re posset construere, cum verbo *cupiscentes*, quasi sensus esset, eos, qui concupiscunt præcognoscere Sapientiam; ideſt, qui Sapiētiæ cognitionem alijs rebus anteferunt; à Sapientia ipsa præoccupari: germanus tamen sententiæ sensus alio it: nempè, vt velit Salomon: Qui sapientiam concupiscunt, adeò ante, ab ipsa sunt Sapientia præoccupati, & præventi, vt dum ea se illis prius illuxit; illudmet desiderium sui, atque concupiscentiam indiderit. Quod mirificè adstruit Græcum verbum *prognoscere*, hoc est *præsentiri* significans: quomodo nos Sapientia præoccupet; efficiendo videlicet, vt ante vllam nostram de concupiscenda sapientia industriam, & cum illud minus agere remus, tum illam præsentiscamus: vt non solùm se ipsa prior ostendat, & vltro offerat, sed etiam signatè præmoveat nos, & excitet ad sui invocationem. Quæ sanè omnia Deiparæ omnimodis conveniunt; quæ nobis, sic sese insinuat, sic nos excitat, sic nobis aliud agentibus sui memoriā, & desiderium accendit, vt errantes in viam reducat, & tepidos, atque torpentes in amorem Dei, ipso eius precibus annuente, inflammet. Quæ omnia opportunè firmavit Concilium Basiliense sessione 43. cum festum Visitationis B. Virginis instituens; ita inquit: *In cuius commemoratione, qui tribulati sunt Mariam imblorant, quæ gaudiorum eiusmodi memo. (vt sperandum est) non solùm supplicites exaudiet, sed sicuti ex sua clementia consuevit, etiam supplicare volentium preces prævenier.* *Concil. Basil.*

Aptaveris opportunè prædicto Cōcilij sensui verba Damasceni in Menæis Græcis die 27. Ianuarij Ode. 7. de B. Virg. Stropha 3. Deiparam in hunc modum salutantis: *Salve scala per quam à terra in cælum, & ab interitu ascendimus ad vitam. Salve scaturigo dulcedinis. Tu nobis demonstra is Pratū manu divina consitum*: Hæc ille: in quibus, præter scalæ imaginem, de quà iam egimus in superioribus, duas alias scaturiginis; & prati observa: & scaturigo quidem quid aliud portendit? quam dulcedinem, & donum, quod sponte decidat, vt sensum communem Damascenus habeat cum S. Petro Damiano serm. 3. de Nativitate Virginis, à quo ipsa *fons fontis vivi* appellatur; vt Deiparæ ad instar sit fontis vivi: qui eius Filius est, de quo elegantissimè Cyprianus epist. 2. sic inquit: *Nec ad hoc pretijs, aut ambitu, aut manu opus est, vt hominis summa, vel dignitas, vel potestas elaborata mole pariatur, sed gratuitum de Deo munus, & facile est: vt sponte Sol radiat, dies illuminat; fons rigat; imber irrorat; ita se Spiritus cælestis infundit*: Audis scaturiginem, sive fontem sponte rigantem? Vide modo, vt Deipara Pratum manu consitum sit: & quidem in primis Georgius Nicomediensis orat. de Præsentatione Virginis Prati imaginem, sic Deiparæ apravit, vt sit: *Pratū pratorum maximè odoriferum, & varium, & incorruptione coronans eos, qui decerpunt; non vernis comatum floribus, qui speciei habent delectationē, quæ facilè marcescit, sed emittens gratiæ bonum odorem*: Benè omninò: sed deinde ad rem *Prati* diffinitionem nosse oportet, & hanc opportunè affert Iureconsultus Vlpianus in titulo *de Verborum significatione*, inquiens. *Pratum inde dictum est, quod quasi sponte paratum sit ad fructum capiendum, vt cui falce dumtaxat opus*: En qua ratione

3 *Damas.*

Sap. 6. v. 14.

Bibl. Reg.

Græca Lect.

S. Pet. Dam.

Georgij Nicom.

Vlpian.

Dei-

Deipara *Pratum manu divina constitum sit*: quod decerpendis fructibus sponte sese offerat falci.

4 Vnde pergit præfato loco Salomon eamdem sententiam, sic firmãs, atque condensans. *Qui de luce vigilaverit, ad illam non laborabit: assidentem foribus suis inveniet*, Sapient. 6. vers. 14. Quem locum ad gratiã Dei præ-

Sapi. 6. v. 14

venientem, atque excitantem ijs verbis refert Bernard. serm. 69. in Cantica, vt Deiparæ facta dixeris: sunt ista:

Bernar.

B *Vigilas tu: vigilat & ille: surge in nocte in principio vigiliarum, accelera quantumvis, etiam ipsas anticipa vigilias, invenies eum, non prævenies*: cuius sententiæ rationem, sic pulchrè reddit: *nam ille te magis amat, & ante*: Vbi Deiparam de facie cognosci dixeris *assidentem foribus tuis*: vt priùs ipsa pulset, & vocet, quam invocetur, & pulsetur, quod ipsa *te magis amat, & ante*: quæ *præoccupat preces, vt multiplicet munus*: Sed preme plus plus has fores, quibus Virgo adstare, & assidere non dedignatur: Sanè Plato *in convivio*, enumerans ea, quæ adeò infra

Plato.

C hominis dignitatem sunt, vt nec servus, quidem ea ageret, signatè inter illa ponit; *iacere ad fores*: verùm statim in boni amoris honorem sic censet. *Amator autem dum ista facit, gratiã adipiscitur, & quasi præclarum aliquid agat, à lege absque vlla infamiæ nota facere ista permittitur*: Hæc ille, quæ preme, & osculare, vt componas cum istis; *nam illa te magis amat, & ante*: vt videris Mariam præ amore tuo præclarum aliquid se agere existimet, cũ ad fores tuas assideat vt preces præveniat, & auxilium præstet: occasionemque benefaciendi arripiat: pulchrè id tribuente Deiparæ S. Petro

S. Petr. Damia.

E Damiano serm. *in Nativit. Virginis*, cum ait. *Absit vt cesset manus tua, cum occasionem quæras salvandi miseros, & misericordiam effundendo.*

5 Nec dictis contentus Salomon subijcit indidem vers. 16. & 17. *Et qui vigilaverit propter illam, cito securus erit. Quoniã dignos se ipsa circuit quærens; & in vijs ostendit se ipsis hilariter*: quæ de Virgine dicta censet Richard.

Sapi. 6. v. 16.

Rich. à S. Laur.

à S. Laurentio lib. 1. de Laud. Virg. & aliis in locis: Ad quæ verba observa primum illud *circuit quærens*, quod planè indicat ardens, & indefessum

A studium ferendi spontaneam opem, non rogata, nec invocata: multò sanè attentius; multò sollicitius; quàm insatiabilis furor; quo *adversarius noster diabolus circuit, quærens, quem devoret*, quippè ipsa priùs *circuit*; vt diaboli insidias præveniat, & dum ipse vndequaque *circuit*, viam & aditum ipsa præcludat: ita hæc capiente Richardo, dum inquit: *Circuit; ideſt, vndequaque munit, ne aliqua parte pateat ingressus*. Quo omninò sensu S. Germanus orat. *in Zonam Virginis* cum dixisset. Quis post tuum filium, ita *generis humani curam gerit, sicut tu? Quis ita nos defendit in nostris afflictionibus?* Subdit. *Quis tam cito præveniens, nos ab irruentibus liberat tentationibus*: Sic Germanus: Deinde verò preme adverbium, quod signatè apposuit Sapiens, cum dixit, *ostendit se ipsis hilariter*: ad significandam promptissimum subveniendi affectum, & alacritatem, qua Deipara opem ferre consuevit; opportunè hunc dicendi modum elucidante

S. Germ.

Bernardo serm. 71. in Cantica, dum illa Pauli 2. ad Cor. 7. vers. 7. *Hilarem enim datorem diligit Deus*, sic premit: *Numquid, & tristem? Profectò, qui respexit ad Abel ob alacritatis candorem, avertit faciem à Cain, quia conciderat facies eius, vtique à tristitia, & livore. Adverte, qualis color tristitiæ, sive invidiæ sit, qui Dei à se avertit aspectum. Pulchrè, & eleganter in colorando beneficio candor iucunditatis laudatus est voce illa poetæ super omnia vultus accessere boni*: Hæc Bernardus; iuxta quæ vides; beneficium, & auxilium à Virgine suis collatum omnibus vndique numeris absolutissimum esse.

Bernar. 2. Cor. 7. v. 7.

Iam verò spontaneam opitulationem quin rogetur, aut exoretur omninò exprimunt ea de Deipara Canticorum verba, Cant. 4. vers. 11. *Favus distillans labia tua*: Quæ labia? illa videlicet; quibus incessanter propeccatoribus, & instis Deum orat, & misericordiam, & gratiam illis promeretur, vt alibi expendo: Sed in hac misericordiæ impetratione imaginem faui expende: nimirum hæc Virginis labia, non tantum, cum melle propter suavitatem, atque dulcedinem, quam ex illis, & benignissimus Dei cõdonantis animus; & peccatoris necessitas percipiunt; sed notanter cum

6

Cant. 4. v. 11.

ip-

ipſomet mellis favo ſe ipſo ſponte; quin manu prematur mel diſtillante componuntur; quod ipſa non rogata, aut exorata preces humanas præveniat, indigentiamque noſtram adiuvet, & ſalutarem manum ad ferendā opem, & ſuam cum Filio interceſsionem interponendam porrigat, pulchrè hæc omnia ad præfata verba obſervante Richardo à S. Laurentio lib. 4. de Laud. Virginis hunc in modum: *Et nota, quod favus ſine tactu, vel motu aliquo tunc diſtillat, quando plus habet mellis, quam capiat theca eius. Maria ſiquidem ad menſuram bonam, & conferram, & coagitatam, & ſupereffluentem accepit in ſinu ſuæ charitatis, & humilitatis de melle cœleſti, quod eſt gratia Dei, vt faceret redundare, quaſi in diverſas partes, ſtillans ſupra Angelos, qui per partum eius ſunt redintegrati; infra ad captivos, qui per ipſam ab inferis ſunt extracti; dextrorſum ad iuſtos, qui donis gratiæ per ipſam ſunt illuſtrati: ſiniſtrorſum ad iniuſtos, qui per ipſam ſunt iuſtificati*: Sic Richard. vt merito exclames. O labia Mariæ! ò prædulce favum! ò mel ſeſe vndequaque diffluēs, & in omnes omninò miſericordiā, & benignitatem ſpontè, ac liberaliter diſtillans.

Rich. à S. Laur.

Cui cogitationi adſtipulatur Eccleſiaſticus cap. 15. verſ. 2. cū ait: *Obviabit illi quaſi mater honorificata*: ſic hæc verba ad Deiparam inflectente primum, Richardo à S. Laur. lib. 2. de Laud. Virginis, & lib. 4. inquiens: *Sed quomodo obviabit?* Sicut mater honorificata *blandè ſuſcipit illos, & nutrit, & adoptat*: deinde opportunè P. Salazario in cap. 8. Prov. num. 156. hunc in modum. *Nihil differt Virgo ab honorabili Matre, quæ dilectiſsimum filium ſuum parvulum ad ſe venientem non expectat, ſed moræ impatiens ipſi lætabunda occurrit, atque illum excipit gratiſsimè, ac delitioſiſsimè.* Habet verò pulchram epitaſim epiteton *honorificata* ad ſignificandum, non ſolùm maternum affectum, quo filijs ſuis non ſecus, ac ſuiſmet viſceribus ſuopte ingenio occurrat; ſed etiam ad honorem, & dignitatem tantæ Matris ſpectare, indigentibus filijs obviam ire priuſquam eorum indigentia, & nuditas appareat: Sed in hunc ſenſum opportuniſsimè locuti ſunt Bonav. in

7

Ecclſ. 15 v. 2.

Rich. à S. Laur.

Salazar

Bonav.

ſpeculo Virg. cap. 8 & B. Amedæus hom. 8. de B. Virgine, dum prior ipſam erga hominum ſalutem, cum igne compoſuit, inquiēs. *Quam velut ignis ferrum Spiritus Sanctus totam decoxit, incanduit, & ignivit, ita vt in ea Spiritus Sancti flamma tantum videatur, nec ſentiatur, niſi tantum ignis amoris Dei, & hominum*: Sanè vt nihil igne velocius, & violentius ad lucendum, calefaciendum, & comburendū eſt; ita Virgine nihil velocius, promptius, & ardentius ad opem ferendam excogitari valeat: id quod Amedæus, ſic perbellè expreſsit: *Motu celerrimo Seraphim alas excedēs, nunc in fonte vitæ fruitur amore Deitatis, nunc terras ſignis, & virtutibus illuminans, vbique ſuis, vt Mater iucundiſsima, & mirificētiſsima occurrit*: Hæc Amedæus: digna quæ penſiculatius illuſtrentur.

Amedæ.

8

Ergo pende Mariam motu celerrimo alas Seraphim excedentem, vt Matrem benigniſsimam filijs ſuis occurrere: & obſerva, tum Deum, non ſuper Seraphim, ſed ſuper Cherubim aſcendentem: vt eſt apud Vatem, Pſal. 17. verſ. 11. *Et aſcendit ſuper Cherubim, & volavit; volavit ſuper pennas ventorum*: tum Iob dicentem cap. 28. verſ. 25. de Deo; *qui poſuit ventis pondus*, ideſt, certam, & determinatam vim, & impulſum illis indidit, vt alij præ alijs vehementius, & rapidiori impulſu ſpirent: vt hinc quodammodo videatur velociori impulſu, & vehementiori volatu Mariam currere, vt ſuccurrat; cum ipſa ſuper Seraphim amoris pondere; (ſic dixit Auguſtinus: *Amor meus pondus meum, illo fertur quocumque fero*) feratur; ſed enim ſic id accipe, vt cum Deum aſcendentem ſuper Cherubim inducit Vates, & vel ſignificat magnam Dei vim, & providentiam, qua cuncta cito, & efficaciter adminiſtrat, vt inquit Fulgētius ad Ferrandum quæſt. 3. vel ſcientiam, qua mentium oculos illuminat, vt explicat Gregor. Magnus lib 1. in cap. 1. Reg. non omnino eſſe mirandum Deiparam vehementius ſpirare, cum dixerit Apoſtolus charitatem ſcientiæ ſuper eminere ad Epheſ. 3. verſ. 19. *Scire autem ſupereminentem ſcientiæ charitatem*: Et tandem nodum opportunè ſolvere B. Anſelmum lib. de Excellentia Virginis cap. 6. differ-

Pſ. 117. v. 11.

Iob. 28. v. 25.

Auguſt.

Fulgent.

Gregor. Magn.

Epheſ. 3. v. 19.

Anſelm.

tiſ-

tissimè id pertractantem: Nam cum præmisisset: *Sæpè quippè vidimus, & audivimus plurimos hominum in suis periculis recordari horum* (ideſt, Deiparæ interceſsionis) *& omnis periculi malum illicò evasisse*: Subijcit verba, quæ sæpius adduximus: *Velociorque est, nonnunquam salus memorato nomine eius, quam invocato nomine Domini Iesu Filij eius, & id quidem, non ideò fit, quod ipsa maior, & potentior eo sit, nec enim potens ipse, & magnus propter eam, sed illa per ipsum. Quare ergo propitior salus in recordatione eius, quam Filij sui sæpè percipitur? Filius eius Dominus est, & iudex omnium discernens merita singulorum: dum ipse à quovis suo nomine invocatus, non statim exaudit, profectò id iustè facit, invocato autè nomine Matris, & si merita invocantis nō merentur, vt exaudiatur, merita tamen Matris intercedunt, vt exaudiatur.* Hæc ille, qui pergit multis. Compone igitur Dominum ascendentem super Cherubim, quod interpretatur *plenitudo scientiæ*, cum Maria Seraphim alas excedentem; & videris *supereminentem scientiæ charitatem*: & motu celerrimo Deiparam suis occurrentem, & succurrentem.

9 Vis oculis, & mente videre? observa ergo Virginem ad nuptias, cum Filio suo invitatā: vix ipsam animadvertisse in cōviviali mensa vinum defecisse, cum blandè, & modestè Christo suggesisit *vinum non habent*, Ioan. 2. vers. 3. Sed rogo, audisti Mariam ab sponsis de vini defectu admonitam, seu rogatam, aut interpellatam fuisse? id quod, & ipse Dominus signatè monuisse videtur; cum Matri respondit: *Quid mihi, & tibi est mulier? Nondum venit hora mea*: Sanè vt diceret (sic explicātibus S. Iustino M. Epiphanio, & Euthymio, apud Card. Toletum ad id loci adnotat. 6.) *Nec meæ, nec tuæ curæ est, provide de vino, sed invitantium*: sine ipsos sentire defectum; rogent, efflagitent, multiplicent preces, vt illis feramus opem: sed tamen sanctissima Virgo, tanquam opportunissima auxiliatrix *præoccupavit concupiscentes*; & quamvis non rogata illis præsto fuit: *Compassa est* (inquit Bonaventura in speculo Virginis.) *Verecundiæ illorum, antequam fuisset invocata*: Similiter Bernard. ser. 1. post Epiphaniam: *Compassa est eorum verecundiæ, sicut misericors, sicut benignissima: Quid de fonte pietatis procederet, nisi pietas? Quid, inquam, mirum, si pietatem exhibent viscera pietatis?* pulchrè id: *Quid de fonte pietatis? &c.* ac si dicat: Num fons, vt aquam diffundat, rogari spectat? & prece, aut pretio; sed magis sponte, ac natura sua sese communicat, vt terram irriget? Cur ergo Maria, & si non invocetur; opem non ferat? quia cum homini proboad rogandum os corruat, qui hoc tormentum remittit: multiplicat munus, ita quidem in hunc sensum inflexit Richard. à S. Laurentio lib. 4. de Laud. Virg. verba Psalm. 9. vers. 17. *Præparationem cordis eorum audivit auris tua*: inquiens: *Nota præparationē, &c. Vnde ipsa dicit cum Filio, Isaiæ 65. vers. 24. Antequam clament ad me, exaudiam eos*, & S. Germanus orat. de Nativitate Virginis *guttæ* appellationem, de qua Vates, Psal. 44. vers. 10. *Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis*: vbi pro *gutta* reposuit Hieronymus *stacten*, quo nomine Plinius, & Dioscorides sudorem ex myrrhæ arbuscula, nō incisa defluentē intelligunt; is vero odoratæ arbusculæ stillatitius fluor est flagrantissimus, cum vltro defluit: vt argumento sit ex S. Germani sensu Deiparam vltro flagrantissimum auxilij sui odorem mortalior immittere, & indigentibus succurrere.

Huc advoco Mariam ab Hesichyo Hierosolymitano orat. de Deipara appellari *lucernam oris expertem, & à se ipsa accensam*: Quod & si possit referri ad Spiritus Sancti obumbrationem, qua Christum lumen æternum, non aliter mundo effudit, quam si lumen oriretur ex lāpade tali, quæ ad oleum extrinsecus immittendum ore, adinve careret: nimirum Virginalis ista lucerna per Spiritus Sancti intus latentem fomentum abunde sufficiens habuit ad profundendam lucem æternam Christum; crediderim lōgè planius hanc locutionem intelligi, si dicamus, Divinam istam lucernam, non indigere oleo, seu alimento humanarum precum, vt auxiliarem manum fidelibus præbeat, sed à se ipsa ad benefaciendum accendi; charitate, & ardore subveniendi ipsammet intrinse-

Ioan. 2. v. 3.

Iustin. Mart. Epipha. Euthy. Card. Tolet.

Bonav.

Bernar.

10 Hesych.

Rich. à S. Laur. Psal. 9. v. 17. Isai. 65. v. 24. Germa.

Psal. 44 v. 10.

secus vrgente: Quod enim res aliqua à principio quodam intrinseco facit, dicere solemus eam id facere à se metipsa, quia videlicet id faciat, nulla ope extrinsecus accedente: Sanè vt Deipara Filij sui filia, & perfecta imitatrix esse perhibeatur, de quo divinus Dionysius lib. de divinis nominibus cap. 4. inquit: *Ipse sui ipsius, & sibi ipsi provocator, & motor est*: & allata Solis imagine pergit: *Ipsaque essentia sua, ijs quæ sunt omnibus pro eorum captu totius Bonitatis radios emittit*: vt hinc merito inter alia vocetur Deipara *Speculum sine macula* huius Solis, & *candor* (Græcè *refulgentia*) *lucis æternæ*.

Dionys.

9

Habent etiam sensum cõmunem cum his ea, quæ de Muliere forti, nempè Deipara inquit ore prophetico Salomon, Prov. 31. vers. 20. *Manũ suam aperuit inopi, & palmas suas extẽdit ad pauperem*: quæsito nempè verbo *extendit* vsus, *quo significatur* (inquit Iansenius ibi) *liberalis eius, & vltronea donatio, quæ velut obtrudit egenis bona sua*: imò, & quæ ad longius dissitos extendit manus; atque eos ad se accersit, quippè eo verbo idem Salomõ significavit *vocare*, Prover. 1. vers. 24. cum dixit: *Quia vocavi, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit, qui aspiceret*: vt videatur Deipara declinantes, & alio divertentes protensa manu vocare, atque invitare: Vlterius verò observa, Græcè pro *palmas* esse *fructum*, vt à LXX. legit Augustin. serm. 117. de tempore, *fructum suum extendit* iam, cũ audis Mariam *fructum suum*: fructũ, scilicet, sui ventris ad inopes extendere, facilè vides Virginẽ peccatoribus à Deo dissitis filium suum spõtè offerre, vt eius misericordia perfruantur: Sic dixit Hugo à S. Victore de Deiparæ vberibus, de quibus Cant. 4. vers. 5. *Hæc sunt vbera tua, ò Beata, id est, pietas quibus misericors lactas, dum misericordiam illis impetras: lactas misericors; & ab ipsa misericordia lactaris, ab ipsa percipis, quod refundis à Deo pietate replentur vbera tua, vt alicuius miseriæ notitia tacta lac fundant misericordiæ, nec possis miserias scire, & non subvenire*: Hæc ille; rectè id, *nec possis miserias scire, & non subvenire*: vt dixerit; non est opus, vt te rogemus; aut invocemus, vt lac misericordiæ nobis infundas; sufficit A tibi nosse miserias nostras, vt nobis velociter subvenias.

Prov. 31 v. 20.

Prov. 1. v. 24.

LXX. August.

Hug. à S. Vict. Cant. 4. v. 5.

B

Quo omninò facit hinnulorũ imago, quibus divina ista vbera cõparantur dicente Salomone, *duo vbera tua, sicut duo hinnuli, &c.* quæ sic optimè expendit ibi, ex Richardo Gislerius. *Meritò etiã misericordia eius cursui hinnulorum comparatur, cum per mundum currat, mundum irriget, & infundat: hinnulorum velocitati comparatur, quia velociùs occurrit eius pietas, quàm invocetur, & causas miserorum anticipat.* Ita ex Richardo Gislerius satis ad rem. Bonaventura verò in Speculo, nõ minus appositè Deiparam componit, cum illa Ruth: de qua in speciali eius libro loquitur Scriptura; quæque interpretatur *videns*: & *festinans* in Mariæ imaginem: *Videns* (inquit Bonavent.) *nostram miseriam, & festinans ad impendendam misericordiam*: Quare optimè Theophyl. Raynaudus alibi à nobis adductus in Nomenclatore Mariano latitudinẽ charitatis Mariæ expendens dicebat. *Nec exspectat vt plurimum ad se adeuntes; opitulatura dumtaxat si interpelletur, sed etiam prævenit in maturitate, & anteoccupat miserorum postulata, quã flagrat in nos charitate. Potest sanè Deipara iustius, quam Paulus de se profiteri: Os nostrum patet ad vos, cor nostrum dilatatum est: non angustiamini in nobis*, 2. ad Cor. 6. vers. 11. Sic Theophyl.

10

Richar. Gisler.

Bonav.

Theophi.

2. Cor. 6 v. 11.

C

D

EXEMPLA.

E

ILLVD quidem mirificè Deiparæ benignitatem, & promptitudinem ad opem ferendam commendat ab Antonio Gallonio in vita S. Philippi Nerei relatum: *quod cum trabs, quæ sustentabat rectum sacelli, in quod conveniebant Patres Oratorij, ita à muro defecisset, vt naturaliter loquendo rectum ipsum, ac totum pondus eius cadere, ac subsidere deberet, visa est à S. Philippo ipsa Beatissima Deipara manibus suis ipsammet trabem sustinere, ne rectum decideret, & opprimeret in sacello inclusos, qua visione etiam admonitus fuit adferre cito remedium.*

Eiusmodi est, quod Cosenutius in Historia Neapolitana anno 1534. refert: *Neapoli quad inginta Moniales præservatæ sunt à morte, & ruina domus beneficio B. Virginis: eius enim iussu Abbatissæ manifestato omnes sese continuerunt, & pernoctarunt ipso pervigilio Assumptionis in cubiculo quodam, & reliquis ædificij partibus cōcidentibus pars sola servata est, in qua congregatæ degebant, & Deiparam exorabant. Quare tam illustri beneficio affectæ statuerunt ædificare Ecclesiam in honorem Virginis Assumptæ.*

Nec dissimile illud, quod Boverius in annalibus ad annum 1581. de Fratre laico nomine Antonio à Coriolano, *qui cum effodiendis cœnobij Coriolani fundamentis solicitè operā navaret, forte accidit, vt circumiecta defluente terra, sic de repente, & obvolveretur, & obrueretur, vt ex omniū oculis penitùs dispareret. Excitati tamen ruinæ fragore socij subitò accurrerūt, à quibus ex ruderibus vix erutus statim gratias agens Deo testatus est Beatissimā sibi Virginem albis vestibus indutam, cum primum obrutus terra fuit, adfuisse, quæ animū addens ait.* Ne timeas Antoni, nihil tibi hic telluris casus efficiet. *Et verò post hæc quasi in nolli cutcitra tutus inter rudera fuit.*

Id verò moribus corrigendis peropportunū, quod in annuis Societatis anni 1601. sic habetur *Aletij: Quidam cum è cætu sodalium B. Virginis ignavè primū defecisset, deinde vitiosè vitā perageret, noctu per somniū Æthiopem vidit fædè homines in frusta cædentē: horruit: cum pulcherrima Mulier eidem apparès* experiere (inquit) sævissimas Æthiopis huius manus, nisi ad pristinum vitæ genus, pœnitētiæ auxilio redieris. *Discusso somno oranti Beatam Virginem, ipsa niveo fulgens amictu apparet, iubet, sodalitiū repetat, si imminens salutis suæ periculum libēter velit effugere: sub vmbra, scilicet, alarum suarum protectus.*

Notabile & istud in annuis anno 1605. *Turnoni Nobilis miles hæreticus conspecto sodali quodā Virginis in Nosocomio ægris ministrante sensit se pio illo exemplo plurimū commoveri ad fidē Catholicam: invitatus prætereà est, vt Collegium Societatis iniret, si cuperet de rebus fidei luculentiùs doceri: invitatus spopondit, & diem crastinam edixit. Sed prævenit Deipara, à qua de nocte admonitus, & adversus errores doctus, & confirmatus, mirabiliter se sensit ad pietatem inflammari; quare postridiè abiurata hæresi, etiam nolitus est alios se vocare ab ea.* Ita ibi.

Audis hic prævenientem Deiparā? Audi etiam, quod habent nostræ Annuæ anno 1604. *Iudæa quædam nomine Sara vehemēti morbo decumbebat, invitabatur à Christianis, vt fidem amplecteretur Christianam: sed illa in tātum ægrè tulit illorum invitationem, & preces, vt etiam abrepto gladio se vellet interficere, vt se eriperet à Christianorū (vt dicebat) importunitate. Nihilominus apparēte ipsi de nocte Deipara, & obtestante, vt converteretur, & Christianam legem susciperet, in qua baptizata vocaretur* Agnes, *tandē conversa est, ac baptizata, & simul cum suscepto baptismo repente sanata.*

In Annalibus etiam Cisterciensibus anno 1162. cap. 3. num. 5. refertur de Sacerdote Æthnico, *qui cū prophana, & impia sacrificia idolis offerret; cæcus factus est, neque ab Idolis suis obtinere potuit, vt sibi visus restitueretur, quippè quæ oculos habent, & non videbunt, aures habent, & non audient. Quid tunc? Sanè non est dedignata Clementiæ Mater, ac misericordiæ miserum illum; quamvis illam, nec invocaret, nec nosset, sed se ei spectandam præbens, & de rebus fidei erudivit, & restituit visum, & egregium Dei præconem, & Concionatorem reddidit.*

Eiusmodi etiam est, quod in nostris Annuis Provinciæ Peruvij novæ Carthaginis anno 1607. sic habetur: *Cuidam Mahometano ad perpetuas triremes damnato, non invocata, nec rogata, apparuit B. Virgo, non secundum quietem, sed interdiu Angelorū stipata comitatu, monuitque, ac tutum susciperet Christianā fidem, si sempiternis nollet subiacere supplicijs: cui cælesti monito Dei afflatus spiritu alacriter obtēperans Christi fidē amplecti magna devotione voluit: sed benignissima Virgo, quæ ei animi libertatem attulerat, à servitute etiā corporis liberare voluit; nobili Matronæ inspirans, vt lytro persoluto in libertatè assereret, vt fide maturè imbutus baptismi aqua ablueretur.*

Sed pro Bernardi verbis, quæ Deiparæ aptavimus, & *magis amat*, & *ante* opportunè accommodes pulchrum Virginis, cū Venerabili Fratre Alfonso Rodriguez, iam prope

inter Beatos habēdo colloquiū: Nam cum ille aliquando ipsa Dominæ ei apparente dixisset. *O Domina mea! ò Mater mea! charior mihi es tu, quàm ipse mihi sum: imò charior, quam ipse tibi:* statim benigna Mater subridens bono viro, & non bono Theologo respondit: *Sanè tu vehementer aberras: plus ego te amo Alfonse, quàm Tu me.* O bonam Dominam cum servo, tam comiter agentem!

MARIAM Advocatam à peccatoribus propositā, cuius ore divino aliqua pro illis dicatur excusatio.

ADNOTATIO XV.

1 ÆNigmati sanè videtur persimile, quod de peccati excusatione in vtramque partem dicitur: Nam illud vna parte flagitium flagitiosissimum, & intolerandum asseritur, quod omni excusatione caret, nec aliquo velamento protegi, aut colore vllo obscurari, seu adumbrari valet: ideò vt eius enormitas significetur: inexcusabile crimen esse asseritur: quippè vt *Hildeb.* Hidelbertus Episcopus epist. 15. affirmat. *Proxima est veniæ causa, non tota rea,* quæ videlicet aliquo prætextu, aut colore potest excusari, & imminui: sic & Iureconsulti aiunt: *Desinit esse debitor, qui nactus est exceptionem iustam:* Vnde quidem Bernardus, siue *Bernar.* pro ingenij sui suavitate; siue vt diceret, quod res ipsa est, sapienter monebat, proximorum actiones, quæ ad faciem, non bonæ videntur; quavis ratione, & modo, quo fieri possit; excusandas fore: ita enim ille serm. 40. in Cantica. *Etiamsi perperam actum quid deprehendas, nec sic iudices proximum, magis autem excusa: excusa intentionem, si opus non potes: puta ignorantiā, puta surreptionem, puta casum:* ita ille satis ad mentem Senecæ lib. 2. de Ira *Seneca.*

A cap. 24. dicentis: *Simplicitate opus est, & benigna rerum æstimatione, vt nihil, nisi quod in oculos incurrerit, credamus:* & Augustini lib. 2. de serm. Domini in monte cap. 28. *Ne reprehendamus, quæ nescimus, quo animo fiant.* *August.*

Ex alia verò parte itidem, tunc illud peccatum enorme, imò & inexcusabile dicitur, cui à peccatore excusationis velamentum obtenditur: quippè tunc ille totus reus est, cum reus videri obnititur: notanter dicente Vate, Psalm. 140 vers. 2. *Non declines cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis:* inibique monente Chrysostomo: *Hæc est via præcipua interitus, quando vel ipsa, quæ peccavit anima excusso timore excogitat excusationes, & prætextus quosdam ad ignaviam.* Notanter illud *via præcipua interitus*: subdens Chrysostomus, *hæc esse potissima arma diaboli, qui cum sciat peccati confessionem esse peccati solutionem, persuadet animæ, vt sit egregiè impudens, & reddatur promptior, vt eodem rursus peccato implicetur:* Quibus adstipulatur Bernardus serm. 16. in Cantica; inquiens hac de causa appellasse Vatem excusationes *verba malitiæ*, cum qui se excusat, in animam suam peccet repellens à se indulgentiæ medicinam; ac proinde vitam sibi proprio ore intercludat. Pergit verò alibi Bernardus; nec cōtentus his, addit cum excusationibus desperationem esse coniunctam: ita ille serm. 42. in Cantica: *Aliquoties additur, & impudentia, vt non modo impatienter ferat, quod corripitur, sed etiam id, vnde reprehenditur, impudenter defendat. Hoc planè desperatio:* Vnde statim subdit: *Sentis ne? quanti periculi, quantique tremoris, & horroris sit peccati defensio.* *Psal. 140 v. 2.* *Chrysost.* *Bernar.*

2 Planè; hinc humano generi omnis ferè mali labem advenisse primis parentibus peccatum suum excusantibus, omnes pœne PP. observant; signatè verò præfato loco Chrysostomus: itidemque Gregorius Magnus, Petrus Damianus, & Rupertus: Gregorius quippè lib. 22. Moral. cū præmisisset: *Vsitatū humani generis vitium est, & latēdo peccatū committere, & cōmissum negando abscōdere, & convictum defendēdo multiplicare: ex illo quippè lapsu primi hominis hæc augmēta nequitiæ* *Chrysost.* *Gregor. Magn.* *Pet. Damian.* *Rupert.*

3

ducimus, ex quo ipſam radicem traximus culpæ. Subijcit. *Ad hoc quippè requiſiti fuerant, vt peccatum, quod tranſgrediendo commiſerant, confitendo delerent, &c. interrogatus itaque homo eſt, vbi eſſet, vt perpetratam culpam reſpiceret, & confitendo cognoſceret, quàm longè à Conditoris ſui facie abeſſet: ſed adhibere ſibimet vtrique defenſionis ſolatia, quam confeſſionis elegerunt. Cumque excuſare peccatum voluit vir per mulierem, mulier per ſerpentem auxerunt culpã, quam tueri conati ſunt.* Hæc Gregor. & alia:

S. Petr. Dam. ad cuius guſtum S. Petrus Damian. opuſculo 24. in procœmio, inquiens: *Offenſis quippè Dei meretur iram: excuſatio provocat vindictam. Hoc planè vitium, ſicut ex radice humani generis prodijt cottidie pullulat, & tanquam per erumpentes arboris ramos germinare non ceſſat. Conſultus enim Adam, cur ex interdicto pomo comederit.* Mulier, *inquit*, quam dediſti mihi ſociam dedit mihi: *Ac ſi vterque in Conditorem oblique crimen intorqueat.* Sic ille apponẽs ſubinde idem exemplum in Cain: & tãdem afferens Vatis verba, Pſalm. 68.

Pſal. 68 *Non me demergat tempeſtas aquæ, neque abſorbeat me profundũ, neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum:* Cõcludit: *Nam cum peccat homo, quaſi in puteum labitur: cũ verò peccata defendit, os putei ſuper eum, ne pateat egreſſus vrgetur.* Corruit ergo in peccatũ homo cum peccat, claudit verò ſibimet os putei cum excuſat: Hæc ibi & alia, de quo multus eſt Rupertus lib. 2. de Victoria Verbi Dei cap. 16. to. 2. quẽ videſis.

Rupert.

4 Vt ego pendam ingens diſcrimen iudicij, quod in duos ſervos malos Dominus exercuit: dum ei, qui decẽ millia talenta debebat; totũ debitum liberaliter indulſit, vt Matth. 18. v. 27. dicitur: Miſertus autem Dominus ſervi illius dimiſit illum, & debitum dimiſit ei: at verò eum, qui cõmiſſum ſibi talentum diligentiſsimè ſervavit, iratus ſeveriſsimè punivit inquiens inutilem ſervum mittite in tenebras exteriores, Matth. 25. v. 29. Quod ſi vtriuſque iudicij tantopere inter ſe diſcrepantium rationẽ quæſieris; præter eam, quã affert Chryſoſtomus homil. 5 de *Pœnitentia*; quod ſicut Deus *peccaturem per clementiam excitat; ita iuſtum terret auſteritate*; illud appoſitè reſponderi poteſt; quod prior ſeſe demiſerit, & debitum fuerit confeſſus ad eum modũ, quo Domino dicebat David: *Ego dixi Domine miſerere mei; ſana animam meam, quia peccavi tibi*, Pſal. 40. v. 5. ſuum, videlicet, peccatum humiliter cognitum, & contra ſe poſitum, & divinæ clementiæ expoſitum ad ſalutem ſuam allegans: poſterior verò totus fuerit in ſe excuſando, & defendendo, imò, & delicti cauſam in herum ſuum intorquendo. *Timui* (inquiens) *quod homo auſterus es; tollis, quod non poſuiſti, & metis, quod non ſeminaſti*, Lucæ 19. verſ. 21. Vnde obſerva hunc præillo appellatum fuiſſe nequam à Domino: dum ei dixit: *De ore tuo te iudico ſerve nequam*, verſ. 22. quippè malorum ſervorum eſt, peccata defendere, & ſuffurari, ſapienter id monẽte Nazianz. orat. 1. vbi cum dixiſſet: *Quantumque ſtudium à nobis adhiberi conveniebat, vt morbum medicis detergeremus tantum ad medicinam fugiendam adhibemus, atque in noſtram perniciem fortes ſumus, & adverſus ſanitatem noſtram periti*: ſubijcit omninò ad rem: *aut enim ſervilem in modum peccatum ſuffuramur, non ſecus, ac malignum quemdam, & ſubputridum morbum in intimis animæ receſſibus occultantes perinde, ac magnum quoque Dei, virque illius vltricis oculum fugituri, ſi homines feſellerimus.* Hæc & alia Gregorius Nazianz.

Pſal. 40 v. 5. *Luc. 19 v. 21.* *Naziã.*

Ecce tibi hinc, inde ſcopulum: & peccatorem, tum ab enormitate malitiæ inexcuſabilẽ cauſam totã ream, & damnationi obnoxiam habere: tum etiam cum ſeſe excuſat, atque defendit; tanquam nequam ſervum puniri: Coniectũ ſeſe in has anguſtias Anonymus Eccleſiæ Græcæ Pater videns: ſic gemebundo ore dicebat in Menæis 1. Martij Ode. 3. de S. Eudocia M. *Extremum iudicium cogitans cõtremiſco, admiſſorũ à me facinorũ memor. Et infortunatus ego, quomodo iudici reſpõdebo, vt actiones meas excuſem:* vt dixerit; nec poſſum me excuſare quin peream; & peribo; ſi nequeo me excuſare: Hæc ille cũ dixiſſet, & ſe infortunatum appellaſſet: fortè fortuna Deiparæ imago oculis eius obiecta in ſpẽ veniæ reſpirans fortunatiſsimus evaſit: ſubdit enim: *Verum oculos ad tuam imaginem flectens, accipio planè*

5 *Eccleſia Græca.*

ſo-

ſolatium, ô Domina! ærumnarum mearum: & quidē rectè. Nimirum occurrit Vates, Pſalm. 44. verſ. 10. affirmans: *Adſtitit Regina à dextris tuis*: Quid eſt *adſtitit*: opem latura: quid eſt *adſtitit*? adverſario reſponſura; & clientum ſuorum actiones excuſatura. Ita quidem Richard. à S Laurentio lib. 6. de Laud. Virginis, inquiens ad hæc verba: *Commendatur hæc Regina à promptitudine auxiliandi; quia* adſtare, *auxiliantis eſt: vnde Stephanus vidit Ieſum ſtantem, ſcilicet, quaſi iuvare paratum: item à promptitudine contradicendi adverſarijs noſtris accuſantibus nos in curia Vnigeniti ſui: quia* adſtare *contradicentis eſt, & ideò ipſa dicitur Advocata noſtra, quia in conſpectu Dei bonū pro nobis loquitur, & contradicit adverſarijs noſtris, quæ ſunt duo officia Advocatorum*: Hæc Richardus: Quæ mire firmat Georgius Nicomedienſis orat. de Oblatione Virginis: vbi cū dixiſſet Deiparæ: *Per te nos Regnū cælorū ſperamus aſſecuturos, Te noſtræ ſalutis habemus adiutorem: Te noſtri auxilij habemus defenſorē*: ex his ſic infert: *Te proponimus, cuius ore noſtra dicatur excuſatio*: Sic ille peropportunè: Nam vt benè Richard. à S. Laur. lib 2. de Laud. Virg. part. 3. *Quis enim apud Filium accuſare audeat; cui Matrem viderit patrocinantē? Si Maria pro nobis, quis contra nos? & ſi ipſa, quæ iuſtificat, quis eſt, qui condemnet?*

Pſal. 44 v. 10.

Rich. à S. Laur.

Georg. Nicom.

Richar.

6 Sed quàm conſultò dixerit Georgius ab humano genere propoſitā eſſe Virginem, vt ipſius ore noſtra dicatur excuſatio: vel inde collige; quod Bernardus cum alluſione ad Paulum, ad Hebr. 5. v. 7. dicentē de Chriſto Domino hominū Advocato: *Qui in diebus carnis ſuæ preces, ſupplicationeſque ad Patrem cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reverentia*: cum ſapienter primū de ipſo dixerit: *Ad Patrē verebaris accedere ſolo auditu territus ad folia fugiebas, Ieſum tibi dedit mediatorem. Quid non apud talem Patrem Filius talis obtineat? exaudietur vtique pro ſua reverentia. Pater vtique diligit Filium. An verò trepidas, & ad ipſum. Frater tuus eſt, & caro tua, tentatus per omnia abſque peccato, vt miſericors fieret. Hunc tibi fratrē Maria dedit*: notanter deinde ad rem præſentem, & Deiparæ patrocinium ſtylum vertens: ſubijcit. *Sed forſitā in ipſo Maieſtatem revereare divinam, quod licet ſalus ſit homo, manſerit tamen Deus. Advocatū vis, & habere erga ipſum ad Maria recurre. Pura ſiquidem humanitas in Maria, non modo pura ab omni contaminatione, ſed & pura ſingularitate naturæ. Nec dubius dixerim: exaudietur & ipſa pro reverentia ſua: exaudiet vtique Matrem Filius, & exaudiet Filiū Pater.* Hæc omnia Bernardus: in quibus & Filium à Patre exauditū; & Mariam à Filio, & vtrumque pro ſua reverentia: Iam verò quas preces, & ſupplicationes, & pro quibus ad Patrem Dei Filius obtulerit, vt exaudiretur refert, Lucas cap. 23. v. 34 vbi cum pro tranſgreſſoribus ſic oraſſet: *Pater dimitte illis*, ſtatim excuſationem adiecit: *non enim ſciunt, quod faciunt*: valida quidem ignorationis, ſiue inſcitiæ excuſatione eos protegens: ſapienter id obſervante, & expendente Venerab. Arnoldo tractatu peculiari in hæc verba tom. 1. Biblioth. veterum PP. in hunc modum. *Quid eſt Domine, quod dicis? Non accuſas; non quæris vindictā; potiùs excuſas, & coniurationis illius ſpiſſamentum attenuas, & hæreditarium onus ab impijs transferens, crimen malitiæ non opponis, qui ideò dimittendū cenſes, quia admiſſum ignoranter ipſe teſtaris*: Ita ille: ſcitè inquiens, *ſpiſſamentum attenuas*: ſicut & illud ſtatim: *Tanti criminis molem Mediatoris auctoritas elimaret*: pulchra imagine à lima deſumpta, qua miſeri rei vincula, quibus ſunt innexi, ſic tandem debilitant, vt frangant, atque ab illis liberi evadant: vt innuat Dominum enormiſsima, & inexcuſabilia peccatorum crimina lima excuſationis ſic attenuaſſe, vt eorū cauſam, non totā ream reddidiſſe videretur, dum eos, qui velut ferreis vinculis conſtricti tenebātur, adhibita tantæ excuſationis lima ſolutioni proximo faceret: Ecce exauditum Dominū pro ſua reverētia: quo modo enim non exaudiretur à Patre, tam bonus creditor, qui non modo errata in ſe commiſſa dimittebat; ſed inſuper pro debitoribus factus Advocatus cauſas dimittendi allegabat.

Bernar.

Hebr. 5. v. 7.

Arnold.

7 Iam pende Bernardi verba, ſic Mariam Advocatam noſtram facientis, vt à Filio itidem exaudiatur pro ſua reverentia. Nimirum ipſa à tanto

Magiſtro edocta, & tanquam *ſtrenuus eius Scholaris*, vt appellatur à Ioanne Geometra: ipſius veſtigijs inſiſtens, non tantum vult peccatorum patrocinium ſuſcipere; ſed ſignatè pro miſeris reis eas excuſationes in iudicio afferre, quibus criminum ſpiſſamentum attenuare, & ipſorum molem limare, & imminuere procuret: in quẽ ſenſum iterum Georgius Nicomedienſis orat. 2. de Conceptione Virginis in Auctario Bibliothecæ veterum PP. ſic eleganter, inquit: *Annunciabitur terrarũ orbi celebratiſsima eius gloria. Enunciabitur humanæ illud naturæ facundum os; rationabilis eorum defenſio, quibus pudor abſtuliſſet verba.* Hæc ille: & quidem rectiſsimè, & opportuniſsimè illud: *facundum os*, quod mirè convenit Advocato ad rei cauſam perorandam, & legitimas exceptiones, & excuſationes alleganti, quẽadmodum in hominis peccatoris cauſa, & hæc neceſſaria eſſe, & Virginem huic muneri aptiſsimè ſatisfacere, ſic benè affirmat S. Antoninus 4. p. cap. 19. §. 2. inquiens: *Sapientia Advocati, & eloquentia manifeſtatur ex tribus: ſcilicet, quòd obtineat apud iuſtum, & ſapientem iudicem: Secundò, quòd obtineat contra adverſarium aſtutum, & ſagacem. Tertiò, quòd in cauſa deſperata. Sed Virgo Maria advocata noſtra obtinuit apud ſapientiſsimum & iuſtum iudicem noſtrum contra aſtutiſsimum diabolum in cauſa deſperatiſsima inter Deũ, & hominem, in qua nullus hominum, qui eam præceſſerant, loqui audebant:* Et ſanè merito: quippè quibus illud *facundum os* non inerat. Deinde verò opportunè inquit Georgius *rationabilis eorum defenſio*, vt cauſa non tota rea, proxima veniæ ſit: Nimirum benigniſsima Virgo, non ſolùm Oratoris ſupplicis, qui ad genua iudicis provolutus omninò miſericordiæ innitur, ſed ſtrenui, & ſapiẽtis Advocati munus gerens excuſationes, & dimittendi cauſas interponit; irato iudici obijciens humanam infirmitatem pronum ad malum animum, caducum, & ruinoſum figmentum, faſcinationem nugacitatis; ſemel, & iterum clamans Fili *dimitte illis, non enim ſciunt, quod faciunt*: vt plenè hæc, atque ſapienter præſtrinxit S. Germanus orat. *de Zona, & ſacris*, inquiens: *Quis ſimiliter pro ſupplicante peccatore propugnat? Quis quæ corrigi non poſſunt excuſat amantius?* Ita ille.

Geomet. *Georg. Nicom.* *S. Anto.* *Germa.*

Conſurgit ex huius facundi oris efficacia, & energia (cuius id munus eſt, vt quæ dicuntur, non ſine effectu, & potenti vi dicantur) maxima peccatoribus ſpes, atque fiducia, vt quæcumque eorum cauſa, quantumvis deſperata videatur, ſi ſemel Virginis Deiparæ patrocinium mereatur, & eius ore dicatur excuſatio, non poſſit non abſolutionem conſequi, & felicem exitum habere: in cuius fiduciæ confirmationem, idem S. Antoninus accommodatam imaginem in Abſalone mortalium peſsimo, & ingratiſsimo à Sapiẽte illa Thecuite, apud iratum Davidem excuſato, atque defenſo: vt in huius libri procœmio vidimus. Hæc ob oculos habere videtur Auguſtin. ſerm. 83. qui eſt de Aſſumptione cum Mariam ſupplex orãs dicebat. *Impetra, quod rogamus, excuſa quod timemus, quia nec potiorem meritis inventimus, quam te ad placandam iram iudicis, quia meruiſti eſſe Matrem Redemptoris, & Iudicis:* Scite illud *excuſa, quod timemus:* Quid enim non timeamus, tot criminum rei iræ iudicis, & damnationi obnoxij? Ad quem modum Innocentius PP. III. de quo nobis grandis ſermo alicubi eſt in rythmo, quem compoſuit, ſic Deiparam precabatur:

Auguſt.

Peccatorum conſolatrix
Conſolare me lugentem
In peccatis, iam fatentem
Precor te, Regina cœli
Me habeto excuſatum
Apud Chriſtum tuum natum.

Quanti verò momenti fuerit excuſatio pro Innocentio à Virgine propoſita: ſuo loco vidimus.

Verum enim verò hìc maximè obſerva: Hunc ſeverum, & iratum iudicem, adeò eſſe in Virginem procli vem, vt vehementius optet à Matre pro nobis rogari, eiuſque preces, & excuſationes audire: vnde ipſi blandè, & ſuaviter ſuggerit: *Sonet vox tua in auribus meis*, Cant. 2. verſ. 14. quæ verba Richard. à S. Laur. lib. 10. de Laud. Virgin. ſic capit, *preces eius audire deſiderans Filius ſuus.* Pergit verò Sponſus: *Vox enim tua dulcis:* ſed quare dulcis? occurrit iterum Ri-

Cant. 2. v. 14. Richar.

char-

chardus lib. 9. *Quia pro peccatoribus interpellas*, & lib. 4. *Favorabilis ad impetrandum, quando pro peccatoribus interpellas.* Quæ ſapienter ibi ſic diffundit Delrius. *Nolo clames ad me de terra, ſicut ſanguis Abel, ſed aſſumpta, & adſtans à dextris meus familiarius, quã Abel mecum loquens, nullius petitionis repulſam patiaris. Vox enim tua dulcis: Delectat me vox tua, quia dulcior voce Abelis veniam poſtulans, & nunquam rauceſcens, nunquam deſinens, vel tacẽs, vt Abrahæ intercedere pro miſeris*: Hæc ille, & id quidem omninò ad rem: *quia dulcior voce Abelis*, quippè hæc interfectorem accuſabat: Mariæ verò vox peccatores excuſat, atque defendit: Firmat hæc pulchra B. Brigittæ facta revelatio lib. 1. cap. 5. quam ſuo loco dedimus.

Delrius.

S. Brigi.

EXEMPLA.

CElebris hiſtoriæ in quâ Deipara, tanquam diligens Advocata enorme quoddam crimen apud Filiũ excuſans inducitur, Auctores bonæ fidei habemus Cæſarium lib. 2. exẽplorum cap. 12. qui rem adeò conteſtatam affirmat, vt ſuo tempore milites, de quibus ſermo eſt adhuc vivere nt; & Vincẽtium Beluacenſem lib. 7. ſpeculi hiſtor. cap. 105. & 106. qui ſingillatim aſſerit; eveniſſe rem in Caſtello quodam Aquitaniæ in ipſâ nocte Aſſumptionis Deiparæ: & eſt huiuſmodi. *Miles quidam cum multas divitias à patre ſibi relictas, venditas prodegiſſet, ob idque triſtis ſolum vertere cogitaret, ne apud notos mendicare cogeretur, à nefario quodam ſuo villico dæmonum conſuetudini aſſueto nocte per quoddam nemus ad locum paluſtrem ad dæmonem adduxit, qui maiores ei divitias, atque honores eſt pollicitus, modò Chriſto abrenunciaret, quod importunis villici ſuaſionibus tãdem effecit, & Chriſtum (vt Cæſarij verbis vtar) ore negavit, & manu exfeſtucavit, atque diabolo fecit homagium. Tunc adiecit diabolus: adhuc opus imperfectum eſt: etiam renunciare debes Matri Altiſſimi: illa eſt enim, quæ maximum nobis infert damnum, nam quos Filius per iuſtitiam abjecit, Mater quia nimis miſericors eſt, ad indulgentiam reducit; quod cum miles ſe facturum conſtanter abnueret, re infecta ingenti tamẽ ſcelere obſtrictius rediit. Verum dum revertitur, ad Eccleſiam in via divertit coram Altari ad imaginem Deiparæ Filium in ſinu geſtantis proſtratus, ex intimoque corde magno fletu & clamoribus Matrem miſericordiæ implorabat, quo ſibi admiſſi ſceleris veniam à Filio impetraret. Mira res; ipſo audiente Deipara Filio hæc dicebat, ò dulciſſime Fili miſerere huic homini. Puer verò, vt delicti gravitatem militi oſtenderet ſe aliquantulum durum exhibuit; nam faciem, à Matre avertens nihil ei dicebat. Quid tum Virgo? facti excuſationem parabat: ſed quam? Dic aliquem, ſodes; dic Quintiliane colorem: Hæremus: Dic tu Regina clementiæ; pergit Auctor: Cumque iterum rogaret hominem ſeductum aſſereus. Audis excuſationem, quod ſeductus fuerit? Tum imago ſurrexit; Puerum ſuper Altare poſuit, eiuſque pedibus proſtrata Rogo (inquit) Fili, vt propter me dimittas ei hoc peccatum. Mox infans Matrem elevans ait. Mater nunquam tibi aliquid negare potui: ecce propter te totum dimitto: Hæc omnia cũ non ipſe ſolus, ſed & alius miles, qui prædia, ac bona illius emerat, quæ iſte vẽdebat, caſu tandem eamdem Eccleſiam ingreſſus vidiſſet, & audiſſet, vnicam filiam ei in matrimonium collocavit, ac dotis nomine bona ab eo venditâ tradidit, pollicitus ſe eum hæredem reliquorum bonorum poſt mortem facturum: cui iſte læto animo annuit, ſicque per Deiparam, & peccati veniam, & bonorum temporalium affluentiam eſt conſecutus*: Hactenus hiſtoria, in qua Deiparam Advocatam, & flagitium flagitioſiſsimum excuſantem vides.

Quò quidem appoſitè advocabis ſpongiæ imaginem, qua in Deiparæ laudem, & peccatorum ſolatiũ vſus eſt Ioannes Geometra hymno 3. hũc in modum.

Geomet.

Gaude; quæ inſtandi millena volumina ſolvis
Dæmonis, vt noſtræ ſpongia nequitiæ.

Quaſi inducat dæmonem peccatorum hominum volumina, ſive libros in quibus peccata hominum cõſcripta habet in eorum accuſationem, & damnationem in iudicio ante iudicẽ proferentem: Virginem verò ore divino eas excuſationes pro illis afferẽ-

tem,

tem vt velut ſpongia nequitia crimina allata abſtergere videatur: Quod quidem mirificè cõfirmat exemplum ex annalibus Carthuſienſium deſcriptum, de quodam Faverio Monacho, *cui morienti eſt Sacramentali confeſsione, iam expiato malus dæmon apparuit grandis libri Sarcina onuſtus, in quo delictorum Faberij omnis iacebat hiſtoria, eamque diabolus morituro Faverio cum riſu, & cachinno perlegebat cumque ipſe obſtupefactus reſpondiſſet, ſe iam ea delicta fuiſſe confeſſum, & in foro conſcientiæ à Sacerdote abſolutum: redarguta eſt à Sathana confeſsionem invalidam, ac diminutam fuiſſe, adeò vt ægrotus deſperationi proximus quodammodo de ſua ſalute diſſideret, in quo quidem diſcrimine miſericordiæ Parens, & periclitantium adiutrix opportuna velut ſpongia cæleſtis ægroto filij ſui nomine, iam peccata illa ipſi condonata fuiſſe, atque deleta nunciavit: addens ego quæ Tibi* eſſe remiſſa cõfirmo: *Quod vbi cacodæmon audivit fractus debilitatuſque diffugit, ſed hanc hiſtoriam latius deſcriptam dabimus ſuo loco.*

MARIA Felix hominũ Advocata, quæ ſuos clientes fortunatiſsimos facit, & fortunæ dominos, qui fingant fortunam ſibi.

ADNOTATIO XVI.

1 COncludam felix Deiparæ patrocinium; & eorum fælicitatem, qui in ipſius obſequium propenſi ſunt: ſi ipſam ſuos clientes omnimodis felicis, & fortunatos facere, demonſtra vero, vt homines puſilli ad virtutem animi, nec ab amore terrenarum rerum omnino avulſi; nõ modo ſpiritualia, & æterna bona, ſed tẽporalem etiam felicitatem de Mariæ manu ſperare noverint. Et verò iure A felicisſimos, & Regum omnium fortunatiſsimos dicimus beatos illos Magos, quos ſtella, ſive potiùs æternæ lucis ſydus ad adorandum Regum Regem conduxit: *Vidimus* (inquiunt) *ſtellam eius in oriente, & venimus adorare eum*, Matthæi 2. verſ. 2. Quàm verè autem: quàm opportunè dixeris: ſtella duce: comite fortuna iter illos ſuum peregiſſe. Sed quis, rogo, cœleſtis huius ſtellæ influxus? quis tantæ felicitatis finis? audi à Matthæo, quo B tandem ſtella devenerit? quidque lucis ſuæ radijs deſignaverit. *Ecce* (inquit) *ſtella, quam viderant in oriente antecedebat eos, vſque dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer*: vt argumento eſſet; iam omni Matheſi abolita totam fortunæ vim; totam felicitatem, itidemque totam ſtellarum poſitionem, hinc omninò ſumendam, & conſiderandam fore, eleganter id adnotante C S. Petro Damiano ſerm. de *Annunciatione* hunc in modum: *Egreditur cum claritate. Naſcente quippè illo ſepelitur omnis illa ſtellantium luminum luminoſa ſerenitas, & ſtella candidior lucidioribus radijs præſcintillans totam ſibi cœli rapit poſitionem*: ita ille: A quo non abire dixeris illa ratiocinatio Tertulliani lib. de idololatria contra Mathematicos: *De Chriſto, ſcilicet, eſt Matheſis hodie, ſtellarum Chriſti, non ſaturni, & Martis, & cuiuſcumque ex eodem ordine mortuorum obſervat, & prædicat. At enim ſcientia iſta vſque ad Evangelium fuit conceſſa, vt Chriſto edito nemo exinde nativitatem alicuius de cœlo interpretetur*: Hæc Tertullianus: vt dixerit Chriſtianis nullam fortunatæ ſtellæ obſervationem quærendam niſi à Chriſto, qui totam ſibi cœli rapit poſitionem: totam in ſe fælicitatem continet, & à ſe optari, & peti vult. E

Verum in præfatis Matthæi verbis obſerva, ſtellam ſtetiſſe *ſupra vbi erat puer*: Sed cur non dixit? *ſupra puerum*. Sanè vt indicaret; puerum in ſinu Mariæ eſſe; & ſtellam felicem; cœleſtemque, ac veram fortunam à Maria ſtella fore ſumendam: quod quidquid felicis ſortis, ſive in humanis, ſive in divinis hominibus obtingit, à Maria, ſive per Mariæ manus illis adveniat; & ab ipſa ortum, ab ipſa profectum, & exitum felicem habeat: cum Maris, ſtella ſit, quæ homines in mundo,

Matt. 2 v. 2.

Matt. 2 v. 9.

Petr. Damia.

Tertull.

2

velut in mari nauigantes feliciter gubernet, & in portum dirigat: hæc omnia adnotante ad verba Matthæi Euſebio Gallicano in Catena in Lucam vbi primum inquit: *Stat ſtella ſuper ſtellam: Maria enim ſtella maris interpretatur*; & ſtatim: *Non dixit ſuper puerum: ſed quid dixit?* Supra vbi erat puer: *Vbi enim erat puer niſi in ſinu Matris?* ita Euſebius, & eodem ſenſu Bernard. ſerm. de B. Maria: *Sic & Magi quoque, ſi recolis, non ſine Maria matre eius puerum inuenerunt*, vt ijs, qui felicis ſtellæ ſucceſſum quærunt dicere velit, cum eodem Bernardo ſerm. de Nativitate Mariæ: *Altius ergo intueamini, quanto deuotionis affectu à nobis eam voluerit honorari, qui totius boni plenitudinē poſuit in Maria, vt ſi quid ſpei in nobis eſt, ſi quid gratiæ, ſi quid ſalutis ab ea noverimus redundare*, & cum ſapiente Idiota à nobis ſæpèſæpius adducto: *Inuenta Maria inuenitur omne bonum*, vt hæc verba explicare videātur illa inibi de Magis à Matthæo dicta: *Invenerunt puerum, cum Maria matre eius*: & cum S. Germano orat. de Zona, & faſcijs aſſeverante: *Nullus enim eſt, qui ſalvus fiat, ò ſanctiſſima! niſi per te: Nullus, qui liberetur à malis, niſi per te, ò puriſſima! nemo eſt, cui donum concedatur, niſi per te, ò caſtiſſima: nemo eſt, cui miſereatur Gratia, niſi per te, ò honeſtiſſima!* Sic Germanus: Sanè vt hic locum habeat, quod à Sapiente dicitur, Eccleſiaſtici 36. verſ. 37. vbi non eſt mulier, ingemiſcit æger, ſic ad Virginem referente hæc verba Richardo à S. Laurentio lib. 6. de Laud. Virginis: *Maria mulier, quæ vbicumque non eſt, non eſt niſi gemitus, & egeſtas.*

3 Iam ipſiſsimam hanc cogitationem à Maria accipe, quæ per Salomonem (vti frequens interpretum expoſitio fert præeunte illi S. Petro Damiano) inquit Prov. 8. verſ. 14. *Meum eſt conſilium, & æquitas*: vbi magna fuerit obſervatione dignū Hebræam vocem, quæ multarum ſignificationum capax eſt, vt obſervat ad id loci P. Salazar, inter alia ſignificare *ſubſtantiam: ſubſiſtentiam: conſtantiam, ſecuritatem*: ſignatè verò *fortunam*: pulchra planè, & accurata ſententia, qua innuatur; cum Mariæ obſequio, nō modo rectum conſilium, & conſultiſsimam æquitatem, ſed etiam quidquid fortunatum, & ad externum ſplendorem, & gratiam ſpectat coniunctum eſſe, vt inventa Maria, inventum exiſtimetur omne bonum: Ne verò de fortuna, ſive felicitate, quæ à Maria ſuis obtingit, ad guſtum vulgi iudices, eamque volubilem, & vagam, & mancipiorum ſuorum negligentem dominam, & pœnis, & præmijs errantem cum Seneca appelles in cōſolat. ad Marciam cap. 10. Scito Fortunam non aliam, quàm Providentiam Dei eſſe; atque adeò; bonam ſtabilem, ſecuram, & æquitate, & conſilij plenā, veluti à Maria optima Regina, Regē te gubernatam: & vero Fortunæ deſcriptionem, atque picturam ſi petis à Dione Chryſoſtomo, ſic ipſe orat. 64. (*quæ eſt 2. de fortuna*) ex veteribus ſapientibus ratiocinatur, vt & prompta ad opera, & clavum in dextera tenere dicatur: vt quiſquam dicere poſsit: *Navim regit, tum quod navigantes maximè indigeant fortuna, tum quod ipſa vitam nobis, quaſi navim magnam gubernet, omneſque ſalvet navigantes: deinde in altera paratos collectoſque tenere fructus inducitur, indicans bonorum, quæ ipſa ſoleat dare, multitudinem*: Hæc ille, quæ opportuniſsimè Deiparæ aptaveris: cum ipſa vitam ſuorum cliētum, quaſi navim magnam gubernet; omneſque navigantes, tot licet periculis expoſitos, vt quatuor tantum digitis a morte abeſſe veriſsimè dixeris conſtanti, ſecuraque felicitate ſalvat, & cœleſtium fructum, ſive donorum thesauros in ipſorum ſinum ingerat, vt dicebat S. Germanus: *Nullus eſt, qui ſalvus fiat, ò Sanctiſsima! niſi per te: Nemo eſt, qui liberetur à malis niſi per te, &c.* Nec minus dilucidè Bernardus imagini ſtellæ inhærens hom. 2. in Miſſus eſt, hunc in modum: *O quiſquis te intelligis in huius ſæculi proſtuvio magis inter procellas, & tempeſtates fluctuare, quàm per terram ambulare, ne avertas oculos à fulgore huius ſideris, ſi non vis obrui procellis: ſi inſurgant venti tentationum; ſi incurras ſcopulos tribulationum, reſpice ſtellam: voca Mariam.*

Vides Mariam navigantes fortunantem, ſive ſalvantem? quæ caſus ſecundet aſperos, donet gerendi gratiam, mētem gubernet, & regat, cœ-

4 le-

Euſebi. *Bernar.* *Idiota.* *S. German.* *Eccl. 36 v. 37.* *Rich. à S. Laur.* *Prov. 8. v. 14.* *P. Sala.* *Seneca.* *Dione Chryſoſt.* *Germa.* *Bernar.*

lestiaque illis dona conciliet? Adiunge modo illi verisimè; quod de Romanorum fortuna Plutarchus sub eo titulo, sic vanissimè fatur: *Illud omninò sermonibus celebratum. Copiæ cornu in manu habet frugibus semper florentibus refertum, sed largissimè omnia perfundens, quæ omnis terra, omne mare, omnia flumina, metalla, portusque ferunt.* Quo vivaci penicillo Maria depicta conspicitur puerum suum in manibus ferens; à quo eius intercessione bona cuncta procedunt: sed scito longissimè ab hac cœlesti Fortuna ire, quod de profana dicebat Seneca epist. 82. *Non habet fortuna longas manus, neminem occupat nisi hærentem sibi*; quippè Deipara adeò lõgas manus habet, vt non solùm hærentes sibi, sed etiam longè disitos occupet, illisque non manibus tantùm, sed etiam vberibus admotis hæreat, vt in eos bona largissimè profundat: Sanè vt præfatis locis Dio Chrysostomus, & Plutarchus adnotarunt; propter hanc bonorũ vbertatem Fortuna Cereris nomine *Mãmosa* turgentibus, scilicet, mammis prædita appellatur, & peculiari templo Romæ structo colebatur. Quam omninò Mariæ effigiem, naturam, & divini eius ingenij delineationem dixeris dicẽte de ipsa Salomone, Cant. 4. vers. 10. sub sponsi persona. *Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa*: quibus pulchrè *pulchras* appellavit mammas Mariæ: *Quid enim pulchrius?* (sic ad hæc verba Richard. à S. Laurentio lib. 5. de Laudib. Virgin.) *in oculis peccatoris afflicti, quam pietas, & misericordia, quæ designãtur in mammis.* Sed generali ratione alter Richardus à Sancto Victore parte 2. in Cantica cap. 23. pulchritudinem mãmarum Dei sic explicat. *Quia in te concrevit lac divinæ misericordiæ, & ex te nobis profluit: ipsa prius repleta es, & ex te nobis descendit hæc abundantia*: Ecce Fortunam verè mammosam spiritualium, & temporalium bonorum lacte nutrientem, foventem, atque ditantẽ suos: sed vide iam quomodo longas manus habeat, quin spectet clientes sibi adhærere, sed potiùs pedibus, & manibus (vt dicitur) ad ipsos occupãdos eat; cum ipsa videlicet suamet sponte cœlestem sponsum ad munera in suos dispertienda, sic invitet, Cant. 7. vers. 12. *Mane surgamus ad vineas: videamus si floruit vinea: si flores fructus parturiunt: si floruerunt mala punica, & statim: ibi dabo tibi vbera mea*: accipiẽte hæc verba Venerab. Guillielmo de Deipara Filium suum dilectissimum ad Ecclesiæ visitationem vrgẽte, quò in dies crescat, & donis cœlestibus augeatur, itidemque in huius itineris, visitationem comitem sese offerente, vt simul ipsa vberum suorum divinissimo lacte flores, & fructus ad maturitatem perducat. Sed Guillielmũ audi hæc fæliciter diffundentem: sic namque sub persona Virginis, inquit. *Tuum est, ò Fili, videre hæc: & tamen dixi* videamus: *Quia ego semper tecum; & sequar te: ò Agne! quocumque ieris: ibi dabo tibi vbera mea: In Ecclesia gentium tibi dabo vbera mea spiritualia ad pascendos tuos; spiritualiter enim pascam parvulos tuos lacte maternæ pietatis, quæ te olim pavi lacte corporali pro veritate carnis. Denique pro eo, quod tibi sum Mater corporalis, ero tuis Mater spiritualis materna charitate, quasi propríos parturiens filios, donec plenius formeris in eis: materna itidẽ cura nutriens eos, donec vsque ad virum perfectum grandescas in eis*: Subijcit: *Totum autem hoc faciam eos tibi assiduè commendando, & augmenta gratiarum eis, pijs à te precibus impetrando.* Hactenus Guillielmus? Audis; quàm pulchræ sint mammæ Virginis: Quid iam felicius? quid fortunatius, quàm ab ipsis enutriri? nec spiritualia solum, sed temporalia etiam bona, quæ nobis maximè conducunt à Deipara obtinere.

Quare observa, totũ Fortunæ, sive fælicitatis momentum in occasione (quæ ab Æthnicis Dea appellabatur) sive temporis opportunitate, & articulo sæpè sæpius verti; vt vel occasionis pictura, quæ Fortunæ inhæret, vel Fortunæ occasionem tenaciter apprehendentis apprimè designat hùc referens Plutarchus in qq. Centuriatis Romanis tẽplum illud Romæ à Servio Tullio Rege, sub nomine Fortunæ brevis extructum: *Cum consideraret* (inquit) *Fortunæ momentum exiguum, multum semper pollere, & quia factum quid, pene est, aut non est, subinde id quibusdam fuisse causam; vt affecuti summa, vel ludificati sint*: differtissimè verò id monente Salomone signatis-

Seneca.

Dio Chrisost. Plutarc.

Cant. 4. v. 10.

Rich. à S. Laur.

Cant. 7. 2. 12.

Guillie.

5

Plutarc.

Eccle. 9 v. 11.

ſimis hiſce verbis Eccleſiaſtes 9. verſ. 11. *Verti me ad aliud, & vidi ſub Sole, nec velocium eſſe curſum, nec fortiũ bellum, nec ſapientium panem, nec doctorũ divitias; nec artificum gratiam, ſed tempus, caſumque in omnibus*; ſive vt poſteriora hæc verba Lectio Veneta, apud Pinedam vertit: *Sed opportunitate, & occurſu quodam eveniunt omnia*: vel, vt ex Vetus translatio Græca: *Quoniam tempus, & eventus occurret omnibus illis*: quibus tantum non affirmat Sapiens caſu, quodammodo cõtingere cuncta videri; cum quæ ſunt magis certa, aptaque ad certum finem, hoc perſæpe fruſtrentur fine; quoniam caſus, & eventus occurrit, quaſi ex inſidiis ijs, qui ſe vel in curſu, vel in bello, vel in conquirẽda Principium gratia voti compotes evadere ſperabant: prævalente in omnibus opportunitate, à qua belli, pacis, & divitiarum fructus dependent: Nam *momento mare vertitur, & vbi priùs navigia luſerunt, ſorbentur*: vt inquit Seneca epiſt. 4. Quæ quidem ſententia, vt ſano ſenſu ſubſiſtat, omninò dirigenda eſt ad mentem Auguſtini lib. 3. de Trinitate cap. 4. magno iudicio dicentis: *Vihil fit viſibiliter, & ſenſibiliter, quod nõ de interiori, inviſibili, atque intelligibili Aula Summi Imperatoris, aut iubeatur, aut permittatur ſecũdum ineffabilem iuſtitiam præmiorum, atque pœnarum, gratiarum, & retributionem in iſta totius creaturæ ampliſſima quandam, immẽſaque Republica*: Hæc Auguſtinus; cui adſtipulatur S. Thomas; quem iam affero proprius ad noſtrum de ea, quæ nobis à Deipara felicitate advenit inſtitutum accedens.

Lect. Venet. *Lect. Græc.* *Seneca.* *Auguſt.*

6

Ergo vt ad Mariam ſtellam humani generis, ſignatè verò ſuorum clientum regrediamur, vide vt ab ipſa rerum omnium, & negotiorum opportunitatis, ſive exitus adveniãt diſce ex præfatis Eccleſiaſtes verbis, pro vt à Paraphraſte Caldæo hunc in modum transferuntur: *Dixit Salomon Rex. Quando eram ſedens in throno regni mei, contemplatus ſum, & vidi in hoc ſæculo ſub Sole, quoniam viri, qui ſunt velociſſimi, ſicut aquila non poſſunt currere, vt liberentur à morte in bello, neque fortes adiuvabuntur in fortitudine ſua, cum initur bellum; neque ſapiens in ſapientia ſua, vt ſaturetur pane in tempore*

Paraph. Cald.

A *ſimis, neque ſapientes adiuvabuntur à prudentia ad congregandas divitias, neque ſcientes adiuvabuntur à ſcientia ſua ad inveniendam gratiam in oculis Regis: ſed tempus, & caſus in ſydere eorum accidit omnibus*: Obſerva, & pende extrema hæc: *temporis, & caſus in ſydere eorum*: Sed quid? vult ne ſapiens, ſyderum vi, aut caſu, ſive fortè fortuna humanæ res, & negotia circumvolvi? atque à Divina Providentia exerrare? Apage: imò verò ex hiſcemet Salomonis verbis S. Thomas 1. part. q. 103. art. 5. ad 1. & quæſt. 5. de veritate art. 5 Sapienter adſtruit divinam Providentiam; quæ certa rebus tempora, & opportunitates diſponat, ſuaſque humanis conatibus varietates, à quibus inopinati ſæpè caſus, adverſique eventus accidant, ne homines temere ſuis viribus, & induſtriæ plus iuſto fidãt. Vnde cum inquit Salomon *tempus, & caſus in ſydere eorum*: omninò monet, fortunatos ſucceſſus, & eam quam homines fortunam vocant, à peculiari rei gerendæ opportunitate advenire, & nimirum, ſicut Dio Chryſoſtomus orat. 63. ethnico ſenſu dixit de fortuna: *ipſa bella gerentium eſt victoria, & pacem agentium concordia, & nuptias contrahentium benevolentia, & amantium voluptas, & breviter bonus in omni re ſucceſſus*, & in ſana mente amens ille Nero in cytharæ certamine (apud Suetonium cap. 23.) iudices blandiens reverentiſſimè aiebat: *omnia ſe facienda feciſſe, ſed ventum in manu eſſe fortunæ*: ita nos ex Sapientis mente caſus, & temporum opportunitates divinæ Providentiæ ſignatè aſſignamus dicẽre Domino, Actuum 1. verſ. 7. *Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momẽta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate*: vbi voci *momenta* Græcè reſpondet, vox *χρονους*; quæ non tam ſignificat temporum articulos, quàm rei gerendæ occaſiones, ſive opportunitates vt inibi interpretes; & Auguſtinus epiſt. 78. tomo obſervans, quod ab vno Deo, eiuſque abſolutiſſima Providentia rerum gerendarum opportunitates, ac proinde fortunati eventus dependeat: Quo planè ſenſu cum Salomone conſentiens dixiſſe videtur Paulus ad Romanos 9. verſ. 16. *Non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei*: vt vtraque verba in-

B

C

D

E

S. Tho.

Dio Chryſoſt.

Actu. 1. v. 7.

Lect. Græc.

Auguſt.

Rom. 9. v. 16.

ter

Nazia. ter se commisit Gregorius Nazianzen. orat. 31. vbi cum dixisset: *Quantumlibet curras; quantumlibet certes, opus habes eo, quo dat coronam:* Subijcit ex persona Salomonis: *Scio, inquit, quod nec levium cursus est, nec bellum gerentium, nec pugnantium victoria, nec prospere navigantium portus, sed Dei est, & victoriam afferre, & incolumen scapham in portum perducere.*

7 Quæ tandem omnia ei eunt, vt Deiparæ dicenti: *meum est consilium, & fortuna* opportunissimè aptentur *tempus, & casus* (ideſt, fortunati eventus, & opportunitates) *in sydere eorum,* cum ipsa sydus nostrum, & stella maris sit, navigantes dirigens, & incolumem scapham in portum deducens: vt dixerit Salomon *in sydere eorum,* hoc est in Deiparæ patrocinio, & in eius gratiam Deum *tempora, & momenta,* videlicet, rerum gerendarum opportunitates, & prosperos eventus in sua potestate disposuisse, vt illius cultoribus per Mariæ influxum, & manus advenirent, cum ipsa nobis in benignissimum salutis, & fælicitatis sydus, vt pugnantium, & bellum gerentium victoria, navigantium portus; currentium meta, pacem agentium concordia, & breviter bonus in omni re successus data sit: *Altius ergo intueamini* (inquit Bernardus) *quãto devotionis affectu à nobis eam voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem posuit in Maria, vt si quid est nobis spei, si quid gratiæ, si quid salutis ab ea noverimus redundere:* Sic Bernard. & eodẽ

Rich. à S. Laur. sensu Richard. à S. Laurentio lib. 9. de Laud. Virginis absolutissimè affirmat: *Quidquid beatitudinis ab illa infinita bonitate Dei Trinitatis ad genus humanum pervenit totum per hanc venam defluxit:* Rursum verò Bernardus

Bernar. opportunè: *Nec enim impotens erat Deus, & sine hoc Aquæductu infundere gratiam, provt vellet, sed tibi vehiculum voluit providere,* ac si dicat, vt prosperis tuis eventibus, atque fortunæ peculiaris decor, & splendor subesset, eam tibi à cœlestis huius sydéris influxu voluit obtingere.

EXEMPLA.

A Deipara non solùm spiritualium, sed etiam temporalium, & externorum bonorum fælicitatem clientibus suis advenire tot exempla confirmãt, vt ea numerare, otio abuti fuerit; cum nulli omninò obvia non sint. Placet tamen, quasi aut paradigma, aut summam tibi proponere in Leone ad culmen imperij Deipara evehente, si mulque monstrante, qua homines via ad felicem fortunam ipsa perducat, vt Nicephorus Calistus lib. 15. histor. cap. 25. locuples testis est, historiam floridè ex ipso, sic conscribente P. Ioanne Bonifacio de historia virginali lib. 3. cap. 16. *Cum gracus ille Leo, qui sapientis est cognomen adeptus privatam vitam agens per suburbia Constantinopolis recreandi animi gratia solus; ac tacitus peragraret in hominem incidit oculis captum, ac vix prorsus ignarum: Huic se ii iveris ducem Leo præbet homo comis, & planè misericors, confecto viæ aliquanto spatio cæcus sitire se dixit, & misere fatigari, Leonemque rogat, vt vel vmbram quærat desiderij levamentum, sitisque solatium. Leo sylvam, nemusque perlustrat, fontem sollicitè quærit, humorisque indicia secutus laticem pervestigat: vbi nihil invenit ad cæcum, quem sub arboris vmbra reliquerat, mæstus redit, ac tristis: hic cælitus audita vox est, aquam in propinquo esse contestans. Quare fontem vir bonus Leo, & officiosus inquirit. Quo minus inveniat, arborum oppositus, & cæni profundioris interiecta moles obsistit. Desperantem ea vox iterum audita confirmat; quæ Leonis nomini imperatoriam maiestatem adiecit hunc in modum.* Leo imperator densum istum, & vmbrosum lucum ingressus turbidam aquam haurito, ea ægri hominis sitim recreato, cænosum dein limum in manus sumito, cæci cæcos oculos inungas facito. Quæ verò ipsa sim propediem cognosces, & loci istius, & ampli, iam possessor imperij, quin & ædem mihi ibidem consecrabis, in qua verser, immorer, habitem, & me invocantibus postulata concedã. Nihil est enim, quod meæ potestati queat obsistere: velit, nolit, cessurus

est

eſt dæmon, & morbus ſuaptè natura inſanabilis me volente curabitur. *Leo verborum omnium memor, nec ſuæ dignitatis oblitus cænum eduxit, aquam hauſit, vtrumque reportat ad cæcum, parum, aut nihil de remedio laborantem: nam prope iacebat exanimis, & morti valdè vicinus; adeò ſitis ſpiritum hauſerat, ac mentem ſæva confuderat: & cum faucibus aridis aquam infudiſſet, & oculos luto illinijſſet, depulſa cæcitas eſt, & vita reſtituta, quam pene videbatur amiſiſſe. Non multò poſt Leo, & pius, & ſapiens ex Virginis prædictione ad Imperiale faſtigium evectus tanti huius miraculi loco repurgato fontis venam aperit, atque inibi templum prægrande conſtruxit; quod intra ſe fontem contineret ad quem per gradus deſcenderetur, & à quo quicumque morbi pro admiranda aquæ temperie, & communitate depellerentur.* De quo multus eſt Nicephorus citato loco.

Sed & alter Leo Sextus in ordine Imperator, appellatus Philoſophus, & verè ſapiens, quod Virgini addictiſſimus elegantiſsimas in eiuſdē laudem orationes compoſuit, quarum meminit Card. Baronius in notis Martyrologij ad diem 8. Decembris Boſius de ſignis Eccleſiæ lib. 9. cap. 8. *Hic à patre Imperatore Baſilio ab imperij ſucceſsione depulſus: deinde miro modo reſtitutus eſt; quippè (vt à Cedreno, & Curopalate (refert Iacobus Gordonius in Annalibus ad annum 886.) Pſitacus, quem Baſilius pater in delicijs habebat, frequentius ipſi cantillabat* Kyrie Leo: *ideſt*, Dominus Leo, *quibus vocibus Baſilius, quaſi non caſu emiſsis in gradum priſtinum ſucceſsionis imperij, à quo exciderat, Leonem reſtituit: ſed quis, rogo, expedivit Pſitaco ſuum* Kyrie? *plerique Auctores merito exiſtimāt; Deiparæ benignitati, & gratitudini tribuendum; quæ vt religioſum Leonis animum ea fælicitate imperij ornaret, Pſithacum docuit ea verba conari.* De quo videndus Poiræus Triplicis coronæ tract. titulo 3. cap. 7. §. 4. num. 13.

Longo ſermone recenſent Hiſtoriæ Siculæ, duos in Sicilia fuiſſe Reges Guillelmi nomine, Patrem, & Filium. Quorum alter, nempè filius cognomento Bonus: Pater verò cognomento Malus appellatus eſt. *Et Pater quidem cum magnam auri, & argenti vim congeſiſſet; theſaurum hunc ante mortem filijs, & regnō invidens in ſecreto terræ loco abſconditum reliquit filius theſauri ſciens, ſed quo in loco eſſet omninò ignarus Deiparam precabatur; vt illum ipſi commonſtraret, vt & egenti regno ſuccurreret, & ad pietatis opera ipſo frueretur. His Deipara precibus commota; ei aliquando dormienti avem per ſomnium inſolitæ formæ, quæ in peculiari horti angulo roſtro, & unguibus terram foderet, oſtendit: Quod cum ſemel, & iterum in ſomnis vidiſſet, ad demonſtratum locum accedens; & diligentius terram vertere iubens concupitum invenit theſaurum: Cui adepto per Virginem beneficio parē adiungens gratitudinem magnificentiſsimā Montis Regalis conſtruxit Eccleſiam in honorem B. Virginis: regnumque ſuum à diris vectigalibus illud prementibus exemit; & inter Siciliæ Reges bonus, & felix habitus eſt.*

De Heraclio Imperatore narrat Cedrenus in Annalibus mirificè in Deipara obſequium pronum, ac devotum fuiſſe: *Sanè cum contra Perſas, & Regem Coſdram in bellum pro Religione, & Cruce recuperanda bellum geſturus eſſet in ipſo profectionis articulo Sergium Patriarcham, ſic allocutus dicitur. In manibus Dei Deiparæ, & tuis relinquo Vrbem hanc Conſtantinopolim, & filium meum. Inde magnum templum ingreſſus attratus calceos præ humilitate: preces ad Deum fudit procumbens in terram. Cui tunc Georgius Piſides prædixit fore, vt qui nigros indutus calceos oraret, rubefaceret eos cruore Perſarum. Quod ita accidit: nam tribus annis continuis attriti ſunt Perſæ; Cruceque Domini recuperata fæliciſsimè victor Conſtantinopolim Heraclius regreſſus eſt.*

EIVSDEM argumenti.

Fortunam, sive fælicem rerum exitum, qui à MARIA est: non temerè, sed cum magno consilio hominibus obtingere.

ADNOTAT. XVII.

1 VT à Deipara clientibus suis fortunam, & felices rerum exitus advenire minimè fuerit mirandum; ita illud in præfatis verbis Salomonis peculiari observatione dignũ videtur: consilium cũ fortuna coniungi, dum sub Deiparæ persona dicitur: *Meum est consilium, & fortuna.* Quid enim fortunæ, & consilio? imò verò, quid fortunæ, & prudentiæ; & iuris civilis scientiæ, & cognitioni, & optimæ legum constitutioni? Hebræa siquidem vox, pro quo Noster posuit æquitas ea omnia significat. Id quod planè à Fortunæ genio longissimè ire dixit, sic Seneca: *In consolatione ad Mariam,* cap. 10. *Vt varia, & libidinosa, mancipiorumque suorum negligens domina, & præmijs, & pœnis errabit:* & in consolatione ad Polybium cap. 21. *Quo melior est quisque, hoc sæpius ferre te consuevit, sine vllo delectu furentem, & inter ipsa beneficia metuendam:* nec aliter Plinius lib. 2. cap. 7. inquiens: *Volubilis, à pleriſque verò, & cæca etiam existimata, vaga, inconstans, incerta, varia, indignorum fautrix:* Ita ille: vbi ergo consilium, æquitas, prudentia, & optima legum *constitutio?* Nec omittendum, quod paulò ante dixerat Plinius. *Toto quippe mundo, & locis omnibus, omnibusque horis, omnium vocibus, Fortuna sola invocatur: vna nominatur, vna accusatur; vna agitur rea, vna cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cum convitijs colitur:* Notanter id, *cum convitijs colitur:* ad eum sanè modum; quo Afranius Burrhus homo prudentissimus Neronem in theatro turpiter cum dexteritate agentem mœrens ob rei indignitatẽ eum tamen laudabat, apud Tacitum lib. 14. Annalium dicentem; *& Burrhus mœrens, ac laudans:* Quibus adiunxeris, quod à Clemente Alexandrino obsservatum est in *exhortatione ad gentes.* Romanos vna ex parte Fortunam pro dea habitum, ex alia verò ipsam in sterquilinio collocasse, tanquam in debita illi sede. Audi. *Romani autem, qui res maximas, & præclarè gestas Fortunæ attribuunt, & eam esse Deam maximam existimãt, posuerunt illam in sterquilinio: dignum deæ templum tribuentes cloacam.* Sanè ac si è Sancti Iobi historia, & imagine, qui magnus inter Orientales Rex celebratus; è regiæ magnitudinis sede in sterquilinium deturbatus fuit: & fortunæ versatilis, incertæ, cæcæ, & mancipiorum suorum negligẽtis dominæ naturam, & ingenium; & ab eo incertam humanarum rerum statum, qui inter regiam sedem, & sterquilinium vix vllum intervallum habet, vivaci penicillo delinearent, quippè *horæ momentũ est inter solium, & aliena genua.* Seneca lib. de tranq. animi.

Verum enim verò nos, qui nec Fortunam, nec casum, nec sortem, sed Dei providentiam cognoscimus, à qua hominibus felices eventus, & fortunati casus obtingunt; Iobum in sterquilinio constitutum, non fortunæ ludum, sed consultissimæ curæ Dei providentis alumnum facimus, atque in illa, quæ humanis oculis, tam atrox rerum mutatio videtur, arcanum Dei consilium rimamur: tum ne Sanctus ille, tam florenti fortuna à virtute deficeret: nam secundæ res acrioribus stimulis animos explorant, & vt miseriæ tolerantur, ita fælicitate corrumpimur: vt hunc ipsum Iobi casum expendentes id argumentum latius sumus persecuti in epist. ad Philipp. tc. 1. cap. 1. vers. 7. adn. 1. tum vel maximè; vt qui acceptus erat Deo, tentatione probatus, & sicut aurum in fornace examinatus, magnos in virtute profectus faceret, & illustrior evaderet: vnde quidem hinc nõ difficilè conijcimus; tam secundos, quàm adversus casus: sive vtraque (vt appellant) fortuna æquitati, & rationi

Tacitus

Clement. Alex.

Seneca.

2

Iob. 2. v. 8.

Seneca.

Plinius.

Philipp.

om-

omninò convenire; & ad certũ finem à divina Providentia dirigi: ſignatè verò eam fælicitatem, quæ à Deipara ſuis cultoribus advenit, cum æquitate, & exacta iuris cognitione, atque prudentia eſſe coniunctam: & verò quamvis non ineptè; ineptus ille dixerit: *Felicitatis non redditur ratio*: aptè quidem illius nos reddemus rationẽ: nimirum, quod Deipara, & Mater, & Regina, & Advocata ſuorum ſit, ac proinde clientes ſuos optima ratione felices reddere velit: itidẽque, quod Deus, mediante, & duce Maria fælicitatis vehiculum tibi providere decreverit: *Quia indignus eras.*

Petron.

Bernar.

3 Ergo dum Deipara Matrem ſuorum clientum conſideras, intende animum in Matrem filium Zebedæi ad Chriſtum Dominum accedentem, & dicentem: *Dic, vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo*, Matthæi 20. verſ. 21. Quod ſi cum Hieronymo in ea verba ambigas: Quæ tam intempeſtiva fuerit petitio matris filiorum Zebedæi? *Vt cum Dominus dixerit Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabũt eum morte illa gloriã poſtulet triumphantis.* Occurrit Ambroſius lib. 5. de Fide ad Gratianum cap. 2. inquiens: *Conſiderate, quæ Mater filiorum Zebedæi cum filijs, & pro filijs petat: Mater eſt vtique, cui pio filiorum honore ſolicitæ immoderatior quidẽ, ſed tamen ignoſcenda mẽſura votorũ eſt*: & poſt pauca: *Neſciunt enim materna viſcera patientiam: Matrem conſiderate: Matrem cogitate*: Sic Ambroſ. Enim verò Dominus, vt indulgentiſsimum amorem, & tenerrimam in ſuos charitatem ſignificaret Matris ſibi perſonam aſſumpſit, apud Iſaiam cap. 66. v. 13. inquiens: *Quomodo ſi cui mater blandiatur, ita ego conſolabor vos*: Sic hæc verba illuſtrante Hieronymo: *Miſericordiam Creatoris in creaturas ſuas exemplo matrũ diſcimus, quæ liberos amore in ſinu nutrientes omnem ſuperant charitatem.* Hæc ille: ergo vt à Deipara fortunatos eventus, & ſecundos caſus ſperetis: *Matrem cõſiderate: Matrẽ cogitate*; quin opus fuerit, quod in memoriam revocetis feræ illius Agrippinæ matris Neronis Magos de filij eventibus conſulentis; quæ cum ab ipſis audiſſet, *fore, vt imperaret; matremque occideret: Occidat inquit, ſũ imperet*: ſic Tacitus lib. 14. Annal. cum plenæ hiſtoriæ; plena templa ſint monumentis beneficiorũ, & donorum, feliciumque caſuum, qui cultoribus Virginis ab ipſa obvenerunt, & cottidie adveniunt: Quis enim eius patrocinio, vel à naufragio, vel ab infirmitate, vel à morte imminẽte, vel à captivitate, nõ eſt liberatur? Quis in bello victor non evaſit? quis honoris claritatem non meruit? Vt merito dixerit Sũmus Pontifex Gregorius Septimus lib. 1. epiſt. 47 *Hoc proculdubio teneas, quia quantò altior, & melior, ac ſanctior eſt omni matre, tãto clemẽtior, & dulcior, circa peccatores, & peccatrices.*

Mat. 10 v. 21.

Hieron.

Ambroſ.

Iſai. 66 v. 13.

Cornel. Tacit.

Gregor. PP.

Iam verò, quod Deus omnipotens 4 fortunatos ſucceſſus per Mariæ manus hominibus, qui ſeſe eius obſequio devoverunt de induſtria diſpẽſare velit, omninò adumbratum videris in celebratiſsima illa luctа Iacob, cum Angelo Dei perſonam præferentis, Geneſ. 32. verſ. 26. dum implicitis lacertorum nexibus: ſupplici, videlicet, oratione, & lachrymis benedictionem ille à Domino exorabat: reſpondiſſe Dominus dicitur: *Dimitte me, iam enim aſcendit Aurora*: vt dixerit ad meam benedictionem aſſequendam Auroræ aſcenſu, & matutini ſyderis interventione opus eſſe; vt quidquid & gratiæ, benedictionis, & felicitatis eſt ab ea obtineas: ſapienter id obſervante ad hunc locum Richardo à S. Laurentio lib. 7. de Laudibus Virgin. hunc in modum. *Per Angelum ſignificatur Chriſtus, qui data nobis Matre videtur dicere*: Dimitte me: iam enim aſcendit Aurora: *Quaſi dicat: iam non pulſes ad me primo loco, ſed vade ad Matrem meam: ſicut aliquis Rex iuvenis ad honorem Matris ſuæ reginæ remittit ad ea negotia regni*: Sic Richardus: quivt eam cogitationem firmet; Sapientiæ verba 16. v. 27. *Oportet prævenire Solem*, cum præfatis Iacob verbis, ſic componit: *Et ideò fortaſſe dirigitur ſermo ille ſapientiæ ad Patrẽ*: oportet prævenire Solem; *ideſt, prius ad Mariam venire, quàm ad Solem iuſtitiæ ad benedictionem tuam obtinendã.* Hæc ille, quæ pœnitius explicare, & diffundere placet.

Gen. 32 v. 26.

Rich. à S. Laur.

Sap. 16. v. 27.

Igitur præfato Sapientiæ loco Salomon de cæleſti manna opportunè 5

hoc eſt ſuo tempore; imò ſuo tempo- A
ris momento colligendo verba faciēs;
generali ſubinde oratione, ſive potiùs
peculiari admonitione, ſic inquit: *Vt notum omnibus eſſet: quoniam oportet prævenire Solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare*: Sed vt illuſtris locus pro Mariæ gloria illuſtrior reddatur, obſerva ex Græca voce legere Ianſenium *ad gratiam tuam percipiēdam*: vbi ſtatim hæreas, nō immeritò ambigens: qui fieri? dici vè B
poſsit; vt ſive Solē in luce percipienda? aut divinam gratiam humanorum conatuum adiutrice prævenire quis poſsit? Paulo cōmonēte ad Rom 11. v. 35. *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* & ad Philipp. 1. v. 6. *Qui cœpit in vobis opus bonum perficiet, vſque in diem Chriſti Ieſu*: à quo perdocta Mater Eccleſia Dominum orare conſuevit. *Tua nos Domine gratia præveniat, & ſequatur*: Solē ergo lucis prævertorem prævenire velle, otioſum, imò inviſum ei C
fuerit: nam *vanum eſt vobis ante lucem ſurgere*, Pſal. 126 v. 2. vnde Cyprianus epiſt. 2. eadem Solis imagine vſus ſapienter hac de re, ait: *Nec ad hoc pretijs, aut ambitu, aut manu opus eſt, vt hominis ſumma, vel dignitas, vel poteſtas elaborata manu pariatur; ſed gratuitū de Deo munus & facilè eſt, vt ſponte Sol radiat; dies illuminat, fons rigat, imber irrorat; ita ſe Spiritus cœleſtis infundit*: Subſiſtit tamen his, nihil obſtātibus Salomonis mēs, atque admonitio: quoniam ad Dei benedictionē, & gratiam donorum, & munerum, & felicium eventuum obtinēdam: Solem iuſtitiæ, cui *ſanitas*, & felicitas *in pennis eius*, Malach. 4. verſ. 2. media Aurora; ſiue anteculano ſydere Mariæ prævenire maximè oportet, quod Oraculum ſit: *Non pulſes ad me primo loco, ſed vade ad Matrem meam*: itidē- E
que *Nemo ſit, cui donum concedatur niſi per ipſam.*

7 Sed & iis opportunè adnectas, quæ de opportuno ad Deum acceſſu, quo eius benedictio, & bonorum copia obtinetur iſta, non facili captu locutione dixit Vates, Pſalm. 118. verſ. 147. *Prævenī in maturitate, & clamavi*: cui non nihil antilogiæ ſubeſſe, non immerito dixeris; cū verbis ad ſpeciem contrarijs conſtet: nam cū vna ex parte *prævenire* ſignificet ante tempus,

Sect. Græca. Ianſen.

Rom. 11 v. 35. Philipp. 1 v. 6.

Pſ. 126. v. 2. Cyprian.

Iſ. 118. v. 147.

& horam venire, quod ibi Græca lectio omninò expreſsit, cui hærēs Ambroſius repoſuit; *ante horam*: ex alia verò maturitas; omninò illud denotet, quod ſuomet tēpore, & hora, imò ipſomet horæ momento provenit: de quo latiùs egimus in libro Sapientiæ in cōmentario cap. 10. v. 7. vbi de arboribus regionis Sodomæ inquit Salomon *in certo tēpore habentes fructus* obſervātes *in certum tempus* perinde eſſe, ac infectum tēpus; ideſt, non perfectum, à quo fructus non maturi, nec percocti, ſed vt intempeſtivi; ita acerbi ſunt: hinc quidem non ſatis appoſitè præventio cum maturitate à Pſalte coniungi videtur: nam ſi prævenis horam, immaturè accedis, cum ante horam illam accedis, cui maturitas ſubeſt: quod ſanè acumen Chryſoſtomū, & alios PP. atque expoſitores, ita pupugit: vt nō dubitaverint legere: *præveni in immaturitate*: nec alio ſenſu videtur legiſſe Hieronymus, hūc in modum: *Surgebam adhuc in tenebris*: Verum enim verò hæc facilè ex præfata Mariæ, vt Auroræ imagine facilè diſſolves: nihil enim opportunius, nihil maturius potuit excogitari ad captādam fælicitatis, & fortunæ florentis occaſionem, & opportunitatē, quam hæc Solis præventio ad illius ortum Auroram adorans, & antelucanū ſydus reſpiciens, vt appoſitè dixerit David: *Præveni in maturitate, & clamavi*: quaſi opportuno clamore, & mature Dominū rogaturus acceſſerit, vt proſperū ſydus inveniret, quando non primo loco ad ipſum, ſed media Deipara pulſaverit: quod *oporteat priùs ad Mariam venire, quàm ad Solem iuſtitiæ ad benedictionem obtinēdam. Quod tempus, & caſus in ſydere eorum*: ideſt, in Stella Mariæ: ita Bernardus poſt allata ſuperius verba: *Ne avertas oculos à fulgore huius ſyderis, ſi non vis obrui procellis; reſpice ſtellam voca Mariam*: ſubijcit: *In periculis, in anguſtijs in rebus dubijs Mariā cogita: Mariā invoca, &c. ipſam ſequens non devias; ipſam rogans, non deſperas, ipſam cogitans, non erras, ipſam tenens, non corruis: ipſa protegente non metuis; ipſa duce non fatigaris; ipſa propitia pervenis.*

Chryſoſt.

Hieron.

Bernar.

Dixerim ſubeſſe hunc ſanè ſenſum ſignatiſsimis Domini verbis ad ſanctiſsimā Matrem in nuptijs Cana Ga- 8

lilææ

lilææ vinum convivantibus petentem: *Quid mihi, & tibi est mulier? Nondum venit hora mea*, Ioan. 2. v. 5. Vbi merito ambigas, qua ratione Dominus dixerit. Nondum eius horam faciendi miraculū venisse, cum statim nulla interposita mora superfluentis vini signū peregerit: Nam cur Dominus, qui non sine hora miraculū facturus erat; ea non accedente miraculum facere voluit? Enim verò cum Cyrillus, & ab eo ferè omnes interpretes cōveniāt; iam dudum decrevisse Dominū cuncta prævidentē id miraculum facere, sed non illicò, quia fortasse convivæ tanta benignitate digni non erant, propter preces verò Matris suæ tēpus maturavisse, & celerius perfecisse; apposite dixeris ex voce mēsæ defectum vini præsentientis *præveni in maturitate, & ante horam, clamavi*: Dominū verò, cuius hora, nondum advenerat; sed tamen qui ad Matrem primo loco pulsare vellet; ante horam, sed in maturitate miraculum fuisse operatum; quia semper hora erat Matrē exaudire: ergo cū hora non venisset, ante horam venit hora: nam cum vna ex parte Dei hora sit; ex alia Mariæ sit hora, & Dei hora ad convivantiū merita respiciat. Mariæ verò hora indulgentiæ, & misericordiæ hora sit, itidēque cum ad ipsam primo loco fuerit pulsandū, non adveniente Domini hora, venit maturè hora, quod accedente Mariæ hora; necessariò venerit Dei hora à Matre interpellati: Quod videtur significasse Chrysostomus in Catena Græca in Ioannem: qui cum interrogasset: *Cur igitur cū hoc dixerit* (nempè nondum venit hora mea) *tamen quod rogatus erat præstitit?* respondet: *Vt Matri morem gereret*: vnde infert: *Vnde discimus; nos etiam indignos alioqui efflagitatione, sæpè numero dignos nos effici beneficio*: Ergo ad illa verba Nazianz. adnotat. præced. num. 6. allata: *Scio, quod nec leviū cursus est, nec bellum gerentiū, nec pugnantiū victoria, nec prosperè navigantium portus, sed Dei est, & victoriā accedere, & incolumem scapham in portum perducere*: omninò addideris, & ad Deum in Mariæ sydere accedere; ipsomet monente: *Non pulses ad me primo loco, sed vade ad Matrem*: vt fælicitatem, & fortunatos casus ante horam in maturitate obtineas.

Ioan. 2. v. 5.

Cyrill. Alex.

Chrysost.

Nazian.

EXEMPLA.

QVoniā scitè dixit alicubi Cornel. Tacitus: *Multa, quæ prævideri non possint, fortuitò in melius cadunt*: sume illud: *fortuitò*: pro *in sydere eorum*, vt in adnotat. dicebamus; & audi, quid in Indiarum historia de nobili quodam viro Virginis cliente, & eius officium cottidie recitante dicatur. *Nimirum; cum ille Horas Virginis acta recitaret; subitò hostem prævalidum in vrbem irrupisse, & vsque in ipsius ædes penetrasse cumque ad clamorē, nihil ipse prævidens domo inermis exisset; & Horas Virginis inter suprema pectoris vestem intromisisset: vnus ex hostibus scopletum in pectus explosit, quod horarum Virginis libro munitum inveniens irrito ictu, igneus globulus, ac si cereus esset inibi defixus mānsit*, fortuito, *id est*, in sydere Mariæ *melius cadente*.

Nec dissimilis historia est, quam Nizephorus Gregoras refert lib. 9. capite cui titulus, *de duobus viris, qui Constantinopolim perdiderunt*: Sic enim ibi. *Senior ergo tumultu, & clamore audito de lecto surrexit perturbatissimus, & omni ope destitutus ducum, & militum; ad sacram Imaginem Dei Genitricis Hodegetriæ confugit ante multos dies in Palatium translatam, quæ ei firmo solatio erat. Hac igitur fretus, & humi prostratus ardenter cum lachrymis obtestatur, ne periclitantem deserat, & sicariorum ensibus obiiciat. Exaudivit preces eius, & festinum tulit auxilium, quæ quidem potest castissima Dei Genitrix. Nam dum ille in Palatio Deiparam ad hunc modum deprecatur, Iunior Imperator foris omnibus ducibus, & tribunis suis convocatis graviter edicit, ne avum Imperatorem, vel manu, vel vllo contumelioso dicto violarent, nec quemquam prorsus omnium*: Hæc Nicephorus: vt verax inveniatur S. Germanus centies à nobis repetitus. *Nullus est, qui salvus fiat, nisi per te, ò sanctissima! Nullus, qui liberetur à malis, nisi per te, ò purissima!*

Ad fælicitatem itidem Guilielmi Comitis Rarisberiensis in Deiparā propensi referri debet, ex Abrahamo Bzovio ad annum 1226. *quòd à fœda tempestate fuerit servatus apparēte*

in ſummo navis malo cereo accenſo, cò quod in Virginis honorem celerit redditus pro eo cereo, qui tempore Miſſæ de B. Virgine cottidie arderet in templo.

Placet iis addere in relatione novæ Fraciæ in miſsione Huronica cap. 3. fieri mentionem cuiuſdam Huronis in Deiparam devoti, *à qua quidquid poſtulaverat abundè eſſet conſecutus: qua gratitudine motus dicebat cuidà Patri Societatis in ea Miſsione egregiè laboranti. Poſtulanti mihi conceſsit liberari à Hieroqueis hoſtibus perfidiſsimis, conceſsit tot filios, quos (ante Deiparæ devotionem) morte ante amiſsi fuerant, conceſsit domeſticos gaudere ſanitate mentis, & corporis: conceſsit parientiam in malis meis, continuiſque doloribus; conceſsit terrenarũ rerum nauſeam; conceſsit valetudinem ijs pro quibus interceſsi, & ſimilia multa.*

Video ad minutam ſortem pertinere, quod ſequitur; ſed quod plura eiuſmodi cottidie eveniant, non fuerit prætermittendum. In annuis Collegii Parmenſis anno 1606. ſic habetur. *Quidam in communi ſodalitii Virginis oblatione, cum ſui victor egregius plus etiam contuliſſet, quam ſtatuiſſet, quamque præſens eius neceſsitas ferre videretur, Deiparam expertus eſt erga ſe liberaliſsimã: paucis enim interiectis diebus centuplum recepit in pecunia numerata ab vno, qui diceret, eam ſe illi debere, cuius tamen ille nullo ſe pacto creditorem agnoſceret.*

Eiuſmodi etiam eſt id, quod ſequitur: ſive, quòd ad res parvi momenti, ſed quæ apud homines magnum momentum habeant, hoſt eſt pecunias pertinent: ſiue, quod velut paradigma ſit multorum eventum ſimilium: Rem ergo refert P. Bohuslaus Bovinus in hiſtoria Montis Sancti lib. 5. cap. 8. hunc in modum: *Mirabilis eſt de pecunia perdita, & recepta narratio. Generoſus D. Adamus Zabors Ky, à quo plura beneficia Mons Sanctus habet Anno 1656. in Autumno, cum iter neceſſarium ingreſſus eſſet ſaccum quemdam, cui centum ſexaginta Miſnenſe incluſerat, in currum iniecit. Neſcio quo caſu nemine ſentiente currus ſaccus excutitur, itinere plurimo confecto ſaccum circumſpicit, nihil videt, quæritur fruſtra, inopinato terrore percuſſus quid ageret? iubet verti currum, & iter omnes ſemulos ſecum equis concitatis relegere, ſolliciti amiſſa pecunia quæritur, peritur nihil invenitur: longius, ac longius curritur, denique tot ſpatijs locorum percuſsis, iam pecunia deſperabatur, & interhæc S. Montis, & Beatiſsimæ Virginis, vltro ſe offert memoria, ſtatim Beatiſsima Virgo imploratur; illaque pecunia vbi, vbi hæreret à domino commendatur. Via redeuntes per pagũ quendam ducebat. Videt dominus è domo quadam ruſticum hominem quaſi temere, & per otium ſpectantem, ſentit, interius admoneri ſe, vt hunc hominem appellet, & ſi id inane ſtudium videbatur, appellat, rogat, quid ageret? & vbi pecuniam inventam haberet? eſſe ſuam. Ruſticus negare ſibi quidquã cum pecunia negotij fuiſſe: totum hoc negotium ignorari à ſe, nihil vſquam vidiſſe, indignum facinus à ſe exigi, quod non vidiſſet Dominus increpitum, cum neſcio quo impulſu interrogando ſæpius premeret, expreſsit quod volebat: faſſus tandem, & munus petens pecuniam integram repræſentavit. Remunerato illo Dominus, vt decebat Divæ Virgini gratias egit, & ſacello Beatiſsimæ Virginis quinque aureos velut cenſum ex illa ſumma deciſum numeravit.* Hæc ille.

Nec omiſsero quod in annuis Provincia Neapolitanæ anni 1611. de Deipara felicè ſortem piſcatori cuidam dante, ſic refertur: *Navita quidam poſt diuturnum laborem, ne piſciculum quidem ceperat. Ergo confugiens ad Virginem Mariam, ei bilibrem ex cera facem ſpondet, ſi mille pondo ſolitorũ piſcium vno iactu, tracluque exhauriat: tum Virgo magnifica liberaliter vota illius complet; nam quadruplo maiorem, atque ille exoptarat, prædã è mari trahẽdam dedit:* Ita in annuis. Dixeris forſan, minimè faciendum minimum de re minima minimo factum beneficiũ. Sed ego contra dixerim; *in ò vero plurimi faciendum, laudandum, & magnificandum. Tantem cœli, terraque Reginem minimum, & minima quaque in ſui obſequium facta remunerare: Optandum tamen, vt vota potiùs transferamus ad animi bona, & dona ſpiritualia, à Virgine efflagitemus.*

MA-

MARIAM optimam Advocatam, cui sine personarũ acceptione, æqualiter sit cura patrocinandi pro omnibus.

ADNOTAT. XVIII.

1 *Bernar.* EST hic, communis omnium PP. sensus: de Deiparæ benignitate sapienter existimantium: & Bernardus quidem Serm. *in signum magnum*: de ipsa sic ait: *Omnibus omnia facta est; omnibus misericordiæ sinum aperuit; vt de plenitudine eius accipiant vniversi*: ad quem modum Richardus ea verba, Sapientiæ 6. vers. 8. de Deo omnibus providente *pusillum, & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus*, hunc in modum: *Cæteris sanctis lumen suum præbentibus; hæc sine vicissitudine semper æquali radio, quantum in se est cunctis viventibus claritatem effundit. Pro suo enim grege plus potest quilibet Sanctus in curia Altissimi, quã pro alieno Maria verò sicut est omnium Regina, sic & omnium Patrona, & æqualiter quantum in se est, & ei cura de omnibus, sine acceptione personarum, quæ super omnes accepit plenitudinem dignitatis*: & statim: *longè positos illuminat radijs misericordiæ suæ, sed propinquos per specialem devotionem consolationis suavitate: existentes secum in patria excellentia gloriæ: & sic nemo est, qui se abscondat à calore eius*: Hæc ibi Richardus: Cuius sensui consentit; colli imago, cum qua cœlestis sponsus Mariam componit, Cant. 4. vers. 4. *Sicut turris David collum tuum, &c.* Et vero vt hæc similitudo ad Mariæ protectionem ex turris consideratione referatur: notanter in collo significatur, Mariam, non secus, ac collum, quod caput cum membris connectit, vt in illa vitalem vim infundat; Ecclesiæ membra cum capite Christo coniungere vt ipse spiritum, & vitam in illos transfundat: sic id considerante B. Amedæo homil. 2. de *Laud. Virginis* hunc in modum: *In collo, quod cæteris membris eminet, & vitalem gratiam capitis artubus subministrat, aptitudo Mariæ exprimitur, quæ præsidens membris Ecclesiæ caput suum connectit corpori, quia Christum coniungit Ecclesiæ, & vitam, quam primo loco suscipit, reliquis membris infundit*: Pergit reddens rationem: *Decebat enim, vt sicut per fœminam mors, sic per fœminam vita intraret in orbem terrarum, & sicut in Eva omnes moriebantur: ita in Maria omnes resurgerent: illa malè credula verbis serpentis mortis venenum miscuerat; hæc conterens caput serpentis antidotum vitæ cunctis ministravit, vt mortem occideret, & vitam repararet*. Hactenus Amedæus. Preme verò denuò colli imaginem, caput connectente; cum omnibus corporis membris à planta pedis vsque ad verticem; quin vllum omnino sit, quod vitali spiritu frustretur: omnibus omninò hominibus sinum misericordiæ suæ Maria aperiente cunctisque fauente, fouente, & spiritum, & vitam infundente, & pro cunctis simul; & pro vnoquoque singillatim, *ab eo qui sedet super sedẽ gloriosam vsque ad humiliatum in terra, & cinere, ab eo, qui vtitur hyacintho, & portat coronam, vsque ad eum, qui operitur lino crudo*, Ecclesiastici 40. vers. 4. Quo quidem in loco; dum Mariam ad Filium pro paupercul is; & miseris peccatoribus preces fundentem contemplor; vicissim eidem Filium respondentem videre mihi videor: *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui*, Cant. 4 vers. 9. tantum non dicẽs: Nullus omninò est in filijs, & seruis tuis, quantumvis videatur despicatissimus, vt colli pilus; quem ego ob tuã intercessionem peculiari dilectione non persequar: ita hæc verba capiente, & transferente Paraphraste Caldæo cum legit: *Infixus est in tabula cordis mei amor tuus soror mea sponsa: infixa est in tabula cordis mei dilectio minimi filiorum tuorum*: Pulchrè omninò tota cordis Dei tabula excipiẽte Domino minimum Filiorũ Mariæ, quod ipsa de minimis, non minimum, sed maximè curet.

Amedæ. Cant. 4. v. 4. Ecel. 40 v. 4. Cant. 4. v. 9. Paraphr. Cald.

Imò verò, si attendis singillatim Maria Advocata pusillorum, & Patrona miserorum est: Nam ei dereli-

2

ctus

ctus est pauper: orphano ipsa est adiutrix, ita quidem à Salomone Deipara inducitur: *Quando Deus appendebat fundamenta terræ, cum eo cuncta componens*, Prov. 8. vers. 30. Quibus verbis multiplex inest ab Hebræis Codicibus, & Græcis Lectio: Nam LXX. reddunt: *Eram penes ipsum disponens omnia*: Caldhæus verò, & Symmachus: *Eram in latere eius nutrita*: Hebræa verò translatio Pagnini, & aliorum: *Ego eram prope ipsum quasi nutrix*: Et verò dum hic locus de Deipara ab omnibus accipitur: expendo posteriores translationes, vt videlicet, dũ Chaldæus, & Symmachus: Mariam à latere Dei nutritam faciunt id perinde sit, ac ipsam, gratia plenam esse, in qua thesauri gratiarum, & donorum Dei sint reconditi: Cum autem in Hebræis originibus dicitur ipsam prope Deum nutricem exsistere omninò significetur Mariã harũ gratiarum, & misericordiarum Dei esse Aquæductum, per quem Divinitatis scaturigo, & miserationum rivuli ad humanum genus perveniant, *vt si quid spei in nobis; si quid gratiæ, si quid salutis ab ea noverimus redundare, quæ ascẽdit delitijs affluens*: vt dicebat Bernardus: Iam verò observa nutricis imagem; quæ primariò refertur ad infantium, & parvulorum nutrimentum, & sustentationem; quasi Virgo, quæ omnium curam gerit; parvulorum, & miserorum signatè nutrix, & Advocata sit, vt ipsis humana ope destitutis, tam in animæ, quàm in corporis necessitatibus adiutricem manum præbeat, nam vt benè Regem admonebat Seneca lib. 1. de clementia cap. 11. in superioribus adductus: *Nemo Regi, tam vilis sit, vt illum perire non sentiat; qualiscumque pars imperij est*: ita Deiparæ nemo vilis est; nemo non eius curæ est, cum qualiscumque pars imperij eius sit: ac proinde nemo *se abscondat à calore eius.*

Prov. 8. v. 30. Hebr. Lect. Græca. LXX. Pagnin. Bernar. Seneca.

3 Ambro.

Porrò cælestia luminaria inde quidem ab Ambrosio signatè commendãtur, quod omnibus indiscriminatim luceant, ab omnibus generaliter spectentur, & cunctis prosint: audi illum lib. 6. Hexameron: *Non hæc magna comparatione, sed munere, quia in quacumque parte fuerint cæli, illuminantur omnia, & æquè spectantur à cunctis, vt ea tanquam suis tantum regionibus immorari, & suis tantum adesse, & lucere singuli populi credant. Solis radius nulli propinquior, nulli longinquior est: Lunæ globus æqualis est omnibus. Similis Sol, & Indis, & Britannis eodem momento videtur, cum oritur, nec cum vergit in occasum minor apparet Orientalibus, quam Occidentalibus*: Hæc Ambrosius. Quæ ad Christum, & Mariam; vera, & clarissima mundi lumina ex frequentissima PP. sententia in hunc sensum referenda sunt; & de Christo Domino, sic sub eius nomine prænunciavit Ieremias cap. 31. v. 34. *Omnes enim cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum, ait Dominus*, & statim: *Hæc dicit Dominus, qui dat Solem in lumine diei*: ex Solis imagine beneficam in omnes naturam suam commonstrans, sic inibi in Catena Græca observante Chrisostomo: *Sicut Sol hic, non magnis tantum, sed & parvulis splendet; sic & iustitiæ Sol parvorum, grandium, servorum, liberorum, Principum, subditorum, Regum, privatorum, infantium; senum, omnium denique animos lumine cognitionis illustravit*: Sic Chrysostomus: Id quod signatè ad Deiparam, sic retulit Richard. à S. Laur. lib. 7. de Laud. Virginis ex verbis, Sapientia 6 vers. 8. æqualiter est illi cura de omnibus hũc in modum: *Æqualiter, ideſt, communicatiuè*: est ei cura de omnibus: *Sicut enim non est personarum acceptio apud Deum, Roman. 2. sic nec apud Mariam: siquidem propter Solis huius absentiam tenebras patimur ignorantiæ, frigus, & gelicidium malitiæ corporis, & accidiæ, splendorem verò cognitionis, & fervorem dilectionis ex eius propinquitate vendicamus.* Sic Richardus. Vnde Bernardus, sive germanus; sive putatus ser. 4. super Salve Regina, inquit: *Omnino necessariè vultum quidem tuum: ô Virgo Dei genitrix deprecabuntur omnes divites plebis, quantò magis pauperes plebis, multò magis egenus, & pauper opprobrium hominum, & abiectio plebis, tibi dixit cor meum vultum tuum, Domina, requiram.*

Ier. 31 v. 34. Rich. à S. Laur. Sap. 6. v. 8. Bernar.

Vnde rursum idem Bernardus notanter Deiparam omnibus debitricem factam asserit: Etenim sermone de verbis Apocalypsis, sic ait: *Denique omnibus omnia facta est, sapientibus, & in-*

inſipientibus copioſiſsima charitate debitricem ſe fecit, omnibus miſericordiæ ſinum aperuit, vt de plenitudine eius accipiant vniverſi, captiuus redemptionem, æger curationem, triſtis conſolationem, peccator veniam, iuſtus gratia: Sed quare ipſa ſponte, & ex benignitate omnibus ſubveniens debitrix dicatur. Occurrit interrogationi Angelus ipſam ſalutans: & arcano ſenſu huius debiti admonens, cum ait: *Inveniſti gratiam apud Dominum*, Lucæ 1. verſ. 30. Nimirum, vt acutè obſervavit Hugo Cardin. *Non dixit Angelus habuiſti gratiam apud Dominum, ſed inveniſti, quia res habita, vt propria cuſtoditur: res inventa reſtituitur illis, qui amiſerant, quia igitur non ſibi ſoli retentura erat gratiam, ſed omnibus, qui eam amiſerant reſtitura: ideò dixit Angelus inveniſti*: Hæc ille: Benè omninò, vt primum videris, Deiparam, nunquam gratia caruiſſe; nec ſibi inveniſſe, ſed nobis, *nam omnes peccaverunt, & egent gloria Dei*, ad Roman. 3. verſ. 23. Deinde; vt poſsimus iure quodammodo agere cum Deipara, vt gratiam nobis à Filio conſequatur; ſicut cum inventore rei, quam perdidimus iure agimus, vt nobis eam reddat: Ergo omnibus omninò Maria facta eſt; æqualiter debitrix; æqualiter eſt illi cura de omnibus, quin nemo ſit, qui ſe abſcondat à calore eius.

Enim verò de Dei Filio notanter dictum eſt ab Iſaia 9. verſ. 6. *Vocabitur nomen eius Admirabilis conſiliarius*: pro quibus LXX. repoſuere: *Magni conſilij Angelus*: & Cyprianus lib. teſtimoniorum: *Magnæ cogitationis nuncius*: Quod ſi velis ſcire, quò iverit magnum hoc conſilium, magnavè cogitatio? Dixerim; vt, qui olim tantum *in Iudæa notus erat, & in Iſrael magnum nomen eius*, Pſalm. 75. verſ. 1. iam non vni populo, ſed omnibus vndequaque gentibus innoteſceret, & cunctis hominibus dona ſua cum ſui cognitione largiretur, ſic capiente hanc appellationem Damaſceno orat. 1. de Nativitate Virginis, dum ait: *Vocatur Magni conſilij Angelus: hoc eſt, ſalutis totius mundi Angelus*: quaſi hæc Angeli appellatio; quæ Dei quidem maieſtate inferior eſt, non in gratijs, ſed cū peculiari alluſione facta fuerit ad Angelum illum, qui cottanis præfinito tempore ad probaticam piſcinam ingenti languentium multitudine circumvallatam deſcendebat; vt omnium vni omninò ſanitatem conferret: ſic enim Ioannes 5. verſ. 2. *Eſt autem Ieroſolymis Probatica piſcina, quæ cognominatur Hebraicè Bethſaida quinque porticus habens: in his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum ſpectantium aquæ motum. Angelus autem Domini deſcendebat ſecundum tempus in piſcinam, & movebatur aqua, & qui prior deſcendiſſet in piſcinam, poſt motionem aquæ ſanus fiebat*: Sanè vt Dei Filius, quà magni conſilij Angelus ab hoc Angelo in piſcinam deſcendente ſeſe diſcriminaret, quod vt hic vni tantum; ita ille omnibus, omnibus languidis, & medicina egētibus ſalutē afferat. Quod enim maius Principis conſilium? quæ excelſior fuerit cogitatio, quàm non in vnum, aut alterū, ſed in omnes ſibi ſubditos benignitatem, & munificētiam impertiri? quin aliquis ſuæ beneficentiæ exors ſit? proprium enim Divinitatis: proprium regiæ dignitatis, & excelſæ fortunæ, ideſt: ſic enim dicebat Rex Theodoricus apud Caſſiodorum lib. 2. variar. *Sub imperio boni Principis omnium debet fortuna proficere*, & ad rem Tertullian. lib. adverſ. Iudæos cap. 7. de Chriſto Domino. *Non Regis apud illum maior gratia: nō barbari alicuius imperioſi lætitia, non dignitatū, aut natalium cuiuſquam diſcreta merita: omnibus æqualis: omnibus Rex: omnibus iudex: omnibus Deus, & Dominus eſt.* Quam quidem egregiam Piſcinæ mutationem, vt pro vno omnes omninò homines complecteretur: pulchrè ad Deiparam retulit Damaſcenus orat. 1. de Nativitate Virg. hunc in modum: *Olim quidem Probatica cottanis Angelum Dei excipiens aquam turbantem, atque vnum dumtaxat valetudini reſtituentem: nunc autem cœleſtium virtutum copioſiſsimū agmen habens Dei genitricem nobiſcum laudantium: illam inquam miraculorum abyſſum; illum vniverſo Orbi medicinam afferentem fontem*: Hæc Damaſcenus: opportunè id: *Vniverſo orbi medicinam afferentem fontem*: non vni quidem homini, non vni genti, aut populo, ſed cuncti ſanitatem dantem; & vitæ benedictionibus totum terrarū orbem

Bernar. *Luc. 1. v. 30.* *Hugo.* *Rom. 3. v. 23.* *Iſaia 9. verſ. 6. LXX. Cyprian.* *Pſa. 75. v. 1.* *Damaſ.* *Ioan. 5. v. 2.* *Caſſiod.* *Damaſ.*

irrigantem: vt ad inſtar Filij: non regis apud ipſam maior gratia omnibus æqualis: omnibus Regina: omnibus Domina: omnibus Patrona, & Advocata ſit.

6 Sanè de Petro tabernaculum præfigente in monte Thabor Dei Filio, & dicente: *Bonum eſt nos hìc eſſe, faciamus hìc tria tabernacula: Tibi vnum Moyſi vnum, & Eliæ vnum*, Matth. 17. verſ. 4. optimo merito dictum eſt, *neſciens quid diceret*, Lucæ 9. v. 33. quippè Dei Filium intra anguſtum tabernaculum in mõtis ſolitudine præfixum; quinque tantum hominibus, pervium concludere volebat, cum ipſe, qui Magni Cõſilij Angelus venerat, magna cogitatione, magnoque Conſilio, vt vniverſo terrarum orbi claritatis, & benignitatis ſuæ radios expãderet, in Maria Matre tabernaculum ſuum ponere decreverat; prænunciãte Vate: *In Sole poſuit tabernaculum ſuum*, Pſalm. 18. verſ. 4. in hunc ſenſum inflectentibus hæc verba PP. Damaſcenus orat. 1. de Nativitate, Ildephonſus ſerm. 2. de Aſſumpt. Epiphanius orat. de Laud. Virgin. Philipp. Abbas lib. 6. in Cant. cap. 10. S. Thomas, at id loci, & alij plures: vt à Virginis tabernaculo, & per Virginis merita, & interceſsionẽ omnibus omninò hominibus, ſive grandes ij ſint, ſive parvi; ſive ſervi, ſive liberi, ſive Reges, ſive privati; imò verò, ſive boni, ſive mali, ſive iuſti, ſive iniuſti, divini huius Solis ſplendor faveat, foveatque: audi ſemel, & iterum Bernardum præfato loco de Verb. Apocalypſis Deiparæ aptantem Pſalmi verba: *Nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius*, hunc in modum: *Nimirum ea eſt, quæ velut alterum Solem induit ſibi. Quemadmodum enim ille ſuper bonos, & malos indifferenter oritur, ſic ipſa quoque præterita nõ diſcutit merita, ſed omnibus ſeſe exorabilem, omnibus clementiſsimam præbet, omnium denique neceſsitates ampliſsimo quodam miſeratur affectu.* Hæc Bernardus. Sed & præfato loco Richardus à S. Laurentio premens præfata Domini verba: *Qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos*: ſic loquitur: *Sol dicitur Maria, quaſi ſua omnibus largiens, quia quidquid habet, quantum in ſe eſt, omnibus communicat, & bonis, & malis, vt ei conveniat, quod de Patre dicitur Rom. 8. pro omnibus nobis tradidit Filium ſuum: ſcilicet, volens eum pati*: Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donabit? *Malis enim veniam impetrat, & gratiam: iuſtis verò gratiam impetrat, multiplicat, & conſervat: ideò dicitur* Aurora, *quoad incipientes his, qui in nocte ſunt; ideſt, profunde peccantibus ſtella eſt, & Luna, quaſi Sol verò proficientibus, & perfectis*: Propter hanc communicabilitatem dicitur de Patre, & de hoc Sole. Qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos. Hactenus ex Richardo.

7 Quo etiam ipſe advocat libro 2. de Laudibus Virginis, egregiam Mulieris fortis liberalitatem, de qua Salomon Prov. 31. verſ. 20. *Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem*; vt typus fuerit Deiparæ cunctis fidelibus, quantumvis ij infirmi, & abiectæ ſortis fuerint; faventis, patrocinantis, miſerentis; animas, & corpora curantis: Audi Richardum: qui cum primum induxiſſet Chriſtum ſub perſona Regis Aſſueri Reginæ Eſther, *quæ Mariam figurat*: Quæ eſt petitio tua Eſther, & quod vis fieri? etiamſi dimidium regni mei petieris, impetrabis. Ad quem illa reſpondit: Si inveni gratiam in oculis tuis: da mihi populum meum, pro quo obſecro: *Ecce quomodo Maria poſtulat pro ſervientibus ſibi*: poſt pauca, ſic inquit: *Cum ſit ergo liberaliſsima, & abundans ex dono ſilij omni chariſmate ſpirituali manũ ſuam ſemper aperit inopi, & extendit palmas ad pauperes. Nam ipſa eſt ciſterna Bethelem, iuxtà portã*, 2. *Regum* 23. *Volens omnes tranſeuntes ſatiare, vnde, & clamare non ceſſat.* Tranſite ad me omnes, & à generationibus meis implemini. Hactenus Richardus ibi.

8 eadem locutione lib. 12. inquiens. Nec abs re fuerit huc afferre ſateram illam Divinitatis toties à nobis ad alias cogitationes firmandas libratam, & expenſam; huic verò inſtituto à S. Petro Damiano, pulchrè accommodatam: Nimirum apud Græcos PP. ſignatè verò apud Iobium Monachum lib. 6. de Verbo incarnato cap. 23. *Quod Filius medio occupato loco exactam æqualitatem cum extremis teneat*: de quo latius in ſuperioribus

Matth. 17. v. 4. Luc. 9 v. 33. *Pſa. 18. v. 4. Damaſ. Ildephõ. Epipha. Abbas. S. Tho.* *Bernar.* *Rom. 8.* *Rich. à S. Laur. Prov. 31 v. 20.* *2. Reg. 23.* *S. Petr. Damia.*

bus vidimus. Modo vide, vt ad præsens institutum hoc referat, Damianus serm. 43. vbi cum præmisisset: *Et attende magnum Sacramentum Filius Dei totus, & integer cruciatus est de corde Patris in vterum Mariæ: de vētre Matris in gremium Ecclesiæ. Quantus in Patre, tantus in Virgine: quantus in Virgine, tantus in Ecclesiæ vnitate*: Subijcit post nonnulla: *Vnde, & David in ipsius Divinitatis abyssum immersus, ait*: Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, & *illum in medio maiestatis esse protestans, & nostrum asserens specialiter, qui nostræ mortalitatis induit vestimentū, &c. & est in medio Virginis ipsius vtero substantialiter illapsus, qui medietatem stateræ comprehendit humanæ*: Deus enim Rex noster ante sæcula operatus est salutem in medio terræ: *Colligamus pauca de pluribus, qualiter Salvator medius sit, & medius semper videatur.* Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos: *Ipse non habet nidum, foveam ignorat, angulum nescit: locum illum elegit, vnde pateat omnibus exclusa personarum acceptione.* Hæc Petrus Damianus, qui pergit multis: Ecce Dominū à Virginis vtero factum stateræ trutinam, vt omnibus pateat, omnibus prosit, & æqualiter ipsi sit cura de omnibus: quippè Christus flos de virga Mariæ: audi de ipsa Amedæum hom. 8. cum in cœlū assumptam contēplatur. *Feramus animos* (inquit) *in sublime intuentes diligentissimè, quod virga elegantissima orta de radice Iesse ramorum suorum mirabile extensione sese vbique terrarum expandit, vt dispersos filios Adæ ab æstu, à turbine, & à pluvia, vmbra desiderabili protegeret, fructuque saluberrimo aleret esurientes*: Sic Amedæus, etiã Richardus à S. Laurēr. componit Virginem cum ligno vitæ, quod erat in medio paradisi, Genes. 1. vers. 9. Sed eleganter, & opportunè: S. Sabbas in Menæis 2. Iulij post Ode. 3. Canonis secundi de Virginis veste Constantinopoli asservata: & Ode. 4. in eodem Canone: eum præmisisset: *Fulmina miraculorum, ò Deipara lex te tanquam Horto Voluptatis, seu Paradiso progressa Vniversi Orbis exsatiant sitim, Gratiarum cumulos velut vndas volventia in vtilitatem eorum, qui sincera te Fide honorãt.* Subijcit exhortando: *En igitur copiam Gratiæ inexhaustam! Adeste omnes, & corde puro scaturientes hinc rivos haurite, vt planè Divinos.* Sic Sabbas optimè.

Pſa. 66.

Pſa. 78

Lucæ 9

Amedæ.

Rich. à S. Laur.

Gen. 1. v. 9.

S. Sabb.

EXEMPLA.

QVOD Bernardus sermone de Verbis Apocalypsis signum magnum dicebat Deiparam, cum Sole componens, vt quemadmodum ille super bonos, & malos indifferenter oritur; ita ipsa super bonos, & malos clementiæ suæ radios extēdat: variis, & opportunis exemplis firmandum est, & *sanè nullum omninò, tam vilem esse, quàm ipsa perire non sentiat: quàm qualiscumque ille sit pars imperij, & cura eius est* (*vt alibi diximus*) egregio videris firmatum exēplo à Cæsario Cisterciensi lib. 7. de miraculis cap. 10. de duobus pauperibus in Xenodochio ad mortem ægrotantibus: & quod peius erat, ob gravissima peccata Deo invisis. Quid iam abiectius? vilius? & contemptibilius? excogitaveris, quam pauperes? in Xenodochio proiectos, ægrotus ad mortem, & tandem peccatis obnoxios, & Deo Infensos? & tamen hi, hi inquam Benignissimæ Deiparæ curæ fuerunt: sed ipsum Cæsarium audire, fuerit operæpretium: *Cum duo pauperes* (*inquit*) *collecti essent Parisijs in hospitali, quod situm est ante Deiparæ Oratorium in paradiso, viro cuidam religioso eiusdem hospitalis, ipsa Virgo benignissima, cui cura est de omnibus apparuit dicens, Bone pater vide, vt diligentia, ac custodia adhibeatur illis duobus pauperibus, quia in periculoso statu sunt, & dæmones cū multa solicitudine circūeunt, quomodo eis noceant. Quod cum indicasset Sacerdoti, & ille eos semel, ac secundo ad emendationem conscientiæ hortaretur, nec proficeret: tãdem subiunxit. Miseri: ego novi vos esse in peccatis gravissimis, citoque moriemini, & nisi confessi fueritis, intrabitis gehennam pœnis æternis cruciandis: illi verò territi, & quod credibilius est, precibus beatæ Dei genitricis Mariæ illuminati peccata sua confessi sunt; moreque Christiano decedentes, dæmonibus luctum, & sanctis Angelis gaudium fecerunt in cœlo*: Hæc Cæsa-

Cæſar.

rius

rius, vt videris Beatiſsimam Reginã, cui æquè eſt cura de omnibus, & omnium omninò, tam divitum, quàm pauperum ſalutem procurare; ſedulò annuiſſe illi Bonavẽturæ voto ipſam, ſic in Pſalterio deprecanti: *Recordare Domina pauperum, ac miſerorum, & ſuſtenta eos ope refrigerij ſancti tui.* Bonav.

Iam quid humanius? quam infirmo cuidam molitori apparuiſſe, qui paralyſi vexatus, & ab inviſendo templo Deiparæ eo morbo impeditus, animosè ab ipſa petivit, vt ſe inviſeret in lecto iacentem? Quæ animoſior? & confidentior oratio? ſed humanior, quidem Virginis condeſcẽſus? *Annuit nimirum precibus, circumfuſa præclara luce ſubiens ægroti cubiculum comitantibus permultique Beatis Virginibus, quarum nomina ſingillatim æger momento didicit: Didicit quoque à B. Virgine, non tantum quid faciendum eſſet, & ad quod Altare Virginis deportari deberet, vt ſanus redderetur, ſed præterea multas Belgio imminere clades, pro quibus avertendis excitandi homines eſſent ad pœnitentiam*: Hæc Bremdembrachius lib. 2. ſacrat. collat. cap. 3. & Ioannes Bonifacius lib. 3. de hiſtoria Virginali cap. 3. qui addit *ex virginali promiſſo, non modo perfectam, ſolidamque ſanitatem conſecutum, ſed etiam vitam non malam quidem, in meliorem mutaſſe, templum Virginis frequenter adiſſe, & ſe totum Deiparæ obſequio in poſterum mancipaſſe.*

Sed illud opportunius, quod in noſtris Annuis ad annum 1614. habetur hunc in modum: *Talabricæ quidam ex Societatis Sacerdotibus, dum laborat in miſsione per pagos obviam habet indigenam, à quo invitatur domum ſuam venire adiuturus coniugem ſuam vicinisſimam morti: Ingreſſus domum, invenit humi ſub lodice cubantem apoſtematis toto corpore, & puſtulis plenã, pleniſsimam verò conſolationibus cœleſtibus: Aſſedit Pater in putri ſcabello: cui ægra dixit: Nocte ſuperiore ſe vidiſſe Angelorum Reginam cœleſtibus comitatam, quæ ſibi tota nocte ad auroram vſque adſtiterat in eo ipſo ſcabello, in quo Sacerdos ſedebat collaudarat devotionem ſuam, qua Roſarium cottidie ſolvebat, confeſsionem, Euchariſtiamque recipiebat, labores æquanimiter tolerabat, monuerat, vt cum aliquo de Societate rem certam tractaret, cuius in confeſsione oblita eſſet annis ſuperioribus, itẽ vt perſeveraret, & fore ſibi propitiam. Inter quæ Virginea verba (inquit) cum ægra complecti præ amore Deiparam vellet, ipſa ſubito B. Dei Mater abijt in cœlum permulta pompa eamdem comitante: Hæc ibi. Quid humanius? quid divinius? Subſilire in cœlum ex quovis angulo, licet, dixit Seneca, at ad obſcurum, & ſordidum venire cœlum ipſum, & cœli Reginam maius eſt humana cogitatione.*

Iam Deiparam Sole amictam bonos, & malos, fideles, & infideles protegentem, omnibuſque opem ferente obſerva: & primum apud Turſellinum lib 3. hiſtoriæ Lauretanæ pulchrum factum invenies: eſt huiuſmodi: *Corcutus Baſſa ex attroci in pectore apoſtemate, iamiam moriturus à Chriſtiano quodam ſervo ſuo monetur, promittat ipſi libertatem, & ſe oraturũ Matrem Domini, vt cum à morte, morboque eripiat, multiſque tum exemplis, tum rationibus adiectis, perſuaſus demum promittit ſervo dominus libertatem. Servus ergo de geniculis Deiparam exorat, & ſimul hero perſuadet, vt ſimiliter eamdem deprecetur. Fit oratio; apoſtema ſtatim vomitur, & poſt triduum ſequitur plena curatio, proinde ſervus accipit libertatem. Lauretum mittitur cum donis. Dona fuerunt: mantile egregio opere, ingentes cerei, argenti vis non parva arcus, & pharetra præclara cum ſagittis.*

Sed rurſum benigniſsimam Dominam iterum, atque iterum infidelibus ſuam opem implorantibus ſuccurrentem; vide primum apud Thomam Bozium lib. 9. de ſignis Eccleſiæ cap. 10. vbi de Regulo Æthnico Iuſulæ Cuba, ſic ſcribit: *Cuba Inſula eſt à maioribus, quæ illis in oris circumfluit Oceanus: in ea Regulus quidam adverſus finitimos populos multas eſt victorias cõſecutus, non alia quidem ratione, quàm quod vſus eſt quodam Chriſtiano ſuarum duce copiarum, is autem pergebat in hoſtes gerens in pectore Virginis imaginem laborum ſociam, belli auſpicem, in periculis adiutricem, eaque hoſtes in fugam verſos confeſtim ſuperabat. Cumque diſſenſione inter Indos exorta, præſtantior, ne eſſet, atque potentior Mariæ Dei Matris effigies, an deorum Indicorum ſimulachra, ventum eſſet ad arma, convenit, vt in lata quadam planitie quatuor iuveni-*

bus

bus robustissimis à tergo brachia ligarentur, duoque Mariæ Deiparæ nomine ex parte vna, totidem pro dijs indigetibus ex adversa consisterent: quorum autem manus, & lacerti sponte solverentur, vj victores essent, & pro veritate pugnasse crederentur. Re in hunc modum compositâ spectantibus innumeris, inclamãteque Regulo illo, cui dux Christianus. Ave Maria, *continuò adstitit Matrona mirabili Maiestate, quæ ad suos appropinquans, & virga manus tangens illos repentè dissolvit, & quod valdè mirabile est, vincula ad alteros duos è regione stantes devinciendos, ac denuò constringendos se cunctis videntibus applicarũt. Hoc ita peracto visum est confirmationis causa certamen illud, atque experimentum iterari debere. Repetitur: bini binis opponuntur astricti, iterum Virgo imploratur: iterum apparente Deipara pij iuvenes manicis eximuntur, & impiorum vincula duplicantur:* Concludit Scriptor. *Per vulgatum duplex hoc miraculum Indos, quàm plurimos traduxit ad Christum.*

Deinde verò illud mirandũ, quod Theophylactus Simocrata lib. 5. historiæ cap. 10. refert, de barbaris infidelibus in castris Romanorum militantibus, *qui cum pro symbolo à Christianis, quorũ ipsi partes adiuvabant datum esset,* Ave Maria, Ave Maria, *illud ipsi repetentes egregiã consecuti sunt victoriam:* Sed maiori admiratione dignũ, quod à Bernardino de Bustis bono Auctore, & Virginis valdè studioso par. 12. serm. 1. dicitur *de avicula, quæ cum ex ijs quos audierat dicere,* Ave Maria *salutaria hæc verba didicerat, & repetere soleret; dum malo fato in vngues accipitris cecidisset, & ex more cantilasset* Ave Maria; *ipsa è vestigio ei succurrit, & rapaci ave fugata liberam dimisit:* vt libeat exclamare, si & barbaris, & aviculis, quæ per aërem feruntur Maria sic succurrit, quantò magis suis clientibus opem feret?

Firmat hanc fiduciam haud dissimile portentum à Ioanne Bourdino in Annalibus Andegavẽsibus par. 3. cap. 9 assertum: *Cum Iolanda coniux Regis Siciliæ Ludovici Secundi spaciaretur, auramque caperet, iuxtà Andegavum lepus, quem canes in dumeto absconsus vrgebant, & persequebantur inde propero cursu prosiliens sese in ipsum sinum Reginæ contra vim canum insequentium tutus conicit; fovente, faventeque Regina: simulque rei novitatem mirante: Quare non sine Numinis inspiratione iussit circa dumentum terram effodi, qua effossa, reperta est confestim fornix, ac sub fornice imago B. Virginis puerum suum inter vlnas gestantis, vt argumento esset: tutissimum ab imminentibus periculis in B. Virgine perfugium esse: itidemque vt magnum documentum Regibus, ac potentibus Virgo daret; fovendos, & favendos ab illis esse debere pauperes, & minutos, præsertim cum à potentioribus opprimuntur: inde in cuius miraculi monumentum bona Regina Oratorium extrui præcepit, quod à prædicta sub terram inventione dictum est S. MARIÆ subterraneæ.*

MARIAM adeò omnium Advocatam esse, vt quivis fidelium ipsam, non modo Advocatam nostram, sed singillatim Advocatam meam dicere, & invocare valeat.

ADNOTATIO XIX.

PECVLIARIS quidem, & emphatica, ac propria Pauli ea locutio est, qua Deum, omnium Creatorem, omnium Dominum; omnium Redemptorem; quasi vni sibi vendicans fidenter Deum suum appellare consuevit: Sic namque ad Roman. 1. v. 8. ad Corint. 1. v. 4. ad Philipp. 1. v. 3. ad Philemonem vers. 4. *Gratias ago Deo meo:* & eodem sensu, eodemque dicẽdi modo, ad Galatas 2. v. 20. *Qui dilexit me, & tradidit semetipsum* 1

Rom. 1. v. 8. 1. *Cor.* 1 v. 4. *Philipp.* 1. v. 3. *Philem.* v. 4. *Galat.* 2 v. 20.

pro me: de quo Paulum sic arguit eo in loco Chrysostomus: *Quid facis Paule? dum communia propriè tibi vendicas, quæque pro toto terrarum orbe facta sunt tibi facis peculiaria? Non enim dixisti, qui dilexit nos; sed* qui dilexit me: *at qui Evangelista dixit*: Sic Deus dilexit mundum: *& tu ipse dicis*. Qui proprio filio suo non pepercit, sed tradidit eum pro nobis: *Non igitur pro te, sed pro omnibus: ac rursum*: vt acquireret sibi populum peculiarem: *Quid est ergo, quod hìc dicis?* Hæc Chrysostomus: & verò dum ipse statim pro Paulo respondet: *Inflammatus ipsius desiderio hunc in modum loquitur. Præterea verò declarat, hoc quoque par est esse, vt quisque nostrum, non minus agat gratias Christo, quàm si ob ipsum solum advenisset*: sic omninò accipiendum existimamus, vt velit Paulus Deum erga vnumquemque nostrum, sic prorsus se gerere, ac si ipsi solum esset Deus, & sic eum curare, ac si nullus alius in rerum natura existeret; itidemque eodem miserationis, & charitatis affectu pro vna omninò anima, ac pro omnibus mortem obiisse; quod ipsemet Chrysostomus hom. 34. in Genesim, & lib. de compũctione cordis, sic enucleatius explicat: *Hoc fecit, & Paulus, qui mortem Domini, & Salvatoris nostri, quæ pro vniverso expensa est mũdo sibi soli præstitam dicit, quasi enim se solo loquens ita scribit*. Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. *Hoc autem dicebat. Nò coangustare volens ampliss ima, & per orbem terræ diffusa Christi munera, sed quasi, qui vt diximus pro omnibus se solum indicaret obnoxium*: Hæc omnia Chrysostomus; quæ maximè probavit, & plus plus explicuit Ambrosius lib. 1. *de Iacob, & vita beata* cap. 6. sic premens verba citati Pauli: *Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ*: vt dum singillatim addidit Apostolus illud *omnibus*: singulos generũ intelligeret: sic nãque ille: *Mire addidit etiam* pro nobis omnibus: *Vt ostẽderet, quòd ita omnes diligat, vt dilectissimum sibi filium pro singulis traderet*.

2 Est quidem hæc veri Dei propria, ac germana natura ab Augustino lib. 5. confessionum cap. 11. sic descripta. *O tu bone omnipotens, qui sic curas vnumquemque nostrum velut soli cures, & sic omnes, tanquam singulos curares, & diligeres*: Sub hoc singillatim sensu dicente David, Psal. 15. vers. 5. *Dominus pars hæreditatis meæ*, & Psal. 141. vers. 6. *Tu es spes mea: portio mea in terra viventiũ*: atque ipsomet Domino sensum hunc, locutionẽq; sic probante, Numerorum 18. v. 20. *Ego pars, & hæreditas tua*: magna quidem emphasi, & magnifico sensu, præsertim si in priori loco Vatis expendas voci *Dominus* respondere in Hebræo nomen illud ineffabile Thetragramatõ *Iehova*, quod significat ineffabilem, & incomprehensibilẽ Dei essentiam, quæ omnium omninò bonorum, quæ nec excogitari, nec comprehendi possunt radix, & origo est; vt significet Propheta, Deum Dominum, qui verè est, & in quo, & à quo quidquid in bonis est subsistit: ita ipsi benefaciendo, favendo; & benignitatis suæ tribuendo attendere; ac si sibi soli totus quãtus, quantus est, tanquã pars hæreditaria vni sibi, & non ali debeatur: imò & tanquam sors, quæ iacta alea vni obtigit; observantibus id Athanasio in serm. de *Passione*, & Cyrillo Alex. lib. 11. in Ioan. cap. 32. præfiguratum id in sortitione vestium Christi, Ioan. 19. vers. 24. vt ipse impartibiliter sors vniuscuiusque sit: Prior enim cum dixisset: *Atque ideò etiam nunc à tortoribus eas, quas nos in Adam indueramus pelliceas vestes exuit, vt nos pro ijs Christũ indueremus: atque ea de causa vestimẽta sua dividi finit, vt nos Patris haberemus indivisibile Verbi*: subdit: *Ideòque sortiũtur de tunica, sicut Psalmographus ait Dominus pars hæreditatis meæ*, sic Athanasius, Cyrillus verò de vestibus in quatuor partes divisis, sic ait: *Nam quatuor orbis partes ad salutẽ reductæ indumentum Verbi, id est, carnem eius impartibiliter inter se petitæ sunt: in singulos enim partibiliter transiens Vnigenitus impartibiliter, atque integrè in omnibus est; cum vnus vbique sit nullo modo divisus*.

Subest verò, tam illi locutioni 3 *Dominus pars hæreditatis meæ*, quàm huic, *tu es spes mea, portio mea in terra viventium*; peculiaris epitasis ex persimili modo dicendi, quo vsus est Plinius lib. 2. cap. 7. quod est *de Deo*: nam irridens ibi, tanquam rudes, & væcordes

Chrysos. Ambro. Rom. 8. v. 32. Augusti. Psal. 15 v. 5. Ps 141 v. 6. Num. 18. v. 20. Athan. Cyril. Alex. Ioan. 19 v. 14. Psal. 15 v. 5. Plinius.

des eos, qui adeo anguſtè de Dei magnitudine exiſtimarunt, vt illum tanto negotiorum, & deprecationum oneri imparem credentes, Diuinitatem in plures portiones partirentur; vt vnaquæque peculiari cuiuſvis voto reſpõderet: at enim cum primum dixiſſet: *Innumeros* (deos) *quidẽ credere, atque etiam ex virtutibus, vitijſque hominum, vt Pudicitiam, Concordiam, Mentem, Spem, Honorem, Clementia, Fidem, aut* (vt Democrito placuit) *duos omninò, Pœnam, & Beneficium, maiorem ad ſocordiam accedit*: Subijcit omninò ad rem: *Fragilis, & laborioſa mortalitas in partes iſta digeſsit infirmitatis ſuæ memor, vt portionibus quiſque coleret, quo maximè indigeret*: ita ipſe opportunè præfatis, & *partis*, & *portionis* locutionibus: quaſi cõiurans cum Vate dixerit; fragilis, & infirmi animi invẽtum fuiſſe divinam Maieſtatem proprio, quaſi pede metiri, & de eius magnitudine, tam anguſtè iudicare, vt ad providendum, & ſingulis officijs occurrẽdum in plures illa partes, atque portiones partienda foret, quaſi ipſius immenſitas non valeret vnicuique ſatis eſſe; ac ſi illum tantummodo in rerum natura curaret. Equidem, vt tam ſtultam cogitationem ab hominum mente Dominus deleret: atque vt vnuſquiſque noſſet: ipſum *ſic curare vnumque noſtrum velut ſolum curaret*: accuratiſsima locutione ſemetipſam, ita appellavit: *Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob*: ſingulis Patriarchis nomẽ ſuum notanter præponens; qui potuit ſemel omniũ Deum nominari: planè, vt ſignificaret, adeò peculiares erga eorum quẽlibet providentiã, & curam habere; ac ſi illius pars, & portio eſſet; & cunctas Diuinitatis, & benignitatis ſuæ diuitias in eum ſingulatiter expenderet. Vnde præfata Pauli verba ad Galatas: *Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me*: Sic ſapienter premit Chryſoſtomus. *Neque enim recuſaturus Chriſtus erat, vel ob vnum tantam exhibere diſpenſationẽ, adeò ſingulũ quemque hominem pari charitatis modo diligit, quo diligit orbem vniverſum.* Hæc Chryſoſt.

4 Sumus equidem, tam diffuſè exſpatiati in hoc argumento reſumentes eamet, quæ in epiſt. ad Philipp. cap. 1. verſ. 3. diximus in prædicta verba *Deo meo*, quod hæc omnia ſentiam communem habeant cum materna, & pœne immenſa Mariæ in homines charitate, qua omnes omninò complectens: *Sic vnumquemque noſtrum curat, velut ſolum curaret*: vocante ipſam Bernardo ſerm. 2. de Penteceſte: *Negotium omnium ſæculorũ: ad quam tanquam ad medium reſpiciunt, & qui nos præceſſerunt, & nos qui ſumus, & qui ſequentur*: quod nemo vnquã fuerit; eſt, aut erit, qui ſe abſcondat à calore eius: Ideò notanter *medium* appellat Bernardus quaſi centrum, quod æqualiter omnes lineas reſpicit, & ab eo in circumferentiam diriguntur: vt de ipſa ſub Sapientiæ nomine inquit Salomon, Sapiẽt. 6. verſ. 8. *Puſillum, & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt ei cura de omnibus*: quæ verba ſic de Virgine capit Richardus à S. Laurentio lib. 7. de Laudibus Virginis. *Quia ſine acceptione perſonæ omnibus ſe ei debito modo exponentibus ſe exponit. Æqualiter eſt ei cura de omnibus*: æqualiter, *ideſt, communicativè*. Sic ille: & eodem ductu ſapiens Idiota in prologo lib. de Contemplat. Mariæ, pulchrè, inquit: *Cæteri ſancti iure quodam patrocinij pro ſibi ſpecialiter commiſsis plus poſſunt prodeſſe in curia Altiſsimi, quam pro alienis. Beatiſsima verò Virgo Maria, ſicut eſt omnium Regina, & omnium Patrona, & Advocata, & cura eſt illi de omnibus*: Ita ille: Verum enim verò non ſic cape, Virginem omnium Reginam, & Advocatam eſſe; quemadmodum in humanis Rex, ita eſt totus Reipublicæ, vt non ſit totus cuiuslibet, ſed quod ipſa ita omnium Regina, & Advocata ſit, vt ſit ſingulis tota, apud Patrem, & Filium, vt indidem affirmat (Idiota) vt procuret negotia & petitiones noſtras: ad eum planè modum, quo de Deo dicebat Chryſoſtomus lib. 2. *de Compunctione cordis* ad finem: *Quid intereſt, ſi & alijs præſtitit, cum, quæ tibi præſtita ſunt, ita integra ſint, & ita perfecta, quaſi nulli ali ex ijs aliquod fuerit præſtitum?* Quod ex parabola ovis perditæ, & à paſtore ſollicitè quæſitæ, & cum gaudio inventæ, ita confirmat: *Ideò denique, & illa boni Paſtoris parabola non dicit, quia venit oves multas quærere, ſed vnam; vna namque eſt,*

Bernar. *Sapient. 6. v. 8.* *Rich. à S. Lau.* *Exod. 3. v. 4.* *Idiota.* *Chryſoſt.* *Chryſoſt.*

quasi sic omnibus, quasi vni divina beneficia conferuntur. Ita Chrysostomus sapienter: ad cuius gustum dixisse videtur omninò in hanc rem gentilis Seneca epist. 74. *Stulta mortalitas avaritia possessionem, proprietatemque discernit, nec quidquam suum credit esse, quod publicum est: at ille sapiens nihil iudicat suum magis, quàm quod illi cum humano genere consortium est.* Sic ille, & quidem rectè: cum non minorem singuli ex Sole, fluvio, fonte aliisque eiusmodi rebus commoditatem, voluptatēque percipiant; ac si illorū omninò visibus essent destinatæ. Quod sanè in Virginis patrocinio evenit; cum sic cuilibet fidelium illud præstet, ac si nulli ali esset præstitura. In quam cogitationem primùm advoco Domini verba in cruce, iam iam morituri, quibus in Ioanne totam Ecclesiam Virgini commendavit illis verbis: *Mulier ecce filius tuus*, Ioann. 19. v. 27. Nam *in Ioanne* (inquit S. Bernardinus ser. 55. de Passione, & quotquot hæc verba tractant) *intelligimus animas electorum, quorum per dilectionem Beata Virgo Mater facta est.* Quod si ambigas; cur, Domino Matrē suam; cunctorum fidelium Matrem, & Advocatam constituente, solius Ioannis meminit, vt eius tantum Mater crederetur? Respondet Ioannes Baptista Novarus, quem ob præclarū in Deiparæ studium honoris causa nomino tomo 1. de Eminētia Deiparæ cap. 18. q. 25. fine. *Summā Christi Sapientiam, tali loquendi formula insinuare voluisse, tantæ perfectionis esse maternum B. Virginis amorem in fideles, vt licet omnes, vt filios diligat; ita tamen vnumquemque diligat, ac si solùm illum diligeret, & illius solius Mater esset.* Ita ille: opportunè verbis Pauli dicentis: *Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.*

5 Quo iverit observatio Richardi à S. Laurentio lib. 12. *de Laud. Virgin.* de Virgine pariente Filium suum in via (ita inquit Gregorius Magn. homil. 8. in Evang. *Qui non in parentum domo, sed in via nascitur*) quasi Virgo Mater omnibus omninò transeuntibus per viam offerret, vt singuli quasi suum acciperent: Sic enim ille *Maria fructum suum, quantum in se est, omnibus communicat: quod apparuit, quando Filium suum peperit in via, vt posset ab omni prætereunte capi, & dicerent prætereuntes:* Filius datus est nobis, Isaiæ 9. Hæc Richardus: Quibus subijcienda sunt verba Sapientiæ: *Melior est fructus meus auro, & lapide pretioso*, Prov. 8. v. 19. quæ piè contemplatur S. Bonaventura, Virginem transeuntibus dicere commendans inæstimabile ventris sui fructum, vt eos invitet ad capiendum illum: ita enim ille: *Melior est fructus meus, ideſt, fructus ventris mei, quem ego tanquam meum hominibus offero auro, & lapide pretioso.* Sic Bonavent. Nec obiter omittendum, quod sic salubriter addebat Richardus. *Sed nota, quod non invenitur hic fructus, nisi à transeuntibus, vnde pastoribus, qui dixerunt:* trāseamus vsque Bethleem, *dicitur paulò post*: venerunt festinantes, & invenerunt: sic ille: sed illud his, vt maximè consentaneum; ita & nostro instituto, & pietati in Virginem peropportunum est, quod P. Salazarius excogitavit in ea Domini verba, Psal. 21. v. 10. ad Patrem: *Tu es qui exstraxisti me de vētre, & in te proiectus sum ex vtero*: observans ex Hebræarum vocum vi legenda hæc verba, hunc in modum: *Expositivius factus sum apud te ex vtero Matris meæ* (quod planè magnus hic Auctor ex vi significationis verbi *proiecio* potuit cōfirmare, cum illud apud Comicum dixerit quædam mulier: *Ego proieci eum; alia mulier sustulit*) vt sensus sit: *Ex quo Mater mea in hanc lucem edidit, statim exposuit me. Me, inquam, quem vita sua chariorem habebat, exposuit hominibus, vt ipsi, tanquā expositum filium levarent, & secum auferrent.* Hæc ille, & alia.

Hùc etiam signatè facit; ipsammet Deiparam cum oliva, eaque in cāpis exsistente; sic se cōposuisse, Eccl. 24. v. 29. *Quasi oliva speciosa in campis*: vt nimirum misericordiam, & benignitatē suam omnibus transeuntibus expositam in cāpis nullis parietibus clausam; aut vllis limitibus circumscriptā liberaliter, & libenter offerat: ita id expendente Richardo à S. Laur. lib. 4. de Laud Virginis. *Benè oliva speciosa, ideſt, omnimoda specie spirituali repleta per misericordiam, quæ est virtutum suarum gloria: Vnde de ea dicitur Osee in fine*: Erit quasi oliva gloria eius: In campis, *propter communitatem: nam*

Chrysost. *Seneca.* *Ioan. 19 v. 27. S. Bernardin.* *Prov. 8. v. 19.* *Bonav.* *P. Salaz. Psal. 21. v. 10.* *Plautus* 6 *Eccl. 24. v. 29.* *Rich. à S. Laur. Gregor. Magn.*

misericordia eius, & gratia communis est omnibus invocantibus eam in veritate; quasi dicat cum Filio illud, Ioann 6. vers. 37. Eum qui venit ad me, nõ ejiciam foras. Hæc Richardus mirè probata à B. Agnete Virginis Laudes cũ B. Brigitta conferente: vt in eius revelationibus habetur lib. 5. cap. 30. hunc in modum: *Habuit Maria latitudinem excedentem; hoc est misericordiam. Nam sic pia, & misericors fuit, & est, & maluit omnes tribulationes sufferre, quàm quod animæ non redimerentur: nunc autem coniuncta Filio, non obliviscitur innatæ bonitatis suæ, sed ad omnes exstendit misericordiam suã, etiam ad pessimos, vt sicut Sole illuminantur, & inflammantur cœlestia, & terrestria; sic ex dulcedine Mariæ nullus est, qui non per eam, si petitur, sentiat pietatem:* Hæc ibi. Quibus consonant illa Bonav. in Speculo: *Gratia Mariæ collegit malos, impinguat bonos, & liberat vniversos:* & hæc. S. Petri Damiani opusc. 33. cap. 4. *Flecte rebellem; suscipe contumacem, nec tua pietas respuat delinquentem.* Planè, vt nemo sit, qui se abscondat à calore eius.

Iam verò, vt præced. adnotatione vidimus, quàm tenera, & efficaci affectione suscipiat Dei Filius preces & vota Matris suæ orantis pro quolibet, vel minimo, & despicatissimo servorum suorum illis in verbis, Cantic. 4. vers. 9. *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui*: pro quibus Paraphrastes Caldæus reponebat: *Infixus est in tabula cordis mei amor tuus soror mea sponsa: infixus est in tabula cordis mei dilectio minimi filiorum tuorũ.* Modo, vt videris reciprocantem dilectionis æstum inter Filium, & Matrem clientes suos protegentes: audi attentius; quid ipsemet sponsus de intimo affectu, quo minimum quemque è suis prosequatur, in extremo magni iudicij die se fore dicturũ prænunciet: & enim cum præmia æternæ vitæ iustis distribueret eorum merita recensens, sic dicebat: *Esurivi, & dedistis mihi manducare: sitivi, & dedistis mihi potum: hospes eram, & collegistis me: nudus, & cooperuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me:* & verò cum iusti eidem Domino objicerent: *Domine quando te vidimus esurientem, & pavimus te, sitientem, & dedimus tibi potum, &c.* ipse absolutissimè respondit. *Amen dico vobis; quamdiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis mihi fecistis,* Matthæi 25. à versu 35. vt meritò, & acutè dixerit Salvianus Massiliensis lib. 4. de Providentia, Christum Dominum in omnibus omninò egentibus egere: audi illum plenè de hoc argumento, sic disserentem: *Vbi ergo sunt illi, qui dicunt Dominum nostrum Iesum Christum officio nostrorum munerum non egere: Ecce, & esurire se pariter, & sitire, & algere commemorat. Respondeat quilibet horum, si non eget, quo esurire se queritur? Si non eget, qui se sitire testatur. Ecce plus addo aliquid, Christum, non solum egere cum cæteris, sed plus multò egere, quàm cæteros; in omni enim pauperum numero, non est vniversorum omniũ vna paupertas: sunt enim quidam quibus & si vestimenta desunt, alimenta non desunt; multi sunt hospites egentes, vestibus non egentes multi domo carentes, sed non substantia: sunt denique quibus & si multa, non desunt omnia; Christus tantummodo solus est, cui nihil est, quod in omni humano genere non desit. Nullus servorum suorum exsulat, nullus frigore, aut nuditate torquetur, cum quo ille non algeat; solus cum esurientibus esurit; solus cum sitientibus sitit, & ideò quantum ad pietatem illius pertinet, plus cæteris eget: omnis enim egestuosus pro se tantum, & in se eget; solus tantummodo Christus est, qui omnium pauperum vniversitate mendicet.* Sic Salvianus. Audis? omnium hominum necessitates singillatim enumeratas, & Christo in suis servis attributas: pende iam Deiparam cunctis vndequaque succurrentem: quis namque indigentium, esurientium, sitientium, aut infirmorum ad Deiparam confugit; qui ab ipsa omnem opem, & solatium non acceperit? *Si Beata Maria* (inquit Bernard. serm. 2. in Dominica prima post Epiphaniam) *piè à nobis pulsata fuerit, non deerit necessitati nostræ, quoniam misericors est, & misericordiæ mater*: Sed cum serm. de Verbis Apocalypsis dixit de ipsa: *Copiosissimæ charitate debitricem se fecit*; & iterum ambigis, qua ratione Deipara sponte succurrens debitrix dici possit?

Ioan. 6. v. 37.
S. Brig.
Bonav.
Pet. Damian.
7
Cant. 4. v. 9.
Caldæus
Matth. 25. v. 35.
Salvia.
Bernar.

denuo reſponderi poteſt; inde debitricem factam; quod ijdemmet, quibus præbet auxiliarē manum ſub protectione Filij ſui ſint, & ipſe ſibi factum ducat, quod illis fiet: reciprocāte, videlicet, Matris, & Filij charitatis æſtu, quod invicem, vel minimum quemque ſervorum ſuorum in tabula cordis habeant infixum, vt foveāt, & faveant, & in cunctis anguſtijs, & neceſsitatibus protegant: ſingillatim verò de Deipara dicente S. Sabba in Menæis in ſuperioribus adducto: *Spes deſperatorum, omnium afflictorum lætitia; iniquè oppreſſorum Patrona; ſuſtentatio pauperum: exſulantium conſolatio: in fluctibus laborantium Portus: imbecillium robur: in laboris æſtu confectorum vmbraculum: Auxilium baculuſque cæcorum eſſe conſueviſti, ò Altiſsimi Dei Mater!*

S. Sabb.

EXEMPLA.

VIDERE eſt operæpretium reciprocum Deiparæ affectum, quo Filij ſui miſericordem ſenſum minimos quoſcumque Virginis devotos amplectentis, & in tabula cordis ſui infigētis; cunctos Chriſti fideles quātumvis parvuli, & deſpicatiſsimi ſint fovet, & favet, & donis gratię ſuæ cumulat; itidemque à periculis vitæ liberat: Qua quidem in re iuvat in primis afferre, quod de Sancto Hermano Virginis ſtudioſiſsimo refert in eius vita Laurentius Surius tomo 7. & ab eo P. Petrus Sanctius in lib. de Regno Dei lib. 4. cap. 11. num. 95. quod eſt ciuſmodi: *Hermanus adhuc puerulus primordia affectus in Deiparam habens, Eccleſiam, & Altare, in quo ipſa Virgo cum Sanctiſsimo puero Ieſu colebatur, frequentius adibat, nec omninò vacuus in conſpectu eius apparebat; quippè pomum, quod illi pro tentaculo mater cottidie dabat; ipſe puero Ieſu libens offerebat: tantus, ſcilicet, eius candor, tantus devotionis ardor erat. Sed enim cum ille diſruptos haberet præ parentum inopia calceos Divina Virgo, omnium cæleſtium ſpirituum; hominumque laudibus celebranda, ei aliquando dixit: Eia mi puer, ecce infra illum lapidem argenti fruſtum eſt, tolle illud, & eme calceos; volo enim ego, vt meis ſumptibus benè calceatus incedas: Ad quem etiam modum, non ſemel Sanctiſsima Virgo Hermano in neceſsitatibus ſuccurrebat: dixeris. O miram Matris dulcedinem! Ego verò, ò excelſiſsimam Reginæ magnitudinem Deo ſimillimam, qui humilia reſpicit in cœlo, & in terra: Ita ne cœlorum Reginæ de calceis pueruli diſruptis curæ fuit?*

Sed perge, & devotam pueri ſimplicitatem, & magnanimā Virginis erga illum providentiam, tenerrimūque patrocinium obſervemus. *Erat in illo Altari ſimul cum B. Virgine, & divino puero Ieſu depictus ſanctus infans Ioannes Baptiſta, velut cum puero Ieſu ludens; cumque Hermanus vtrumque attentiùs conſpexiſſet, & in admirationem raperetur; ei Deipara dixiſſe fertur: Vis, & tu cum meis infantibus ludere: & cum ipſe lætitia plenus annuiſſet; benigniſsima Domina manum ei porrexit, vt in altum elevatus, & in aëre ſublimis cum divinis infantibus per horam luderet. Quid benignius? quid humanius? quid Deiparæ ſuavitate dignius? At, malum, Hermano domum redeunte, repente corruit, & duo illi evulſi ſunt dentes: ſed ipſi multo cum fletu eos in manu ferenti materno affectu Deipara occurrit, & blande leniens dolorem, divina manu dētes accipiens in locum ſuum reſtituens firmiſsimè infixit omni doloris ſenſu amato: ſed & cum aliquādo Hermanus ægrotaret, à ſciſſa ſanguinis vena ligatura excidiſſet, Virgo beatiſsima ægro apparuit, & manibus illis plenis hyacinthis venam circumligavit: Audis? Deiparam minimis faventem; foventem, curantem?*

Pueri huius in Virginis ſtudio ardoris, & ſimplicitatis; itidemque Deiparæ benignitati cōcinit perſimile exemplum de devotiſsima puella, quod Thomas Cantipatranus lib. 1. Apū par. 2. ſic refert. *Puella fuit quædam filia viri pauperrimi, quæ vix ſeptennis cum miro interius fervore ſpiritus traheretur; rogavit patrem cum lachrymis, vt ſibi Pſalterium compararet, quod caro tunc emebatur, quia ars impreſſoria inventa non erat: cui pater. Vnde, inquit, filia Pſalterium comparabo, qui vix tibi cottidie panem lucrari ſufficio: Mox illa converſa ſuppliciter ad Matrem Chriſti ſic oravit. O Beata Maria Mater Chriſti! da mihi Pſalterium,*

Thomas Cantip.

quod

quod pater dare mihi non potest, & ero perpetuò ancilla tua. In hac ergo simplicitatis prece perseveravit illa per annũ; & ecce in somnis apparuit ei B. Virgo Maria, ferens, vt ei videbatur, in manu duo psalteria, & dicens ei: Accipe, nunc filia mea ex duobus quodcumque elegeris. Nec mora: vbi cum maximo tripudio elegit vnum, Disparente B. Virgine puella de somnis evigilans, nihil invenit in manibus suis; & illusam se querens à Matre Christi, flere cœpit vberrimè, quod vt audivit pater, irrisit filiæ, & consolans eam. Vade, inquit, tantùm diebus Dominicis, & festivis ad magistram, quæ filias divitum psalterium docet, vt primum discas legere, & posteà B. Maria psalterium forsitan procurabit. Mira res! Quod vbi puella simpliciter accepit ad magistram, quæ divitum filias docebat, venit, psalterium inspexit, & legit, & sic B. Maria multò mirabilius promissum suæ dignationis implevit. Quod vt viderunt honestæ, & divites matronæ parochiæ, emerunt psalterium puellæ, & sequenti tempore, cum eam in Christi servitio alacrem cernerent, & devotam, eidem iuxtà Ecclesiam cellulam pro Recluſorio locaverunt, in quo inclusa manebat, & lorica ferrea ad carnem induta asperrimam vitam in orationibus agebat.

Præfatæ puellæ egregiam adiungit Sociam in acceptis à Deipara beneficijs alteram puellam nomine Mussam B. Gregorius Magnus lib. 4. dialogorũ cap. 17. & ab eo Bonifac. Noster de historia Virginali lib. 4. cap. 20. *Huic namque nuces, ac ludos ætate proprios adamanti nocturno in silentio, Sacrata se Dei mater ostendit, multis Virginibus comitata, quæ Virgines Musæ ætatem, atque annos æquare videbantur. Earum & aspectu, atque splendore magnopere Musa lætatur, & gestit illisque se libenter aggregasset, studium tamen, & cupiditatem præpudore celabat. Mulierculam peramanter Deipara rogat, vellet ne in illo esse gynecæo, sibique vna cum cæteris famulari, cũ Mussa se, & velle, & cupere respondisset: at qui Dei Mater ait: ista si expetis, & ad tale tantumque munus aspiras, mutandi tibi mores sunt, & præclaræ cuiusdam matronæ gravitas adhibenda. A risu, iocis, ludo, atque ab omni levitate puellari te oportet abstinere; sic enim fiet, vt emenso triginta dierum spatio, & his ipsis puellis pulcherrimis adiungaris, & inter meas pedisequas, & administras numereris. Quæ à Virgine imperata erant, atque præscripta cœlestis Parnasi hæc Mussa diligenter exsequitur, atque ita se in omnibus gerit, vt non puella prope infans, sed maturæ, provectæque ætatis fœmina esse videretur, in cuius mores impudentia, levitasque non cadit. Mussæ parentes insolita, & repentina filiolæ mutatione primum obstupefacti, cum ex ore puellæ, quod acciderat, audivissent filiæ vltra annos se moderanti, & quasi suum cursum transcurrenti obsequendum potiùs, quàm repugnãdum putaverunt. Dictorum fidem eò certiorem arbitrati, quod trigesimo ipso die consecuta filiæ mors visionem haud inanem fuisse demonstrabat. Morituræ Deipara iterum, vt promisit apparet formosissimis, vt antea septa Virginibus, & Mussam venire iubet: puella & si mortis vicinitate oppressa, oculos tamen ad divinæ Matris imperiũ verecundè, pudenterque demisit, ac cœlesti se vocanti Reginæ respondet: En Domina sequor. Qua voce emisit Spiritum, & ex virgineo corpore cum Sanctis Virginibus in cœlesti choro futura, & Christi, atque eius laudatissimæ Matris laudes, & præconia perpetuo contatura migravit.*

Est etiam pulchrum illud, quod à Philippo à Labbe in Bibliotecha tomo 1. pag. 65. refertur, *de puerulo pauperis mulieris, quæ cum oraret ad Virginis imaginem ipse puero Iesu, qui in sinu Virginis erat porrigens panem dicebat: infans comede; comede: Cumque sæpius in casum iterasset, flere cœpit. Mira res! flenti imago pueri Iesu locuta est. Post tertium diem tecum epulabor. Quæ vox, & mulierem, & alios perculit, qui auctores fuerunt, vt infans in Ecclesia retineretur triduo: post quod facies eius splendescere insolitò cœpit; quo in splendore exspiravit, vt ad divinas epulas fœliciter perveniret.*

Nec minus admirabile, quod liber Reductio Martyrum cap. 23 habet: de quinqueni puella his verbis: *Hanc Rosarij globulos evolvere solitam in vlnas suas Deipara accepit, & cum parvulo Iesu alterum lævo, alterum dextro brachio deferens canticum quoddam edocuit in catechismo quidem cantari solitum, sed ab ipsa puella adhuc penitus in-*

cog-

cognitum, amicèque blandiens Iesum obtulit oscalandum summo gaudio exhilarans. Quin etiam post cœlestes has delitias diu à parentibus conquisitam, nusquam tota Reductione repertam, ablatam quidem vidente iuniore sorore, sed retentam ad plurimam noctem, tandem Virgo revexit, & intra fores paterni hospitij, sicut assolet de nocte, clausi, & obturati, non sine aliquo subtilitatis dono relatam exhibuit. Erat tunc Deipara, cum abstulit puellam regia insignis specie, veste cãdida, aureo supra caput diademate; imò ea vultus, habitusque similitudine, qualem posteà vidit imaginem Virginis eadẽ puella ad Virginis Altare per Patrem de Societate, non multo post spatio adducta: Hæc ibi.

His addimus aliqua valdè iucunda, quæ pietatem accendunt, & primum, quod in historia B. Virginis Sãcti Mõtis in Regno Bohemiæ refert P. Bohuslaus Balbinus lib. 4 cap. 13. de puella trienni hisce verbis: *Salomena Veronica puella cum tres tantum annos, & quinque hebdomadas explevisset ætatis Tussi molestissima diu, noctuque vexabatur: totam hyemem pertinax malum tenuit, nec vinci poterat, magis exasperabatur remedijs nigrescebat vultus in tussi, surgebant venæ pectus concuti, & everti videbatur, vt iã cruentam tabem timerent. Puella nocte quadam tussi excusso somno evigilans nemine conscio nutricem suam advocat, rogat cum lachrymis (quantum sinebat dimidia adhuc infantia) vt doceret, venerari se velle Divam in S. Monte, cogebatque vt verba præiret. Cum nutrix cunctaretur, puella id ætatis à nemine docta, cum vix fari integre sciret, hæc verba continenter repetebat, ô Virgo Maria pulchra rogo: Sana me. Experrecta illustrissima Mater audit, & filiolæ pietate incitata imaginẽ Sancto montanam ad lectum affert, eamque conceptis verbis, quas post matrem iterabat puella salutat: vovet posteà mater, se cum prolibus omnibus Divæ offerendis ad S. Montem venturam: Somnus iterum puellam componit, valetudo consecuta votum expletum.*

Iam deinde, ac si hæc vidisset egregius Scriptor Ioannes Rho in libro variæ historiæ de virtutibus lepidam historiolam, sic refert: *Adhuc simplicior nobis offert infans Anna de Almeida à Lusitanis Principibus nata, grauissima postmodum Virgo, & sanctimonialis: Hæc dilapsis, quæ puellam in fenestra ludẽtem, curabant ancillis, in subiectam caveam, in qua miræ magnitudinis leo asservabatur, magno cecidit infortunio: nam & casus in se puellam affligere debuit, parumque leonis intererat, vivam ne, an mortuam voraret. Sed magna Dei Mater devotam sibi, non sine miraculo servavit infantulam: nam vndique accurrentes domestici, ac feræ magister caveam ingressus vident puellam iniecto ad leonis collum Rosario piaculari blandè demulcentem illi iubas, eaque verba ingeminantem audiunt. Leo, ne me comede, quæ olim in Castella Sanctimonialis futura sum: Parebat immanis bellua, & magnum Virginis imperium in clientula venerabatur. Tanti refert Rosarium Deiparæ, scilicet, insigne, vel in manibus habere.*

Etiam festivum, & pro Deiparæ benignitate in omnes diffusa magis opportunum illud, quod vir Apostolicus, & eximiæ Sanctitatis P. Hieronimus Lopezius tota Hispania in Missionibus, & zelo animarum notissimus nobis à se compertum retulit, *de puella pastoritia tantæ in Deiparam pietatis, vt pro Matre ipsam haberet, & singulis diebus coronam recitaret: sed tantæ simplicitatis, vt cum in vertice montis aliquando oves pascens grues volantes illac transeuntes vidisset, credidit se etiam simul, cum illis volare per aerem posse; eaque vana cogitatione ad volandum accincta pedes è rupe, in qua erat ad præcipitium pro volatu exstractis, Deipara quasi mater honorificata blandis amplexibus obviam ivit, & intra gradum continuit: simul temerarij consilij admonens, vt deinceps nosset, quantum inter humanos gressus, & avium volatus esset discriminis.*

Nec minus illustre est, quod narrat Tursellinus lib. 2. historiæ Lauretanæ cap. 13. de septenni quadã puella, quam vocat Alexandram habitante in eo Piceni agri pago, quam nominant Rocham contradam, *cuius devotio inter oves pascendas exercita id promeruit à Virgine, vt spectabili forma apparens per triginta millia passuum ab eo videlicet loco, in quo oves Alexandra pascebat ad ædem Lauretanam mira benignitate eam deduceret, & ingenti perfusam gaudio ex suæ imaginis, suæque de-*

domus aſpectu iterum ad paſcua, non minore ſtudio comitateque reduceret.

Sed tandem pro coronide; non videntur omittenda duo: alterum: peculiari etiam curæ Deiparæ fuiſſe ſeverius aliquando agere, cum irreverentibus pueris; vt inde & illis, & multitudini fidelium pietas, & lætitia accreſceret, vt Buzelinus in annalibus Galloflandiæ, ſic refert. *Duaci cum pueri quidam irreverentius luderent circa Divæ Virginis imaginem, repreſsi ſunt à ludo videntes imaginẽ ſeveriorem diducto digito aſpere comminantem, & puerum Ieſum ex vno, quo cum tenebat brachio, atque ſuſtentabat in alium mutantem. Hinc enim ſtupefacti pueri, procurrentes ad ſuos magnam hominum excivere multitudinem, quæ reddita Divæ Virgini debita veneratione, & cultu, experta eſt cum lætitia B. Deiparæ in ſuis innumeris malis præſentiſsimum auxilium.*

Alterum, quod pro ſingulari Deiparæ in iuniores clientes ſuos benevolentia mire facit; quod in annuis Societatis anni 1613. ſic habetur: *Comberty in iuniorum ſodalium Deiparæ Virginis cætu detineri ſe cauſidicus indignum ſua cõditione credens, ea propter, & haberi ſe negligentius in omnibus, & multa infrequentia nauſeam ſuam declarabat. Quieſcenti in lecto cœlitus oblatum eſt viſum B. Deiparæ in puerorum conventu ſingulos amantiſsimè complectentis vno ipſo neglecto. Quod ſatis fuit, vt culpã ſuam ille, & agnoſceret, & damnaret.*

MARIA optima Advocata; cuius patrocinium, vt pretioſiſsimum; ita minimi comparatur.

ADNOTATIO XX.

1 MARIÆ patrocinium ſalutare; beneficum, liberale, & ad vincendam cauſam efficaciſsimum, illud prætereà ſingillatim maximè cõmendat; quod à forenſium patronorum avara conſuetudine longius eat: quippè illi; iamdiu male audiunt, quod vix Cincinia lege pretium advocationi taxante cohiberi velint: *Nihil publicæ mercis, tam venale*, inquit Cornel. Tacitus lib. 11. Annalium, *quàm Advocatorum perfidia; & foris tabes pretium advocatis affert, quomodo vis morborum medentibus*: acrius verò Petrus Bleſenſis epiſt. 26. eos ſic caſtigat: *Hodie ſoli avaritiæ militant patroni cauſarum; illudque quondam venerabile nomen, & glorioſa profeſsio Advocati, notabili venalitate vileſcit*: Sic ille: Verum illud *Hodie* ſua Bleſenſis tempora videtur reſpicere; nam noſtra puriora ſunt; ſubſiſtitque modo illud venerabile nomen Advocati vt; vt vero id ſit; noſtri modo inſtituti fuerit; commonſtrare è noſtra fælicitate; & è Deiparæ gloria eſſe: patrocinium ſuum, & liberaliter; & quàm minimi præſtare, Advocatum primarium Filium ſuum imitata; de quo Ambroſius lib. de inſtitut. Virginis cap. 13. *Ideò pauper factus eſt Dominus, vt omnes emant*; itidem eodem Ambroſio lib. 3. *de Spiritu Sancto* expendente vilem, & invidioſum Iudæ cogitatum, cum in vnguento à Magdalena effuſo, quod Chriſti ſanguinem prenunciabat, ipſummet Dominum *trecentis denarijs* æſtimavit, Ioan. 12. verſ. 5. vt prætij enormitate homines à fide, qua emitur deterreret. *Carius* (inquit) *æſtimabat Dominici corporis Paſsionem, vt omnes à fide prætij enormitate revocaret: ideòque Dominus gratis ſe obtulit, ne quem revocaret à fide paupertatis neceſsitas*: Ad quem omninò modum Advocata noſtra, & ſpontè, & liberaliter, & minimo prætio accepto patrocinium, & opem ſalutarem præſtaret.

Obſervavimus initio libri primi ex bono Auctore felici fato, ſive ſortè evenire, vt quemcumque Deipara cultui ſuo delegerit locũ; prædulces continùò in eo, & ſalutares innaſcantur aquæ; quod quidem, vt ad vltroneam, & liberaliſsimam Virginis beneficentiã inibi retulimus ex verbis Cypriani, *vt ſpontè Sol radiat fons rigat, &c.* ita modo hanc aquæ imaginem, ſimul referimus ad facilitatem; ſive ad rem nullius pretij, quæ non ſo-

Tacitus. *Bleſen.* *Ambroſ.* *Ioan. 12. v. 5.* *Cyprian.*

lùm facilè, & ſine vlla difficultate bibitur: vt de homine impio ait, Iob 15. verſ. 16. *Bibit ſicut aquam iniquitatē*: ſed etiam ſumma facilitate ſine aliquo ſenſu, aut faſtidio, quaſi nihili conſtet, nihili fiat, effunditur, vt ad cap. 3. epiſt. ad Philipp. verſ. 28. adnot 4. latius diſſeruimus, ideò ſine prece, aut pretio aquam habemus, aquam damus; cum fontis, aut fluvij pretium nullum ſit. Quod planè beneficentiæ, & patrocinij Deiparæ omnino convenit, quod minimi promeretur, & minutiſsimis officijs obnoxium ſe facit: id quod plura exempla planum faciunt.

3 *E quibus illud in primis in memoriam revocandum, quod præcedenti adnotatione ex Laurentio Surio tomo 7. & P. Petro Sáctio in lib. de Regno Dei de S. Hermano Epiſcopo attulimus* in Deiparæ obſequium vix mentis compos, adeò pronus, vt Eccleſiam cottidie ipſam viſitaturus frequentaret, & pomum, quod in prandium à Matre accipiebat, puero Ieſu lætus, & libens dabat: Quod egregium munus cœli, & terræ Regina, cuius Maieſtatem Supremi Spiritus reverentur gratanter accipiebat, & reciproco in puerum affectu impenſum ſibi officium in ijs, quæ ad pueri vſus maximè faciebant pro eius captu perſolvebat: *At enim verò illud non minus mirandum: & pueri pomo peſsimile: exhibitum Deiparæ officium: ſed quod in re maioris momenti à benigniſsima Virgine fuerit repenſum maiori obſervatione dignum, quod P. Franciſcus Bentius in annalibus Societatis de Turca quodam ad Baptiſmum per Deiparā præculto his omninò verbis refert.*

4 Huius converſio quoniam admirabile aliquid habet breviſsimè attingetur: famulus is erat vir nobilis, à quo diu licet, multumque admonitus adduci nunquam potuerat, vt Chriſtianus eſſet. Accidit aliquando, vt ægrotanti domino temporarium Altare cum effigie Deiparæ in cubiculo eſſet locandū. Hanc inſſus Turca revincit læta fronde, herbiſque virentibus. Poſtridie mane herum adit, precaturque, vt ſuſcipere liceat Religionem Chriſtianam: rogatus, vnde novum pectori conſilium? Hæc (inquit) imago, ea cum diceret venerabatur Sanctiſsimam Virginem, affuit

A mihi per totam noctem, blandiſque admonitis, vt fierem Chriſtianus præcepit: & verum fuiſſe viſum docuere lachrymæ, quæ ab ipſo fluebāt, cum ſalutaribus aquis cum ſuſciperet Baptiſmum.

Perſimilis eſt huic hiſtoriæ ea, quam noſtra ætate annis ab hinc vix viginti ex innumeris perſonis, qui præſentes fuerūt, & concordi voce publicam fecerunt, novimus; & diſſerté retulit P. Alfonſus de Andrade in Patrocinio Virginis titulo 17. §. 4. De alio itidem Turca ſervo Domini Octavij de Aragon, nomine Abel, qui Chriſtianæ Religioni adeò erat infenſus, vt non ſolùm cunctis de ea admonitionibus obſtinatiſsimè reſiſteret, ſed etiam quemcumque aliū è ſuis, qui Chriſtianus vellet fieri, & dictis, & minis à propoſito deterrere conabatur, & tamen ipſe, quod mirum eſt, de lampade, quæ ante imaginem pulcherrimam B. Virginis in ſcala Palatij ardebat, adeò erat ſollicitus, vt & cottidie accenderet, & è ſua pecuniola oleum ad fovendum lumen emere curaret: & quod eum ſæpius alij eiuſdem impiæ ſectæ objicerent eam imaginem eſſe Matris Chriſti, quem ille exoſſum habebat; ille quaſi futurorum præſcius ſolebat reſpondere: Ecce pulcherrima eſt hæc fœmina; & quid boni à tam pulchra facie non ſperem? Sanè dictum factum: nam quadam nocte Deipara clariſsimo ſplēdore circumfuſa dormientem Abel inviſit: & proprio nomine compellans: Ecce inquit Abel venio aliquid à te petitura: Quæ es, ò Domina inquit ille; & quid iubes? *Ego ſum reſpondet, Deipara, Chriſti Mater, & rogo te, vt Chriſtianus fias? Ecce adſtat Ioſephus meus ſponſus vas aquæ ferens in ſignum Baptiſmi*: Ad quæ Abel: *ignoſce Domina: non id minimè faciam: aliud impera*: tunc benigniſsima Mater miſericordiæ blanda manu humerum Abel tāgens: *Noli* (inquit) *id dicere Abel: nam Chriſtianus quidem eris*: tunc exclamavit admirabundus Turca; *& quæ eſt inquit hæc manus tua Domina? quæ humerum leviter tangit, & cor ardenter accendit? volo, volo Chriſtianus eſſe*: Nec mora; nam cœleſti viſione è oculis ſublata vix dies illuceſcit, cum Dominum adit, rem narrat; & catechizari, & baptiſmum

ſuſ-

ſuſcipere enixius rogat; nec ſua iam ſalute contentus, qui alios à fide olim avertere conatus eſt modo Catechi ita, & præco fidei factus, quotquot habebat amicos ad Chriſtum allicere curavit; & duodecim ex ijs lucratus, & illi, & ipſe baptiſmi gratiam perceperunt: pro levi lucernæ luce, quam Deiparæ Turca exhibebat lucē ſempiternam accipiens: *Talis, tantaque eſt in retribuendo Mariæ largitas, & benignitas.*

6 Adiungo his, quod Gaſpar Lechnetus in ſuo ſodali Parthenio lib. 3. cap. 8. num. 12. ſic habet. *Leodij pannos lineos commodarat mulier in vſum ſodalij B. Virginis ad aliquot dies. Poſt vſum redhibitos lavandos ſeponit. Cumque videret maritum ſuum graviter decumbere ſpei plena, aliquid per lineos illos pannos clementiſsimam Dei Matrem efficere poſſe, eos ad ignem caleſactos applicat decumbenti merito; qui ſubito, & dolore, & morbo liberatur, ita nihil adeò exiguum eſt, quod non iuvet ſi Virginis honori ſervierit.*

7 Sed illud, & rem auget, & mirificè oſtendit, quam ſit prona, ac facilis ad opem ferendam ſit Virgo, quod Gononus in Chronico Deiparæ anni 1615. de quodam iuvene hæretico, hunc in modum refert. *Turnone morbus iuvenem hæreticum ad mortem rapuit. Nunc fruſtra ad fidem Catholicam revocare omnes ſtudebant, ſed pertinax ſtabat in hæreſi, interrogatus à quopiam. Num aliquando Virginem Deiparam in ſuis malis imploraſſet, negavit: rogatus implorare, renuit, poſt tamen quodammodo coactus; quod nunquam fecerat: ſemel in vita imploravit, & ecce ſe alium eſſe ſenſit, petit confeſſionem, hæreſim deteſtatur, Sacramenta recipit, lætus, & plenus fiduciæ moritur.*

ALIA EXEMPLA: præſartim de Corona Virginis, ſive Roſario.

IAM verò, quæ de Roſarij devotione, & pietate apud B. Alanum, & alios leguntur; huic rei peropportuna ſunt: nam ipſe lib. de ortu, & progreſſu Roſarij hanc in primis de Helena quadam Anglicana, non minus impudicitia, quàm nomine Argivæ illi, quæ fax, & incendium Troiæ fuit perſimili refert hiſtoriam, inquiens: *Mulier quædam fuit ſecundum ſeculi faſtum nobilis genere, ſed ignobilis valdè moribus: ab anno enim duodecimo, vſque ad triceſsimum continuò vacans libidini, cunctarum fuit meretricum exemplum: & quoniam fuit pulchra nimis vniverſos ad ſui trahebat concupiſcentiam, non ſolùm naturaliter, ſed etiam arte magica: Ob hoc habuit tantæ pecuniæ copiam, vt poſſet duobus Comitibus in maximis rebus maximas concedere pecunias, quod verum eſt, etiamſi incredibile videntur. Hæc igitur interemptrix animarum ſimul, & corporum adveniens aliquando ad concionem cauſa trahendi nobiles viros, ac potentes ad ſe, & parum per ſubſiſtens audivit quaſdam laudes Roſarij B. Virginis prædicari: in quibus intellexit, quod ſummum remedium ad converſionem morum, & bonam mortē, atque ad habendum divinas revelationes eſſet hoc Roſarium B. Virginis, &c. itaque hæc compunctа, & ſi non converſa cogitavit operam dare ad Roſarium orandum, non vt converteretur, ſed vt in operibus ſuis magis, ac magis proſperaretur exiens, ergo hæc meretrix nomine Helena, cum ſodalibus ſuis de Eccleſia, caſu reperit virum Roſaria deferentem venalia, à quo vnum emit, & in zona tunicæ inferioris appendit. Tandem paulatim illud cœpit recitare, cum ſibi vacabat: cumque per dies quindecim hoc oraſſet, tanta compunctio in eam venit, & timor iudicij, & mortis, vt ſubſiſtere non valens, nec comedere, nec dormire, ſed ad confeſsionem properare vellet, & confeſſa quidem eſt cum tanto lachrymarum fonte, & ſuſpicijs, vt ſimile confeſſori, nunquam fuerit manifeſtum. Confeſsione autem peracta, & recitate ipſa coram Deipara Roſarium, ab ipſa hanc audivit vocem* O Helena! Helena! dura mihi, & Filio meo facta es Ieena, ſis mihi in poſterum ovicula, & tibi communicabo me, & mea. *Ex quibus verbis animata mox cuncta, quæ habuit, indigentibus tribuit, & Recluſorium intrans, pœnitentiam graviſsimam egit, ſed non ſine divinis conſolationibus: ſæpiſsimè enim vidit inter manus Sacerdotis Filium Dei, menteſque homini, & futura cognoſce-*

bat.

bat. Verum, & post communionem visa fuit, non mulier, sed tanquam in Christū mutata, iuxtà dictum Christi Domini ad Augustinum. Non me mutabis in te, sed tu mutaberis in me. Pergit multis hic scriptor: tandem verò concludit. Vnde post dies multos Dominus Iesus cum Maria Virgine apparuit, & finem eius ipsi prædicens tandem morientem recepit, & velut columbam candidissimam ad sydera deportavit, adstantes odorem senserunt suavissimum, & spiritale gaudium: Hactenus Alanus: vt denuò talē gratitudinem immensam Virginis agnoveris, quæ per quindecim recitata Rosaria, tam immensum donorum cumulum in meretricis animum refudit.

Sed illud pro fælicitate Clientum Virginis, & pro dignitate, & summa vtilitate Coronæ, seu Rosarij, quod in eius honorē ipsi cottidie persolvunt maximè opportunum exemplum est, quod ab ore P. B[illegible] di Flandri è familia Discalceatorum S. Francisci: qui in Iaponia posteà pro Christi fide mortem subijt, excepit P. Alfonsus Andrade, vt ipse refert in lib. de Baptismo Virginis discursu 4. §. 5. & est eiusmodi: Dabant operam litteris in Flandrica Academia duo iuvenes, quibus magna corporis, & voluptatum cura; magna virtutis incuria erat: in eo autem alter ab altero discriminatus, quod in Deiparam pronus Rosarium cottidie recitaret: & verò cum quadam nocte turpiter apud impudicas mulieres divertissent: is qui, & si vitijs implicitus Deiparæ cliens esse, aut videri cupiebat: memor suæ devotionis socium monuit, vt inde iam recederent, & in suum vnusquisque abiret: illo verò renuente, quod vt libidine lassatus; satiatus tamen non esset; hic in domum suam rediit; & quamvis sero, & benè potus abijsset; & somnus, & torpor ei vehementer obsisterent; persolvendo Rosario vehementius animum intendit: Ergo in isto pietatis erga Deiparam officio, hoc iuvene persistente: altero autem in cæno libidinis se volutante: Ecce Christus iudex pro tribunali sedens, audita malignorum dæmonum, erga vtrumque accusatione decretoriam in illos damnationis sententiam protulit; currentibusque dæmonibus, vt illam exsequerentur: Adstitit Regina Virgo à dextris Filij cum pro illo quali quali suo cliente, vt damnationi eximeret obnixè rogans: ad cuius preces Iudex indulgentiam benignè concessit: iuxtà illud: alius assumetur, & alter relinquetur: Vix igitur Virginis cliens somnum ceperat; cum ingenti strepitu, & pavore excitatus, ecce ante oculos socius illius mastissimus flammis vndique cinctus apparuit, horrendis cœlum querelis pulsans: simulque rationem reddens: cur socio incolumi servato, ipse infæliciter damnatus esset, inquiens. Tu quod Rosarium recitabas, Advocatam habuisti Matrem iudicis; ego infelix, qui nullum habui, qui pro me advocaret in æternū cruciandus ab eo: Obstupefactus socius hæc audiens, & ingentes Deiparæ gratias agens: illomet noctis momento medijs in tenebris ad Discalceatorum Monasterium abijt, & supplex Religionis habitum petijt, & suscepit, in quo ad mortem vsque fæliciter perseveravit: Quam historiam illemet, qui retulit se vidisse testatus est; quod ambos, scilicet, iuvenes de facie nosset, & vtriusque fælicem, & infælicem exitum cognovisset.

Quod si benè æstimas, non minus insignia miracula Marianæ gratitudinis ea fuerit, quorum in prioribus huius libri adnotationibus meminimus alterum, de Milite flagitiosissimo, cui nullum virtutis, nullum Religionis vestigium inerat, præter illam pietatem erga Virginem, qua ipsam vna salutatione Angelica, provt sors sese offerebat, consalutabat: E qua benignissima Virgo ansam arripuit, vt à benedicto Filio veniam enormium peccatorum illi impetraret, alterum de inveterato peccatore, & sempiternis cruciatibus digno, qui eo vsque sui, ac Dei oblitus sexaginta annos, sine vlla bona confessione transegerat; in quem Deipara, quod vnam omninò salutationem Angelicam in eius honorem cottidie recitaret, misericordes suos oculos tanta benignitate, tanta efficacitate convertit, vt magno anteactæ vitæ dolore concepto vitè, & rectè fuerit confessus, & quinque post elapsis diebus contritionis, & fiduciæ plenus in Domino obierit: vide adnotationem de Maria Advocata misericordiæ.

Fuerit itidem illud peculiari observatione dignum, quod B. Alanus præfato libro cap. 24. & Cæsarius Cisterciēsis de alio milite, adeò rudi ingenio, vt nihil aliud potuerit addiscere, nisi hanc Angeli salutationem, ob quam, & salvus, & glorioſus extitit:

Alanus.

tit: sic enim Alanus magis piè, quàm eleganter. *Tempore Divi Bernardi venit quidá devotus miles devotionis gratia ad S. Bernardum petens humiliter se recipi ad Fratrum Congregationẽ. Quem statim B. Bernardus gaudenter recepit, atque habitum Fratrum Laicorum ei tradidit. Qui aliam orationem in Monasterio discere non potuit, quã salutationem Angelicam, quam etiam frequenter cum mira devotione ruminabat. Videns autem B. Bernardus hominis simplicitatem, & bonam conversationem, quamvis esset illiteratus in choro tamen Monachorũ, Sacerdotum more cum stare fecit. Qui bonus homo Virginem glorioſam sincero amore diligebat, atque ei devotissimè in sua salutatione serviebat. Tãdem vocante Domino diem clausit extremum, atque ad gaudia æterna feliciter pervenit. Sepultusque est in cæmeterio, vbi alij viri religiosi sepulturam accipiebãt. Post paucos autem dies super sepulcrum eius excrevit quoddam liliũ pulcherrimum. Et in quolibet lilij folio erat scriptum litteris aureis* Ave Maria. *Sanctus autem Bernardus præcepit eyci terram, vt viderent, vbi lilium suas fixas haberet radices, & ciecta terra viderunt hastile lilij ex ore defuncti procedere. Tandẽ iubente Sancto viro insciſſus est defunctus, & viderunt lilij radices esse in corde fixas, atque corde inscisso invenerunt in ipso scriptum litteris aureis* Ave Maria. *Quod eum vidissent, admirati sunt vniversi, intelligentes id idcò accidisse indubiè, quia salutationem Angelicam cordiali devotione assiduè proferebat.*

Raderus

Omninò simile est huic exemplo id, quod Renatus Gautier in vitis Sãctorum, & Matthæus Raderus in Viridario Sanctorum par. 2. cap. 5. referunt *de Salauno puero simplici, & paupere, qui toto vitæ tempore nihil potuit addiscere, præter has duas salutationis Marianæ initiales voces*, Ave Maria, *quibus verbatim vtebatur, sive oraret Deum, sive stipem peteret, sive aëris iniurias sub humili frutice prope gelidum fontem ferret, nonnũquam in eo immersus collo tenus. Nam ab huius demortui tumulo, qui apud fontem illum erat, cãdidissimi lilij flos nobilissimus surrexit, in cuius virentibus foliis aureis inscripta litteris legebantur solemnia Salauni verba* Ave Maria. *Quod miraculum accivit omnes, & excitavit in cultũ Ma-*

A

rianum; vnde confestim ædificatum est ibi sacellum, & post, anno 1365. iacta sunt fundamenta Collegiata Ecclesiæ S. Mariæ de Folcoat, hoc est, de ligno stulti: sed stulti verè sapientis; verè beati.

Sed iam tandem, quam facilem, & quam benignã Advocatam se præbeat Deipara inde collige, quod non tantum officijs, & meritis in ipsam, sed vel tantum exterioribus, & velut inanibus pietatis vmbris, tãquam fidelis debitrix dona, & patrocinium retribuat: vt apud eumdem Alanum videre est de Rege, *quodam vmbratilem solum pietatẽ Rosarij præferente lib. 1. cap. 10. his omninò verbis scribentem: Rex quidam magnus volens familiam suam inducere ad orandum B. Virginis Mariæ Rosarium, portabat illud, & quidem magnum in Zona sua, quod tamen non recitabat: sicque videntes vniversi Regem suum, hoc portare fecerunt, & ipsi similiter, & quod magis est illud orabant. Quid amplius? Rex iste raptus ad iudicium Dei se pertrahi, sibi videbatur condemnãdus ad tormenta inferni, quoniam vix boni aliquid fecerat sed mala plura in bellis, rapinis, blasphemijs, superbia, gula, & sic de alijs perpetraverat: cumque contra eum daretur sententia damnationis, Virgo Maria adfuit, dicens se habere pro eo aliquid boni, simul porrexit in medium Rosarium, quod Rex ille portaret, non tamen ipsum oraret. Itaque in statera sunt posita mala summa, & ex parte alia Rosariũ suum. Mira res! tunc dæmones contra Virginem Mariam furentes, & blasphemantes, cœperunt summã partem statere velle gravare dicentes:* Maria iniustè fecisti inæqualitatem: *Quid plura? Conversa Maria ad Regem ait. Ecce tibi impetravi à Filio meo, propter illud modicum servitium, quod exhibuisti mihi, vt redeas ad vitam, & ad stateram de parte tua apponas. Interim Rex in domo sua mortuus iacebat ad sepulturã mox efferendus. Et ecce subitò cunctis videntibus surrexit, & ait.* O benedictum sit Rosarium Virginis Mariæ, per quod sum liberatus à damnatione gehennæ. *Itaque in cunctis emendatus, necdum de cætero Rosarium Mariæ portavit, verum etiam devotissimè oravit: istud putatur accidisse tempore S. Dominici.* Hactenus B. Alanus

Alanus

Potest ne aliquid prò Deiparæ

benignitate, vt ipsa intercessionem suam facilius, & minori de causa interponat excogitari? Audi iam maius, quod in Annuis Indicis anni 1609. sic habetur. *Quidam Reguli Angolani Lusitanis rebelles, quos benigno Deiparæ auxilio ipsi Lusitani superaverant, ad fidem Christianam conversi sunt, paulò ante, quam funesta morte tollerentur, sed non tamen sine invocata B. Deipara. Nam Sacerdos, qui pro ijs ad mortem curandis laborabat; vbi fudit ad Deiparam preces, & Rosarium in vnius collum iniecit, quos hactenus expertus fuerat reluctantes habuit obsequentes gratiamque baptismi postulantes.*

Annuæ.

Est & id opportunum, quod Sacchinus tomo 2. historiæ Societatis num. 146. habet de Iacobo Saravia Fratre Laico; *qui cum iter agens repente in Mauros prædones incidisset pro lato Rosario ipsis hæc verba obiecit.* Nihil vos formido hoc fretus: *Mirum dictu! vt confidit in Virgine, sic intactus evasit.*

Sachin.

Ab hoc non multum iverit, quod fœminæ hæreticæ fæliciter accidit; cui pro solo externo ornatu, quo Deiparæ imaginem decorabat ea lux eius animo orta est, vt veram fidem; necnon Christianæ vitæ perfectionem assequeretur: audi rem totam. *Verduni Nobilis quædam matrona hæretica labe infecta solebat tamẽ in sua hæresi pium in Deiparam conservare affectum, cuius imaginem ad fores hospitij sui in vrbe Metensi collocatam varijs picturæ ornamentis curavit decorare. Quod bonũ opus cum præstaret, audijt à pio quodam religioso, non permissuram Deiparam istud sanctum facinus incompensatum remanere, sicut & accidit: perterrita siquidem in somnijs vidit quandam affinem suam, quæ in hæresi obierat, rheda ignea trahi effundentem has voces idiomate Latino,* Igne me paverunt. *Quas voces Matrona illa, licet non intellexit, memoriter tamen tenuit; vnde postea ab alijs quid significarent intelligens, & casu affinis suæ indoluit, & illius infortunio prudentior facta, & cautior, ad gremium se Catholicæ Romanæque Ecclesiæ recepit, vbi & virtutibus exercendis impigrè laboravit, ac tandem vitam suam, tum laudabili fine, tum sanctitatis fama fæliciter complevit:* Hæc P. Comitinus Societatis Iesu subdens, *hæc didicisse ab eo ipso religioso, qui prædictæ Matronæ prædixit, fore, vt Deiparam bonum illius opus aliquando remuneraret.*

Comitin

Concludam si duplicatam stupendamque referam Deiparæ benignitatem; Alteram, dum minimo obsequio impuræ mulieris, sic se velut alligatam teneri affirmabat, vt non posset illi malum inferre: rem sic narrante Philippo Labbe in Bibliotheca tomo 1. pag. 651. *Inter alia miracula, quibus Deipara, quæ est in Cõventu Monialium in Vico Dormientium in Gallia clarere cæpit; illud quidem contigit in muliere quadam, cuius maritus puella, tanquam pellice vrebatur propria vxore contempta. Hæc cum cottidie à Deipara coram ipsius imagine iustitiam de meretrice postulabat: meretrix verò cottidie salutatione Angelica Virginem, Virginisque imaginem honorabat. Annus interim elabitur: tum sæpius implorata Virgo die Resurrectionis mulieri iustitiam petenti apparens:* Quære alium (*inquit*) mulier, qui tibi iustitiam faciat; ego nullo modo facere possum, quæ tam grata salutatione ab illa meretrice afficior. *Mulier stupens, & præ zelorum rabie mente capta stultissimè existimans Matrem Domini delusam incantationibus meretricis erumpens ex Ecclesia, & fortè incidens in prædictam pellicem exclamat salutationibus eius Sãctam Virginem seduci, omnẽque vicum, ac populum vociferationibus suis replebat pellicem persequens. Interrogata tum à Clero, tum à turba præsente mulier, quid sibi Virgo respondisset, declarat. Quo audito pellex, pium Matris Domini in se animum agnoscens decurrit ad eius imaginem, & genua flectens coram populo continentiam vovit: deinde Sanctimonialem fieri postulavit, cellulam iuxtà Ecclesiam fecit, in ea se inclusit, & fideliter vsque ad mortem perseveravit.* Vbi vides pro levi salutationis obsequio tantum impuræ mulieri collatam beneficium.

Labbe.

Alteram, quæ mirè confirmat opportunam pietatem Ecclesiæ, quæ in Salutatione Angelica nobis orare præscribit, *Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc, & in hora mortis nostræ:* itidemque institutũ, quod persequimur, dum ad vnam vocem, qua ab insigni peccatore invocata est, ei adfuit salutem animæ

alla-

allatura: Historiam referente Cæsario Cisterciensi lib. 7. rerum mirabilium cap. 58. his verbis. *Miles quidam nobilis, sed criminosus, ab inimicis suis captus est, & quia mortales erant inter eos inimicitiæ visum est eis expedire, vt in instanti occideretur: cernens vir nobilis mortem sibi imminere, & nullum adesse remedium vitæ, supplici voce dixit ad illos. Rogo vos intuitu Dei, vt ad modicum mortem meam differre dignemini, quatenus alicui Sacerdoti peccata mea possim confiteri, responderunt illi. Non esset nobis tuta hæc dilatio, & contingere posset, vt cognati, & amici tui venientes eriperent te de manibus nostris, & esset error novissimus peior priore: cui cum præcepissent, vt se prosterneret ad decollationem; dixit hæc verba: Deus tu scis voluntatem meam, & subiunxit: Animam meam commendo Virginis Filio, & sic decollatus est: Erat tunc temporis obsessus quidã in vicinio: cui cum* A *dicerent quidam audita morte tanti tyranni. Modo magnum habetis gaudium, propter animam militis illius facinorosi, lugubri voce respondit. Nequaquam vnum enim Verbum moriens protulit, propter quod salvatus est. Haud dubium quin ope Beatæ Virginis, cuius filio animam occidendus commisit, pœnis gehennæ sit subtractus, & cum latrone confitente paradisi gaudijs addictus*: Hactenus ex Cæsario.

Ecce tibi, quam sit salutare Venerab. Thauleri viri in Deiparam propensissimi monitum. Neminem tam negotiorum esse debere, quin temporis aliquantulum ponat in isto negotio cõsiderandæ, amandæ, colendæ Divæ Virginis Mariæ: *Quæ vt in historia Eskyli videbimus in seq. lib. de eo aliquando querebatur, quod nec vnam salutationem Angelicam ei dixisset.* B



LIBER TERTIVS: DE MARIA ADVOCATA CLIENTES SVOS DIRIGENTE.

PROOEMIVM.

NON solùm est è re, & munere Advocati, clientem patrocinari, ne à causa cadat; sed etiam ipsum pensiculatiùs instituere, & agenda dirigere, vt legitimè certet, ac bonam litem habens palmam assequatur: Id quod in magna hac salutis æternæ lite egregiè præstat Beatissima Virgo; quæ eos quos tuendos suscipit in rectam salutis viam deducit; nec Advocatæ solum, sed etiam Magistræ, & ductricis munus præclarè exercet, quippè quæ ab ipso nascentis Ecclesiæ exordio Religionis, Fidei, & Virtutis Magistra fuit: sanè Magistram gentium ipsam appellat Augustinus serm. 6. de tempore: *Magistram virtutum* S. Laurentius Iustinianus serm. de Nativitate B. Virginis. *Magistram Apostolum Anselmus* lib. de Excellentia Virginis cap. 7. & Rupertus in Cant. cap. 1. pulchrè inquiens. *Horum discernendorum vtique Magistram te esse oportebat. O Beata Virgo! & Magistram Magistrorum, ideſt, Apostolorum, iuxtà illud* Fons hortorum, puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano. *An? quia Sanctus Spiritus illos docuit; idcircò tuæ vocis magisterio non illis opus fuit? imò vox tua; vox illis fuit Spiritus Sancti. Quidquid supplementi opus erat eisdem mortalibus, vel testimonij ad confirmandum singulorum sensus, quos acceperant ab eodem Spiritu dividente singulis provt vult, ex religioso ore tuo percepernnt instructo ad loquendum*: Hæc ille. Quæ ad omnem Ecclesiæ, & fidelium eruditionem dicta censè cum Richardo à S. Laurent. lib. 12. de Laud. Virgin. in Mariam inflectente verba, Sapientiæ 8. vers 4. *Doctrix enim est disciplinæ Dei, ipsa enim amicos Dei, & sapienter constituit.* Quid quod? cum Maria perfectionis Magistra, & virtutum speculum, & exemplar sit, ab ipsa ad omne opus bonum dirigimur, ac manuducimur: sic sapienter monente Ambrosio lib. 2. de Virginibus: *Sit vobis, tanquam in imagine descripta virginitas, vitaque B. Mariæ, de qua velut in speculo refulget species castitatis, & forma virtutis. Hinc sumatis, licet exempla vivendi, vbi tanquam in exemplari magisteria expressa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis ostendunt.* Ecce iam tibi huius libri argumentum: in quo à Maria docemur, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeamus.

Auguſt. S. Laur. Iuſtin. Rupert.

Rich. à S. Laur. Sap. 8. verſ. 4. Ambroſ.

In MARIA vt idonea Humani Generis esset Advocata Deus Opt. Max. cunctis bonitatis misericordiæ, & gratiarum thesauros collocavit.

ADNOTATIO I.

1 IAM verò cum propius nobis accedendum sit ad peculiaria, eaque pœne infinita bona, quæ ad animæ, & corporis salutem, & vitam obtinēdam à benignissima Deiparæ manu nobis adveniant; operæpretium fuerit, planum facere, Dominum in Maria cunctos misericordiæ suæ thesauros constituisse; vt ipsa immensi illius bonitatis, & gratiarum fontis copiosus aquæductus fuerit per quem in nos misericordiæ fluant. De quo quidem Petrus Damianus serm. 1. *de Nativitate Virginis*, cum Deiparam allocutus dixisset: *Amas nos amore invincibili, quos in te, & per te Filius tuus, & Deus tuus summa dilectione dilexit*, notāter subijcit: *In manibus tuis sunt Thesauri miserationum Domini: & sola electa es, cui tanta gratia concedatur*: illos videlicet dispensandi: observa, & osculare verba, & sensum, quo Damianus Mariam, in qua, & per quā Deus Filius nos ardenter diligit (vt alibi videro) solam à Deo electam affirmat; cui tanta gratia fuerit cōcessa, vt gratiæ, & misericordiæ thesauros piè, & liberaliter dispensaret, vt videlicet humana natura per Virginem habeat omne bonum: & (vt sæpè sæpius ex Germano vidimus orat. de Zona Virgin.) omninò subsistat: *Nullus est, qui salvus fiat, nisi per te Virgo sanctissima: nemo est, qui liberetur à malis, nisi per te. O purissima, nemo est, cui donum concedatur, nisi per te, ò castissima! nemo est, cui misereatur Gratia* (Christus nimirum Auctor gratiæ) *nisi per te, ò honestissima*: Hæc ille pulchrè coniungens cuncta bona salutis, liberationis à malis, donorum omnium, & miserationum: & hæc omnia per Deiparam, tanquam thesaurorum Dei dispensatricem nobis advenire adstruens: & quidem pulchro huic Germani sensui appositè adstipulatur Bonavent. in Speculo lectione 7. vbi cum Virgini accommodasset verba illa sapientis. *Omnia flumina intrant in mare*, Eccles. 1. quod in ipsam omnium Sancti, cum charismata intraverint; subdit, non esse mirum, *si omnis gratia in Mariam confluxit per quam* (vtpotè gratia plenam) *gratia ad omnes defluxit*.

Quo in primis iverit duo hi mirifici tituli Virgini attributi: *Promptuarium charitatis Dei*, ex Methodio orat. in Hypapantem: & *Promptuarium providentiæ Dei*, ex Hymno Græco apud Buteon. pag. 126. hunc sic illustrante Theophylo Raynaudo in Nomenclatore Mariano: *Sensus eius est, Deum omne genus providentiæ erga electos exhibentem, vti Virgine Administra, dando precibus eius, ac meritis, auxilia, & munera, quæ subministrat iis, qui hæreditatem capiunt salutis*: ita ille, & statim trahens in hunc sensum præfata Germani verba, subdit: *Quod maximè valet, iuxtà doctrinam S. Germani plerisque probatam, quod scilicet, nullum gratiæ stillicidium ad quemcumque deveniat, nisi immediatè, & formaliter per Virginem*: & iterum: *Tanta est vbertas bonorū spiritualium, & temporalium, prout spiritualibus nexorum, quam Deus per Virginem suppeditat hominibus, vt merito promptuarium Providentiæ erga eos audire possit*: Hactenus Theophylus.

Iam verò vt hæc vndequaque subsistant; nostri modo instituti illud est proprium: vt adstruamus, Deum Optimum Maximum, cui tantæ curæ hominum salus est, vt suæ bonitatis dona per Mariam in homines opportunè diffunderet; in ipsa primum benignitatis, & misericordiæ divitias collocasse, & omnium divinorū charismatum fontes flumina, maria tanquam in Regio thesauro reposuisse, vt à Maria mundus omne bonum obtineret: sic omninò PP. & in primis Sanct. Bernardinus tomo 1. concione 61. art. 1. capit. 10. *Plenitudo*

Pet. Damian.

Germa.

Bonav.

Eccles. 1

2 *Metho.*

Theoph. Rayn.

3

Bernardin.

gratiæ fuit in Christo, sicut in capite influente; in Maria verò, sicut in collo transfundente. Amed. Pergit Amedæus Deiparam cum Eva, sic componens, vt sicut ab Eva mors, & cuncta mala, ita à Maria vita nobis, & omnia gratiarum dona advenirent, vt pulchrè hùc inflectit Amedæus hom. 2. de Laudibus Virginis colli imaginem; quam in Canticis ipsi Sacer Sponsus tribuit hisce verbis. *In collo, quod cæteris membris eminet, & vitalem gratiam capitis artubus subministrat altitudo Virginis exprimitur, quæ præsidens membris Ecclesiæ caput suum connectit corpori, quia Christum coniungit Ecclesiæ, & vitam, quam primo loco suscipit, reliquis membris infundit. Decebat enim, vt sicut per fœminam mors; sic per fœminam vita intraret in orbem terrarum, & sicut in Eva omnes moriuntur* (nosti quomodo hoc ad Thologicos calculos revocandum sit) *ita in Maria omnes resurgerent*: Sic Amedæus.

4 Ergo omnipotens Deus; cum sit natura Bonus vult omnes homines salvos fieri; & in ipsos gratiarũ, & donorum suorum thesauros effundere: Chryſoſ. *Bonus est Deus* (inquit Chrysostomus homil. de S. Philogonio) *& quemadmodum parturiens cupit eniti fœtum, ita ille cupit effundere suam misericordiam*: Dionyſ. Areop. concinente Dionysio lib. de Divinis nominibus cap. 4. ex veterum Theologorum sententia Divinã essentiam Bonitatem appellantium rationẽ reddente: *Quod hoc ipsum, quod bonum est, vt bonum per se, & essentia sua in ea, quæ sunt omnia bonitatẽ diffundat*: Sanctissimæ Matri Mariæ omnia inesse bona; & gratia sua vndequaque impleri voluit, vt beneficia sua in omnes homines spargeret: Vnde quidẽ ipsa suo planè ingenio ad benefaciẽdum promptissima ab eo, iam tempore, quo sinum suum Filio Dei nascituro aperuit, mala nostra pellit, bona cuncta poscit; nec id agit parcè, & per stillas, sed imbre toto; & iam hanc Regionem, iam illam è cœlo designat, in quam donorum suorum largus imber descendat; quin vlla ferè totius orbis terrarum portio sit, quæ se abscondat à calore eius: ad eum planè modum, quo de ipso Bono essentiali subdit præfato loco Dionysius: *Vt enim Sol noster eo ipso quod est, omnia illustrat, quæ eius lumen pro modo suo capere possunt; sic etiam ipsum Bonũ, quod adeo præstat Soli, vt prima species tenui, obscuræque imagini, per se, suaque essentia sua vis, quæ sunt omnibus pro eorũ captu totius Bonitatis radios emittit.* Quem pulcherrimum & verissimum, & humano generi saluberrimum, atque gratissimũ sensum cunctis PP. enũciare solemne est, signatè verò Richardo à S. Laurentio inflectente in eum verba, quæ de Divina Sapientia, sic inquit Salomon, Sapientiæ 7. vers. 27. *Et cum sit vna, omnia potest, & in se permanens omnia innovat, & per nationes in animas sanctas se transfert amicos Dei, & Prophetas constituit*, hunc in modũ: *Cum sit vna, idest, singularis pietate, charitate, & præsidio*, omnia potest *ex dono Filij sui, à quo omnipotente omnipotens est effecta*, & permanens in se, *idest, perfectè manens immutabilis bonitate, potentia, & misericordia* omnia innovat, *idest, hominem per gratiam in præsenti, & gloriam in futuro*; & per nationes, *idest, in omni gente sine personarum acceptione* in animas sanctas se transfert *gratiam infundendo, quas sanctas non invenit, sed gratia sua sanctas facit*, & amicos Dei, *idest, amantes Deum, & amatos à Deo*, & Prophetas constituit: *Hoc est, accendit ad amorem Dei, & illuminat ad cognitionem eius: vnde & dicitur illuminatrix.* Hæc ille, qui pergit multis: quæ omitto, vt veniam ad Bernardum hæc omnia dissertissimè diffundentem. Rich. à S. Laur. Sap. 7. v. 27.

Quippè quasi omnium PP. ore Bernardus Mariam fontis divini, & venæ cœlestis *Aquæductum* propria sub hoc nomine concione facit, atque inde nonnulla excerpere fuerit operæpretium: ergo cum primum præmisisset Bernardus: *Vita æterna fons indeficiẽs, qui vniversam irrigat superficiem paradisi. Nec modo irrigat, sed inebriat fons hortorum, puteus aquarum viventium, &c. Quis verò fons vitæ nisi Christus Dominus? &c. Derivatus est fons vsque ad nos, in plateis derivatæ sunt aquæ. Descendit per aquæductum vena illa cœlestis. Plenus equidem Aquæductus, vt accipiant cæteri de plenitudine; sed non plenitudinem ipsam*: Subijcit ad rem nostram: *Advertistis iam, ni fallor, quem velim dicere aquæductum, qui plenitu-* 5 Bernar.

di-

dinem fontis ipsius de corde Patris ex- A
cipiens, nobis edidit illum, sed si non prout
est; prout capere poterámus. Nostis, cui
dictum sit: Ave gratia plena: *Nimirum*
propterea tanto tempore humano generi
fluenta gratiæ defuerant, quod necdum
intercederet is, de quo loquimur, tam
desiderabilis Aquæductus: & post
pauca. *Intuere, ò homo cōsilium Dei ag-*
nosce, consilium sapientiæ, consilium pie-
tatis. Cœlesti aeram rore rigaturus totum
vellus prius infudit. Redempturus huma-
num genus, pretium vniversum contulit
Bernar. *in Mariam.* Hæc modo Bernardus;
quibus sive in Mariæ gloriam, sive in
animarum nostrarum solatium, nihil
dici potuit opportunius. Audi *pretiū*
vniversum contulit in Mariam: quod
pretium? *Divitias bonitatis eius, &*
Rom. 2. v. 4. *longanimitatis*, Roman 2. v. 4. Quod
Colos. 2. v. 3. pretium thesauros sapientiæ, & scie-
1. Cor. 6 v. 20. tiæ Dei, Colos. 2. v. 3. Quod pretium?
1. Pet. 1 v. 18. *pretium magnum*, 1. Cor. 6. v. 20. *Pre-*
tium sanguinis Agni immaculati Chri-
sti, 1. Petri 1. v. 18. Ex his enim habes
opportunissimā tibi consilio Dei sa-
pientiæ, & pietate pleno Advocatam
contingere; quæ sapientia, & scientia
ad patrocinandum; bonitate, & lon-
ganimitate ad opem ferēdam: & pre-
tio magno, & ad obtinendum, quod
voluerit, & ad fideiubendum pro eo
prædita est. Quare pergit Bernardus.
Altius ergo intueamini, quantò devotio- D
nis affectu à nobis voluerit honorari,
qui totius boni plenitudinem posuit in
Maria, vt perinde si quid spei in nobis,
si quid salutis ab ea noverimus redun-
dare, quæ ascendit delicijs affluens. Ha-
ctenus ex Bernardo. A quo & velleris
imaginem, & plura in hanc rem de-
sumpsit Richard. à S. Laur. lib. 7. de
Laud. Virg.

6 Vbi illud obiter ex eodem Ber-
nardo observa: quod cum nos Deipa-
ræ, tot nominibus debitores simus, vt
quidquid spei, quidquid salutis nobis
subsit ab ipsa habeamus, attamen ip-
Bernar. sam nobis debitricem faciat Bernar-
dus sem. de verbis Apocalypsis, sic in-
quiens: *Denique omnibus omnia facta*
est, sapientibus, & insipientibus copiosis-
sima charitate debitricem se fecit omni-
bus misericordiæ sinum aperuit, vt de
plenitudine eius accipiant vniversi, cap-
tivus redemptionem, æger curationem,
tristis consolationem, peccator veniam,
iustus gratiam, Angelus lætitiam: Hæc
Bernard. pende illa *copiosissima chari-*
tate debitricem se fecit. Ita ne? *debitricē*?
ita quidē: primum; quia sibi, quà Dei-
para, quà Regina, quà Domina, quà
Maria sibi debet alijs benefacere; at-
que ideò cui occasionem benefacien-
di illi dederit debitrix censeri debet:
Deinde verò, quia cum positi sint in
manibus Mariæ thesauri miserationi-
num Domini, vt in mortales distri-
buat signatè sola electa est, cui tanta
gratia conceditur, vt dicebat S. Da-
mianus: ergo tantæ sibi ob id regium;
& divinum munus cōcessiæ gratiæ de-
bitricem se cognoscit: ideò *copiosissi-*
ma charitate omnibus misericordiæ sinū
aperit. Tandem *debitricem* censet Sa-
piens Idiota esse Mariam; quod hæc Idiotā.
tam ingens gratiarum affluentia, &
plenitudo, quæ in Maria est; quasi fi-
dei commissaria hæreditas censeatur,
etenim ille cap. 6. sic inquit: *Has au-* C
tem gratias humillima Virgo Maria, nō
tantum propter te habuisti, sed etiā prop-
ter nos, vt multipliciter nos adiuvares,
& ideò adiuvas nos in vitā præsenti, tam
bonos, quàm malos: bonos, eos in gratia
conservando, vnde de te cānimus Maria
Mater gratiæ: *malos, eos ad misericor-*
diam reducendo: ideò dicitur: Mater mi-
sericordiæ: *Adiuvas eos in morte, ab in-*
sidijs diaboli protegendo: ideò subditur: D
Tu nos ab hoste protege. *Adiuvas*
quoque post mortem animas suscipiendo,
& eas ad cœlū deducēdo; & ideò subinfer-
tur, & hora mortis susci pe. *Adiuvas*
tribulatos, dando illis patientiam tenta-
tos, dando eis victoriam; & in Dei amore
famelicos, dando eis refectionem inter-
nam: Hæc omnia ille.

Sed vt ad pulchram Aquæductus
imaginem redeam præivit, opinor, 7
Bernardo in hac imagine, & sensu S.
Sabbas in Menæis die 3. Ianuar. in S. Sabb.
Matutinis Ode. 1. de S. Gordio in
clausula Virginem, sic allocutus: *Tu*
Sponsa Numinis. Publicum Labrum
quoddam. Vmbraculūque Fontanū exsi-
stis Aquæ salientis in vitam æternam;
atque vitam eamdem in omnes omninò
homines derivantis: Ita ille: Nec minus
opportunè S. Thophanes in ijsdē Me- S. Theo.
næis die 17. Ianuar. Ode. 7. de S. An-
tonio in clausula, inquiens: *Immaculā-*
te, & omnium sacratissimæ Virgini Ma-
riæ acclamatione fausta plaudamus: Nā

ex

ex ipsa donorum nobis cœlestium, quæ mentem humanam excedunt scaturigo promanat, vt quæ est Torrens quidam Bonitatis Diuinæ: Sic Theophanes: Pulchrè vterque Bernardo adstipulati in Aquæductus sensu, & imagine, quæ ad exprimendum gratiæ, & donorum affluentiam, quæ humano generi per Mariæ manus, & intercessionem obvenit, valdè apposita est: quam copiosè explicavit Damascenus orat. 2. de Dormitione Virginis, dum ipsam hominibus loquentem facit hisce verbis: *Quicumque morborum sanationem, vitiosarum animi affectionum depulsionem peccatorum oblitterationem, & in universum, quicumque bonum aliquod sitit, cum fide ad me veniat, & ex ea gratia, quæ plena sum hauriat:* Quod statim sic illustrat. *Quemadmodum enim aquæ, terræ, aëris, ac splendidissimi Solis actio simplex licet, atque vna sit: varie tamē, atque accommodatè ad earum rerum, quæ ipsius participes fiunt, natura immutatur, fitque in vinea vinum, in olea oleum, &c. Ad eumdem modum gratia quoque, quæ in me est; quamvis vna sit, varie tamen, atque congruenter ad vnius cuiusque vtilitatem, eos, à quibus excipitur, beneficio afficit:* Hæc Deipara: vt autem se non fontem ipsum, sed aquæductū affirmet: concludit: *Nec vero ex natura mea hanc gratiam habeo*: Vnde rursus Bernardus serm. super Salve Regina: opportunè inquit de ipsa: *Diuinæ pietatis abyssum, cui vult, & quando vult, & quomodo vult, creditur aperire, vt quivis enormis peccator non pereat, cui Sanctas Sanctorum patrocinijs suis suffragia præstat.*

8 Concinit eum hoc cœlisti Aquæductu Hortus illie paradisi à cœlesti Sponso decantatus, Cant. 4. vers. 11. *Hortus conclusus soror mea sponsa: hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuæ paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructibus.* Quibus Ruperto interprete is subest sensus, vt divinus hic paradisus, sive hortus à Deo consitus sit, vt vitæ fructus, & gratiarum nobis proferat. sic enim ille: *Emissiones tuæ paradisus, ideſt, quidquid gratiarum, quidquid virtutum, quidquid operationum cœlestium mundus accepit, emissiones tuæ sunt*: Sic Rupertus à Bernardo edoctus citato loco dicente: *Hortus planè deliciarum; quem non modo afflaverit, sed & perflaverit superveniens Auster ille divinus, vt vndique fluant, & affluant aromata eius, charismata, scilicet, gratiarum*: Ad quem sanè modum Richard. à S. Laurentio lib. 12 de Laud. Virginis, eamdem paradisi imaginem illustrans Mariæ aptat ea verba de ipso: *Produxit que Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suave*, hunc in modum. *Siquidem B. Virgo designatur per omne lignum pulchrum visu, & suave olfatu, & gustu; quorum, scilicet, lignorum multitudo innumerabilis vmbra sanabilis fructus incomparabilis sapor summe delectabiles*: inde sic subijcit: *Ex quo vel ex quibus habemus fructum fructuū; in quo sapor omnium saporum, plenitudo omnium virtutum, & innumerositas, vel vniversitas gratiarum*: sic Richard. Vnde quidem post præfata verba Canticorum, in quibus paradisus iste inducitur emissiones fructuum virtutum, & gratiarum nobis germinans; signatè novis imaginibus inducitur Deipara *fons hortorum: puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano*, Cant. 4. vers. 15. quibus, & prædictus sensus innitur, itidemque ostenditur, quanta promptitudine ad opem ferendam, & ad virtutū germina proferenda nobis Deipara succurrat. Quo re rursum Bernardus hoc patrocinij nostræ Advocatæ confirmans, sic præfato loco inquit: *In omnibus siquidem, & per omnia providens miseris trepidationem nostram solatur, fidem excitat, spem roborat, diffidentiam abigit, erigit pusillanimitatem*: Ex quibus opportunè infert: *Ne dixeris vltra, ò Adam! Mulier, quā dedisti mihi dedit mihi de ligno vetito; dic potiùs: Mulier, quam dedisti mihi, me cibavit fructu benedicto*: Hactenus Bernardus, opportunissimè verò S. Sabbas in Menæis 2. Iulij post Ode. 3. de Virginis veste, sic Virginem affatur. *Flumina miraculorum, o Deipara lex te tanquam Horto voluptatis, seu Paradiso progressa vniversi Orbis exsatiant sitim gratiarum cumulos velut vndas volventia in vtilitatem eorum, qui sincera Te fide honorant*: & statim ad nos conversus. *En igitur copiam Gratiæ inexhaustam; adeste omnes, & corde puro scaturientes hinc rivos haurite, vt planè divinos.*

Hinc itidem Maria Thesaurus 9

The-

Damasc. Bernar. Cant. 4. v. 11. Rupert. Bernar. Rich. à S. Laur. Cant. 4. v. 15. S. Sabb.

Thesauraria: Gazophylacium, sive Depositum divitiariũ Dei à PP. frequenter dicitur: & ipsam quidẽ Thesaurariam Dei, sic appellavit Sapiens Idiota lib. 1. de B. Maria: *Ipsa est thesauraria gratiarum ipsarum*: & itidem: *Peccatoribus impetras gratiam, & honorantibus promittis gloriam, quæ thesauraria gratiarum es*: esse verò ipsummet Dei Thesaurum è quo munera, & stipendia suis servis elargiretur, ita affirmavit Richard. à S Laurentio lib. 4. de Laud. Virginis: *Maria Dei thesaurus; quia in ea, vt in Gazophylacio reposuit Dominus omnia dona gratiarum, meritorum, virtutum, & prærogativarum donorum, & charismatum, & de thesauro largitur ipse larga stipendia militibus, & operarijs*, ita ibi, & lib. 1. eodem ductu: *Origo est totius nostræ beatitudinis; quidquid beatitudinis ab illo magno Mari, idest, ab illa infinita bonitate Dei Trinitatis ad genus humanum pervenit, totum per eam venam defluxit*: Vnde Sapienter infert: *Et ideò quidquid nobis mittitur de supernis, per gratiarum actionem ad eam referendum est, per quam mediatricem habemus proculdubio quidquid gratiæ obtinemus.* Sed vt ad thesaurum redeam: S. Gregorius Thaumat. serm. 1. de Annunciat. sub hoc sensu capit verba Angeli *gratia plena*, vt in Maria tanquam in thesauro, totam gratiam Deus reposuerit, sic enim ille: *Convenienter Angelus Sanctæ Mariæ Virgini primo omnium illud, Ave gratia plena, Dominus tecum significavit, quoniam cum ipsa totus gratiæ thesaurus reconditus erat*: sic Gregorius: Pergit verò Idiota præfato loco: cum præmisisset Mariam thesaurariam gratiarum esse subijcit: *Beatissima Virgo Maria, sicut est omnium Regina, sic etiam omnium Advocata, & Patrona est, & cura est illi de omnibus, & sic nemo est, qui se abscõdat à calore eius, idest, à charitate, & dilectione ipsius*, Richard. verò à S. Laur. lib. 10. de Laud. Virg. dum componit Virginem, cum arca testamenti subdit: *Dives arca in qua fuerunt* omnes thesauri Sapientiæ, & Scientiæ absconditi: vnde dicit quidam.

Ave dives arca Christi,
Quæ thesaurum effudisti,
Quo ditantur omnia.

Quod si parva magnis componere licet, possit quidẽ nõ nemo inflectere ad hunc nobis vtilissimum aquæductum explicandum, & curam, quam Deus Opt. Maximus humani generis parens habet, ostendendam, verba illa, quæ de bono Imperatore Nerva Traianum bono publico natum in filium, & imperij successorem adoptãte dicebat Plinius in Panegyrico: *Ita ille nullo magis nomine publicus parens, quàm tuus*: vt dixerit, tum quidem publicum parentem populi Romani se esse protestatus est, cum pater tuus, & te imperij successorem esse voluit; quippè, qui novit te bonum subditorum parentum futurum, & ipsorum bono, & vtilitatibus invigilaturum, vnde pergit sese plus explicans: *Ingens gloria, ingens fama, cum abunde expertus esset, quàm benè humeris tuis sederet imperium: tibi terras: te terris reliquit, eò ipso carus omnibus, & desiderandus, quod prospexerat, nec desideraretur*: Sed facessant hæc à gentili, gentili, & oratoriè dicta; & cum Deum in Mariam totos donorum, & gratiarum suarum fontes, & rivos effundentem, vides: cogita ipsum, cum illa non tanquam pater eius, sed vt publicus humani generis parens se gessisse, ingens Dei, ingens Deiparæ gloria, ingens fama, cum abundè expertus est, quam benè humeris Virginis sederet mundi imperium, & humanæ salutis cura; quæ tota ad benefaciendum, & opem hominibus ferendam apta nata est: Quo iverint, quàm plura PP. testimonia, iam adducta signatè verò illud Damasceni orat. 1. de Nativitate Virginis ipsi suggerentis. *Vitam natura præstantiorem habebis: non tibi ipsi: Neque enim tui ipsius causa progenita es. Quo circa à Deo habebis, ob quem in vitam prodijsti, vt Orbis vniversi saluti Administram te præberes; atque antiquum Dei consilium, hoc est, incarnationis Verbi, ac nostræ deificationis per te impleretur*: Hæc ille opportunissimè si singula, & singillatim expendantur: A quo non multum abit id Sapientis Idiotæ lib. de B. Virgine Maria in prologo: *Accede per devotissimam contemplationem ad glorioſissimam Virginem Mariam: quia per ipsam, & in ipsa, & cum ipsa, & ab ipsa habet Mundus, & habiturus est omne bonum*: itidem, & Richardi à S. Laur. lib. 2. p. 1. in hunc sensum inflectentis verba

Idiota. *Rich. à S. Laur.* *Gregor. Thaum.* *Idiota.* *Rich. à S. Laur.* *Plinius.* *Damasc.* *Idiota.* *Rich. à S. Laur.*

Eccl. ſ. 25. Eccleſiaſtici 25. *Gratia ſuper gratiam: ipſa eſt enim cauſa ſalutis generis humani, & quædam ratio, & complementum poſt Filium ſuum omnium, quæ facta ſunt, & quæ futura ſunt*, ita ille: Ad quem modum alij PP. loquuntur.

II Richar. Adſtipulatur huic cogitationi, quod meditatus eſt idem Richard. lib. 6. de Laudibus Virginis de Divinitate Chriſti, tanquam auro in fornacem veteri virginalis immiſſo, vt in vſus, & divitias noſtras verteretur: Audi: *Ante incarnationem erat Filius Dei, quaſi aurum ſolidum, vnde dicit Sponſa, Cant. 5.* caput dilecti mei, *ideſt, eius Divinitas*, aurum optimum, *ſolidum autem erat; ideſt, maſſa ſine aliqua humanitatis forma: in incarnatione verò à Tota Trinitate miſſum eſt, hoc aurum in fornacem, quæ fuit vterus virginalis, Eccl. 43.* fornacem cuſtodiens in operibus ardoris; *& ibi ineffabiliter fuſum eſt opere Spiritus Sancti, vt poſſit quaſi decurrere in modulos noſtros*; Sic ille, vbi obſerva pulchram auri maſſam, velut indigeſtam, & crudam ad vſus; donec in fornacem miſſa in partes digeſta ad vſus neceſſarios diſponatur: & contemplare in Maria Divinitatis theſaurum repoſitum, vt ipſa velut gratiarum theſauraria hominibus per partes ſingillatim diſtribuat, *vt ditet diligentes ſe*, & theſauros eorum repleat, Prov. 8. verſ. 20. Sic expendente hæc verba Richardo lib. 2. *Cum ſit Maria theſaurus Domini, & theſauraria gratiarum eius donis ſpiritualibus ditat copioſiſſimè ſervientes ſibi, vnde dicit cum Sapientia*, Prov. 8. in vijs iuſtitiæ ambulo in medio ſemitarum iudicij, vt ditem diligentes me, & theſauros eorum repleã: *Quod autẽ ipſa ſit theſaurus Domini dicitur, Saptẽt. 7.* infinitus eſt theſaurus hominibus, quo qui vſi ſunt participes facti ſunt amicitiæ Dei: Hæc Richardus. Quibus omninò adiunge Bonaventuram in ſpeculo vbi premens Angeli verba, Lucæ 2. verſ. 28. *Dominus tecum*: cum dixiſſet *Domini omnia ſunt propria: cœlum, & terra: & ſpiritualia, & temporalia, & omnis creatura, omnis gratia, & omnis cœleſtis gloria*: Subijcit. *Ecce Maria quantus Dominus eſt, quàtum opulentiſſimus eſt, tecum eſt: ideò tu es ditiſſima, & opulentiſſima ſecum in ijs omnibus, in quibus ille opulẽtiſſimus eſt.* Quibus ſic adſtipulatur Damaſcenus orat. 1. de Dormit. Virg. *Etiamſi ad breue aliquod temporis ſpatium morte, obtegeris tamen immenſi luminis, & immortalis vitæ, ac veræ beatitudinis puros, ex inexhauſtos latices gratiæ fluminа ſanationem fontem, ac perennem benedictionem nobis infundes*, ſic Damaſcenus. Exclamat ergo ad Deiparam, tanquam ad Mare gratiarum, S. Sabbas in Menæis 8. Februar. Ode. 9. de S. Theodoro M. *Cum te Abyſſum miraculorum, & Mare gratiarum exſiſtere indubitata nobis ſcientia conſtet, ò Deipara perpetuò ad Tuam confugimus Tutelam: Nam exſaltatum, & glorificatum, ac denique ad conditionem humana maiorem evectum eſt genus humanum per Tuam cum illo cognationem*: à qua nobis, vt à Mari immenſo gratiarum nobis rivi adveniunt: Similiter Pater Anonymus in Menæis die 6. April. Ode. 9. inquiens: *Repone mihi multiplicem gratiæ tuæ lucem, quam tu, ò Virgo ex theſauris immortalibus promis, vt quam ſumma Deus inter omnes beatitate donavit.*

Damaſ. S. Sabb. S. The. Anony.

PRO EXEMPLIS.

ACcipiat Lector, tũ verba S. Anſelmi lib de excellentia Virginis cap. 12. ad fidem Deiparam, ſic alloquentis: *Ab initio denique renovationis humanæ omnibus ſub tuum præſidium confugientibus hucuſque ſuccurriſti, & idcircò præ omni creatura, omni laude digniſſima dici; & eſſe meruiſti*: tum etiam, quæ Venerab. P. Petrus Caniſius de hoc cœleſti Aquæductu immenſam gratiarum copiam in omnes omninò gentes diffundente, ſic inquit: *Quis autem, vel numerando percenſere, vel oratione vlla conſequi poſſet, quas, quales, quantaſque virtutes per Matrem ſuam Benedictus Chriſtus Dominus paſſim effecerit, primum quidem in Palæſtina, deinde in Orientali, tum in Occidentali Eccleſia, ac poſtremò in Orbe novo, quemadmodum Scriptores non leves, & omnibus obvijt Codices bona fide deſcripti manifeſtè declarant. Neque Provinciam vllam extare arbitror in Orbe Chriſtiano, in qua vtriuſque ſexus homines MARIAM Gratiæ, & Miſericordiæ Matrem non agnoverint, adeòque*

certis

certis miraculis, & egregijs documentis, non habeant exploratam. Hactenus Caniſius de divino hoc Aquæductu. *Quæ pereleganter firmavit Amedæus hom. 8. de Laud. Virginis monens. Feramus animos in ſublime intuentes diligentiſsimè, quod Virgo elegantiſsima orta de radice Ieſſe ramorum ſuorum mirabile extenſione ſeſe vbique terrarum expandit, vt diſperſos filios Adæ ab æſtu, à turbine, & à pluvia, vmbra deſiderabili protegeret:* Sed & poſtmodum hæc ſubdit. *Extant harum aſſertionum exempla plurima, quæ vt notiſsima, & per vulgata cõpendiosè præterimus. Sciendum verò certiſsimè, quod creberrima miracula, innumera beneficia, ſpirituales viſiones, cæleſtes revelationes, ſublimes conſolationes almæ Matris Domini, Orbi terrarum aſſiduè coruſcabunt, donec finem Mundus ipſe ſeneſcens inveniat mclareſcente Regno, cuius non eſt finis,* ſic Amedæus.

MARIA diligens hominum Advocata, quæ illis viæ ad ſalutem ferentis ducem ſe præbet.

ADNOTATIO II.

1 FIdenter dixerim omnibus, qui & ſuam, & animarum ſalutem procurant, vt accedentes ad ſervitutem Dei, vel eos etiam, qui accedere renuunt ſedulo admoneant, vt B. Virginis Mariæ obſequium, & devotionem ſuſcipiant, vt eorum greſſus in viam ſalutis per ipſam dirigantur: ipſamet Domina affirmante: *In me omnis gratia, omnis viæ, & veritatis,* Eccleſ. 24. verſ. 26. notanter *omnis viæ*, ac ſi dicatur, Deiparam eam ſuis cultoribus gratiam à Deo obtinere, vt ſecuram viam, quæ ducit ad vitam ingrediantur: & *ab omni via mala*, ſive *lubrica*, vt eſt in Hebræo, Pſalm. 118. verſ. 101. *Prohibeant pedes* ſuos, ſic expedente hæc verba Richardo à S. Laur. lib. 2. de Laud. Virginis, cum ait: *In me gratia omnis viæ, ſcilicet, quæ ducit ad vitam, ideſt, ad Filium meum, qui eſt vita, &c. in omni providentia, quam ipſe dat ad conſervandum animam occurrit illis, quaſi adiutrix fideliſsima.* His omninò conſentiente, tum Damaſceno in Menæis Græcis die 9. Ianuarij Ode. 4. de S. Polycredo, hunc in modum: *Dirige greſſus meos, ò Domina! vt recto tramite ad Filium tuum per laudabilem vivendi modum proficiſcar*: tum ipſamet Eccleſia Græca indidem die prima Aprilis in veſperis de S. Maria Ægypciaca, ſic orante ad Deiparam *celerimè auxilio vindica, & mihi viæ ad ſalutem ferentis Ducem te præbe*: O miram fælicitatem! *cum Dux fœmina facti* ſalutis, & ſydus eſt, à quo perinde in minimis, & in maximis eius cliens pendet, & regitur id, quod idemmet Richardus lib. 10. ſic opportunè diffundit inflectẽs in hũc ſenſum de Maria verba, Pſal. 88. v. 38. *Sicut luna perfecta*, his verbis: *Ipſa verè eſt perfecta Luna, quæ lucet in principio noctis, ideſt, incipientibus tentari, & in medio, ideſt, exiſtentibus in peccato, & in fine; ideſt, exeuntibus à peccato, & evadentibus à peccatorum tentatione: tunc enim dicitur Luna perfecta, quando lucet tota nocte. Primis enim iuvat Maria, ne ſuccumbant: ſecundos, vt reſurgant. Tertios, ne recidivent in æternum; quia miſericordia, & pietas eius durabunt in perpetuum,* ſic ille.

Id vt plenè percalleas: diligenter attende; quam ſit tibi neceſſarius viæ ad vitam dux, qui à viarum erroribus avertat, & ad certum iter manu ducat: ideſt, qui ad extrema pericula, & lapſus auxilium, & opem ferat, cuius Oraculum ſit, quod clamat Ieremias cap. 10. verſ. 23. *Scio Domine, quoniam non eſt hominis via eius; nec viri eſt, vt ambulet, & dirigat greſſus ſuos*: nam via difficilis, & quæ in varias ſemitas, non ſine ingenti diſcrimine ſecatur ductore, & directore maximè opus habet, vel audi Auguſtinum totum iter ante oculos, ſic proponentem epiſt. 250. *De agenda iſta temporali vita eo modo per quem perveniendum eſt ad æternam novi, concupiſcentias carnales eſſe frænandas, tantumque remittendum in delectationes ſenſuum corporalium, quãtum ſuſtentandæ huiuſmodi, agendæque vitæ ſatis eſt: omneſque moleſtias corporales pro veritate Dei, & ſalute æterna,*

Eccl. 24 v. 26.

Pſalm. 118. v. 101. Rich. à S. Laur.

S. Poly.

Richar.

Pſalm. 88. verſ. 38.

2

Iere. 10. v. 23.

Auguſt.

& proximi patienter, fortiterque tolerandas: & ſtatim: *novi etiam proximo ad hoc conſulendum omni ſtudio charitatis, vt iſtam vitam rectè gerat propter æternam, præponenda etiam nobis ſpiritualia carnalibus incommutabilia mutabilibus*: Ex quibus, ita concludit: *& hæc omnia magis, minus vè poſſe hominem, quantò magis, minus vè adiuvatur gratia Dei per Ieſum Chriſtum*: Hæc omnia Auguſtinus: Audis? quot, & quanta ad viam ſalutis ineundum ſint neceſſaria? quamque divino duce opus ſit ad incertos viarum exitus, & errorem declinandos? atque ideò ad Deiparam neceſſaria ratione confugiendum? ita prorſus cenſebat S. Theophanes in Menæis Græcis die 23. Februarij Ode. 8. de S Polycarpo, dum Sanctiſsimam Virginem talibus orabat: *Vt ignis columna præfulgens, ò Virgo! atque vt lucida Nubes, me qui in huius vitæ ſolitudine, cum viarũ erroribus luctor proficiſcentem antecede, vſque dum ad cœleſtem hæreditatem pertingam*: Sic Theophanes: & quidem opportunè illud: *In ſolitudine cum viarum erroribus luctor*: nam quis enumerare valeat viarũ huius vitæ errores, & incertos exitus? monente Salomone, Prov. 14. verſ. 12. *Eſt via quæ videtur homini iuſta; noviſsima autem eius deducunt ad mortem*: ſive vt habet Lectio Hebræa, *eſt via recta ad facies viri, & noviſsima eius, viæ mortis*: & notantiſsimè LXX. *noviſsima autem eius vadunt in fundum inferni*: O horribilem viæ errorem: & incertitudinem: Quis abſque duce, & filo laberinthum iſtũ intrare audeat?

Occurrit reſpondes Maria, Proverb. 8. verſ. 2. *In ſummis, excelſiſque verticibus ſupra viam in mediis ſemitis ſtans*. Vbi benè obſervat P. Salazar medias ſemitas ibi accipiendas eſſe pro bivijs, ac trivijs, quando, ſcilicet, plures in vnum concurrentes ſemitæ viatorem ancipitem reddunt, vt hinc moneamur in dubijs, perplexiſq; negotijs; maximè verò in ancipiti ad ſalutem ſtatu obtinendo; Mariæ ductũ omni prece, & modo procurandum eſſe, vt ita ibi obſervant idem Salazarius, inquiens: *Hinc Virgo Deipara media ſtat inter has ſemitas, vt in optimam dirigat, inſeratque*: Vnde pergit: *Satis imprudenter (ne dicam temerariè) agit, qui ſtatum, ſeu rationem agendæ vitæ electurus, inter multas vitæ conditiones, quaſi inter plures vias tranſverſas conſtitutus, non ſtatim Mariam invocat, & ab ea diſcit, quam nam ingrediatur, cui ſe potiſsimum committat*: Quod pulchra imagine: nocturnis Hecates trivijs præſidentis; ſic confirmat: *Nam quemadmodum veteres in trivijs Dianæ ſtmulachrum erigere ſolebant, vt iter agentes regeret, atque illis vias denunciaret, ad eum modum Deus Opt. Max. in intellectualibus illis diſſimilibus vitæ rationum trivijs Mariam ſtatuit, vt cuique eam denunciet, oſtendatque viam, quæ illum in patriam ſuam, hoc eſt cœlum inferat, atque ideò invocanda, & totis præcordijs oranda eſt*: Quod appoſitè firmat Richardus à S. Laurentio lib. 9. de Laud. Virg. vbi premens verba, Eccleſiaſtici 24. *Ego quaſi trames aquæ immenſæ*, ait: *Ipſa eſt enim via in invio peccatorum: ipſa directio in bivio deviantium: ipſa via ad patriam redeuntium*: ita quidem invocabat ipſam S. Damaſcenus in Menæis Græcis die 27. Iulij Ode. 5. de B. Virg. his verbis. *Quæ es Genitrix viæ ducentis ad vitam, in viam me rectam tuis auſpicijs tranſfer, vt quæ nunc in devia, imò calamitatum diarum voragines mea me inſipientia præcipitavi: nam perdite vivendo aberravi à Deo in longinqua terrarum per deſideria, ſcilicet, prava. Tu me igitur ad meliora converte, tuis ad Deum obſecrationibus ſalvare dignata*: Hæc Damaſcenus. Nec ſunt minus opportuna licet vulgata iſta, quæ ex Bernardo hom. 2. in Miſſus eſt, adducit ibi Salazarius: *Mariam cogita; Mariam invoca: non recedat ab ore, non recedat à corde: ipſam ſequens non devias: ipſam cogitans non erras, ipſa duce non fatigaris: ipſa propitia pervenis*: ita ille.

Sanè hìc ſemel, atque iterum ſe nobis opportunum offert Richardus à S. Laurentio. Nam primum lib. 12. de Laudibus Virginis Deiparam appellat *Virgam directionis, & Virgam regni Domini*, de qua Pſal. 44. verſ. 7. ſicut & Petrus Damiani ſerm. de Aſſumptione hæc Vatis verba eleganter accõmodat: indidemque Lorinus huic Virga tribuit, quod *dirigat veros Iſraelitas*: Pergit verò Richardus: *Virga directionis, quæ dirigit meritis orationibus, & exemplis, quotquot ingrediuntur in-*

S. Theo.

Prover. 14. v. 12. Lect. Hebr. LXX.

3 Prov. 8. v. 2. P. Salazar.

Rich. à S. Laur. Eccl. 24.

S. Dam.

Bernar.

4 Rich. à S. Laur. Pſal. 44 v. 7.

in Regnum Filij ſui, & ab ipſo quærenda eſt per orationem directio, & conductus, vt ei dicatur, ſicut dicitur: Dirige me, *ò Domina!* in veritate tua, & doce me, *quia tu es ſalus, & ſalvatrix mea:* Hæc ibi Richardus. Quibus adnectēda ſunt, quæ S. Sabbas in Menæis 3. Ianuarij, Ode. 4. de S. Malachia Virginem, ſic affatur: *Apud te omnem ſalutem, cuius me tenet fiducia, vitamque per te dirigendā depono. O gratia plena Mater, & Virgo.* Sic Sabbas: Rurſum verò Richardus lib. 2. de Laud. Virginis: dum ſub perſona Dei in laudē Deiparæ inflectit verba, Iſaiæ 60. verſ. 12. *Gens, & regnum, quod non ſervierit tibi, peribit, & gentes ſolitudine vaſtabuntur:* inde ſubdit. *Benè dicit* ſolitudine; *quia deſtitutæ tantæ Matris auxilio, per conſequens deſtituuntur auxilio Filij, & totius curiæ cœleſtis.* Sed væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſublevātem ſe, Eccleſiaſtes 4. verſ. 10. *Servus autem Mariæ,* ſi ceciderit, nō collidetur, *quia Domina miſericorditer* ſupponit manum ſuam, Pſalm 36. verſ. 24. *Ipſa enim poſt Filium comes eſt, quæ poſſit ſublevare cadentem. Vnde dicit cum Filio,* Oſeæ 9. *verſ.* 10. Væ eis cum receſſero ab eis vaſtabuntur. Hactenus Richardus: Obſerva illud: *ipſa poſt Filium comes eſt;* quæ viatorem adeò non deſerit (vt de Fortuna, tanquam de malo comite dicitur; quæ laſſata ſocium itineris deſerit) vt potiùs dirigens manuducat, & ſalvet.

Hinc opportuniſsimè B. Amedæus Lauſenſis hom. 8. de Laud. Virginis, longo intervallo præpoſuit hanc Deiparæ perſpicatiam, & ſollicitudinem ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis illis multis oculis animalium Ezechielis ante, & retro cuncta videntibus: etenim cum præmiſiſſet. *Adſtat ergo Beatiſsima ſingulari merito præcipua vultui Creatoris prece potentiſsima ſemper interpellans pro nobis, illo enim edocta lumine, cui nuda, & aperta ſunt omnia, cuncta noſtra videt diſcrimina, noſtrique clemens, ac dulcis Domina affectu materno miſeretur:* Audis hæc? *cuncta noſtra videt diſcrimina:* Vide nunc quomodo incertos vitæ exitus, & errores viarum multò acutiùs, quam ſancta illa animalia, non modo prævideat, ſed etiam fidiſsima nobis adiutrix provideat: *Sancta* (inquit) *animalia, de quibus in Ezechiele legitur, quod ante, & retro intus, & foris, atque in circuitu plena ſunt oculis, labores hominum, & dolores caſus, defectus, cæcitates, invaletudines, extrema pericula, incertos exitus vitæ, & mala quæque humani generis, non æquè vt Dei Genitrix valent examinare, examinando cœleſti auxilio diluere, & propulſare:* Reddit egregiam rationem: *Quo enim ſublimius immenſi Regis cor aſpicit, eò profundius divinæ gratia pietatis afflictorum, & miſereri, & miſeris ſuccurrere novit.* Hactenus Amedæus luculenter. Nec minus opportunè S. Sabbas in Menæis die 3. Ian. Ode. 4. de S. Gordio Deiparam, ſic orans: *Deipara Deo deſpōſata Maria, libera me à malignis lapſibus, atque periculis: ſimul tua interceſſione ad portum tranquillitatis, atque ſalutis perducas.* Ita ille.

His concinit imago nubis diei deducentis Iſraelitas per mare; quam vſurpat Ioannes Geometra ad cap. 1. Lucæ v. 36. in Catena Græca, cum alluſione ad cap. 14. Exodi verſ. 24. vbi habetur. *Iamque advenerat vigilia matutina; & ecce reſpiciens Dominus ſuper caſtra Ægyptiorum per columnam nubis, & ignis interfecit exercitum eorum:* vt Deipara omnimodis ſit fidelibus nubes recti itineris ductrix adverſus inviſibiles hoſtes deducens genus humanum ad ſupernam vitam tranſito huius vitæ mari: Ergo ſic Geometra Virginem affatur: *Omnes te compellant nubem in die, & ſimul recti itineris nūciam, columnam nubis, non divinū tantum (vt arbitror) ignem circumferentem, verum etiam divinum, novumque populum contra ſpiritualem Pharaonem muniētem:* Sic ille: Habet verò pulchram emphaſim, quod dicatur Deū ad deducendum populum incolumen ab inſequentibus hoſtibus reſpexiſſe *per columnam nubis,* qui abſque hoc reſpectu ſolo intuitu; & ſuos illuminare, & dirigere, & hoſtes diſsipare, & perdere poterat: Vt argumento fuerit tum Deum in benefaciendo, & illuſtrando B. Virgine, vt digna, & opportuna Adminiſtra vti ſicuti Philothæus Patriarcha in Menæis Ode. 1. & 4. Canonis primi de SS. PP. dicebat (vt iam vidimus:) *Te enim tanquam interventrice, digna ſeſe, ac*

S. Sabb. *Iſai. 60. v. 12.* *Eccleſ. 4 v. 10.* *Oſeæ 9. v. 10.* *Amedæ.* *Ezech.* *Geomet* *Exo. 14. v. 24.* *Philoth.*

rerum omnium Conditarum Adminiſtra-
titur Deus: tum vel maximè, quod ipſe velut Sol in nube concluſus, velut neceſſaria ratione per eam videre, illuminare, & bonitatis ſuæ radios immittere videatur: ita quidē S. Ioſephus Confeſſor in iiſdem Menæis die 10. Iunij, Ode. 9. de S. Alexādro Virgini ſuggerebat: *Vt Nubes lucida, quæ Solem diviniſsimum portas, nubila mē-*
tem excæcantia rumpis, & ceu tempeſtate diſiecta pacem profundam in ani-
ma mea defigis: Sic Ioſephus: luculentiſsimè verò ipſa Eccleſia Græca die 7. Martij in veſperis de SS. MM. Baſileo, & ſocijs in hunc ſenſum Deiparæ laudes, ſic adornans: *Salve, quæ es Solis inacceſsi vehiculū, & Radiorum loco ipſummet Solem emittis cunctarum mentium captu maiorem! Salve mens Divinorum Ignium ſublimibus velut excubijs fulgens! Salve ſplendor, qui ſcintillas, vt fulgur, vnaque totum terrarum orbem illuſtras! Splendor aureis rutilans Radijs! Splendor omni genere venuſtatum Decore! cuius nobis exoriens lumen occaſum non habet.* Hæc ibi: pulchrè, pulchrè, ad explicādū nobis; quomodo per hanc lucidiſsimam Nubē Sol iuſtitiæ benigniori oculo mortales reſpiciat, & illuminet *totum terrarum orbem*, ideſt, omnem hominem venientem in hunc mundum.

7 Ad hæc: quod Deipara optima ratione ſeſe ducem viæ appellet, & viam ad vitam mortalibus præbeat: facilè colliges, quod viæ ipſius Mater ſit, qui de ſe dixit: *Ego ſum via, veritas, & vita*, Ioan. 14. verſ. 6. quod per ipſum à peccato in iuſtitiam, & ab hoc ſæculo in æternam beatitudinem veniendū nobis ſit: Vnde Auguſtinus lib. 11. de Civitate Dei cap. 2. *Homini* (inquit) *eſt iter ad Deum per Deum, & hominem, qui eſt Chriſtus*: ad Chriſtum verò, quæ patentior, ſecurior vè via, quam eius, quæ viæ huius Mater eſt. Audi S. Ioſephum, huic rationi innixum Deiparam, hunc in modum alloquentem: *Quæ in lucem edidiſti Deum, qui via exſtitit ad vitam, & æquabile iter præſtat victoribus! Te inquam Dei genitricem vitæ iſtius vehementer imploro, vt mentis meæ greſſus ad Deum promouere digneris.* Sic ille in Menæis die 6. Martij Ode. 5. & 9. vt dixerit: Quem ducē ad viam? niſi viæ genitricem quæram? Num *patente via* (vt eſt in proverbio) quærā ſemitam?

8 Iam verò, vt hæc plus plus diffundam, denuo huc advoco repetita decies Salomonis verba, quæ decies repetita placebunt, Proverb. 8. verſ. 30. *Cum eo eram cuncta componens*: ſive vt Hebræa habent, *vt nutrita* vel vt LXX. *Eram penes ipſum diſponens, compingens, vel modulans*, quibus omninò adumbrat ſapiens ſedulam curam; quam Deipara cum ſuis gerit: quaſi ipſa adeò non abdicet natos ad alterius nutricis vbera: vt potiùs eos cum Deo componat, eorum greſſus diſponat, mores moderetur, & ſumma providētia lactet, nutriatque: Nimirum, tū ſingulari arte, ſive artificio (de quo in ſeqq. redibit ſermo) ingentibus peccatoribus miſericordiam procurat; tum etiam ijs, qui in via virtutis dextrū aliquando timidè poſuere pedē, libertatem pravā peccandi imminuit procuratæ gratiæ acceſſu; ſimulque terroribus æternorum conglobatis curſum ſcelerum inhibet, animūque percellit, vt gradū referant, procuratque ſubinde peculiaria auxilia, & gratiæ congruæ motus, quibus tacti ad Dei revertantur obſequia, & magnos in virtute progreſſus faciant, donec tandē ſalute donentur æterna. Quo opportunè referas verba Patris Anonymi, quibus vſa eſt Eccleſia Græca in Menæis in veſperis de Amos Propheta, quæ ſunt eiuſmodi. *O quæ Aquā vitæ, & Nectar immortalitatis Chriſtum progeneraſti: hanc ipſam mihi Aquā ceu exſtinctricem noxarum perendā trade* (vides nutricis munus?) *Sicque mentem meam Diuinis ſuperne gratiæ luminibus excole, vt hoc tuo roboratus auxilio ſalutaribus Dei præceptis obediam, & per horum efficacem obſeruantiam ad ſtationē ſalutis magnis itineribus tendā.* Hæc ibi, quæ Deiparā viam virtutis, & vitæ pulchrè faciunt. Nec minus ad rem S. Ioſephus Confeſſor in Menæis 22. Maij, Ode 3. de S. Baſileo Deiparam, ſic deprecans. *Fractas vires miſerandæ animæ meæ, iamque longo tempore corroboratas ægritudines Remedijs tuis perſana. Fac etiā, ò inter omnes ſummè caſta! inuenire me tantum apud te Gratiæ, vt ad omne genus virtutis, manu me propria ducas, atque ad ambulandas Pœnitentiæ Vias pedes meos atrollas:*

Ita Ioſephus. Pende optimam viæ ducem: *manu me propria ducas*: nonne id Nutrices faciunt; ne infantuli cadant?

9 *S. Erneſt. Archie.* Hùc piè, & acutè per allegoriam traxit Sanctus Erneſtus Archiepiſcopus Pragenſis in ſuo Mariali cap. 122. quod Sacer textus refert de filia Pharaonis, quæ Moyſen recenter natum, & in flumen proiectum, vagientē, & aquis pœne immerſum, non modo blandè ſuſcepit, & nutriendum curavit, ſed etiam adultum adoptavit in filium: ſic enim Exodi 2. v. 9. *Exod. 2. v. 9.* *Locuta filia Pharaonis: Accipe, ait, puerum iſtum, & nutrici mihi, &c. Quē illa adoptavit in filium*: Sic etiam Erneſtus: *Mariæ tota die dicimus*: Monſtra te eſſe Matrem: *Et iſta Virgo beata, Virgo regia, vt filia Regis Ægypti, quemcumque pœnitentem in aquis lachrymarum vagientem videt, miſerata eius aſſumit, nutriri facit, & in Filij locum adoptat.* Hæc ille. Quibus adiūge iſta ex Coſma Hieroſolymitano in hymno: *Miſericordiæ ianuā aperi nobis benedicta Deipara; ſperantes igitur in te, ne aberremus, liberemur per te à calamitatibus. Tu enim es ſalus generis humani.* Necnō & hæc ex Sophronio Patriarcha in Menæis die 8. Ianuar. Ode 3. de S. Georgio. *Me tuum in hymnis laudatorē, qui indignas venia culpas admiſi dirige ad ambulandam Pœnitentiæ Viam. O quæ peperiſti Verbum, quod tollit peccata Mundi.* *Coſma.* *Sophro.*

10 Crediderim fore opportunum, ſi pro huius argumēti coronide exſcripſero ſalutationē deprecatoriam, qua S. Franciſcus de Sales, Epiſcopus Genevenſis, vir ſanctiſsimus, & Deiparæ ſtudioſiſsimus ipſam exorare conſueverat; eſt quidem eiuſmodi, vt apud ipſius vitæ Scriptores habemus: *Ave dulciſsima Virgo Maria Mater Dei. Mater es mea, & Domina, ſuſcipe me ergo in filium, ac famulū tuum, oro, nullam enim aliam præter te Matrem, ac Dominam agnoſco. O bona! gratioſa! & ſuaviſſima Mater mea! ſolare me, quæſo, & ſuſtine in omnibus anguſtijs, & tribulationibus meis, tum ſpiritualibus, tum corporalibus. Memento dulciſsima Virgo, eſſe te Matrem meā, me tuum filium: eſſe te potentiſsimā; me vilem, & infirmū. Suppliciter igitur poſtulo, beniguiſsima Mater, vt me dirigas, ſerves, promoveas in omnibus vijs, & actibus meis. Etenim ſi-*

ne te, quam pauper, & inops, & ægens ſum auxilio tuo? Serva igitur, ò ſanctiſſima Virgo! ò piiſsima Mater, & corpus, & animā meam ab omnibus malis, & periculis, & fac me participem bonorum tuorum, gratiarum, atque virtutum præſertim profundiſsimæ humilitatis, eximiæ puritatis, ardentiſsimæ charitatis tuæ. Exaltare in cœlis, & in terra, ò glorioſa Virgo, & excellentiſsima Mater mea Maria, & propter honorem, & gloriam Ieſu Chriſti Filij tui, accipe me in filium tuum, & oculos tuos peccata mea non effendant. Libera corpus meum, & animam meam ab omni prorſus malo. Largire virtutes tuas, ac præſertim humilitatem. Tribue omnia illa dona, & gratias, quæ placent Auguſtiſsimæ Trinitati Patri, Filio, ac Spiritui Sancto, Amen. Hactenus Sanctiſsimus vir.

EXEMPLA.

QVod piè optabat, & enixè precabatur S. Ioſephus Deiparā: *Fac, ò inter omnes ſummè caſta! invenire me tantum apud te gratiæ, vt ad omne genus Virtutis manū me propria ducas, atque ad ambulandas Pœnitentiæ vias pedes meos attollas videſis opere completum, & exſecutione mandatum in Sancta Maria Ægyptiaca*, cuius hiſtoria plura nobis ſalutaria documenta ſuis locis appingenda miniſtrabit, illa ſiquidem recenter ad Deum converſa ope Virginis: ſic pro incuntis viæ ſalutis directione ipſam exorabat. *Tibi quidem, ò bonarum rerū amatrix Domina! quæ tantam mihi præter meritum humanitatem exhibuiſti preces meas, nec reieciſti. Tu verò me, quo placuerit ducito. Eſto mihi ſalutis ductrix, & veritatis Magiſtra præcedens me in via, quæ ad pœnitentiam ducit Domina Deipara, ne me derelinquas*: hæc omninò habentur in eius vita à Sophronio conſcripta: Deinde verò in B. Sylveſtro Marradio è familia S. Dominici, vt conſtat ex Chronico Ordinis Prædicatorū, p. 1. *Etenim cū is vtroque parente orbatus eſſet, è pago ſuo Florentiā tendenti, vt conditionē aliquam vitæque genus eligeret; occurrit ei B. Deipara (de qua iam dudū, ex Eccl. 15. v. 2.*

Eccl. 15. v. 2.

audivimus, & obviavit illi quasi Mater honorificata) cumque intereundum varia salutis, & perfectionis documenta dedisset, Florentiam vsque ad S. Dominici Monasterium deduxit, & mox disparuit. Admissus ad Religionem tantum in litteris profecit, vt evaserit magni nominis, & magni profectus Verbi Dei Concionator; qualem eum esse decebat, qui à Deipara ad Religionem sanctissimam manuductus fuisset.

Bzov. Egregium etiam est illud, quod refertur apud Bzovium ad annum 1285. ex Archangelo Giano in vita S. Philippi Religionis Servitarum Generalis quinti. Dum in ipsa abundè describitur mirabilis Philippi in Deiparam affectus, & Deiparæ in ipsum. Quippè vocatus ab ipsa est in Religiosum Servitarum Ordinem singulari penitus modo. Nam Parisijs Florentiam reversus, cum Ecclesiam Servitarum, quæ Virginis Annunciatæ nominatur, ob suam pietatem in S. Deiparam crebrius visitaret, factum est, vt die, qua leguntur ex Actibus Apostolorum cap. 8. v. Act. 8. v. 29. 29. hæc verba: Philippe, accede, & adiungere ad currum istum, nempè in festis Paschalibus, & raperetur in exstasim, & currum aureum videret, quem ovis, & leo trahebant; atque in eo Sanctissimam Virginem comitantibus Angelis insidentem, ac nigra sibi indumenta tendentem, hoc est Servitarum habitum porrigentem. Sequenti deinde nocte ab eadem S. Virgine servos suos adire iubetur, quod ille impigrè præstitit, à quibus primum quidem velut laicus receptus, posteà, & Sacerdos factus est, & propter insigne prædicationis donum, copiosumque ex ea fructum cognominatus est Apostolus S. Mariæ, fuitque dæmun totius illius Ordinis quintus Generalis vnanimiter constitutus.

Bzovio. His duo alia exempla consentanea sunt: Alterum refertur à Bzovio in Chronico ad annum 1234. de Tancredo, qui cum aula Friderici Imperatoris inter Palatinos emineret, & in Deiparam prolixissimo affectu; ab ipsa magna fiducia petiisse, vt sese dirigeret in viam tutissimam salutis; cui quidem ipsa benignissimè apparuit per somnium, iussitque vt ordinem suum intraret: sed cum ordinem suum quis esset, non adhuc Virgo declarasset: esset que anxius, & solicitus Tancredus; iterum illi per somnium Dominicani duo fratres apparuerunt, qui ordinem illum, quem Virgo indixit, ipsum suum esse declararunt: Cumque demun Tancredus per Vrbem iret illi ipsi obviam fuerunt; & ab eis de mundo reliquendo persuasus Dominicanum suscepit institutum, & vitam sanctè in eo peregit.

Gogon. Alterum verò narrat Gogonus in vitis Sanctorum Occidentis de Peregrino, qui fuit ex Ordine Servitarum Virgini devotissimus, à qua cum postulasset, vt vias suas dirigeret, ei statim Dei genitrix apparens ad Ordinem Servitarum direxit: ad quem ab Angelo deductus Senis habitum libentissimè accepit.

Brunes. Persimile illud, quod in annuis litteris Domus Probationis Brunensis refertur, de adolescente quodam nobili, cui de vitæ statu deliberanti bis apparuit Deipara Virgo; semel cum S. Ioanne Baptista tenente nomen Iesu, & cum S. Iacobo coronam precatoriam suis manibus gestante: alias cum parvulo Iesu benedicens eidem Nobili, & iubens inire Societatem Iesu. Quod & ipse statim lubens præstitit.

Iam verò Religio esset; quoniam sermo hùc noster evasit: Nobis in hoc Matritensi Imperiali Societatis Iesu Collegio scribentibus, itidem non referre egregium beneficium, quod Deipara eodem ductu contulit in Beatum Ludovicum Gonzagam Principis de Castellon primogenitũ Filium, dum in hoc templo ante aram Virginis vehementius orans, vt in viam salutis manuduceret; ipsa manifesto in lumine præscripsit, vt Societatem Filij sui ingrederetur. Quod ipse promptissimè exsecutus in Societate tãta vitæ sanctitate vixit, vt à Sede Apostolica, iam dudum Beatus renunciatus fuerit: sed & pulcherrimæ Deiparæ imagini, benè etiã cessisse quodammodo dixeris: dum signatè cognomen Boni Consilij Diva sit sortita, & miris modis à tota Curia Regia colatur, honoretur, & festivis gaudijs singulis totius anni Sabbatis celebretur.

MARIA OPTIMA Advocata, quæ clientes ſuos pane cœleſti nutrit, donec per incrementa virtutum formetur Chriſtus in eis.

ADNOTATIO III.

1 SAnctiſsima Virgo ſtrenuiſsima hominum Advocata, quæ illis viam ſalutis æternæ diſponit, quæ à peccatorum lapſu, & ruina defendit, quæ protegit, regit, atque gubernat, vt ſpiritu Dei agantur: hac omninò ratione ducta cœleſtem ipſis cibum præparat, vt grandem, quæ illis reſtat viam aggrediantur, & currant, donec cœleſtem palmam conſequãtur: monente Salomone, Prov. 31. verſ. 14. *Facta eſt quaſi navis inſtitoris de longè portans panem ſuum. De nocte ſurrexit: deditque prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis*: Quæ de Deipara Euchariſtiam fidelibus præparante, & ad illam invitante pulchrè explicant Richard. à S. Laurentio lib. 11. de Laudibus Virginis, & P. Salazar ad ea verba ſimul componentes illa cum ijs eiuſdem Dominæ ſub perſona Sapientiæ, Proverb. 9. verſ. 5. *Venite comedite panem meum*: Sic enim Richard. *Notabiliter dicit* panẽ ſuum: *Chriſtus enim verè panis noſter eſt: vnde Matthæi* 6. Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie: *Quia iſto pane vivit anima in præſenti per gratiam*: ita ibi, & luculentius eodem libro ſub titulo *Inſtitor*: hunc ſenſum ſic diffundit. *Panem ſuum, qui totus fuit ſuus, de quo ipſa dicit, Prover.* 9. Comedite panem meum: *Et quoniam non poſſumus eum habere, niſi ab ea, & per eam: vnde dicendum eſt ei tota devotione, & deſiderio mentis, ſicut dicimus Deo Patri. Mater noſtra, quæ es in cœlis panem noſtrum ſuperſubſtantialem, vel cottidianum da nobis hodie.* Hæc Richard. & quidem rectè à Maria Matre noſtra annonam petere inducimur, vt vivamus, & in via vitæ ſubſiſtere, & ambulare poſſimus: ſicut à matre pueri panem mane exigunt, vt ad ſcholas eant: Pergit verò Salomon, & Deiparam panem ſuum fidelibus liberaliter dãtem, & diſtribuentem ſic affirmat: *Deditque prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis.* Petrus verò Damianus in ſerm. de Nativitate Virginis, hunc ſenſum ſic elucidat: *Hic dilectiſsimi fratres, hìc rogo perpendite, quam debitores ſimus huic beatiſsimæ Dei genitrici, quantaſque illi poſt Dominum gratias agere debeamus: illud ſiquidem corpus, quod beatiſsima Virgo genuit, quod gremio fovit, quod faſcijs cinxit, quod materna cura nutrivit, nunc de ſacro Altari percipimus, & eius ſanguinem in Sacramento noſtræ Redemptionis haurimus*: Et ſtatim plus hanc Virginis beneficentiã expendens ſubdit: *Impar eſt illi omne humanæ linguæ præconium, quæ de intemeratæ carnis ſuæ viſceribus cibum nobis protulit animarum, eum videlicet, qui de ſemetipſo perhibet*: Ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi ſiquis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum, *Ioann.* 6. *Per cibum namque ſumus à Paradiſi amœnitate dejecti, per cibum quoque ad Paradiſi damna reparati. Cibum comedit Eva, per quem nos æterni ieiunij fame mulctavit: cibum Maria edidit, qui nobis cœleſtis convivij aditum patefecit.* Hæc omnia opportunè Damianus.

Sed redeo ad illud Richardi: *& quoniam non poſſumus habere niſi ab ea, & per eam*: & cum nemini dolo, aut fraudi fuerit, ſuum ſalem lingere, non pudebit, aliqua hic appingere de ijs, quæ in libro de Euchariſtia, dum Deiparam formam Dei fideles nutrientẽ fecimus, plena dedimus manu; & primum opportunè advocabimus Auguſtinum in Pſal. 33. vbi premens altiſsimum, & benigniſsimum Dei conſilium; quo cum ipſe ſit cibus ſempiternus, quem manducãt Angeli, & ſupernæ virtutes, factus eſt nobis cibus ad vitam

Prov. 31. v. 14.

Rich. à S. Laur. Salazar

Prov. 9. v. 5.

Prov. 9.

Pet. Damian.

Ioan. 6.

2

Auguſt.

tantum hoc opus ad Deiparam referens hæc inquit. *Oportebat ergo, vt mẽſa illa lacteſceret, & ad parvulos perveniret: vnde autem fit cibus lac? Vnde cibus in lac convertitur, niſi per carnem traijciatur? Nam Mater hoc fecit*: ita Auguſt. Optimè: obſerva primo, hoc *Mater, hoc fecit*, vt videlicet menſa illa cœleſtis, & ſupernorum convivarum, ad vſus noſtros deſcenderet, & à Matris lacte hominum cibus fieret, & *ad parvulos perveniret*. Quod piè, & eleganter ſic monuit Vrbanus Pontifex in Metaphraſti in Pſal. 50. premens verba, *Miſerere mei Deus*, hunc in modum: *Nam cum eſſes puer mihi natus, & parvulus filius mihi datus; datus (inquam) à Patre, qui* ſic dilexit mũdum, vt Filium ſuum vnigenitum daret: *Datus à Matre, quæ quaſi altera mulier Samaritana, de qua 4. Reg. 6. v. 29. Vt aleret nos in fame, in igne Paſſionis te Filium ſuum coxit, & in Sacramento Altaris ad manducandum nobis dedit*. Sic Vrbanus. Iam verò cõpone cũ his verbis Auguſtini illa Salomonis Prov. 9. verſ. 1. de Deipara ſub perſona Sapientiæ, Sapientia *ædificavit ſibi domum, & miſcuit vinum, & propoſuit menſam ſuam*: & ſtatim verſ. 4. *Siquis eſt parvulus veniat ad me, & inſipientibus locuta eſt. Venite, comedite panem meum, & bibite vinũ, quod miſcui vobis*. Vtraque autem pulchrè elucidavit Bernardus ſerm. 2. de Natali, vbi cum alluſione ad parabolam de fermento, quod abſcondit, mulier in farina ſatis tribus à Domino propoſita, Matthæi 13. verſ. 33. *Hæc ſunt* (inquit) *Evangelica illa tria ſata farinæ, quæ pariter fermentantur, vt ſit panis Angelorum, quem manducet homo, panis cor hominis confirmans. Fælix mulier benedicta in mulieribus; in cuius caſtis viſceribus ſuperveniente igne Sancti Spiritus coctus eſt panis iſte. Fælix (inquam) mulier, quæ in hæc tria ſata immiſit fidei tuæ fermentum*: Hæc Bernardus; quæ longiùs diffuſa videris apud Andræam Cretenſem orat. *de Deipara*: menſam Euchariſtiæ à Deipara propoſitam multimodis adornantem: ex illis hæc accipe: *Oſtendit autem ſuam quoque ſanctiſſimã menſam, vtpotè, quæ ipſum totum vivificum panem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui eſt vita æterna, qui creatam continet naturam ex fermento Adamicæ conſperſionis panem factum in vtero geſtavit œconomicè, qui eos, qui ſanctè ad eum accedunt, reducit ad vitam recentiorem, & reddit in Deo perfectos. Quo quidem modo eos quoque expurgat, & reddit immortales, qui participatione novæ illius, & pulchræ eius communionis ei coniunguntur, fiuntque familiares*. Hactenus Andræas Cretenſis.

Iam expende in verbis Salomonis Deiparam parvulos invitãtem ad Euchariſtiæ menſam, & Auguſtinum dicentem; cœleſtem hanc mẽſam ad parvulos perveniſſe, itidemque Andræam de ea monentem reddere perfectos, eos, qui ad ipſam accedunt; ſignatè lactis Euchariſtiæ munus exprimi, à quo fideles creſcunt in ſalutem, & è parvulis in virum perfectum evadunt. Nimirum ad Matrem, vt parere; ita & nutrire, & alere filios ſpectat ſuos: dicente neſcio, quo apud Agellium lib. 12. cap. 1. *Oro te mulier, ſine eam, totam integram eſſe matrem filij ſui. Quod eſt enim hoc contra naturam imperfectum, atque dimidiatum matris genus, peperiſſe, & ſtatim à ſe abiecciſſe*. Quod bellè ad Deiparam retulit Venerab. Guillielmus in ea verba, Cant. 4. verſ. 5. *Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in lilijs*, inquiens: *Per hoc, quod Verbi eſt facta Mater corporalis, facta eſt membrorum eius Mater ſpiritualis. Per hoc, quod caput noſtrorum ſecundum carnem concepit, membra eius lacte pietatis alenda ſuſcepit. Habet ergo vnum, quem pro tempore lacte corporeo nutrivit, habet, & gemellos; ideſt, ex vtroque ſexu adoptatos, quos lacte pietatis nutrire non deſinit*. Sic Guillielmus. Id quod expreſſiſsimè monuit Apoſtolum Princeps, cum fideles recenter in Chriſto natos ad virtutum incrementum, & perfectionẽ exhortans divinum lacte Euchariſtiæ proponebat illis verbis epiſt. 1. cap. 2. verſ. 2. *Quaſi modo geniti infantes rationabile ſine dolo lac concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem, ſi tamen guſtaſtis, quoniam dulcis eſt Dominus*: vbi cum omninò ſupponat Petrus propriũ eſſe Chriſtianæ diſciplinæ indefinenter in virtute proficere: *Etenim non in virtute proficere* (ſic Gregor. Nazianz. orat. 1. contra Iulianum) *nec ex veteribus*

ſub-

Vrban. PP. — *4. Reg. 6. v. 29.* — *Prov. 9. v. 1.* — *Bernar.* — *Mat. 13 v. 33.* — *And. Creten.* — *Agell.* — *Guill. Cant. 4. v. 5.* — *1. Pet. 2 v. 2.* — *Nazian.*

subinde novos fieri, sed eodem statu hæ-
rere in vitio ponimus: subiicit, vt opportunum ad id consequendum medium ad Eucharistiam accedere, non secus, ac infantes ad vbera matris: sub hoc sensu dicente S. Irinæo M
Irenæus lib. 4. adverſ. hæreſ. cap. 75. *Quasi infantibus ille, qui erat panis perfectus Patris lac nobis se ipsum præstitit, vt quasi à mammilla carnis eius enutriti, & per talem lactationem assueti manducare, & bibere Verbum Dei, & eum, qui est immortalitatis panis, qui est Spiritus Patris in nobis ipsis ipsum continere possimus.* Ita Irenæus.

4 In quam rem omninò obſerva, cũ Gregorio Nysseno hom. 6. in Cãtica eos, qui à Domino pueri vocantur, Lucæ 11. verſ. 6. illis verbis: *Iam ostium clausum est, & pueri mei* (Lect. Syriaca *filij mei*) *mecum sunt in cubili*: Canticorum 3. verſ. 7. viros fortes, & robuſtos appellari: ita enim ibi: *En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel: omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi*: Vbi ſi tanti diſcriminis, quæſieris rationem, vt qui modo pueri dicuntur; poſteà fortiſsimi, & ad bella doctiſsimi dicantur? facilè ex lectuli munere reſpondebimus: ipſe quippè Deiparã adumbrat, in qua Dei Filius requieſcit ad fidelium convivium poſitus, vt rationabile lac ebibentes in eo creſcant in ſalutem: ſic hunc lectulum penſitante ibi Venerab. Honorio: *Virginem elegit, in qua vt in lecto recubuit ipse positus ad convivium, quia fideles de carne eius epulantur, quam de Virgine sumpsit*: Sic ille, cui ſenſui videtur ſubſcribere, Paulus ad Hebræ. 2. verſ. 13. vbi cum citaſſet ſimilia verba, Iſaiæ 8. verſ. 18. *Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Deus*, ſic infert. *Quia ergo pueri communicaverunt carni, & sanguini, & ipse similiter participavit eisdem*: ingens iſtud ſpiritualis ætatis, ſive ſtaturæ incrementum ad participationem carnis, & ſanguinis Chriſti referens: quam Deipara fidelibus ſubminiſtrat: ipſamet hunc ſenſum aperiente, Cant. 7. verſ. 12. ſic primum cum filio ſuo opportunè colloquente: *Manè surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea; si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica*: quibus Eccleſiam, ac ſingulos fideles ſe viſitaturam offert viſura quos bonorum operum fructus proferant: vt explicat, hunc in modũ Philo Antiſtes: *Ecce sanctorum mentes, quæ punicorum instar ab honestis floribus virtutum ad excellentissimos fructus gloriosissimè perveniunt*: Deinde verò pro huius profectus confirmatione ſubiiciente: *ibi dabo tibi vbera mea*; atque in hanc ſententiam, ſic inflectente hæc verba Venerab. Guillielmo ibi: *Spiritualiter enim pascam parvulos tuos lacte maternæ pietatis, quæ te olim pavi lacte corporali pro veritate carnis. Denique pro eo, quod tibi sum mater corporalis ero tuis Mater spiritualis materna charitate, quasi proprios parturiens filios, donec plenius formeris in eis, materna itidem cura nutriens eos, donec vsque in virum perfectum grandescas in eis.* Hactenus Guillielmus.

Ecce tibi, quod alibi obſervavi, 5 tum Sponſo præter conſuetum rerum ordinem vbera in Canticis attribui, ſic enim cap. 1. verſ. 2. *Meliora sunt vbera tua vino*: tum etiam vna eademque Chriſti, & Mariæ vbera eſſe: quæ ad Euchariſtiam referri debent: nam vt ea Canticorum verba, ſic explicant Theodoretus, & Commentarius trium PP. *Per vbera illa admiranda cogita ineffabiles illos Altaris fontes, ex quibus omnes alumni pietatis nutrimur*: ita etiam de Mariæ vberibus dicebat Petrus Damianus: *Manat liquor de vberibus Virginis, & in carnem vertitur Salvatoris: ô beata vbera, quæ dum tenue lac puerilibus labris infundunt, Angelorum cibum, & hominum pascunt*, & Richardus à S. Victore p. 2. in Cant. cap. 23. cum Virgine ſermonum conferens, *carnalia in te Christus vbera suxit, vt per te nobis spiritualia fluerent*: Sanè quaſi ex bonæ fidei contractu Deiparæ vnigenito ſuo lac ſuaviſsimum præbuerit, vt ipſe illud in carnem ſanctiſsimam ſuam convertens nobis in Euchariſtia communicaret: Cuius cogitationis Auctor, fuiſſe videtur Sapientiſsimus P. Ioannes Baptiſta Novatus eximius Deiparæ cultor libro de Eminentia Virg. tom. 1. cap. 7. q. 40. inquiens: *Sicut Verbum in assumenda carne, quam in cibum fidelibus daturus erat à Virginis consensu pendere voluit, ita ex tunc ab eodem consensu voluerit pendere, non solùm in assumenda,*

Nyſſen. *Luc. 11. v. 5* *Cant. 3. v. 7.* *Honor.* *Hebr. 2. v. 13.* *Iſai.* *Cant. 7. v. 12.* *Guillielm.* *Cant. 1. v. 2* *Petr. Dam.* *Richard. à S. Vict.* *Novat.*

sed etiam in danda carne in Eucharisticũ cibum: Sic perdoctus, & pius Pater: vt iure huc referas egregium illud Epiteton, quo Eucharistiam consignavit Gregorius Nyssenus appellans ipsam *mysterium Virginis*, hunc in modum: *Huius corporis panem nõ aratio, non satio, non agricolarum opus efficit, sed terra intacta permansit, & tamen pane plena fuit, quo famescentes Mysterium Virginis perdocti facilè saturantur*: ita Nyssenus lib. de vita Moysis: Pulchrè *Mysterium Virginis*: vt ipsa fideles famescentes in Mysterio Eucharistiæ aleret; dum Dei Filio, & suo rationabile lac, quasi ex pacto convento præbuit, vt ipse eomet in carnem suam converso communicantes ad vitam æternam nutriret: pulchrè etiam *saturantur*: cum Maria optimæ Matris munus implens, & cuncta à filijs suis mala depellit, & cuncta bona confert, & in eorum sinum immittit: favet, fovet, virtutibus ornat, & ad earum incrementum, ac perfectionem perducit.

Nyssen.

6 In quam omninò sententiam placet advocare pulchra Vatis verba, Psalm. 83. vers. 4. *Quoniam passer invenit sibi domum: & turtur nidum sibi: vbi ponat pullos suos Altaria tua Domine virtutum*: Vbi cum Virgo sanctissima congruè, cum turture componatur (quod optimè persequitur Gislerius in cap. 2. Cant. vers. 10.) is subest his verbis sensus, vt Maria ad excludendos, & nutriendos pullos suos nidum suum in Sacramento Altaris reponat: Quare primum audi, quomodo Auctor Græcus apud Agellium explicet Altaria: ait enim: *Noster enim nidus, & cunabula, & oblectatio bonorum sancta tua sunt Altaria, ab illis enim, vt hiantes pulli divinum cibum à te sumimus*: Deinde vide, vt id Mariæ aptet Richard. à S. Laurentio lib. 10. de Laud. Virginis, dum ait: *In nido ponit, & fovet avis ova sua, sic vir iustus opera, & bonos motus in Maria*, quæ videlicet, tanquam turtur in nido cubat super ova, vt in pullos erumpant, deindeque eos fovet, & calefacit, & nutrit, vt plumescant, & in aëra ferantur vt dicebat Petrus: *Sicut modo geniti infantes rationabile sine dolo, lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem*: Magnum planè Mariæ opus:

Psa. 83. v. 4.

Gisler.

Agell.

Rich. à S. Laur.

A quod pulchrè persequitur S. Pet. Damianus: iam citatus, inquiens: *Cibũ comedit Eva, per quẽ nos æterni ieiunij fame mulctavit, cibum Maria edidit, qui nobis cœlestis convivij aditum patefecit.* Concinit his Bernardus serm. 4. in Salve Regina, vbi cum allusione ad verba Zachariæ Eucharistiã prophetico ore appellantis cap. 9. vers. 17. *Vinum germinans Virgines* Mariã huius vini, sive convivij pincernam, sic facit: *Vocem tuam audivimus in Evangelio, ò Domina!* vinum non habent: *Necessaria nobis hæc est: defecit vinum in cadis nostris: vinum, scilicet, lætificans cor hominis vinum quærimus, quod germinat Virgines: huius pincerna tu: vexilifera tu: vexilla Regis prodeunt in nobis te agente pro nobis. Calix in manu tua, in potestate tua. Dic Domina rerum. Dic Filio tuo*: vinum non habent: Hæc Bernardus.

S. Petr. Damia.

Bernar.

B

C Nec gravabor transcribere, quod proprium huius loci fuerit, id quod præfato libro de Eucharistia lib. 1. dissertat. 1. adnotat. 2. num. 6. & hoc in libro aliud agens ex Adamo de Perse in allegorijs Gotfridi Tilmeni ad verba, Ecclesiastici 24. *Quasi oliua speciosa in campis* observavimus: Etenim ille, dum Christum infantem suavissima Matris vbera sugentem; ipsisque hærentem, & immorantem contemplatur, ad fideles conversus, sic eos blandè, & quasi rogans affatur: *Ignoscite, quæso, ignoscite puero si vbera de cœlo plena nõ deserit; si sacrosanctũ pectus, Virginalis Sacrariũ nõ dimittit*: Sic ille; pulchrè quidẽ: sed emphaticè, & quasi importunè inclamãs *ignoscite quæso; ignoscite puero*: Nam quid? ò bone! ignoscendum fuerit primogenito infanti, ad vbera matris cunctãti? Quis vt ipse ad cœleste illud lac, tam legitimum ius habere possit? qui iure optimo dixit *bibi vinum cum lacte meo*, Cant. 5. vers. 1. quod sic extulit Richard. à S. Laur. lib. 2. de Laud. Virg. *Bibi vinum cum lacte Virginali, quod totum fuit meum*: Qua ergo ratione eius nomine, & causa rogas, vt cunctanti ad vbera ignoscamus? Dixeris: ea nos de causa puerum reverenter vellicare, vt locum tantisper faciat lacti materno, quo nutriamur; cum à Deiparæ vberibus, qua Mater nostra est enutrici debeamus: Sed instat ille:

7

Adamus

Eccl. 24.

D

E

Cant. 5. v. 1.

Rich. à S. Laur.

Ig-

Ignoſcit, ignoſcite: quod res veſtra, tũc maximè agitur, cum puer mammis vbera non deſerit; à quibus manat liquor, qui in eam carnem vertitur Saluatoris, qua ad vitam æternam alendi, & enutriendi eſtis: Vnde appoſitè exclamat hic Petrus Cellenſis lib. 3. epiſt. 2. *O clarum lactis ſuave! ò iocundum clarum, quia per veniam transferimur de regione tenebrarum in lucem gaudiorum. Suave, quia per ſuavitatem ab amaritudine tentationum, ad dulcedinem deducimur, immarceſcibilium delectationũ iucundum, quia per gloriam à ſæculi triſtitia evadimus ad æternum, & incommutabile gaudium. O abundans iucunditas! O iucunda abundantia!* Hæc ille: pergit multis, agens de myſterio corporis, & ſanguinis Domini.

Petrus Cellenſ.

EXEMPLA.

NIhil frequentius Deiparæ cœleſti turturi quam in nido Altaris fovere pullos ſuos, vt in eo creſcant in ſalutem: *Ita quidem B. Staniſlao noſtræ Societatis, cum plurima benevolentiæ ſigna clementiſſima Domina dediſſet: & parvulum Filium in ſinu geſtans: clientem ægrotum conſolata fuiſſet, imò verò, vt vberiori ſuavitate perfunderet puerum Ieſum in ipſius lectulo depoſuiſſet mira allata eius animo dulcedine: vlterius ſubinde progreſſa miſit duos Angelos, cum Sancta Barbara, quam Stanislaus mirificè colebat, vt corpus Chriſti in Euchariſtia ægro, id anxiè deſideranti, nec copiam habenti adminiſtrarent: vt in noſtris Annalibus habetur tom. 3. lib. 4. num. 251. & ſeqq.*

Simile beneficium à Deipara collatum videris B. Sylveſtro fundatori Ordinis Sylveſtrinorum, *quem aliquando à dæmone per ſcalam præcipitem actum graviter vulneratum, ſuorum ope deſtitutum per ſe ipſam benigniſſimè adiuvit, in cellam reſtituit, ſolis vulnerum relictis veſtigijs perfectè ſanavit: & quod plus eſt, puriſſima, ac virginea manu Sacramentum Euchariſtiæ præbuit, tantaque luce illuſtravit, vt nihil in ſacris Codicibus clauſum nihil obſcurum Sylveſter reperiret: ita in eius ordinis hiſtoria.*

A quo non iverit, quod narrat Zacharias Boverius in Annalibus Capuccinorum tomo 1. num. 49. *de Ioſepho à Coroleone eius Ordinis, quem B. Virgo multis donis cumulavit: ſignatè verò cum ægrotans valdè cuperet ad Sacram Euchariſtiam accipiendam accedere; nec vires ad ſe movẽdum haberet: Benigniſſima Domina ſancto eius deſiderio annuens dato cæleſti liquore in phiala, & febrim compeſcuit, & vires addidit, vt alacriter ad ſacram ſynaxim accederet.*

Zachar. Bover.

Ad id etiam pertinet, quod ſcribit Cæſarius lib. 7 cap. 32. *De Daniele viro in Deiparam propenſo, qui ſolitus erat ad ipſam ſic orare*: Ora Virgo nos illo pane cœleſti dignos effici: *cui aliquando Deipara ſuper Altare ſtans apparuit, & panem parvulum nive candidiorem in os eius ingeſſit, ex quo tantam ſenſit dulcedinem, vt omne mel, & favũ ſuperaret: Hæc ibi.* Vt qui vtilitatem, & ſuavitatem velit ex Sanctiſſima Euchariſtia percipere, ſtudeat Deiparam in Patronam advocare.

Cæſar.

Iam illud maximè mirandum, & obſervandum, quod noſtri Annales tomo 5. lib. 1. num. 57. de Deipara cœleſti Euchariſtiæ pincerna meraciſſimum Chriſti Sanguinẽ pro Viatico propinante egregio adoleſcenti Iacobo Philippo Societatis Ieſu candidato, ſic enim ibi: *Narravit Ioannes Baptiſta Alexander adoleſcentis Confeſſarius Sacerdos de Societate virtutis, prudentiæque notiſſimæ, qui his rebus cunctis interfuit: ægrum cum per ſeſe ſolemnem Chriſtianæ fidei profeſſionem ritè enunciaſſet, ac diviniſſimum Chriſti corpus in Viaticum magna pietate ſuſcepiſſet, dum ad os abluendum, vt moris eſt, aqua porrigitur; cœli Reginam ſanguinis Filij plenum calicem viſam tradere, ac ſubinde etiam de ſuis ſanctiſſimis mammis guſtandam dulcedinem præbuiſſe: Sic ibi*, vt merito feliciſſimus ille dicere potuiſſet, Calicem ſalutaris accepi, &c.

Pulcherrimum etiam hoc, quod Menologium Benedictum refert in exercitijs ſpiritualibus S. Gertrudis in die Aſſumptionis B. Virginis, hunc in modum: *Dum conventus accederet ad communionem Adſtitit Regina gloriæ à dexteris cuiuslibet accedentis contegens illam vna parte pallio ſuo floribus orationum ſuarum adornato dicens: ſub cultu memoriæ meæ, hanc reſpice dulciſſime*

Fili : ad cuius petitionem Domino miro modo placatus amicabiliter blandiendo tenebat mentum eius, quod vſque porrexit illi hoſtiam ſalutarem.

Opportunum illud, quidem quod pro indubitata realis præſentiæ Chriſti Domini in Euchariſtia veritate à Deipara demonſtrata mirificè facit, refert Pelbartus in Stellario Virginis lib. 12. par. vlt. cap. 9. his verbis : *Legitur in libro, qui dicitur Scala Dei, quod fuit quidam Sacerdos, qui devotus B. Virginis multum dubitabat de Sacramento Altaris : & ideò rogabat aſsiduè Virginem, vt eum dignaretur adiuvare. Cum autem in Sabbato celebraret Miſſam ante* Pater Noſter *diſparuit hoſtia, quã conſecraverat : & dum reſpiceret ſtupefactus vidit Matrem gloriæ ante ſe ſuum Filium in vlnis tenentem, & dicentem : Ecce, quem Sancta puerpera portavit! Ecce quem conſecraſti, ecce quem manibus tractaſti, quem levaſti, & ecce trado tibi Filium meum : accipe, & perfice Miſſæ officium : Accepit ergo Sacerdos puerum, & poſuit ſuper corporale, & cum perveniſſet, ac hoſtiam deberet frangere, non amplius in forma pueri, ſed in forma panis monſtratus eſt ei; & ſic ille in fide eſt roboratus :* Hæc ibi.

Pelbart.

Concinit, quod ſcribit Cæſarius lib. 7. cap. 20. de quadam lectiſsima Virgine, quæ præ devotione in Sanctiſsimum Chriſti in Euchariſtia corpus corporalia lavare conſueſſet, his verbis. *Die quadam, cum corporale, quod iam laverat, panno mundiſsimo ſubtrato, radijs ſolaribus per feneſtrã ſummiſſis ſuper genua ſua deſiccaret Matrona reverendiſsimi vultus ad illam ingreſſa infantem pulcherrimum, quem manibus geſtabat, eidem corporali ſuperpoſuit, & abijt, quem cum amovere vellet, ignorans, quis eſſet, ait infantulus : Sine me ſedere ſuper linteamen meum : Sicque in oculis eius diſparuit, & cognovit, quia Chriſtus eſſet, qui ſub ſpecie Panis ſuper Sanctum altare eidem lineo involvi conſuevit.*

Cæſarius

Itidem iis conſentaneum miraculum, quod in partibus Turingiæ accidit, *Euchariſtia, videlicet, converſa inviſibilem carnem, & in digitum cruentum, de quo factus certior Archiepiſcopus Moguntinus Conradus iuſsit, vt omnes convenirent in feſto Annunciationis Divæ Virginis completa, cum ſumma reverentia ſolemni ſupplicatione, ac devotiſsimè celebrata Miſſa, ventum eſt ad Eccleſiam B. Virginis Mariæ, vbi precibus ad Deũ effuſis rediit Euchariſtia ad priſtinam formam, atque figuram, ſpecies, videlicet, iterum recipiens Sacramentales : Hæc ex Baronio tomo 12. Annalium ad annum 1193.*

Et in Martyrologio Benedictino die 23. Maij dicitur : in cœnobio de Ripolis ſepultum eſſe S. Angelum Monachum octogenarium in Monaſterio Valliſvmbroſæ, *qui (ſic ibi) in elevatione ſacroſanctæ Euchariſtiæ meritis B. Mariæ Virginis, cuius erat devotiſsimus meruit gloriam Dei aſpicere.*

Laudanda quidem, & omnibus modis benedicenda Deiparæ benignitas, de qua in noſtris annuis indicis anno 1643. ſic dicitur : *In Reductione Apoſtolorum Petri, & Pauli : Inda puella vndecim annos nata, cum varijs morbis agitaretur acerbius, meruit è cœlo habere cœleſtis doctrinæ Magiſtram Dei Matrem, à qua edocta eſt, quo modo in illa poſtrema ſua ægritudine Deus hoſpes in Euchariſtia, quem nunquam ſuſceperat, ſuſcipiendus eſſet, quid credendũ, quid adorandum in tali negotio.*

Sed illud omninò ad rem, quod Cæſarius lib. 9. cap. 41. ſic ſcribit, *in clauſtro, cuius ſæpè memini, ſicut mihi ſcripſit quidam de Sacerdotibus domus eiuſdem, in quadam ſolemnitate Nativitatis Domini fratres ad ſacram Communionem ſeſe præparabãt ; cumque pacem, iam accepturi poſt* Agnus Dei *terræ, vt moris eſt procumberent, vidit frater quidam puerum Ieſum, non tamen quaſi recenter natum, ſed in Cruce quaſi paſſum, cuius omnia vulnera cruorem ſtillabant, quem tamen calix ſtans ſubter poſitus totum recipiebat : vnde frater ille tantis ſumendis Sacramentis ſe indignum reputans ad ſuperiora ſtella divertit : aliiſque innuentibus, vt procumberet, ſe non proceſſurum ſignavit.* Prima autem cantata alijs ad capitulum exeuntibus ipſe ad orationem faciendã, vt quidam facere ſolent, divertit, veniensque ad Altare Sanctæ Crucis orationi intendit, & videbatur ei tempus breve præ devotionis magnitudine : Cumque orationem protraheret, & abire tempus non ſentiret, apparuit ei B. Dei genitrix, & alloqui eum dignata eſt. Cur inquit hodie Sacroſanctum corpus, & ſangui-

Cæſarius

nem

nem dilecti Filij mei non sumpsisti? At A *illenon ore, sed corde se indignum clamabat. Ad quod B. Virgo respondit. Tu te indignum cogitas, & quis putas, tanta re dignus esse potest? Hanc igitur offensam tibi condonabo, sed vide, ne de cætero simile feceris:* Hæc Cæsarius & alia ibi.

MARIA hominum Advocata, quæ pravis cupiditatibus medetur, & obsistit. B

ADNOTATIO IV.

1 *Ecclesia Græca.*

Plè quidem, & dolenter Anonymus Pater Ecclesiæ Græcæ in Menæis die 8. April. in vesperis de S. Tito Thaumaturgo præsente Deiparæ imagine dicebat. *Qua oculorum fiducia intuebor, ò Virgo, Faciem tuam formosam, qui tot cupiditatibus pravis per carnem turpiter obiectis oculos meos inquinavi? aut quomodo imaginem tuam Divinitatis planè forma splendentem repetitis salutationibus venerabor, cum perditus ego profanata turpiloquijs habeam labia? aut demum quomodo sceleratus ego Donis divinis per te accipiendis manus extendam, quas honori tuo inutiles reddidi? Nihilominus salva me Domina.* Hæc ille; & quidem sapienter; errata confessus Deiparam exorabat, *Salva me Domina:* tantum non dicens, cum Bonaventura in Psalterio: *Cingulo castitatis (Domina) præcinge renes meos, & extingue ardorem membrorum meorum,* & iterum: *illustrationem Spiritus Sancti per te suscipiam, & refrigerium contra cupiditatis æstum:* Sive etiã cum S. Iosepho Confessore in Menæis die 21. Ianuarij Ode. 9. de S. Nicephoro M. in clausula: *Tu tanquam forceps cœlestem portans carbonem, ò Sponsa Divina! prava cordis mei desideria instar cremij flammis idonea, quæso exure, meque gehennæ ab ignibus immunem conserva, vt Te Laudibus celebrem, in qua merito Christiani confidunt:* Sic ille; opportunè prava desideria, quæ C cupiditates, & passiones ingenerant, flãmis idonea; & à gehennæ ignibus parum distãtia censens à Virgine omninò extinguenda exorat, quæ divina virtute ægris mederi consuevit. Passiones quidẽ ignominiosas appellans Damascenus, ab illis itidem per Mariæ auxilium liberari, sic ab ipsa postulabat in Menæis die 27. Ianuarij Ode. 7. de B. Virg. in clausula: *Salve mons Dei, in quo ante omnia sæcula complacuit habitare Verbo Divino! Salve fons integritatis! Salve Munditiarum omnium Promptuarium! Rogo te, ò Domina! universis honoribus maior, vt ab ignominiosis me passionibus liberes, quo, scilicet, tanto hilarior in Te iugiter salutanda perseverem.* *Damasc.*

Firmat hæc omnia ipsamet Virgo sanctissima, Eccl. 24. v. 19. sub imaginibus olivæ, & platani, iam sæpius in aliud institutum adductis, inquiens: *Quasi oliva speciosa in campis: & quasi platanus exaltata sum iuxtà aquas:* pende olivæ; pende platani naturam: illa siquidem saucios curat; & vulneribus medetur; hæc autem, sic protegit, vt ab imbre, aut ab æstu confugientes ad se defendat: Sic quidem, vt eum qui malo fato *incidit in latrones,* Lucæ 10. vers 30. Maria oleo suæ miserationis sanavit; ita etiam à cupiditatum æstu exagitatos protectionis suæ illæsos custodit: Benè id observãte Richardo à S Laurentio lib. 12. de Laudibus Virginis, vbi cum dixisset: *Platanus à platos dicitur, quod est latitudo latinè, quæ est arbor patula, quæ expansis ramis vberem facit vmbram, & idoneum præbet vmbraculum ardore Solis niminm fatigatis:* subijcit post nõnulla: *Maria platanus patulam se exhibet peccatoribus, omnes, quantum in se est parata recipere, sub sua protectione:* Subijcit: *& omnes refrigerare malo igne exustos: & nota, quod vbi sunt folia lata, ibi est vmbra magna, & magna est vmbra protectionis eius. Nam protegit contegit contra carnalem concupiscentiam, quia Virgo: contra ventum mundanæ vanitatis, quia humillima: contra tentamenta divitiarum, quia pauperrima contra fervorem Solis, quia Mater Solis iustitiæ.* Hæc Richardus, quæ sic præstrinxit Bonavẽtura in Psalterio Virginem, sic invocans: *Propera ad visitãdum servos tuos: sub tegumento manus* 2 *Ecc. 24. v. 19.* *Luc. 10 v. 30.* *Rich. à S. Laur.* *S. Iosep.* *Bonav.*

tuæ

tuæ illæſi conſerventur, & per te ſuſcipiant refrigerium contra cupiditatis æſtũ: Sic ille: & eodem ductu S. Sabbas die 22. Febr. Ode. 1. de reliquis MM. inventis: inquit: *Ab inimicis, qui videntur, quique videri non poſſunt, erue me Domina, vt per cuius partum adſpeximus Verbum, quod inaſpectabile fuerat, mearum quoque paſſionum æſtus, tua ſerenitate compone, vt quæ ſola es (poſt Chriſtum) reparatio gentis humanæ.* Hæc Sabbas. Quo itidem referas Patris Anonymi apud Eccleſiam Græcam die 1. Martij Ode. 3. & 5. de S. Eudocia verba hæc ſapientiæ, & pietatis plena: *Spinas mei erga res viles amoris, ô Genitrix divina exure per illum ignem Divinitatis, qui vterum tuum divinum ingreſſus, eum nequaquã exuſſit: denique omne deſiderium meum in Filium à te genitum dirige:* Benè omninò. Nec minus appoſitè Richard. à S. Laur lib. 2. de Laud. Virg. de Deipara, inquiens: *Ipſa eſt enim arbor famoſa, & frondoſa, cuius pulchritudo delectabilis ad intuendum, vmbra deſiderabilis ad quieſcendum, fructus appetibilis ad edendum. Tria enim ſunt, quæ præcipuè viatores ad arborum protectionem compellunt fugere; æſtus, turbo, & pluvia; & hæc tria deſignant tria, quæ tendentes ad patriam per viam huius exſilij principaliter infeſtant: Concupiſcentia, quæ per æſtum: ſuperbia, quæ per turbinem; importunitas aſſiduæ tentationum, quæ per pluviam deſignatur. Obumbrat autem nobis Maria contra æſtum concupiſcentiæ exemplo caſtitatis; contra turbinem ſuperbiæ exemplo humilitatis; contra importunitatem tentationis diabolicæ virtute aſſiduæ orationis. Nec patitur ſumma eius benignitas, ſupra id quod poſſumus nos tentari, ſed cum ipſis tentationibus dat proventum, ideò de ipſa dicitur:* Erit tabernaculum in vmbraculum diei ab æſtu: *Iſaiæ 4. verſ. 6.* Hæc omnia Richardus: quæ optimè præſtrinxit Eccleſia Græca in Menæis die 3. Martij Ode. 4. de SS. MM. Eutropio, & ſocijs, hunc in modum: *Tu vitæ fluentum in vtero tuo emittens rapidum mortis curſum omnia depaſcentem fregiſti; quod vitæ flumen, ideſt, Chriſtũ exora, ô Miſericordiæ Mater, vt caminum peccati in anima mea ardentem extinguat.* Hæc ibi.

S. Sabb. — Eccleſ. Græc. — Rich. à S. Laur. — Iſaiæ 4. v. 6. Eccleſ. Græc.

Nec eo minus, ſi rurſum advocavero eumdem Richardum, dum opportunè in hunc ſenſum inflectit verba, Oſeæ 6. verſ. 3. *Quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius, & veniet quaſi imber nobis temporaneus, & ſerotinus terræ:* vbi *pro diluculo* Hebræa habent *Aurora*, quod idem eſt, vt à Maria nobis adveniat divinus ille imber, qui extinguat in nobis incentiva vitiorum, *ſcilicet*, (inquit Richard.) *vt nos compleat gratia ſua, & fœcundet ad fructificandum per bona opera, & extinguat in nobis feruorem concupiſcentiarum.* Hæc ille: Quæ poſtmodum ex Auroræ ſignificatione, ſive derivatione; quæ perinde vult eſſe, ac *Aura rorans*: confirmat: ait enim: *Aurora, quaſi aura rorans. Nam precibus, & meritis eius percipimus auram, ideſt, refrigerium, & rorem gratiæ contra incentiva vitiorum: ipſa eſt enim aura illa,* de qua dicit Eliphat, Iob 4. vocem, quaſi auræ lenis audiui: *Maria ſiquidem dicitur* aura, *propter refrigerium gratiæ, quã infundit diligentibus ſe; lenis, propter multitudinem benignitatis ſuæ:* Hæc Richardus: Quibus rurſum S. Sabbas in Menæis die 16. Februarij in veſperis de S. Pamphilo, & ſocijs MM. ſcitè adſtipulatur: nam cum præmiſiſſet. *Imbribus gratiarum Spiritus Sancti mẽtem meam irradia Tu, è qua Chriſtus vnica ſtilla, ſed immenſa profluxit, quæ iniquitates humanas miſericordiarum multitudine abluit:* Sic ſubijcit: *Occlude ſimul, ô Domina! fontem paſſionum mearum; meque torrente voluptatis, quæ eſt æterna, dignare, tuis pro me ad Deum precibus prompta:* Hæc ibi: & rurſum 12. Ianuarij Ode. 8. de S. Taciana in clauſula Mariam, ſic exorat: *Miſerere noſtri, ô quæ interceſſionibus tuis ignes cogitationum noſtrarum, vnaque flammas cupiditatum aufer à nobis.* Quæ omnia, ſic præſtringebat S. Germanus in Encomio Virg. *ô Domina ſola æſtus in me exiſtentis divinus ros.*

Oſeæ 6. v. 3. — Iob 4. — S. Sabb. — Idem.

Sed & notantiſsimè Vates, Pſalm. 90. verſ. 1. cum generaliter felicisſimam ſortem eius, *qui habitat in adiutorio Altiſſimi, & in protectione Dei cœli commorabitur* commendaſſet: illud inter cætera ſingillatim recenſet: verſ. 5. *Scuto circumdabit te veritas eius; non timebis à timore nocturno: A ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris: ab incurſu, & dæmonio meridiano,*

4

ad quæ verba visus est allusisse Apostolus ad Ephes. 6. vers. 16. *sumente scutum fidei*, in quo posſitis omnia tela *nequissimi exstinguere*. Sed enim cum *vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illectus*, Iacob. 1. vers. 14. inibi malus dæmon tela sua incendit: vnde plures è PP. ea Vatis verba de obscenis cogitationibus à dæmone libidinis immissis accipiunt: Contra has quidem sagittas; necnon & aliarum noxiarum cupiditatum iacula. Virgo protectionis suæ scutum opponit; *vt veraciter dici posſit* (inquit Richard. à Sanct. Laurentio libro 2. de Laudibus Virginis) *Qui habitat in adiutorio Altissimæ Dominæ, in protectione Dei cœli commorabitur*; vnde Sanct. Iosephus Confessor in Menæis die 26. Februarij, Ode. 1. & 2. de Sanct. Porphyrio Deiparam, sic alloquitur: *Quæ lapsum cœlitus imbrem in vtero tuo excepisti: Tu eadem imbres à peccato proruentes exsiccasti. Proinde libera me ab imbre sagittarum inimici; idest, à cogitationibus malis, quæ abundantia magna in cor meum ascendunt.* Sic Iosephus: & simili affectu S. Sabbas, sanitatē à vulneribus passionum à Virgine, sic exorans. *Tu quæ fontem impassibilitatis generasti, mihi à passionibus vulnerato Remedium affer, ò Virgo! meque sempiterno incendio eripe, quæ sola es excellenter gratiosa apud Deum*: Sic ille: Similiter, & ille Anonymus Ecclesiæ Græcæ die 7. Februar. Ode. 1 de S. Luca Monacho: *Deipara Virgo, quæ ipsissimum Deum nostrum sola nostri miseratione incarnatum edidisti in lucem: nunc etiam cupiditatum tyrannicè dominantium me redde victorem.*

Enim verò cum de cœlesti Eucharistiæ pane sapienter dixerit Bernardus efficax Antidotum esse contra pungentes concupiscentiarū aculeos illis verbis serm. 1. in Cœna Domini: *Sed quis poterit, tam efferos motus frangere? quis pruritum vlceris huius ferre queat? Confidite; quia & in hoc gratia subvenit, & vt securi sitis Sacramenti Dominici corporis, & sanguinis pretiosi investituram habetis. Duo enim illud Sacramentum operatur in nobis, vt videlicet, & sensum minuat in minimis, & in gravioribus peccatis tollat omninò consensum*: & statim omninò ad rem: *Si quis vestrum, non tam sæpè modo, tam acerbos sentit iracundiæ motus, invidiæ, luxuriæ, aut cæterorum huiusmodi, gratias agat corpori, & sanguini Domini, quoniam virtus Sacramenti operatur in eo, & gaudeat, quod pessimum vlcus accedat ad sanitatem*: contemplari quidem debes MARIAM, tanquam Mensam spiritualem divino, hoc pane instructam ad remedium animarum, & ad purificandam animam pravorum motuum insultibus. Sic id considerante Ecclesia Græca in Menæis die 30. Maij, Ode. 3. de S. Isaacio Confessore, hunc in modum. *Te, ò Virgo, tanquam Sanctuarium, & Mensam spiritualem vivifico animarum omnium pane Christo instructam celebrare studemus. Quare, ò nitidum, ac pretiosum Virginitatis Cimelium, mentem meam purifica sublatis pravorum motuum tenebris; eamque gratiæ, atque iustitiæ muneribus imple.* Sic ibi: Nec alio rursum modo S. Sabbas 3. Ianuarij, Ode. 7. vbi Virginem, sic alloquitur: *Tu peccati spinas venerata cuspide pungentes, remediorum, quæ præbes inundatione obtundis. O gravida Deo, benedicta, & semper intacta!*

Quo itidem iverit, quod ipsissimo hoc sensu de Deipara hanc mensam instruente prædixit Salomō Proverb. 9. vers. 1. *Sapientia ædificabit sibi domum, excidit columnas septem; immolavit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam*: Quem locum; illustrem quidem, atque inter omnes Salomonis parabolas præclarum de Eucharistia, & Deipara plures PP. accipiunt, apud Salazarium ibi num. 25. & 30 signatè verò Chrysostomus in Psalm. 22. hanc mensam eamdem esse ait; cum ea de qua Vates: posuisti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me, Psalm. 22. vers. 6. & de ipsa sic ait: *Qui sunt isti, qui nos tribulant? Suggestiones inimici, tribulationes, cupiditates, delectationes, sæculi honores. Isti tribulant, quia eiusmodi, qui ita vivunt tribulationes carnis habent. Sed veniunt ad mensam Potentis considerantes ea, quæ apponuntur eis, accipere cum timore, & tremore, & tribulationes efficiuntur consolationes: Auferuntur ea*

quæ ſunt carnis, infunduntur ea, quæ ſunt ſpiritus: Andræas Cretenſis verò præ cæteris PP. ſingillatim Deiparã, hanc menſam influentem facit ſerm. *de Dormitione Virginis*, ſic de ipſa inquiens: *Invitans feſti Domina, ſapientiæ quidem domum quantumcumque ſit, huic nobis ex ſe ipſa oſtendit. Oſtendit autem ſuam quoque ſanctiſſimam menſam, vtpotè, quæ ipſum totum vivificum panem Dominum noſtrum Ieſum, qui eſt vita æterna in vtero geſtavit œconomicè, qui eos, qui ſanctè ad eum accedunt reducit ad vitam recentiorem, & reddit in Deo perfectos.* Hæc ille, & alia: Vbi manifeſtè vides Mariam menſam cœleſtem adverſus ſuggeſtiones inimici, cupiditates, delectationes, ſæculi honores inſtruentem, vt reducat ſuos clientes ad vitam recentiorem, & reddat in Deo perfectos. In quem ſenſum obſerva in præfato loco Salomonis pro illis verbis *immolavit victimas ſuas* Tertullianum in Scorpiaco cap. 7. legere *Sophia iugulavit filios ſuos* eo planè ſenſu, quo dixit 2. ad Corint. cap. 5. verſ. 16. Paulus, *vt qui vivunt iam non ſibi vivant, ſed ei qui ipſis mortuus eſt*: vnde exclamat ſtatim Tertullianus. *O bonam Matrem! Opto, & ipſe in filios eius redigi, vt ab ea occidar. Opto occidi, vt filius fiam*: vt videlicet non tribuler, quia qui ſecus vivunt tribulationes carnis habent. Quæ ſanè omnia ob oculos habens S. Sabbas in Menæis die 18. Ianuarij, Ode. 8. de S. Cyrillo ad Virginem, ita clamabat: *O Maria totius mundi Domina! animam meam miſerrimam turpiſſimis ſceleribus, & pravo carnis dominatu oppreſſam. Tu per potentiam tuam, qua polles in libertatem vindica, & mihi venia noxarum conceſſa gloriam immortalem quoque largire.* Ita S. Sabbas: Preme illa *pravo carnis dominatu oppreſſam in libertatem vindica*: vt à bona Matre iugulatus germanus eius filius fiam: atque his verbis adiunge, quæ in iiſdem Menæis die 13. Ianuarij, Ode. 6. de SS. MM. ſic habet S. Ioſephus Confeſſor. *Inceſſabili deprecatione tua. O Virgo ceſſare fac motuum in me carnalium fluctus ſupplex te oro, neque committe, vt me profundiſſimus peccati ſomnus conſopiat*: Opportunè verò S. Romanus Diaconus in Menæis Græcis die 10. Februarij, ſic Deiparam deprecatur. *Quæ Angelorum puritatem tranſcendis, me ſuper omnes mortales pulverem factum, & inquinatum concupiſcentys carnis Divinis interceſsionum tuarum fluentis emũda, vt in me quoque Miſericordiã tuam ingentem demonſtres.* Sic Romanus: Eleganter item rurſum S. Ioſeph. Confeſſor. die 15. Iulij Ode. 6. *Tui ad ſecandum peracri Patrocinij falce radicitus exſcinde, ò Virgo flagitioſos inſtinctus animæ meæ; illique palam frugiferas vires largire, vt Mater Dei, qui Plantator eſt omnium.* Sed de Euchariſtiæ menſa à Maria nobis poſita plura ſtatim dicentur.

Huc facit Deiparam in Scriptura paſsim cum fonte, cum flumine, cum tramite aquæ immenſæ, cum ſingulis Paradiſi fluminibus componi, de quo multus eſt, Eccleſiaſticus cap. 24. & ab eo Richard. à S. Laurent. lib. 9. de Laudibus Virginis: ſignatè verò dum ſapiens, inquit, *qui bibunt me adhuc eſurient*, & Cantic. 4. verſ. 15. dicitur, *fons hortorum, quæ fluunt impetu de Libano*, ſic hæc accipit Richard. de Maria: *Cum impetu, ideſt, rapidè, vt terram, ideſt, terrenitatem ſubvertant in amatoribus ſuis*, Iob. 12. *Si continuerit aquas omnia ſiccabuntur*: Sic Richardus: Cui opportunè ſubſcribit S. Sophronius in Menæis die 18. Februarij in veſperis de S. Leone, hunc in modum: *Agnoſcimus te Domina pro fonte vitæ æternæ. Meam proinde animam æſtu cupiditatũ exareſcentem per gratiam tuam vivifica, atque de abundantia tua, adeò divitem redde, vt ſalutaribus fluentis manare non deſinat*: Adſimilis, variata imagine, ſenſus S. Sabbæ, qui Deiparam, vt Gubernatoris peritiſsimi genitricẽ, animæ ſuæ turbulentos fluctus componere, exorabat, inquiens. *O quæ mortalibus peperiſti Gubernatorem in fluctibus Dominum, tumultuantium cupiditatum mearum diras, inſtabiles, quæ procellas conſopi, vnaque cordi meo ſerenitatem largire.* Sic ille die 23. Ianuarij, Ode 6. de S. Clemente: Iam eadem pietate, eademque imagine S. Ioſeph Confeſſ. die 2. Ianuarij, Ode. 4. de S. Sylveſtro: *Medere* (inquit) *cordis mei vulneribus Virgo, motuſque meos internos ad voluntatem Numinis dirige, ten-*

7

Andræ. Cretenſ. *Tertull.* 2. Cor. 5 v. 16. *S. Sabb.* *S. Ioſep.* *Roma-nus.* *S. Ioſep.* *Eccl. 24* *Rich. à S. Laur.* *Cant. 4. v. 15.* *Iob. 12.* *Sophro.* *S. Sabb.* *S. Clem.* *S. Ioſep.*

tentationes demitiga, & miserandæ animæ meæ fluctus compone; cor, denique meum angustijs pressum suo solatio refice Tandem verò S. Theophanes in Menæis die 13. Februar. post Ode. 3. de S. Martiniano, sic pulchrè ad Virginem clamat. *Divinas manus tuas, ò Virgo, quibus Creatorem portasti, ad exorandum pro nobis Christum protende, vt nos à malis instinctibus immunes efficiat, nos qui hæc tibi verba cupidissimè acclamamus. Gloria sit illi, qui ex te nobis processit. Gloria incolenti vterum tuum. Gloria denique per tuum nos puerperium in libertatem asserentis:* Hæc S. Theophanes: hæc & nos.

Theoph.

EXEMPLA.

EXemplis, quæ adscribemus volui præmittere sapientem monitionem doctissimi viri Patris Ioannis Baptistæ Novati, quem non semel in hoc opere laudamus, tom. 2. de Eminentia Virginis cap. 12. quæst. 1. ad finē: Etenim dum ipse piè, & sapiēter differit, vtrùm peccator excolendo Deiparam se disponat ad gratiam iustificantem. Sic tandē inquit, *Colligo, si aliquando peccator divinitus excitatur ad Virginem excolendam, vel ad non committendum aliquod peccatum in eiusdem honorem illi maximè invigilādum esse, vt divinæ inspirationi correspondeat: hinc enim sæpè totum suæ salutis negotium pendere potest: etenim si annuat, poterit ita disponi, vt gratiam iustificationis consequatur, eamque vsque ad vitæ extremum retineat; è contra verò si divinæ motioni non obtemperet, & Virginem excolere negligat, evenire potest, vt in peccatorum cæno magis sordescat, maiorique obcæcatione, atque obduratione detentus in æternæ damnationis barathrum præcipitetur:* Ergo ad rem, vt videris exemplum, quod doctrinæ huic omninò congruat.

Novati

Vir inter nostrates Primarius, & magni splendoris (è cuiusmet patera historiam hanc ebibimus) fœminam ingentis pulchritudinis, & nobilitatis, tam ardenter deperibat, vt per totum annum ab ipsa donis, promissionibus, & precibus pellicienda, nec per vnum diem destiterit, donec ipsa tantis Adolescentis blā-

A

dicijs delinita assensum præbuit, assignata noctis hora, in qua ipsam posset adire, sed ea lege, vt ipse sine comite, aut famulis solus omninò adveniret: ergo ille lætus iucundissimo nuncio, & postam sibi legem observans solus, & tam galero, quam pallio capite obvelato in amatæ mulieris domum alacer ibat; cum ecce tibi media in via occurrit illi homo (crediderim Angelum potius fuisse,) qui cum de nomine, & de Dominationis titulo, quem habebat eum salutasset, sic allocutus est: ego Domine, homo infelicissimus sum, cum & si nobilis, adeò paupertate opprimor, vt filiam nubilem, quam habeo, cogar prostituere: obsecro igitur Dominationem tuam per Sanctissimam Virginem MARIAM, vt tantæ infelicitatis misertus ab hac angustia, & me, & filiam liberes in Deiparæ obsequium, propter quod ipsa tibi cœlestibus donis cumulabit. Constitit ad hunc occursum vir illustris, & primum obstupefactus, quod qui adeò facie obvelata, & solus incedebat, tanquam omninò agnitus salutatus fuisset: deinde tenerrimo sensu ob Virginis nomen, & intercessionem commotus magnam auri, & gemmarum vim, quam deferebat petenti libenter erogavit: subdens. Quando me iam de facie agnovisti; ito mane domum meam, & maiorem pecuniæ summam tuæ necessitati congruentē erogabo Quid tum? Mira omninò res, vix ille hominem à se dimisserat; cum repente efficaci per intercessionem Deiparæ, inspiratione, & divini Spiritus, qui moras nescit operante virtute in alium virum mutatus pedem retulit, & præsentis vitæ institurum vehementer dolere cœpit, & qui per integrum annum venenatam insanæ cupiditatis cāspidem in animo gerebat ipsam subito proiecit, malum amorem in castissimum Virginis obsequium commutans sobrius, castus, & Deum timens in domum redyt, quin memor vnquā amatæ mulieris vitam in posterum in sanctitate, & iustitia transegerit; donec feliciter in Domino obierit: Quod nobis pæne indubitatum est: vt videris, quàm sapienter dixerit Novatus; ei qui divinitus excitatur ad Virginem excolendam, vel ad non committendum aliquod peccatum in Virginis honorem invigilandum esse, vt respōdeat: hinc enim sæpè totū suæ salutis negotium pendere potest, &c.

B

C

D

E

Nec multum ab hoc exemplo aliud iverit, quod refert P. Franciſcus Combes in hiſtoria de Regno Mindanao lib. 7. cap. 15. de D. Alfonſo nobiliſsimo, inde ad fidem Chriſtianam magno animi ardore converſo, & egregijs in bello geſtis claro; *qui cùm cæco impudici amoris igne correptus nobilem adoleſcentulam ad ſui cupiditatem pertraxiſſet: noluit tamen rem turpem exſecutioni mandare, quod ad bellum iturus timeret, ne divina exardeſcente ira in bello caderet, contentus ſi poſt reditum cupiditatem ſuam expleret: ergo ſemi Chriſtianus, & non perfectè, ſed ex parte Deum timens bellum fortiter geſsit, & victoriam de hoſtibus reportavit. Sed enim cum reverſus propoſiti tenax concupitæ prædæ inhiaret; nova illi rerum facies oblata eſt, quippè Deipara glorioſiorem de hoſte victoriam referre volens, eam adoleſcentulæ, quæ turpitudinis victima parabatur, de colenda caſtitate ſalutarem inſpirationem iniecit, vt malum pactum deteſtaretur, & Congregationem Beatæ Virginis, in qua caſtæ mulieres ſanctè vitam agebant, vt cum illis Deiparæ obſequio ſe manciparet, intrare decrevit: Quare Alfonſo illam ex pacto convento convenienti animosè reſpondit; aliam ſe eſſe ab illa cum qua pactum iniſſet; & novam cum Deipara, cuius obſequio in Congregatione devoviſſet deſervanda caſtitate pactionem inſtituiſſe. Quod ſanè reſponſum Militis animum, adeò fortiter pupugit, vt quam ſequi voluerat errantem, voluerit ſequi pœnitentem, inquiens. Abſit longè à me, vt pupillam oculorum Deiparæ, quales ſunt Virgines ei devotæ vllo modo offendam: vnde in ſe omninò reverſus ad Confeſsionem, & ſacram Synaxim properans vitam in melius commutavit, & Chriſtianus perfectus evaſit. Quam gratum verò id Deiparæ fuerit; & quam optimam vicem pro eius obſequio reddiderit; illud demonſtravit; quod cum non multò poſt in lætalem morbum Alfonſus incidiſſet, & deſperata eius ſalus eſſet, Deipara ei ſub Dominici diei auroram cœleſti in lumine apparuit; ſic blandè allocuta: Quare non agis de Sacro audiendo cum dies Dominica ſit? Cui ille: En Domina; morti ſum vicinus; nec me in lecto movere valeo; quo modo per pedes ad Eccleſiam ivetim? Tum Virgo: Surge ergo iam ſanus factus es: Quo dicto diſceſsit, tam ſuavi à ſe odore diffuſo, vt dixerit infirmus: omnia illum Orientis ſimul ſumpta aromata æquare non poſſe: ergo Alfonſus æger, & moribundus, ad vocem Virginis ſanus, fortis, & robuſtus abiectis emplaſtris, & vnctionibus à Medicis impoſitis ad Eccleſiam feſtivus ivit, cunctis, qui aderant præ rei novitate ſtupentibus: ſed cum ipſe Deiparæ viſitationem prædicaret; omnes magnificabant Deum, quod talem Advocatam, & morborum animi, & corporis curatricem dederit hominibus.*

EIVSDEM ferè argumenti.

MARIAM Advocatam eſſe, ne eius clientes tentationibus ſuccumbant.

ADNOTATIO V.

EST quidem *militia*, ſive *tentatio*, *vita hominis ſuper terram*; Iob. 7. verſ. 1. dum perpetuus eſt cum vigili, & ſtrenuo hoſte conflictus: & vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus Syriacè *abſtrahitur, & illicitur*, Iacob. 1. verſ. 14. Et verò, vt à tentatione vinci, malum eſt; ita tentationes pati, adeò malum non eſt, vt ab ipſis præmium, & corona nobis adveniant. Sic Auguſtinus lib. 2. *de Sermone Domini in monte* cap. 14. premens Domini verba: *& ne nos inducas in tentationem*: dicebat: *aliud eſt induci in tentationem; aliud tentari: nam ſive tentatione probatus eſſe, nullus poteſt; ſive ſibi ipſi; ſive alij: non ergò hìc oratur,*

1 Iob. 7. v. 1.

LXX. Iacob. 1 v. 14.

Auguſt.

vt non tentemur, ſed vt non feramur in tentationem: tanquam ſi quiſpiam, cui neceſſe ſit, igne examinari, non oret, vt igne non probetur, ſed ne exuratur: Ioſeph tentatus eſt adulterij illecebra, tentata Suſanna; ſimiliter, & Iob, & alij, ſed inducti in tentationem non ſunt. Sic Auguſt. Ita quidem Paulus ad Rom. 8. v. 37. cũ omnia tentationum certamina ſibi propoſuiſſet, inquiens: *Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius?* Subijcit verſ. 37. *Sed in his omnibus ſuperamus, propter eum qui dilexit nos:* vbi lectio Syriaca *Victoria potimur:* Græca verò *ſupervincimus.* Vel vt Chryſoſtomus habet *plus quam ſuperamus:* Quid verò ſit ſupervincere, aut plus quàm ſuperare? explicat Chryſoſt. *quod non ſuperamus ſolùm, ſed plus quam ſuperamus, hoc eſt, cum facilitate citra dolores, ac ſudores:* Hæc ille: quibus præmiſit: *Quod enim mirabile eſt: hoc eſt, &c.*

Rom. 8. v. 37. — Lect. Græca. — Chryſoſt.

2 Sed ſi verum fateor; illud valdè mirabile eſt: quòd cum *tentatio ſit vita hominis ſuper terram*: ideſt, cum homines *ſpectaculum Deo, & hominibus facti,* velut gladiatores in arenam deſcendunt, mille vndique tentationum diaboli, mundi, & carnis certaminibus, & tentationibus expoſiti; eaque ratione omni armorum genere inſtructos eſſe deberent: nihil tamen horum curantes; inermes, & oſcitantes frequenter incedant: cum tamen communis, & certa ſit Theologorum ſententia, non poſſe hominem viribus naturæ ſuperare tentationes graves; vel collectivè, vel diviſivè ſumptas, ſine ſpeciali auxilio gratiæ per Chriſtum: exclamante Paulo ad Roman. 7. verſ. 24. *Infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Ieſum Chriſtum*; atque id ſignatè præſcribente Innocentio I. Pontifice in epiſt. ad Concilium Milevitanum: vbi manifeſtæ hæreſis damnat contrarium affirmantes: ſic inquiens: *Ecce homines, qui non poſuerunt Deum adiutorem ſibi,* Pſalm. 51. v. 6. *Negantes ergo auxilium Dei inquiunt, hominem ſibi poſſe ſufficere, nec gratia hunc egere divina, qua privatus neceſſe eſt, diaboli laqueis irretitus occumbat, dum ad omnia vitæ perficienda mandata ſola tantummodo libertate contendat. O praviſſima mentium perverſa doctrina!* & ſtatim: *Audi David dicentem*: Adiutorium noſtrum in nomine Domini: & Adiutor meus eſto, ne derelinquas me; neque deſpicias me Deus ſalutaris meus; *quæ incaſſum dixit: ſi tantum in eius erat poſitum voluntate, quod à Domino flebili ſermone poſcebat*: Hæc Innocentius PP. Quæ non minus expreſsè Cæleſtinus itidem Pontifex confirmavit in epiſt. ad Gallos cap. 6. docens: *Nemo etiam Baptiſmatis gratia renovatus, idoneus eſt ad ſuperandas diaboli inſidias, & ad evitandas & vincẽdas carnis concupiſcentias, niſi per cottidianum auxilium Dei, perſeverantiam bonæ converſationis acceperit*: de quo vide PP. Suarez, & Vazquez ille enim lib. 1. de Gratia cap. 24. Hic verò 1. 2. diſput. 189. cap. 4. latius hoc dogma elucidantes, vt ego illud tibi inſuperabile ſcutum, remedium vè; quo in campum armatus contra ſpirituales nequitias deſcendas dederim, ex Bonaventurâ *in Speculo*: Virginem ſic allocutus. *Qui te nõ implorat, inermis cunctis hoſtibus ſuorum vulneribus patet*: Quæ verba illuſtrans P. Salazarius ad verba, Proverb. 8. verſ. 36. *Qui autem in me peccaverit lædet animam ſuam*: cum priùs dixiſſet. *Quia illud mihi exploratum eſt, illum, qui Virginis opem, & auxilium ſibi adeſſe non petit, haud poſſe longo tempore lætalis culpæ vulnus effugere.* Subdit poſt præfata verba: *Sed quid mirum? cum illa ſit turris Davidica, ex qua pendet omnis armatura fortium: Omnis (inquam) armatura; quia alibi arma contra vitia, & tentationes induere, non licet, niſi in hac Turri, ideſt, in Virginis ſuffragio; atque fortiſſimi illi, quotquot longo tempore, aut etiam tota vita lethale vulnus non acceperunt, hinc obarmati, & cataphracti prodierunt*: Hæc ille: Quibus adſtipulatur S. Germanus Patriarc. Conſtantinopolitanus, apud Simeonẽ Metaphraſtem orat. de Nativit. Virginis, inquiens: *Nullus ſe à laqueis periculorum expedit, quin ipſa ſubvenias: Quod ſi patrocinium denegas, quid eſt? quod à largitore gratiæ poſsimus exſpectare?*

A — B — C — D — E

Rom. 7. v. 24. — Innocẽt. PP. — Pſal. 51 v. 6. — Cæleſtin. PP. — Suarez. Vazq. — Prov. 8. v. 36. — S. Germ.

3 Quod ſi attendis ea propter Paulus fidenter nos admonet, ad Hebr. 4. verſ. 16. *Adeamus cũ fiducia ad thronum gratiæ eius, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam in auxilio opportuno*: duo nobis ex throno gratiæ eius promittens: alterum. *Miſericordiam*: ad obtinendam veniam peccatorum: alterum *auxilium opportunum* ad vincendas tentationes irruentes: & vtrũque per Mariam, quæ manifeſtè thronus gratiæ Dei eſt: vt ſcitè interpretatur Paulum Richard. à S. Laurentio lib. 10. de Laudibus Virginis: dum eum ſic loquentem facit: *Adeamus, nõ dico ad tribunal iudicis*; ſed ad thronũ gratiæ, *ideſt, Mariam plenam gratiæ, quæ eſt ille thronus, in quo quieuit fons gratiæ, vt per eam conſequamur gratiã; ideſt, remiſſionem peccatorum præcedentium, & de reliquo inueniamus gratiam* in auxilio opportuno; *ideſt, inueniamus gratiam nos vacillantes, & infirmi, per quam auxilietur, ne tentati recidamus in peccatum, & miſericordiam conſequamur nos lapſi; ideſt, remiſſionem peccatorum*: Hæc Richar.

4 Ad hanc verò Turrim; quam dicebat Salazarius, ſic opportunè confugiebat S. Theophanes in Menæis die 20. Ianuarij, Ode. 9. Canonis ſecundi de S. Euthymio in Clauſ. *Turris eſto mihi ſalutaris, ò Virgo, quæ prohibeat phalangum diabolicarum acceſſum; vnaque periculorum, ac tentationum turbas profliget, pravarum quoque cupiditatum inſultus excutiat, & denique procul abigat maledictionem iſtis malis annexum, contra vero libertatem conferat, atque chariſmatum divinorum abundantiam*: Sic Theophanes: cum reſpectu verò ad mille clypeos, qui ex hac turri pendent appoſitè orabat S. Ioſeph. in iiſdem Menæis die 26. Februarij, Ode. 1. & 2. de S. Porphyrio: *Quæ lapſum cœlitus imbrem vtero tuo excepiſti. Tu eadem imbres à peccato proruentes exiccaſti. Proinde libera me ab imbre ſagittarum inimici; ideſt, à cogitationibus malis, quæ abundantia magna in cor meum alcendunt*. Hæc Ioſephus. Sed illa perpulchra feriulæ imago eſt, qua vtitur Damaſcenus; vt adſtruat Virginem tentationes, & carnis illecebras peracerbè pungentes, & oppugnantes abigere, & effugare: ita enim ille in Menæis die 17. Ianuarij, Ode. 8. de B. Virg. Stropha 8. & 9. *O Virgo germinans de radice Ieſſe! Tua ferrea potentis auxilij ferula paſſiones abiectam animam meam cingentes, & me peracerbè oppugnantes abige, tanquam canum latrantium, & belluarum vllulantium turbam*: Sic ille: ſatis opportunè: Quid namque Syrenum voces ad malum titillantes? quid hoſtium impulſus peccati dulcedinem obijcientes; quam importuni canum latratus, & vllulantis belluæ fuerint? ad quæ propulſanda ferrea virginei auxilij ferula opus ſit.

5 Vrgent hoc inſtitutum frequenter PP. ſub Maris imagine, de quo Sapiens: *Qui navigant mare enarrent pericula eius; & audientes admirabimur*, Eccleſiaſt. 43. verſ. 26. Quod quidem ad humanæ vitæ pericula; animæ naufragia, tentationũ procellas, omninò accommodaveris: Qua autem ratione tot diſcrimina animæ, mortem afferentia vitaveris, niſi potentis Mariæ auxilij protectione fueris cõmunitus? Meritò planè; illud Lyrici

Æs ille triplex circa pectus erat,
Qui placidam truci
Commiſit Pelago ratem, primus.

ei aptaveris, qui inermis hoſtium telis expoſitus; improtectus Deiparæ ope marinis vitæ fluctibus ſe exponit: Audi Richardum à S. Laurentio lib. 4. de Laud. Virginis, premens Eccleſiaſtici verba cap. 24. verſ. 8. *In fluctibus maris ambulavi*: monentem: *Fluctus maris ſunt tentationes ſibi iugiter invicem ſuccedentes, quas patimur, quamdiu verſamur in mari huius ſæculi*: vnde ſtatim Deiparam dicentem inducit: *In fluctibus Maris ambulavi, ſcilicet, cum familiaribus meis, vt ipſos eripiam à naufragio peccatorum*: Sic ille: Vnde tritum illud Bernardi homil. 2. in Miſſus eſt, vbi cum dixiſſet de Maria: *Ipſa eſt præclara, & eximia ſtella ſuper hoc mare magnum, & ſpatioſum neceſſariò ſublevata, micans meritis illuſtribus exemplis*: Subijcit: *Si inſurgant venti tentationum; ſi incurras ſcopulos tribulationum; ſi iaclaris ſuperbiæ vndis: ſi ambitionis, ſi detractionis, ſi æmulationis, reſpice ſtellã; voca Mariã; ſi iracundia, aut auaritia, aut carnis illecebra naviculam concuſſerit mentis, reſpice ad Mariam: non recedat ab ore, non recedat à corde*. Pergit;

de

Rich. à S. Laur.

Theoph.

S. Ioſep.

Damaſ.

Ecclſ. 43 v. 26.

Rich. à S. Laur. Eccl. 24. v. 8.

Hebr. 4. v. 16.

de bono successu Mariani patrocinii securum eius clientem, sic faciens: *Ipsam sequens, non devias; ipsam rogans, non desperas; ipsam cogitans, non erras; ipsa protegente, non metuis; ipsa duce, non fatigaris; ipsa propitia ad portum pervenis, & sic in temetipso experiris, quod merito dictum sit, & nomen Virginis Maria.* Hæc Bernardus; è cuius patera plures alii PP. biberunt: Sed non omittam Amedæum præclara illa homilia 8. de Laud. Virginis, sæpius à nobis adducta, & laudata: vbi inter cætera hæc habet: *Dici non potest, quoties his asperrimis scopulis naufragaturi offenderent illi, in sirtes pessimas non reversuri inciderent: hos scylæa vorago hiatu horribili mergeret, illos Syrenarum cantus in exitium dulce retinerent; nisi stella maris perpetua Virgo Maria ope validissima obstitisset, suosque iam fracto gubernaculo, & rate conquassata omni humano consilio destitutos cœlesti ducatu ad portum æternæ pacis applicandos traheret:* Hæc Amedæus. In quem sensum appositè inflectit Richardus à S. Laurentio lib. 10. de Laud. Virg. ea verba Levitici 26. vers. 11. *Ponam tabernaculũ meum in medio vestri, & non abijciat vos, vltra anima mea* hunc in modum; *tabernaculum, idest, Mariam, quia per eam conservamur à peccatis, propter quod solum Deus abijcit peccatores:* Sic ille.

Amedæ.

Rich. à S. Laur. Levit. 26. v. 11.

6 Huc omninò referas SS. Patrum sensum componentium Deiparam, cum ligno vitæ, de quo Genes. 2. vers. 9. Sic enim S. Ephrem orat. de Laud. Virg *Tu lignum vitæ gaudium, & voluptas:* Similiter Epiphan. orat. de B. Virg. *Ave lignum vitæ:* Luculentius verò Gregorius Thaumaturgus ser. in Annunciat. inquiens: *Hæc semper vigens immortalitatis paradisus, in qua lignum vitæ plantatum cunctis mortalibus fructus suppeditat:* Nimirum; quẽadmodum de illo ligno vitæ Hieronymus in illud Isaiæ 65. *Secundum dies ligni, erunt dies populi mei,* inquit: *lignum vitæ intelligimus, quod in paradiso positum est, ad quod, ne extenderet Adam manum suam, vt viveret, eiectus est de Paradiso:* ita prorsus, qui ad Virginis opem, & auxilium manum extendit, immunis ab irruentis peccati periculo evadit, quin læthale vulnus accipiat. Vnde de ipsa quasi de ligno

Genes. 2 v. 9.

S. Ephrẽ

Gregor. Thaum.

Hieron.

A vitæ in medio Ecclesiæ plantato oppotunè dixit Gerson tract. 9. super Magnificat: *Tu aspiras, & respiras in Ecclesiæ corpus vniversum: sicut autem corpus nequit vivere sine respiratione, ita mysticum corpus fidelium sine Virginis auxilio, vitam, scilicet, spiritualem conservare nequit:* ita ille: ipsamet Domina fideiubente, Ecclesiastic. 24. v. 30. *Qui operantur in me non peccabunt:* idest, inquit Richard. lib. 10. *Mancipati servitio eius, qui opera faciunt ad cultum, & gloriam eius.* Quare præfato loco Amedæus: *libens preces suscipit; & Nato supplicans omne malum ab eis miseratrix avertit. Enim verò, sicut ignis attactu cera liquescit, & velut ardore Solis defluit glacies, sic ab eius facie inimicorum deperit acies, eaque iubente nihil adversi subsistit:* Hæc Amedæus.

Gerson.

Ecc. 24. v. 30.

B

7 Quare rursum Richardus lib. 2. de Laud. Virg. part. 1. cum allusione ad Iob. 17. vers. 24. inquit: *Potens est Maria ad protegendum: vnde ipsi potest securè dicere servus eius: Pone me iuxta te, & cuiusvis manus pugnes contra me:* & iterum indidem huc revocans verba, Psalm. 43. vers. 6. *In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis:* ait: *Discretè præsumendo de adiutorio eius possumus illud dicere:* In te: *Idest, virtute nobis à te data, & à Filio impetrata, inimicos* nostros, *scilicet, carnem, mundum, & diabolum* ventilabimus; idest, *quasi paleam deijciemus:* Et in nomine tuo, *idest, in virtute nominis tui, quod est Maria, vel in virtute tua nominabili spernemus* insurgentes in nobis, *scilicet, motus peccatorum intus in corde surgentes, quos illi spernunt, qui eos cum indignatione repellunt.* Hæc Richardus, & vbi est (inquis) illud Augustini serm. 10. de Verbis Domini dicentis: *Quare omnes laboramus, nisi quia sumus homines mortales, fragiles, infirmi, lutea vasa portantes, quæ faciunt invicem angustias?* Occurrit S. Germanus in Encomio ad SS. Virginem ipsam, sic affatus. *Tu debilitatis meæ potentia:* Idest, tu Domina me debilem fragilem, & infirmum, fortem, & potentem reddis. Sed & eodem libro Richardus multus, & peropportunus in hoc argumento pertractando est: huc inflectens verba, Prov. 20. vers. 8. *Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne*

C

Richar. Iob 17. v. 24.

Psa. 43. v. 6.

D

E

August.

S. Ger.

Pro. 20. v. 8.

ma-

malum intuitu ſuo: inquiens. *Similiter Regina, ideſt, Maria ſedens cum Filio in ſolio paradiſi oculo miſericordiæ reſpiciens peccatorem intuitu ſuo diſſipat omne malum, ideſt, triplex malum, malum, ſcilicet, culpa, cuius impetrat veniam: Malum pœnæ, quoniam non ſinit ſtatim infligi: malum diaboli, ne tentando tantum nocere prævaleat, quantum deſiderat:* Vnde ſtatim ſapienter, & ſalubriter monet. *Idcircò, quoties tentamur ſuper vires, clamandum eſt ei corde toto:* Eia ergo Advocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos converte: *& illud:* eſto nobis *Domina* turris fortitudinis à facie inimici: *Pſal. 60. Item illud:* Reſpice me, *ò Domina*, & miſerere mei, Pſalm. 24. *& ſint* oculi tui, *Pſal. 122.* (*ſcilicet, fides, & devotio*) ad Dominam noſtrã, donec miſereatur tui, *vt evellas à laqueo tentationis pedes tuos*, ideſt, affectus, Pſalm. 24. Hactenus ex Richardo: Appoſitè verò Anonymus Pater Eccleſiæ Græcæ Deiparam, ſic deprecabatur in Menæis die 14. April. in veſperis de S. Ariſtharco, & ſocijs. *O latè patens Numinis ſedes, & omni cœlorum amplitudine maior! Cor meum à motibus pravis attenuatum, acper tentationum inſultus inter arctiſſimas, quaſi fauces concluſum dilatando amplifica. Simul calamitates varias exoriri cottidie ſolitas Benignitatis tuæ, tanquam Favonius quidam emolli:* Sic ille.

Pſal. 60 *Pſal. 24* *Pſ. 122* *Pſal. 24* *Eccleſia Græca.*

8 Concludo cum B. Laurentio Iuſtiniano ſerm. de Nativitate Mariæ ſapienter monente: *Deum veneremur in Matre; Matremque honoremus in Filio, quatenus per Filium genitrice interpellante pro nobis, vincamus mundum, ſuperemus, venitamur tentationibus, adipiſcamur coronam, atque in Regnum introeamus æternum:* Sed minimè omittendum, quod in vita S. Godrici B. Virginis devotiſſimi habetur; apparuiſſe nimirum ipſi Deipara, cum S. Maria Magdalena, quæ iucundiſsimè hæc verba cantabat iubens, vt memoria retineret, & ore frequentaret, tãquam præſentiſsimum contra tentationes, & triſtitias amuletum: *Sancta Maria, Chriſti talamus, Virginalis puritas, matris flos, dele mea crimina, regna in me, duc ad felicitatem, cum ſolo Deo.* Sic Gogonus in Chronico ad annum 1178.

Laurẽt. Iuſtini. *Gogon.*

A B C D E

EXEMPLA.

VEnerabilis, & in Dei obſequio firmiſsimus, & in Deiparæ ſtudio ardentiſsimus Pater Balthaſar Alvarez, cum ante Virginis imaginem; quæ in Collegio noſtro Methymnenſi ſumma devotione colitur; quæque ille ſæpius locuta dicitur; vehementius aliquando oraſſet, quod variis tentationibus, & moleſtijs imaginibus à damone exagitari ſolitus, tunc ſignatè acrioribus ſtimulis compungeretur, in has voces coram Deipara erupit: *Quouſque tandem Domina haec bella patiemur?* Dixerim, id fuiſſe Deiparam de pace animi obtinenda exoraſſe: *Rogat enim, & quidem efficaciſsimè* (inquit ſuavis Plinius lib. 2. epiſt. 9.) *Qui reddit cauſas rogandi:* nec tamẽ Virgo exterius reſpondiſſe fertur, quæ auxilium interius ad omnes caſus ferebat: permiſit tamen malo damoni, vt illi clara voce ſuggereret: *Laxa, & laxabo, Laxa* (*inquam*) *intentum fervorem, & ardens ſtudium in eam, quam colis mulierem, dictam Mariam:* Et ego arcum in te intẽtum remittam: Quibus vocibus ſanctus vir, *& in Mariæ ſtudium, & ardentem cultum denuo inflammatus; & ab ipſa præſentiſsimum auxilium ad ſuperandos diaboli ictus perſerſit:* Hæc in eius vita Pater etiam Venerabilis Ludovicus à Ponte cap. 26.

Ponte.

Eſt quidem huic exemplo, illud perſimile, quod in Prato Spirituali cap. 45. à Synodo Nizena 2. Act. 4. probatum habetur, hunc in modum. *Devotus quidam Anachoreta, quem ſpiritus fornicationis diro libidinis æſtu diu, noctieque exagitabat, ita vt tæderet eum vivere: cum quodam die vehementer inſultaret ei damon: ſenex lamentari cœpit, dixitque damoni. Quouſque non relinques me: abſiſte poſthac à me, iam enim mecum conſenuiſti. Cui damon, imaginem iſtam, ſi nolis, me tecum luctari, cave amplius adores: habebat autem imago figuram Dominæ noſtræ Deiparæ Virginis Mariæ geſtantis Ieſum Chriſtum: Dixit verò illi Monachus. Apage: Deiparæ erit mihi cura, Dominũ meum adorabo: te non audio: factũque inde eſt, vt ille à tentationibus ſalvus, & incolumis liberaretur.*

2. Act. 4.

Sed

Sed illud exemplum tanto illustrius; quantum de maiori, & illustriori Sancto, nempè de S. Thoma Aquinate in eius vita à Laurentio Surio die 7. Martij conscripta, sic refertur: *Cum à fratribus in arce S. Ioannis incluſus teneretur, & ab impudica muliere introducta ad flagitium ſollicitaretur, vt ſenſit caſtiſſimus adoleſcens ſe illius illecebris, & peſtiferis ſuggeſtionibus non nihil moveri.* Ne quæſo ſinas (*inquit*) Domine Ieſu, & ſanctiſſima Chriſti Mater, & Virgo Maria, vt tã immani me ſcelere obſtringam: *Cuius precationis fructum illico ſenſit; nã divina virtute roboratus procacem illam fœminam titione è foco arrepto fugavit: mox flexis genibus ante ſignum crucis, cum lachrymis à Domino perpetuæ integritatis donum impetravit: ibique ſomno correptus per quietem viſus eſt, ſibi à duobus Angelis conſtringi lumbos, quo ex tempore, omni poſteà libidinis ſenſu caruit:* Sic Surius.

Surius.

Nec ab his exemplis hilum differt illud, quod Horatius Turſellinus in Hiſtoria Lauretana lib. 1. cap 2. de B. Iacobo de Marchia refert, *qui importunis diaboli tentationibus vexatus Lauretum, certiſſimum malorum levamentum accurrit, & ante aram Deiparæ Virginis, non ſine animi angore ſacris operatus expertum eius auxilium expoſuit finem tandem, tam moleſto, tamque periculoſo certamini orat: Cuius precibus clementiſſima Virgo, ſic annuit, vt impenſius oranti ſeſe oſtenderes, talibus locuta:* Bono animo eſto fili, & Summo rerum parenti gratias agito adeſt pugnæ finis, & te cœleſtis corona victorem manet: *Sanè prædictorum comprobavit eventus: nam non multò poſt fractæ infeſtorum hoſtium vires, lætà repente ſecuta pax: ipſe deinde cœleſti præmio donandus vocatus eſt in cœlum.*

Turſell.

Addiderim quod ſatis notum eſt Venerabilis Magiſtri Ioannis de Avila viri egregijs virtutibus, & Apoſtolico zelo Dei gloriæ prediti: monitũ: *Nihil eſſe vtilius ad vincendas carnis tentationes, & cupiditates eſſe, quam in Virginis obſequium, & venerationem pronum, atque devotum hominem eſſe; ſignatè verò in honorem puriſsimæ eius Conceptionis novies Antiphonam,* Salve Regina *cottidie recitare, idque experimento co nouiſſe.*

Avila.

A Eſt id valdè mirandum, quod habemus in Annuis Societatis litteris anni 1696. *Mamerti Adoleſcens à væſana muliere ad turpitudinem ſollicitatus, cum in ſchola caſtitatis eſſet, tyro, nec iuxta Apoſtoli monitũ didiciſſet, fugere fornicationem, nec plenè obſervaſſet, adverſus cupiditates non ſubtilitate, ſed impetu pugnandum, tantiſper hæreret, ſed tamen nolet malæ mulieri conſentire, ad exorandum Virginis auxilium confugit; quod miro hoc modo expertus eſt, repentè ei mulier velut ſpectrum apparet, & velut alterum caput Meduſæ colubrinis crinibus, qua ſpecie terrore potius, quàm amore captus iuvenis, mulierem potuit verbis caſtigare, quàm amare: Enim verò de quacumque muliere turpitudinem ſuadente; & ſi tibi Meduſæ ſpecie non appareret, idem facere debes, iudicium, ſecutus ſententiam Ambroſij lib. de bono mortis cap. 9. docentis* Vidiſti meretricem captus es vultu eius, & forma decoram putaſti, erraverunt oculi tui, perverſa viderunt, aliena nunciaverunt. Nam ſi verè vidiſſent, vidiſſent deformem meretricis affectum, inhorrentem procaciam, indecentem impudicitiam, marcentes libidines, tetram colluvionem, animæ vulnera, conſcientiæ cicatrices.

Ambro.

Opportunum itidem exemplum de Deiparæ in ſuorum oppugnatione, & tentationibus affert Zacharias Boverius de Alexãdro de Butrio Capuccino ad annum 1580. de quo inquit: *Olim violenter tentatum, & à dæmone impuritatis agitatum, ſupplicem confugiſſe ad S. Deiparam. Quem illa ita exaudirit, vt non tantum confeſtim flammã tentationis penitus remiſerit, ſed ipſa quoque clienti adſtiterit, & coronam auream velut triumphatori, & perfectè victori de cœlo attulerit.* Subdit Scriptor. *Hæc tentatio moleſtiſsima fuit, & Alexandro puritatis per quam amanti maximè contraria, quæ eum cum Faventiæ in Eccleſia oraret, acerbè excrevit.*

Zach.

Mirum eſt, quod ſequitur (inquit P. Bohuslaus Balbinus in hiſtoria Montis Sancti lib. 5. cap. 22.) *iuvenis Religioſam vitam nuper amplexus in tyrocinio paulatim, vt aliquando fit, ſordere rudis ille habitus, & dura, contentaque victus ratio cœperat: reſpiciebat paternam domum identidem, opes, deliciaſque, cum ſordibus comparabat, denique redeundi ad*

Balbin.

ſuos cauſas quærebat: Nota verè optimi, pijque parentes filij levitatem, votoque propere ad S. Montem edito venere ſupplicatum: ibi ante aram Divæ Virginis habitum Religioſi illius Ordinis (quem hodieque pendentem videmus) obtulerunt pro filio. Cum Pragam rediiſſent, iam ille confirmatus animo, alia ſibi videri omnia dixit, & parentes conſtantiæ ſuæ propoſito lætos, atque in poſterum ſecuros eſſe iuſſit.

MARIAM hominum Advocatam; quæ ipſos opportunè detinet, ne in peccata labantur.

ADNOTATIO VI.

EX ijſque in præcedētibus diximus ex Bonavētura ſingillatim illud perſequimur; MARIAM, vt optimam, & ſalutarem Advocatam *in plenitudine ſanctos detinere, ne fugiant virtutes, ne merita pereant*: vt videlicet ſtatuat ſupra petram firmiter eorum pedes, ne in peccata dilabantur, ſed in Dei timore, & amore conſtanter perſiſtant: Enim verò Vates de benigniſsimo, & præſentiſsimo Auxiliatore Deo, ea verba ſignatè dixit; quæ Virgini peropportunè aptantur: Sic enim, Pſal. 65. verſ. 9. *Qui poſuit animam meam ad vitam, & non dedit in commotionem pedes meos*: Quæ vt à Paraphraſte Caldæo de ordinatione in æternam vitam, ſic accipiantur: *Qui recenſuit animam noſtram in vita ſæculi venturi*, quaſi in cenſu, ac tabulis immortalibus divinæ providentiæ numerata, & recenſita ſervetur; quod itidem de Mariæ providentia erga ſuos accipi poſsit; imò, & debeat vt in ſeqq. videbimus: potiùs quidem eſt, vt ad peculiarem Dei providentiam; quæ ſpiritualem ſuorum vitam, & animæ ſalutem conſervat, vt tot caſibus, periculis, & inſidijs obnoxia conſtet, referantur, vt ex ſequenti hemiſtychio ſatis apparet; quod præcedentis maior explicatio eſt: *Et non dedit in commotionem pedes meos*, & communem ſenſum, cum illis habet, Pſalm. 114. verſ. 8. *Quia eripuit animam meā de morte; oculos meos à lachrymis; pedes meos à lapſu*: ne videlicet in peccatum caderem, & in mortem præceps ruerem: Quare egregiè præfata verba, ſic explicat Agellius optimæ notæ ſemper mihi Auctor: *Sed quod ait: poſitam à Deo animam ad vitam, puto elegantiori figura dictum, quaſi in locum aliquem, vbi aſſervaretur, & in tuto eſſet, collocaverit, vt ipſa vita, vas quodammodo ſit, aut ſacculus, in quem eius anima ſit repoſita: ſimili namque dicendi formula dixit Abigail.* 1. Reg. 25. verſ. 29. Erit anima Domini mei cuſtodita, quaſi in faſciculo viventium apud Dominum Deum: porrò anima inimicorum tuorum rotabitur, quaſi in impetu, & circulo fundæ: *Vt enim ibi dixit* cuſtodita: *ſeu vt Græcus habet*, ligata in faſciculum viventium: *Sic hoc loco dixit*: Poſuit animam meam ad vitam: *Significat autem faſciculus, ſeu ſacculus ille vitæ Divinam Providentiam hominum vitæ conſervatricem, quam vim ſibi adeſſe, Filius Dei in Evangelio profitetur, cum de ovibus ſuis ait*: Et non rapiet eas quiſquam de manu mea: *Ioan.* 10. *vnde ait*: Quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quemquam: *In hac igitur vita poſitam animam ſuam à Deo confitetur, vt quamvis illam eripere ſummopere cuperent inimici, nunquam tamen illis à Deo permiſſum ſit.* Hæc omnia Agellius; quibus nihil addi; nihil ex ijs demi poteſt: ideò verò illa, quā libenter exſcripſi, quia Deiparæ patrocinio in ſuos omninò videntur excogitata: quippè, cum ipſa in deprecatione, *Salve Regina*: abſolutè dicatur *vita*: & ab Anſelmo eloquio 27. appelletur *vas vitæ*, mirè ei congruunt, quæ dicuntur à Vate de anima ſuorum ad vitam poſita; ſivè in ipſamet Virgine, quæ eſt *vita*, quaſi in vaſe cuſtodita; & alligata in faſciculo viventium; vt quamvis illam ſummopere cupiant extrahere, ſeu eripere inimici, nunquam tamen ab huius vitæ conſervatricis manibus extorquere valeat: ipſamet ſanctiſsima Virgine, pro hac cogitatione fideiubente apud S. Brigittam lib. 4. Revelationū cap. 138. vbi ſic vocaliſsimè loquitur:

I *Bonav.*

Pſal. 65 v. 9.

Caldæus

Pſ. 114. v. 8.

1. Reg. 25. ver. 29.

Ioan. 10

Anſelm.

S. Brig.

Ego

Ego sum Mater totius iustitiæ, quæ est in mundo, quam iustitiam Filius meus dilexit dilectione perfectissima, & sicut materna manus semper parata est ad opponendum se periculis in cordis filij sui defensionem, si aliquis niteretur in sui læsionem: ita ego sum parata iugiter, iustos qui sunt in mundo defendere, & de omni spirituali periculo liberare: Sic ore divino Dei genitrix locuta est.

2 O ingens, & inæstimabile bonum supra omnes thesauros divitiarum, & gemmarum, quibus insana hominum ambitio pretium fecit: à Mariæ manu parata defendere; de omni spirituali periculo liberari: & in ipsa tāquam in vase habere animam custoditam ad vitam, & ligatam *in fasciculo viventium*. Quod vel inde colligere: quod nihil sit frequentius, nihil oculis nostris magis obvium, quam infelices eorum animas, quæ sub Mariæ tutela non sunt: per omnes casus pericula, & peccata rotari, *quasi in impetu, & circulo fundæ*: Pro quo contemplare in diluvij tempore eum: *Omnia pontus erant; deerantque littora ponto*: aquis totum mortalium genus inundantibus arcam illam Noe, ipsum cum familia sua reliquias, scilicet, humani generis salvantem: & circa illam duo observa: alterum, de ipsa dixisse Salomonem, Sapientiæ 14. vers. 7. *Benedictum lignū, per quod fit iustitia*: nam (vt id obiter dixerim) qui hæc verba, vel ad crucem in qua deletum est chirographum, *quod erat contrarium nobis*, Coloss. 2. vers. 14. vel ad patibulum, in quo sontes puniuntur vulgari, & plebeio sensu referunt; ad sonum potiùs vocis, quam ad sensum se exercent, nec ad antecedentia, & subsequentia attendunt, sed carptim ea sumunt. Sanè cum ibi Sapiens vna ex parte artem navigationis commendasset; ex alia verò pessimam idolomaniam configeret: vt probaret, quod posuerat redderetque rationem; cur immediatè dixerit, Deum ipsum auctorem fuisse navium, signatè verò Noematicæ arcæ, in qua *pauca animæ salvæ* factæ sunt, 1. Petr. 3. vers. 20. proinde ipsam præferendam fore ligno idoli: omninò affirmavit per arcam factam esse iustitiam, dum Christianam Ecclesiam adumbrat, innumeris, qui extra ipsam

Sap. 14. v. 7.

Colloss. 2 v. 14.

1. Pet. 3 v. 20.

Assunt, sempiterna morte pereuntibus: Alterum verò opportunè hanc arcam ad Deiparam plures PP. referre. & in primis Richardum à S. Laurentio, qui de verbis Sapientiæ, & de Arca Mariæ, sic censet: *Ipsa est lignum benedictum per quod facta est iustitia: cui committere debēt homines animas suas, ideſt, vitam naturæ, & gratiæ, vt sic transeuntes mare, ideſt, mundum, per ipsam, quæ navis est liberentur à naufragio, sive diluvio peccatorum: ipsa est enim arca Noe, de qua ad litteram istud legitur, Sapientiæ* 14. Ex suo ligno credunt honores animas suas, & transeuntes mare per ratem liberati sunt. *Per ipsum siquidem lignum; ideſt, arcam iustè salvatum est genus humanum in tempore Noe, & filijs eius, qui in toto mundo inventi sunt iusti illo diluvio inundante*, sic Richard. lib. 12. de Laudib. Virginis: Qui lib. 11. persequens idem institutum ad verba, Eccles. iast. 43. *Cui navigant mare, narrent pericula eius*, referens Syrtes, scyllam, charybdim, syrenes, & alia, à quibus per Virginem eius clientes liberantur: de syrenis, sic inquit: *Syrenæ, quæ cantu mortifero nautas attrahunt, & attractos lacerant, voluptas, prosperitas, vel adulatio est, & hoc periculum declinat puppis iustitia, scilicet, quæ nec blandis seducitur per prosperitatem, nec adulationibus malè demulctatur quærendo mundanum favorem*. Hæc ille, vide reliqua: vi ego ad arcam redeam.

Rich. à S. Laur.

Sap. 14.

Richard.

Eccl. 43

Sed & Hesychius orat. 2. *de Laud. Virg.* & ab eo Bonavent. sub eodem titulo num. 4. itidemque Ioan. Geometra in Catena Corderij ad cap. 1. Lucæ Beatam Virginem, cum hac Arca vitæ mirè componunt: sic namque primum Hesichyus: *Arca latior, longior, & illustrior Arca Noe: illa erat animalium arca: hæc arca vitæ: illa corruptibilium animalium: ipsa verò vitæ incorruptibilis*: Benè illud *Arca vitæ*: itidemque opportunè id: *vitæ incorruptibilis*; quæ inter adversos maris fluctus, inter scyllam, atque charybdim spiritualem suorum vitam incolumen servat: aliis non modo velut impetu, & circulo fundæ circumrotatis, sed etiam infeliciter spirituali morte pereuntibus, quibus ipsorum culpa ad hanc vitæ Arcam, non fuit perfugium: Sed hanc cogitationem

3 Hesych. Bonav. Geomet

auctoritate cenſu firmat Geometra Virginem, ſic ſalutans *Arca nunquam quieſcens*: quibus verbis egregium ſenſum adhibuit Theophylus Raynaudus in Nomenclatore Mariano; opportunè ipſa illuſtrans, dum perquirit primũ: *Quomodo dicatur Deipara Arca, nunquã quieſcens per comparationem ad Arcam Noemiticam?* deinde verò, ſic reſpondet: *Niſi quis dicat Arcam Noemiticam denique menſe ſeptimo requieviſſe ſuper montes Armeniæ, vt dicitur Geneſ. 8. Deiparam autem, quæ non ſecus, ac illa Arca in diluvio myſtico aquarum multarum nobis eſt ſaluti, nunquam quieſcere, quia diluvium noſtrum myſticum deſcriptum ab Ambroſio lib. de Noe, & arca cap. 14. perpetuum eſt ſemper enim, quamdiu hic vivimus, cum fluctibus paſſionum intemperatarum colluctamur: itaque Deipara Arca noſtra, nunquam quieſcit, motum noſtrum ſemper affectans, vt opituletur, & præſtans, ne vorticibus fœde involvamur.* Hactenus Theophylus omninò ad rem, vt videris Mariam arcam vitæ indeficientis eſſe; quæ in adiuvando, & auxiliarem manum præbendo, nunquã quieſcat, vt dixeris *in diluvio aquarum multarum* ad eius ſervos, *non appropinquabunt* inimici, & peccata.

Theoph. Rayna. Gen. 8. Ambroſ.

4 Et quidem, vt Deipara ab adiuvãdo nunquam quieſcit; ita ipſius adiutorium adeò validum, & tanta ſollicitudine adhibitum videris, vt vltra nihil poſsit deſiderari: Enim verò David, vt ſuæ ſaluti vndequaque conſuleret, & de ſtudio, & ſollicitudine, qua cuſtodiẽda anima ſit nos maximè admoneret Deum, ſic orabat, Pſalm. 16. verſ. 8. *Cuſtodi me, vt pupillam oculi: ſub vmbra alarum tuarum protege me*: & eodem ſenſu Salomon à patre ſuo edoctus; Dei nomine filios ſuos, ita exhortabatur: *Fili ſerva mandata mea, & legem meam, vt pupillam oculi*: Proverb. 7. verſ. 2. Qua ſanè cuſtodiæ imagine, ſi benè æſtimas; nihil tutius, accuratius, ſollicitius potuit excogitari: natura ipſa edocente, quid enim ab ipſa, vel delicatius conſtructum? vel exactius, & ſcrupuloſius cuſtoditum, quam pupilla oculi? vt ipſamet pupilla te demonſtrat: & à gentili Tullio lib. 2. de natura deorum, ſic dilucidè explicatur. *Acies ipſa, qua cernimus, quæ pupilla vocatur, ita parva eſt, vt ea, quæ nocere poſsint, facilè vitet; palpebræque, quæ ſunt tegumenta oculorum molli tactu, ne læderent aciem aptiſsimè factæ, vt ad claudendas pupillas, ne quid incideret, & ad aperiendas, idque providit, vt identidem fieri poſſet cum maxima celeritate: munitæque ſunt palpebræ, tanquam vallo pilorum, quibus, & apertis oculis, ſi quid incideret, repelleretur, & ſomno conniventibus oculis ad cernendum non egeremus, vt qui tanquam involuti quieſcerent: latent præterea vtiliter, & excelſis vndique partibus ſæpiuntur. Primùm enim ſuperiora ſupercilijs obducta ſudorem à capite, & fronte influente repellunt, genæque deinde ab inferiori parte tutantur ſubiectæ, leviterque eminentes. Naſſus ita locatus eſt, vt quaſi murus oculis interiectus eſſe videatur*: Hæc Tullius exactiſſimam cuſtodiam eleganter deſcribens. Quæ ad rem noſtram, & ad Vatis verba, & ſenſum, ſic præſtrinxit Ambroſius lib. 6. in Hexameron cap. 4. *Vnde tutum auxilium poſtulans Propheta ait*: Cuſtodi me, vt pupillam oculi, *vt protectionis divinæ fieret ei, tam ſollicita, & tuta cuſtodia, quàm pupillam oculi tutiſsimo quodam naturæ vallo munire dignatus eſt; quia innocentia, & integritas levi ſorde aſperſa violatur, & gratiæ ſuæ munus amittit, & ideò perſpiciendum eſt, ne quis eam pulvis erroris oblimet, aut vlla vexet feſtuca peccati.* Hæc Ambroſius ſapiẽter monens, quanta ſollicitudine, & quàm anxia cura anima ſit cuſtodienda, & Dei gratia in ea manens ſervanda, & conſervanda, ac multiplici, & munitiſsimo vallo, ſive adamantino muro communienda ſit: itidemque, quam ſedulo, & obnixè hæc ſollicita divinæ protectionis cuſtodia multa precis, & orationibus à Deo exorari debeat.

Pſa. 16. v. 8. Prov. 7. v. 2. M. Tul. Ambroſ.

5 Ex quibus iam videris, quàm tutum auxilium, quamque ſollicita, & anxia Deiparæ erga ſuos cuſtodia ſit, quos omninò, vt pupillam oculi cuſtodit; ne malo fato in peccata prolabantur, Eccleſiaſtico cap. 17. verſ. 18. de ipſa pronunciante: *Gratiam hominis, quaſi pupillam conſervabit*: & ſub hoc ſenſu Mariæ aptante Richardo à S. Laurentio lib. 2. de Laud. Virg. p. 1 vbi cum gratiam, cum pupilla, ſic cõpoſuiſſet. *Gratia comparatur pupillæ, quia*

Eccl. 17. v. 18. Rich. à S. Laur.

quia ſicut pupilla cito læditur; ſic gratia Dei de facili amittitur. Item, quia ſicut pupilla diligentiſsimè conſervatur, ſic gratia Dei omni ſtudio, & diligentia debet conſervari. Item, quia ſicut ſubtracta pupilla nihil valet oculus, ſic nihil valet homo ſine gratia Dei: Deiparæ hęc tandem ſic aptat: *Maria non ſolùm gratiam impetrat, ſed impetratam conſervat, & hoc neceſſe eſt, quia cito bonũ perditur, quod à largiente non cuſtoditur; propter quod illi cõvenit illud,* Eccleſ. 17. Gratiã hominis quaſi pupillã conſervabit. Sic Richardus. Apta ergo Deiparæ cũcta, quæ de ſollicita, & anxia cuſtodia pupillæ, ex Tullio, & Ambroſio didiciſti; quod non aliter; imò ſollicitius, & attentius ſuos ab omni malo protegat. Quod opportunè firmaveris exẽplo Matris Machabæorum de ſalute animæ filiorum, ita ſollicitæ, vt pro illa ſervanda cuncta exquiſitiſsimorũ cruciatuum, & tormentorũ genera ipſos perferre; libenter voluerit: itidẽque imagine aviculæ pullos ſuos ab angue protegentis: vtrũque mirificè proſequẽte Gregorio Naziãzeno oratione *in laudem Machabæorũ*, vbi cũ primum de ipſa diciſſet: *Non enim filiorum, qui ſupplicio afficiebantur vicem dolebat, verum ſollicito, & anxio animo erat, ne non ipſis ſuppliciũ inferretur, nec eos, qui exceſſerãt, magis deſiderabat, quã reliquos illis adiungi optãbat.* Deinde poſt plura in eãdem ſententiam, aviculæ imaginẽ, ita ſubijcit: *Ac proinde illos nõ ſecus, atque avicula pullos ſuos arripiente angue, aut alia quapiam inſidioſa fera circumvolabat, ſtridebat, obſecrabat vna cũ ipſis certabat, nihil denique nõ dicebat, aut faciebat, quo illos ad victoriã paratiores, alacrioreſque redderet:* Diſce quæſo ex hac imagine; vt quaſi ex vngue leonem cognoſcas, Deiparæ in tutandis, & protegendis ſuis intimum affectũ; quæ Matre illa Machabæorũ ardentior multò, & ſtudioſior ſuorum amatrix eſt: & vt inquit ſapiens Idiota in cõtẽplat. B. Mariæ in prologo *Donis ſpiritualibus ditat copioſiſsimè: ſervientes ſibi, & potentiſsimè protegit eos à triplici adverſario Mundo, carne, & diabolo, quia ſalus noſtra in manu illius eſt.* Sãctus verò Thomas à Villanova avis imaginem premens, Deiparam in ſermone Nativitatis eius ſic deprecatur: *Sicut pulli volitantibus ſuper ſe milvis ad gallinæ alas accurrunt, ita & nos ſub velamento alarum tuarum abſcondimur. Neſcimus aliud refugium niſi te. Tu ſola es vnica ſpes noſtra, in qua confidimus. Tu ſola patrona, ad quam omnes aſpicimus.* Sic ille.

Nec fuerit omittendum hoc in loco: illud Vatis Hemiſtychium: *Et non dedit in cõmotionem pedes meos:* nimirum illos in ſtatu iuſtitiæ firmiter conſtituere, ad Mariæ obſequium, & eius patrocinium ſignatè pertinere monet, & prænũciat apud Eccleſiaſticum cap. 6. verſ. 24. *Audi fili, & accipe conſilium intellectus, & ne obijcias cõſilium meum: injice pedẽ tuum in cõpedes illius, & in torques illius collum tuum: ſubijce humerum tuum, & porta illã, & ne accidieris vinculis eius:* Ad quæ verba nõ poteris, non mirari, quam inſtanter, & quantò verborum apparatu ad compedes, & vincula, tãquam ad rem gratiſsimam nos invitet ſapiens: & verò, ſi ſapis, optimo quidem merito; cum his locutionibus ad Mariæ ſervitutem, & devota eius obſequia nos adigat: *Quia ſalus noſtra in manu eius eſt: & ipſa potentiſsimè protegit ſervientes ſibi:* vt eorum pedes in iuſtitia detineat: & firmiter ſtatuat, ne labantur: vt id optimè diffundit Richard. à S. Laurẽtio lib. 2. de Laud. Virginis, hunc in modum: *Injice quaſi voluntarius pedem tuum, ideſt, affectum in compedes illius. Particularia enim ſervitia Mariæ, quaſi quidam compedes ſunt, tenentes ſervos illius in ſtatu gratiæ, ne corruant ad illicita:* ita ille: & ſtatim componens cum his verbis; illa quæ indidem habentur verſ. 31. *Decor vitæ eſt in illa, & vincula illius alligatura ſalutaris:* ſubijcit eodẽ ſenſu: *Vincula illius, ideſt, exempla, & ſervitia, quibus ligamur, ne diſcurramus per illicitos campos licentiæ alligatura ſalutaris ſunt, quia extrahunt à peccato, & tradũt ad vitam æternã:* Hæc Richard. Vides Mariam detinentem, & retinẽtẽ ſervientes ſibi, imò & ſalutaribus vinculis coercentẽ, ac aureis catenis alligantẽ, ne eorum pedes cõmoveantur, ſed immobiles in iuſtitia cõſiſtãt? Audis etiã quàm ſint opportuna, vtilia, & neceſſaria animæ, *particularia ſervitia Mariæ*, quæ quaſi quidã cõpedes ſunt tenẽtes ſervos eius in ſtatu gratiæ: certè de omnibus operibus bonis

Eccl. 17 — *Naziã.* — *Idiota.* — *S. Tho. à Villa.* — *Eccl. 6. v. 24.* — *Richa. à S. Laur.*

Bernar. ſapienter Bernardus ſerm. in Septuageſsima dixit: *Non tranſeunt opera noſtra, vt videntur, ſed ſemina ſunt æternitatis*: at enim particularibus Mariæ ſervitijs illa præ cæteris excellētia, & vis ſubeſt, quod non ſolū futuræ æternitatis, ſed etiam præſentis iuſtitiæ vigor, & ſemen cenſentur; quæ vincula ſalutis, & compedes timoris Dei ſunt.

7 Illud verò pulchrius; & omni pōderatione maius eſt; quod B. Virgo de ſe dixerit: *Ego Mater pulchræ dilectionis*, Eccleſ. 24. verſ. 24. accuratiſſima locutione, quam vt iam dudum retulerim ad ſingularem, & individuam dilectionem erga Deum, quam habuit Maria, dum feliciſsima ſorte illi contigit, filium habere Deum; vt impartibili dilectione, & Deum diligeret, & Filium: itidemque Filium, & Deum, quo nihil pulchrius excogitari potuit, de quo vide, quæ diximus in epiſt. ad Philipp. to. 1. cap 1. v. 3. adnot. 4. modo non minus opportunè cū Rich. à S. Laur. lib. 6. de Laud. Virg. acceperis de dilectione Mariæ erga ſuos clientes; qua ipſorum ſaluti ſpirituali proſpiciens, ab imminentibus animæ periculis, & à noxia terrenarum rerum cupiditate ſubmovet. Nam cum primum de Deipara dixiſſet: *Ad differentiam ſordidæ dilectionis, quia non amat filios ſuos fatuo amore, ſicut faciunt quædam matres. Et quia animam mundat, & decorat: ſicut enim argentum medium eſt inter aurum, & plumbum, quia nobilius plumbo, minus nobile auro, vnde vnitum plumbo deturpatur, vnitum auro decoratur, & melioratur: ſic anima, quæ media eſt inter Deum, & creaturas terreſtres vnita terrenis per dilectionem inquinatur, vnita verò Deo decoratur, & mundatur, & pretioſiſsima redditur*: poſt nonnulla componens cum præfatis Eccleſiaſtici verbis illa, quæ ſequuntur: *in me omnis ſpes*: pergit. *Debemus igitur Beatæ Virgini ſpem; quia ſicut dicitur*, Prov. 19. Qui ſperat in Domino, & *in Domina, ideſt, Maria (quæ Syriacè interpretatur Domina)* ſublevabitur: *ideſt, ſurſum levabitur, ideſt, ſupra carnem, mundum, & diabolum per gratiam in præſenti; per gloriam in futuro*: Hactenus Richardus. Hinc Dei genitricem prudenter orabat S. Ioſephus Confeſſor in Menæis die 8. Ianuar. Ode. 3. *Omni ex parte intemerata, ò Domina! imbecillitatem meam corrobora, vipoiè genitrix Virtutis Altiſsimi, per quam omnibus rebus exſiſtendi datur facultas.*

Prov. 19

S. Ioſep.

EXEMPLA.

DVo ad præſens inſtitutū exempla affert Caſarius lib. 7 rerum mirabilium cap. 33. & 34. *Prius quidem de milite adoleſcente de impudicitia gravem tentationem ſuſferente; cui pius Eremita conſilium dedit, vt centies quotidiè offerret Deiparæ ſalutationem Angelicam: quod cum ſeculò feciſſet, apparens ei Deipara, & exoſculans eum ad cœleſtes nuptias invitavit.* Poſterius exemplum refert, *de quadam Moniali, quæ tentatione dæmonis agitata, & ſæpius egreſſum quærenti ſemper in omnibus ianuis Chriſtus cruci affixus occurrit: cumque ante Virginis Imaginem veniam petens ſeſe proſtraviſſet: Deiparæ ſtatua illam alapa percutiens, & admonens his verbis: Quo vis ire fatua? tentatione omni liberavit.*

Caſarius

De alia verò moniali Ciſtercienſi, quæ à dæmone in re caſtitatis vehementer infeſtabatur, narrat Chryſoſtomus Henriquez in vita B. Aſcelinæ cap. 28. hanc Divam dediſſe illi conſilium, vt adverſus dæmonem ſe ſigno crucis muniret, & clara voce recitaret Ave Maria: *ſicque effectum fuiſſe, vt velut ſagitta trāſfixus confeſtim dæmon aufugeret.*

Apud annuas Societatis litteras de Collegio Brerano Mediolanenſi anno 1603. ſic habetur. *Quidam perfectionis iter ingreſſus impuriſsimis cogitationibus pulſari incepit: remedium petijt à confeſſario, à quo recepit particulam veſtis ſericæ, qua B. Virginis Lauretanæ ſimulachrum circumamictum fuerat, illam digito ſuo alligavit magna cum fiducia, ac pietate; omniſque turpium imaginum cohors repente diſcuſſa eſt.*

Annuas

In Annuis Societatis anno 1603. de Collegio Heribipolenſi, ſic habetur: *Hiperboli quidam proviſsimus adiurandum peſti tentata, ne quicquam varia remedia, ſic dedicit iurare. Suaſum eſt ei, vt cottidie, vbi è lecto ſurrexerit, ter recitata oratione Dominica, & Angelica ſalutatione Virginis opem in eam rem imploret, ſimulque ad ſcholas rediens*

Annuis.

præceptori significet, num id præstiterit. Fecit, quod suadebatur, & perfectissimè pravam consuetudinem exuit.

Annuis. In iisdem Annuis anno 1614. sic habetur: *Cameneci in Polonia quædam insano amore capta ad sagam ivit, vt ope eius sodalem Virginis absentem, sibi sponsum accerseret: stimulos acriores sentiens pudicus adolescēs ad nota Magnæ Matris subsidia confugit: nec mora flamma tartarea exstincta est: sed saga luit pœnas suæ perditæ malitiæ tyranno Acheruntio: fatua autem amatrix Turcica manu irruente captiva abducta est, & vndecies saltem vendita intra biennium.*

Cæsarius Rursum verò Cæsarius eodem lib. 7. cap. 28. hæc habet: *Matrona quædam cuiusdam honesti militis vxor, instinctu diaboli militem alium admisit, quæ post tempus aliquod inspiratione divina facta pœnitentia de crimine doluit, & adultero prorsus contradixit: ille verò mariti eius absentiam observans domum illius intravit, & cum solam reperisset verbis solitis ad crimen solitum eam invitavit, quod cum illa renueret, vi renitentem opprimere ausus est: hæc cum videret se illi non posse resistere, vtpotè fœmina debilis, & delicata fortissimo militi ad totius castitatis Patronam confugit dicens.* Rogo te Domina Sancta Maria per illud Sanctum Ave Maria, quatenus in hac hora liberes me. *Ad quod Verbum virtus omnis in milite defecit, & emarcuit, & fœmina se ab eius amplexibus extutiens incorrupta evasit. Posteà requisita à milite de causa virium sibi subtractarum respondit illi. Non mea virtute, sed glorioſi nominis Dominæ nostræ actum est. Quod cum audisset ille territus est, nec amplius adulterij verbum illi dicere præsumpsit.*

A

B

C

D

E

EIVSDEM argumenti.

MARIAM hominum Advocatam, quæ sic ipsos in iustitia detinet, ne in peccata labantur, vt simul vitæ temporali illorum prospiciat.

ADNOTATIO VII.

AMplector illa Richardi à S. Laurentio verba præced. adnotat. num. 2. allata de B. Virgine: *Ipsa est lignum benedictum, per quod facta est iustitia, cui committere debent homines animas suas: ideſt, vitam naturæ, & gratiæ, vt sic transeuntes mare, ideſt, mundum, per ipsam, quæ navis est, liberentur à naufragio, sive diluvio peccatorum:* è quibus sumo illa *committere debent homines vitam naturæ, & gratiæ*: vt ex illis observem ingens, quod intercedit discrimen inter Mariæ servos, qui sub ipsius peculiari protectione sunt; & cæteros iustos, qui ne in peccatum decidant, à divina providentia proteguntur: dum priores à Deipara ponuntur ad vitam; sive in ipsa, quæ vas vitæ est, custodiuntur incolumes: posteriores autem, non nisi temporali morte muniti servantur: ad eum planè modum, quo domui, quæ ruinam minatur, bifariam occurrimus; sive cum ipsam paulatim dissolvimus; ne tota subito corruens habitatores opprimat: simulque tigna, & laquearia pereant: sive etiam cum illi firmissima fulcra, & columnas adhibemus; à quibus ne collabatur, firmiter detineatur, atque vndique constet: Sanè de viro iusto, & ob vitæ probitatem, singulariter Deo grato magno sententiarum & verborum pōdere dice-

1 *Rich. à S. Laur.*

Sap. 8. v. 7. bat Salomon, Sapientiæ 4. v. 7. *Iuſtus autem ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis eſt, non diuturna, nec annorum numero computata, &c. Placens Deo factus eſt dilectus, & vivens inter peccatores translatus eſt.* Subijcit. *Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius, faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona, & inconſtantia concupiſcentiæ tranſvertit ſenſum ſine malitia. Placita enim erat Deo anima illius; propter hoc properavit eum educere de medio iniquitatum:* Vbi cum audis, iuſtum raptum, & præpropera morte eductum; omninò vides Salomonem affirmare, tantæ molis eſſe; læthale aliquod crimen; ſive criminis periculum evadere, vt mors alioqui intempeſtiva, ſive ante tempus immatura, eximij beneficij loco iuſtis à Deo obtingat; ſic premente hæc verba S. Cypriano lib. *de mortalitate* cap. 8. *Per Salomonem docet Spiritus Sanctus, eos qui Deo placent, maturius iſthinc eximi, & citius liberari, ne dum in iſto mundo diutius immorantur, mundi contactibus polluantur:* Vnde ſtatim ſapiens irridens inſanum hac de re hominũ imprudentium ſenſum; immaturam hanc iuſtorũ mortem; ipſorũ munimen, & ſtabilimentũ, ſic appellavit: *Videbunt enim finem ſapientis, & non intelligent, quid cogitaverit de illo Deus, & quare munierit illum Dominus:* Notetur verbũ *munierit*; quod omninò præferendũ eſt verbo *minuerit*, quod alia Manuſcriptorum Codicum lectio aptior ſonui, quam ſenſui habet: nimirum monet Salomon, mortem adverſus peccandi pericula hominem, non ſecus, ac ſcutum adverſus ſpicula communire, aut vt baculus in lubrico ſtabilem, & tutum reddere: ineſt quippè hæc vis Græco verbo *iſphaliſato*; quod eſt: *ſecurum facere; ſtabilire firmare, tutũ reddere.* Pro qua omninò ratione (quod mireris) diſſertè fidebat gentilis Seneca *in conſolatione ad Martiam*, vt ex hoc capite illius dolorem in morte immatura filij opportunè leniret, ſic enim ille cap. 21. & 22. eius libri. *Quæreris Martia, non tam diu vixiſſe filium tuum, quàm potuiſſe: Vnde enim ſcis, an diutius illi expedierit: an illi hac morte Conſultum ſit? Quem invenire hodie potes, cuius res tam benè poſitæ ſint, & fundatæ, vt nihil illi procedente tempore timendum ſit? labuntur humana, aut fluunt. Nulla pars vitæ noſtræ, tam obnoxia, aut tenera eſt, quàm quæ maximè placet; ideòque fæliciſſimis optanda mors eſt, quia in tanta inconſtantia, turbaque rerum, nihil niſi, quod præteriit certum eſt. Quis tibi recepit illud pulcherrimum filij tui corpus in ſumma pudoris cuſtodia inter luxurioſæ vrbis oculos conſervaturum, ſi potuiſſet, ita morbos evadere, vt ad ſenectutem formæ illæſum perferret decorem. Cogita animi mille labes. Neque enim recta ingenia qualem in adoleſcentia ſpem ſui fecerant, uſque in ſenectutem pertulerunt, ſed inverſa plerumque ſunt, aut fæda proloqui, ex quo luxuria fædior invaſit, & cogit dehoneſtare ſpecioſa principia; aut in popinam, ventremque proiectis, ſumma illis curarum fuit, quid eſſent, quid biberent:* pergit multis, ex quibus cum Salomone, ſic infert. *Cum iſta perſpexeris, ſcies; optimè cum ijs agi, quos natura, quia illos hoc manebat vitæ ſtipendium, cito in tutum recepit.* Ecce tibi hominis iuſti vitam ex Salomone à morte communitam, & domum à diſſolutione ſtabilem redditam.

S. Cypri.

Græca lectio.

Seneca.

Iam, ſi attendis, aliter planè cum Mariæ ſervis agitur, quos ad vitam, vita ipſa cuſtodit, & ne labantur, vita protegit, vita munit, vita ſtabiles, & ſecuros reddit, & vt alijs iuſtis mors munimentum eſt; ita Maria ſervos ſuos in vaſe vitæ cuſtodit, quin illis mors immatura opus fuerit. Porrò Richard. à S. Laurentio lib. 9. de Laudibus Virgin. in hunc ſenſum inflexit verba Salomonis, Prov. 10. verſ. 11. *Vena vitæ os iuſti*: ſic primum inquiens: *Si vena vitæ os iuſti: ergo multò fortius os Mariæ iuſtiſsimè eſt vena vitæ, quoties Filium pro nobis interpellat:* & paulò inferius premens imaginem venæ ſubdit; *ſicut enim ſanguis, qui eſt vita carnis occultè decurrit per venam; ſic Chriſtus, qui vita eſt animarum occultè venit ad nos per Mariam*: ita ille, vt dixerit: ſicut à ſanguine decurrente per venas corporis vita ſubſiſtit; ita etiam à Chriſto per Mariam pro ſuis interpellato, cũ gratia, & donis ſuis intima animæ fovẽte; ſpiritualis illorum vita conſtat, & in

3

Rich. à S. Laur.

Dei gratia permanet; vt salus ipsorum tot periculis obnoxia secura cõsistat. A quo sanè non iverit à Hieronymo, & pluribus PP. & interpretibus Dei param componi (imò de ipsa accipi) cum nube diei, de qua Psal. 77. vers. 14. dicitur, *& deduxit eos in nube diei*: itidemque Epiphanius orat. de Laude Mariæ, cum allusione ad cap. 14. Exodi, vbi huius nubis mentio fit: Virginem appellare *Nubem columnæ similem ductricem per desertum*. Nimirum horum PP. mentem opportunè Theophylus Raynaudus in Nomenclatore Mariano, hũc in modum explicat. *Respexerunt ad hanc igneam nubem populi Dei deductricem per mare huius vitæ insequentibus hostibus, quos malè mulctat, & perdit, populo Dei deducto incolumi.* Ita Theophylus: benè quidem: quippè Deipara, vt lucida diei nubes mentes nostras illuminat, fovet, & protegit, ne à recto virtutis tramite discedamus, & ignita inimicorum tela opportunè repellit, ne nobis noceant; eosque malè mulctans in fugam convertit.

Hieron. *Psal. 77 v. 14.* *Epipha. Exodi.* *Theoph. Raynau.*

3 Tam verò pro priori cogitatione de morte iustis maturè à Deo beneficij loco data, ne in peccatum laberentur: quam de Mariæ vita, in qua servientes illi custodiuntur, ne commoveãtur pedes eorum: audi primum Gregorij Nazianzeni obsservationem de esu arboris vitæ primis parẽtibus negato; ne cum iam à iustitia originali decidissent, & essent peccatis obnoxij, fierent immortales: Sic enim ille orat. 38. *Atque hic quoque* (de paradiso loquitur) *tamen mortem, & peccati præcisionem elucratur, ne malum immortale sit; ita pœna ipsa in misericordiam cessit: sic enim Deum supplicia inferre censeo*: Sic Nazianz. & quidem rectè, dum mortem, & ab ea peccati præcisionem; misericordiam esse dicit, & in lucro ponendã: quid enim vtilius; honorificentius, & magis necessarium homini timenti Deum, & ad immortalem gloriam tendenti; quàm peccatum vtcumque evadere? Subinde verò egregiam B. Amedæi coniecturam, & cogitationem observa hom. 1. de Laudibus Virginis, vbi cum Mariam pulcherrime cõposuisset, cum eadem arbore vitæ Adamo negata, hunc in modum: *Ipsa Virgo Virginum vernans in floribus, & in fructuum suavitate delicians apparet media, & velut arbor plantata in medio paradisi attollit verticem in altitudinem cœli, & de superno rore concipiens, fructum refert salutarem, fructum vitæ, de quo qui ederit, vivet in æternum*: postmodum cum allusione ad verba Cãticorum 7. vers. 13 *Omnia poma nova, & vetera servavi tibi*: subijcit: *possunt quoque per poma nova, & vetera novi, & antiqui Patres significari, in quibus pascitur amor Sponsi*: *Inter hos, & horum media consurgit arbor, quam diximus salutifera generans cibum vitæ, & manna cæleste. Manna habens omne delectamentum, & omnem suavitatem: ad quod si primus Adam attingeret, mortem non gustaret in æternum*: Hactenus ex Amedæo: Verum enim verò aliquale tibi forsan in his verbis negotium facesset; quomodo Adam cibum vitæ, ideſt, Dei Verbũ, in quo vita hominis subsistit (ipsomet affirmante: *Non in solo pane vivit homo, sed in omni Verbo, quod procedit de orẽ Dei*, Matth. 4. vers. 4.) non gustaverit in paradiso; qui gratiam; & auxilium Dei, cuius virtute, si voluisset, potuit subsistere; ad manum habuit? Salomone de divina Sapientia, hoc est, Verbo Dei primum affirmante, Sapient. 9. vers. 19. *Nam per sapientiam sanati sunt, quicumque placuerunt tibi Domine à principio*; deinde cap. 10. v. 1. De Adamo subijciente: *Hæc illum, qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum; cùm solus esset creatus custodivit*: itidemque Cardin. Toleto in cap. 9. Lucæ annot. 8. cum his verbis illa Summi Patris: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacuit*: sic componente: *Nemo hominum Deo placuit, nisi per Christum, iuxtà illud Sapientiæ 9. Per sapientiam sanati sunt*: Sed respondemus, benè quidem verum esse, habuisse Adamum cibum vitæ in Verbo, & auxilio Dei, cui innixus valuit constare; sed non ita vt ab arbore Mariæ productum, nec de manu ipsius acceptum haberet. Nimirum ipsa, cum divinæ gratiæ cibum à Deo impetrat, & suis clientibus subministrat, fulcimentum vitæ, & subsistentiæ est; quod sanè si ruituræ domui Adæ adhiberetur, mortem minimè gustasset.

Naziã. *Amedæ.* *Cant. 7. v. 13.* *Matt. 4. v. 4.* *Sap. 9. v. 19.* *Sap. 10. v. 1.* *Cardin. Toled.* *Sap. 9.*

4 Pro qua cogitatione velim obſerves notanter dictum à Salomone Adamum à Deo cuſtoditum, *cum ſolus eſſet creatus*: non quod poſteà non fuerit, ſic adiutus, vt ſi vellet, non peccaſſet, habuit enim ſemper ſufficiens Dei adiutorium, ſed quaſi ab Evæ cõſortio nova, ſubinde ipſi difficultas ad mandatum Dei obſervandum ſubſecuta fuerit: dixit quippè acutè, & ſapienter S. Cyrill. Alex. in Geneſim huc intentus: *Modus peccandi in terris, nondum patebat, cum homo vnus tantum modo eſſet*: Vnde quidem, vt huic difficultati obviam iret primus homo; opportunè cibum vitæ Maria ſubminiſtraſſet: vt mulieris infirmitati Mariæ auxilium, & vitalis cibi robur mederetur: Quo placet referre diſſertiſsimam illam laudationem; qua felix illa mulier perurbanè de media turba extollens vocem; Virginis vbera ornavit dicens: *Beatus venter, qui te portavit, & vbera, quæ ſuxiſti*, Lucæ 11. verſ. 28. dum Dei Filius hãc beatitudinem, & fælicitatem in diſcipulos ſuos, ſic tranſtulit: *Quinimo beati, qui audiunt Verbum Dei, & cuſtodiunt illud*: ſic id expendente Tertulliano lib. 2. contra Marcionem: *Fælicitatem ab vtero, & vberibus Matris ſuæ tranſtulit in diſcipulos ſuos*: quæ verba, ſic capio; vt ij à ſuaviſsimo Mariæ lacte refecti: patrocinio, ſcilicet, ſuo enutriti; ſive protecti ab imminentibus peccatorum periculis liberi in divina gratia perſiſtant: ipſamet Deipara affirmante: *Ego murus: & vbera mea, ſicut turris*, Cant. 8. verſ. 10. & peculiari quidem imagine vberũ, & lactis ſuavitatem, cum turris fortitudine componente; quam ſic elucidat Venerab. Guillielmus apud Martinum Delrio, hunc in modum: *Vbera mea non tantum ſunt vbera, ſed etiam turris: nam non tantum nutriendi, ſed & protegendi vim habent: nullus me putet habere, quo nutriam, & non habere, quo muniam: materna pietas mea, quos nutrit, etiam munit.* Ita ille: Nec fuerit abs re obſervare; nõ dixiſſe Sponſam, ſicut *turris*, vt vberum numerus exigebat, ſed ſingulariter, *ſicut turris*, vt videatur alluſio facta ad illam turrim David, *quæ ædificata eſt, cum propugnaculis*, Cantic. 4. verſ. 4. in qua Mariæ patrocinium ſignificatur, & de qua

A Ambroſius in Pſal. 118. Octonario 4. *Condidit illam turrim David, & ſuper murorum ædificavit excelſa, vt ſubſidio pariter, & decori eſſet: ſubſidio, quia hoſtem prævidet, & repellit* &c. Eſt enim id Deiparæ turris munus, hoſtem prævidere, & à ſuis ſervis repellere.

Concludam ſi Virginis obſequio addictum, & fæliciter devotum moneam, vt attentiſsimè conſideret, quanti momenti fuerit à MARIA in iuſtitia detineri, & felicibus eius vinculis conſtringi; ne *particularia ipſius ſervitia* (vt ſuperius dicebat Richardus) quæ ipſum, tanquam compedes alligatum retinent, ne cadat; vllo modo dimittat: Vnde denuo cum Hymno Græco, apud Buteon. pagin. 127. & MARIAM appellaverim, *Navim ſalutem quærentium*; & præſentia huius Maris pericula ob oculos ponere eſt, animus: & verò vt ab ipſo vitæ principio ſermonem ducam, de ipſo eleganter dixit Ambroſ. orat. de obitu Theodoſij. *Quos naufragos in hanc vitam quidam naturæ fluctus expuerit*: Sanè vt à fluctu exputi ad novos, & indeſinentes, ac decumanos fluctus; ac perpetuam fluctuationem naufragio proximã nati: Nimirum, quod de humanæ vitæ moleſtijs generali oratione dixit Seneca ad Polybium: *Si velis credere altius veritatem intuentibus omnis vita ſupplicium eſt. In hoc profundum, inquietumque proiecti mare alternis æſtibus reciprocamur, & modo allevans nos ſubitis incrementis; modo maioribus damnis deſerens, aſsidùeque iactans nunquam ſtabili conſiſtimus loco: pendemus, & fluctuamus, & alter in alterum illidimur, & aliquando naufragium facimus; ſemper timemus*: id (inquam) vndequaque ad animæ diſcrimina accommodatũ inſtar oraculi eſt: vt iure dixeris: ſi velis credere altius veritatem intuentibus omnis vita periculum eſt; ne dixerim fluctuationẽ, naufragium: cum continuis, & inſanis cupiditatum, & tentationum reciprocantibus æſtibus impetitur dicente Ambroſio lib. *de bono mortis* cap. 3. poſt multa in hanc rem: *Quid enim aliud eſt hæc vita niſi plena laqueorum? inter laqueos ambulamus; inter plurimas verſamur tentationes*: & identidem Cypriano decumanos fluctus ad vivum depingente, &

4

S. Cyril. Alex.

Hymn. Græc.

Luc. 11 v. 28.

Ambroſ.

Tertull.

Seneca.

Cant. 8. v. 10.

Guilli.

Ambro.

Cant. 4. v. 4.

Cyprian.

pœne

pœne enumerante lib. *de mortalitate*, hunc in modum: *Cum avaritia nobis, cum impudicitia, cum ira, cum ambitione congressio est, cum carnalibus vitijs, cum illecebris sæcularibus assidua, iugis, & molesta luctatio est: Obsessa mens hominis, & undique Zabuli infestatione vallata vix occurrit singulis, vix resistit: Si avaritia prostrata est, exsurgit libido: si libido compressa est, succedit ambitio; si ambitio contempta est, ira exsasperat, inflat superbia, violentia invitat, invidia concordiam rumpit; amicitiam zelus abscondit; cogeris maledicere, quod lex divina prohibet: compelleris iurare, quod non licet.* Hæc omnia Cyprianus: Vidisti, & enumerasti tot decumanos fluctus? Quanti ergo eam navim faceres, quæ adeò esset valida, & instructa, vt ipsa inter tot fluctus, & scopulos incolumis prospero cursu, vsque in portum advehereris: Ecce ergo MARIAM *Navim quærentium salutem*; quæ de se dicit: *In fluctibus maris ambulavi*, Ecclesiast. 24. vers. 8. scilicet (inquit Richardus à S. Laurētio lib. 2. de Laudibus Virginis) *vt ipsos eriperem à naufragijs peccatorum*, & eodem sensu lib. 2. *In fluctibus maris ambulavi cū familiaribus meis, videlicet, tanquam navis, vt ipsos eriperem à naufragio peccatorum, & ereptos deducerem in portum*: Hæc & alia Richard. in seqq. afferenda. Cui omninò concinit Sanctus Ephrem orat. in Laudem Virg. ipsam sic affatus. *Portus navigantium tutissimus*: Sed de hoc copiosior redibit sermo; cum de dono perseverantiæ precibus MARIÆ suis obtento: ipsa auxiliante agendum est nobis.

Eccl. 24 v. 8.

Rich. à S. Laur.

S. Ephr.

EXEMPLA.

Annuæ.

CRacoviæ quidam à biennio officium B. Mariæ cottidie recitare, & quaque hebdomada his ieiunare in honorem Virginis consueverat. *Is perdite amatus, perdite amare occeperat. Sed miseriam prævenit Beatissima Virgo sub auroram dormienti apparens, & altera manu sertum viride gestans; altera ipsum in locum amœnum deducens: serto viridi caput adornavit adolescentis, qui in eo actu repente excitatus, mirum quantum perfusum se sensit amore castitatis, & horrore vitij oppositi. Sic habetur in annuis Societatis ann.* 1611.

Illud maximè mirandum, quod in relatione de Provincia Paraquia refert Adamus Schirmbck de Inda *muliere, quæ ad extremam ætatem inter multas peccandi illecebras, sine vlla culpa lethali fœliciter pervenit; tantum consecuta bonum devotione in SS. Deiparam, quam cottidie recitata corona precatoria venerabatur: quod quidem pensum suis ipsa digitis adnumerare solita est, quousque radices è terra pro annona eruens coronam precariam ex globulis præclarè contextam inter ipsa graminum folia fortuitò reperit.*

Adamus

Huc etiam facit, quod de Venerabili Fratre Alfonso Rodriguez Deiparæ studiosissimo, quem cotti die inter beatos referendum speramus, in eius vita, dum preces, & devotiones cottidianas illius recensentur, sic scribitur. *Duodecim Pater noster, & duodecim Ave Maria dicit, & noctis accommodata, quibus orabat, vt in honorem purissimæ Conceptionis, Virgo quavis hora dignaretur precari Filium, vt cum à peccato præservare, & liberaret.*

Alfons. Rodr.

Ea verò Deiparæ benignitas, & misericordia est, vt non contenta, vtcumque hominem detinere, ne prorsus in præcipitium labatur; cum eo in contentionem disputat, donec Victoriam referat. De quo pulchrum nobis exhibent exemplum Annuæ Societatis litteræ de rebus Poloniæ anno 1612. hunc in modum. *Hungarus quidam nobilis hæreticus congredi de religione voluit, cum Sacerdote Societatis Iesu. Dicta dies est in crastinum, interim eum Sacerdos admonet, vt si velit agnoscere veritatem, per preces ad B. Virginem à maioribus suis vehementer cultam, non vereatur accidere. Audyt: & sumpto à Ministro suo libello, antequam eum in conclavi legat, in genua provolutus opem Magnæ Matris exposcit. Tunc ei in apertum volumen, & oculos demitteuti adest formosissima Virgo, & codicem è manibus excutiens, pœnas intentat, si pergeret legere. Collegit nihilominus codicem, sed paranti legere asperius minatur Virgo, additque.* Hæccine promissorum *in oratione tua fides? Et hæc cum indignatione locuta lumen extinxit. Quo ille*

Annuæ.

le facto turbatus, vbi primùm dies illuxit, avidè currens ad Sacerdotem paucis rem, vt acciderat, explicuit, & hæreticum virus execratus eſt.

Spond. Blancham Galliæ Reginam lectiſsimam fœminam Alfonſi Caſtellæ Regis filiam, prole carentem S. Dominicus Dei nomine filium promiſit: ſi ipſa Deiparæ obſequium, & Roſarij devotionem promoveret: Quod quidem non aliud fuit, quàm calcar admovere currenti: Ergo cum in Virginis obſequium Blancha ſeſe totã dediſſet; & ab ipſa optatam prolem accepiſſet; Sanctũ videlicet Ludovicũ Galliæ florem, & Chriſtiani populi ornamentũ. Ipſum tanto ſtudio fugiendi peccati, & Dei timoris retinendi Blancha educavit, vt ſæpius ipſi ſuggereret. O quàm mallem te fili in meis oculis exſtinctum videre, quàm lætali crimini obnoxiã! Vt ſatis agnoſcere daretur Ludovicum eſſe depoſitum Virginis, cui cuſtodiendo, & conſervando Blancha invigilaret: de quo omnes Scriptores Gallici multa eiuſmodi loquuntur videſis Spondanum ad annum 1252. numer. 10. Vbi obiter placet obſervare P. Ioannem Lorinum Auctorem Gallum, & quidem valdè ſapientem, & religioſum in commentario, Pſ. 130 Pſalmi 130. ad ea verba verſus 2. Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua, ita retributio in anima mea: hæc omninò habere. Mirandum in hoc genere exemplum in Hiſpanicis Chronicis narratur de Regina quadam Galliæ, quæ ex Hiſpania oriunda erat, cum aliquando abſente illa lactatum ab alia infantem reſciviſſet, qui iam per aliquot menſes ſolius matris lac luxerat, nunquam conquieſcere potuiſſe, donec infantem lac illud externum evomere coegiſſet: Hæc Lorinus: quæ quidem non de alia Regina, quàm de Blancha accipienda credimus, quæ Ludovico filio, cum lacte Hiſpano, quod rationabile, & ſine dolo lac eſt, bonos, & regios mores ſe inditurum ſperabat.

MARIA Advocata pro virtute caſtitatis.

ADNOTATIO VIII.

PErtinet ſignatè ad præfatam Deiparæ ſuorum curam & providentiam ſingularis eius protectio in re caſtitatis, dum clientes ſuos huic virtuti addicit, & in ea, vt pupillam oculi ſemper cuſtodit. Sanè cum in libro Sapientiæ cap. 8. verſ. 20. dixiſſet Salomon: *Sortitus ſum animam bonam, & cum eſſem magis bonus veni ad corpus incoinquinatum*: Sapienter, & religiosè adiecit: *Et vt ſcivi quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientia, ſcire cuius eſſet hoc donum, adij Dominum, & deprecatus ſum illum ex totis præcordijs meis*: Et verò cum hæc verba de virtute caſtitatis frequens PP. & Scholaſticorum ſententia accipit (ſic Tertullianus lib. de Veland. Virgin. cap. 13. Auguſtin. lib. 6. Confeſ. cap. 11. & lib. 10. cap. 29. & alibi ſæpius: Gloſſa, Carthuſ. Holcot. & Hugo Ætherianus lib. de regreſſu animarũ cap. 31. & à S. Thoma 2. 2. q. 156. art. 2. ad primum, & à Proſpero *de Vocat. gentium* lib. 1. cap. 24. Card. Bellarminus lib. 2. de Monachis cap. 31. §. Illa igitur) ſignatè ad Mariæ patrocinium, ſic inflexit Bonaventura in Speculo: *Cognovi, quod nemo poſsit eſſe pudicus, niſi dãte Deo, & Maria interveniente*: vt nimirum tantum donum tam neceſſarium: quodque non facilè obtinetur, ſed *qui poteſt capere, capiat*, Matth. 19. v. 12. ſignatè à Maria, & per Mariæ manus nobis obtingat: in quem ſenſum, tam Bernardus, quàm Ambroſius ipſam cum infelici Eva feliciter componunt: *Eva* (inquit Bernardus ſerm. de B. Maria) *ſpina fuit, Maria roſa exſtitit: Eva ſpina vulnerando, Maria roſa omnium affectus mulcendo: Eva ſpina infligens omnibus mortem, Maria ſalutiferam reddens omnibus ſortem*: Sic ille appellans Mariam roſam cum alluſione ad roſæ naturã; quæ non ſolùm

I.

Sap. 18. v. 20.

Tertull. Auguſt. Gloſſa. Carthuſ. Holcot. Hugo Æther. S. Tho. Proſper. Bellarm.

Matth. 19. v. 12. Bernar. Ambroſ.

pul-

pulchra, sed medicam vim ad curandos morbos habet: & eodem ductu Ambrosius lib. *de institutione* Virginis cap. 5. *Veni Eva, iam Maria, quæ non solùm Virginitatis incentivum attulit, sed Deum intulit*: Ita ille, & quidem rectè, & opportunè inquiens, *sed Deũ intulit*: quoniam aliter, non possum esse continens nisi Deus det: ideò dante Deo, & Maria interveniente ero. Concinit his mira pietate, & elegantia S. Damascenus in Menæis die 27. Iunuarij Ode. 5 de B. Virgine Stropha. 13. ipsam sic allocutus. *O super omnem. Charitatis perfectionem evecta, lætare, vt quæ ipsammet lætitiam in vtero tuo portasti. Lætare, ò integritatis flos purpurascens, & dulce fragrans! Lætare, ò rubicunda, & cocco tincta Virginitatis Rosa! Lætare, ò suave spirans olfactorium Numinis!* Hæc Damascenus.

Huc sanè videris advocasse Gregorium Nyssenum lib. de Virginitate Apostoli verba ad Romanos 5. vers. 14. *Sed regnavit mors ab Adam*; vt perinde fuerit regnasse mortem, ac impudicitiam; quæ vitæ spiritualis, ac divinæ mors est dicente eodem Apostolo ad Ephes. 4. vers. 18. *Alienati à vita Dei, qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ*, donec ad Sanctissimam Virginem ventum est, quæ non solùm *virginitatis incentivum attulit, sed Deum intulit*: Audi Nyssenũ lib. de vera virginitate, sic dicentem: *Tamquam matris Mariæ tempore ab Adamo vsque ad eam, regnum mors obtinuerit: posteaque sola efficiet, vt cum tã quam ad lapidem aliquem Virginitatis fructum mors offenderit, in ea cõtrita sit: ita omni animo, qui Virginitatis præsidio hanc carnis vitam cohibet, atteritur quodammodo, & dissolvitur potentia mortis, quasi non habeat, quibus ipsius stimulus infigatur*: Hæc Nyssenus. Vnde benè quidem dicitur, Mariam cũ Virginitate Deũ intulisse, quæ homines Deo similes: imò, & quasi eiusdẽ divinæ naturæ consortes facit: de primo, sic inquit Xistus Pontifex lib. de Castitate. *Vide ergo, quanta beatitudo sit ita se in præsenti aliquem exhibere, vt & Deo, & Angelis possit similis inveniri, & normam iam futuri temporis possidere. Parum ergo bonum putas hominem, sicut à primordio factus est: Dei similitudinem etiam in corporis integritate servare, & tantæ Maiestatis simile aliquid habere perpetuum*: De secundo audi Hieronymum lib. 1. adversus Iovinianum, qui cum plura Principis Apostolorum testimonia in hanc rem attulisset ex illis, sic infert. *Grandia nobis, & pretiosa Virginitatis promissa donauit, vt per hanc efficiamur divinæ consortes naturæ fugientes eam, quæ in mundo est concupiscentiam corruptionis.* Hæc Hieronymus.

His omninò accinit Dei Verbum Rationem esse; & vt ipse Ratio est signatè Mariæ Virginis filium esse voluisse: Quod vt libido Rationi adversatur: ita Virginitas Rationi concinit, & consentanea est: ita quidem S. Theodotus homil. de Nativitate Salvatoris in Concilio Ephesino de Verbi incarnatione, sic fatus. *Vide quomodo factum est inopinabile Sacramentum transcendens naturæ rationem. Quia enim est Verbum Dei, palam est; & ideò Virginitatem non solvit. Quæ parit carnem puram* (ideſt, quæ caro mera tantùm est) *Virginitatem amittit, sed quoniam natus est caro aliter Verbum Deus, custodia Virginitatum: se ipsum Rationem ostendens.* Hæc ille, & quidem rectè id: *se ipsum Rationem ostendens*: qui virginitatem amavit, & virginitatem custodivit, & à Virgine concipi, & nasci voluit; vt Ratio Rationi conveniret. Vnde S. Iosephus Confessor in Menæis Græcis die 3. Iulij Ode. 8. de SS. MM. Quirico, & Iulitta opportunè Mariam, sic alloquitur. *Verbum Divinum carne de intaminatissimis sanguinibus tuis accepta, nos ad vitia carnis ab vsu Rationis alienissima pronos, per Doctrinam suam divinam, planè Divinitatis suæ consortes fecit*: Sic Iosephus: observa qua ratione, & modo Ratio Patris nos ab vsu Rationis per carnis concupiscentiam alienissimos Rationi, & Divinitati conformes effecerit. Nimirũ accepta carne à purissimis Mariæ sanguinibus. Quæ habens ob oculos Vvirricus serm. 1. in Annunciatione, verba illa: *Beatus venter, qui te portavit*, Lucæ 11. vers. 27. sic optimè elucidavit. *Quàm beatus igitur ille venter eburneus; vnde caro eburnea sumpta est Redemptoris, &c. Beatus igitur venter, qui te Domine Iesu portavit: felix castitas veteri virginalis, quæ huic operi materiam ministravit*: Sed illud

Ambros. *Damas.* *Gregor. Nyssen. Rom. 5. v. 14.* *Ephes. 4 v. 18.* *Nyssen.* *Xistus.* *Hieron.* *Concilio Ephesin.* *S. Iosep.* *Vverric.* *Luc. 11 v. 27.*

oppor-

opportunius, & maius, quod conſideravit Gregorius Nyſſenus lib. de Virginitate cap. 2. nempè ipſammet Divinitatem, & Rationem in Mariæ virginea carne eluxiſſe; ac proinde ipſius Rationis ductum à Maria Virgines edoctas ſequi: ſic enim ille: *Quod enim in Mariæ Virginis inviolatæ corpore effectum eſt perfecta Chriſti Divinitate, quæ in ipſa Virgine eluxerat: hoc ipſum in omni animo contigit, qui ſit caſtitate ornandus. Rationemque ducem in Virginali vita ſequatur*: Hæc Nyſſenus.

Nyſſen.

4 Enim verò, cum malo fato primi parentes à culmine divinæ ſimilitudinis exciderunt, & *homo cum in honore eſſet non intellexit, cõparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis*, Pſ. 48 v. 13. prævalente videlicet carne contra ſpiritũ; & illi dominãte, tam gravi offenſa de ſua ſimilitudine deturpata cõmotus, & quaſi inflammatus Dominus *ad auram paradiſi poſt meridiem* ambulans à Moyſe deſcribitur, Geneſ. 3. verſ. 8. *Vt meridiano calore tranſacto refrigerium auræ ſpirantis oſtenderet*, inquit ibi Hieronymus: itidem, & Abulenſis. *Qui ad auram ambulat à calore refrigerari vult, ſic Deus poſt peccatum hominis calore iracundiæ incanduerat: ideò refrigerari volebat.* Sed quam dixeris fuiſſe hanc auram meridianam? Sanè cum hæc Dei deambulatio ab Irenæo M. lib. 4. contr. hæreſes referatur ad myſterium incarnationis Dominicæ, de qua ſtatim poſt lapſum hominis ad ipſius reparationem Dominus cogitavit; opportunè dixeris Mariam fuiſſe auram iſtã, quæ filio carnem aſſumpturo Mater occurrit: non ſine emphaſi dicente Iob. 4. v. 16. *Vocem quaſi auræ lenis audivi*, quam ſic explicat Richard à S. Laur. lib. 7. de Laud. Virgin. *Ipſa eſt enim aura illa, de qua dicit cliphat*: vocem quaſi Auræ lenis audivi. *Maria ſiquidem dicitur Aura propter refrigerium gratiæ, quam infundit diligentibus ſe*, lenis: *propter multitudinem benignitatis ſuæ*, ſic ille: Quo facit meridies illa, de qua ipſamet ad ſponſum ait: *Indica mihi, vbi cubes: vbi paſcas in meridie*, Cantic. 1. verſ 6. Quæ ſic effert Delrio ex PP. *Indica mihi, quo paſtoris officio fungens te cum gregibus tuis ad vitandos æſtivos calores meridiani ſolis conſueveris reſpicere*: & ſic explicat ſapienter Honorius Auguſtudonenſis de Maria: *Caſtiſſima Virgo fuit meridies de Spiritu Sancto ſplendidus, & fervens, in quo Chriſtus declinavit æſtum libidinoſorum*: Hæc firmante Sponſo, dum reſpondet: *Si ignoras te, ò pulcherrima inter mulieres*, hæc accipientibus PP. vt illo *Te*, cum emphaſi pronunciato ſenſus ſit: an ignoras te? an dubitas te ipſam eſſe vbi ego cubem vbi paſcam? addente his Honorio *cubavit in eius humilitate paſius eſt in eius caſtitate.*

Hinc quidem Deiparæ venter à cœleſti Sponſo mirificè commendatur; quod ab ipſo Dei vnigenitus prodijt: & pulcherrima Virginem ſeges pullulavit: Sic namque primum, Cant. 5. v. 14. *Vẽter eius eburneus diſtinctus ſapphiris*, vel vt habẽt LXX. *tabula eborea diſtincta ſapphiris*, vbi cũ venter ad fœcunditatem referatur, quod ſic extulit Procopius in Exodũ *Sanctorum chorum intelligit, quem in almam lucem produxit, & fovit*; in ebore ſignatè intelliguntur Virgines ad Mariæ fœcunditatem ſpectantes. *Nã ſicut cum ebore* (inquit Richard. à S. Laurent. lib. 5. de Laudib. Virginis) *naſcitur candor eius, ſic cum carne Chriſti, & Mariæ natus eſt candor virginitatis*: ita ille: opportuniſsimè verò Ambroſius lib. de inſtitut. Virg. cap. 15. inquit: *Chriſti lilia ſunt ſacræ Virgines, quarum eſt ſplendida, & immaculata virginitas: etenim virgineus ille venter principium fuit, & origo, imò, & perennis fons: vnde efficaciſsimo Deiparæ exemplo omnium Virginum chori diu narunt*, ſic Ambroſ. & eodem ductu citatus nuper Vverricus, cum huc alludens dicebat. *Quam beatus ille venter eburneus, vnde caro eburnea ſumpta eſt Redemptoris*, &c. Nec minorem emphaſim habent ea, Cant. 7. verſ. 2. verba *venter tuus acervus tritici vallatus liliis*; quibus fœcunditas filiorum virginitatem, caſtitatemque ſectantium in acervo, & in liliis omninò exprimitur: *Vnum granum frumenti fuit in vtero Virginis* (inquit Ambroſius lib. de inſtitutione Virginis) *Chriſtus Dominus, & tamen acervus tritici dicitur, quia granum hoc virtute continet omnes electos, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus*: At enim verò lilio-

Honor.

5

Pſal. 48 v. 13.

Cant. 5. v. 14. LXX.

Geneſ. 3 v. 8. Hieron. Abulenſ.

Rich. à S. Laur.

Ambroſ.

Irinæo.

Iob 4. v. 16. Rich. à S. Laur.

Vverric.

Cant. 1. v. 6. Delrio.

Cant. 7. v. 2.

Ambroſ.

rum ſignatè mentio fit, vt inter filios præcipuè Virgines nominentur. Quare idem Ambroſius eodem lib. cap. 1. premens verba Pſalm 44. verſ. 15. *Proximæ eius aſſerentur tibi*, huc intentus ait: *Pulchrè David, cum deſcripſiſſet Eccleſiæ gratiam: cuius omnis gloria intus eſt, non foris; in bonis enim cogitationibus, atque immaculato caſtitatis affectu, & ſinceræ propoſito conſcientiæ ſumma laus, ſubtexuit dicens.* Afferentur Regi poſt eam, *& converſus ad Dominum Patrem* proximæ, *inquit* eius afferentur tibi. *Quæ eſt proxima mea, niſi quæ Chriſto propinquat, cui dicit Deus Verbum* exſurge, veni proxima mea, formoſa mea, columba mea; quia ecce imber pertranſit: *Antequam Verbum Dei reciperet, hyems erat, inhonora, ſine fructu: vbi Verbum Dei recepit, & mundus eſt ei crucifixus, æſtas eſt facta: Denique fervore Sancti Spiritus vaporata flos eſſe cœpit, & ſpirare odorem fidei, fragrantiam caſtitatis ſuavitatem gratiæ.* Hactenus Ambroſius.

Ambroſ. Pſal. 44 v. 15.

6 *Nyſſen. Cant. 1. v. 5.*

Illud verò valdè opportunum eſt, quod Gregorius Nyſſenus hom. 2. in Cantica obſervat ad ea verba, Cant. 1. verſ. 5. *Decoloravit me Sol* componens eum iis, illa Iſaiæ 66. ver. 20. quibus Vates Eccleſiæ pompam, ſic deſcribit: *Et annunciabunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres veſtros domum Domino in equis, & in quadrigis, & in lectiicis, & in mulis, & in carrucis ad montem ſanctum meum Ieruſalem*, quæ ipſe ſecutus lectionem LXX. ſingulariter, & ſignatè legit: *adducet filios veſtros, cum equis, & rhedis arcentes æſtum vmbellis*: quippè primùm monet Nyſſenus in verbis Canticorum, Solem ad tentationem fore referendum, ſic enim ait: *Tentationem autem interpretando nominat Solem*: & poſt nonnulla: *Hic eſt Sol lædens, quando eius æſtus non arcetur à nube ſpiritus, quam eis expandit Dominus ad tegumentum. Hoc eſt Sol, qui nitidam corporis ſuperficiem accendit inſultu tentationum, & formam nigrat deformitate.* Deinde pulchrè, cum hoc Sole denigrante componit *vmbellas arcentes æſtum*: hoc eſt, propulſantes noxias tentationes concupiſcentiæ: & noxiũ carnis æſtum continentiæ virtute per divinum auxilium extinguentes: Sic enim ille ſcitè, & eleganter: *Etenim in ſecundo Cantico graduum hanc facit benedictionem ei, qui habet auxilium à Domino, qui fecit cœlum, & terram, ne ipſe à Sole comburatur per illum. Propheta quoque Iſaias prædicens ſtatum Eccleſiæ deſcribit, veluti quamdam pompam verbi narratione. Dicit enim:* Filias geſtatas humeris, & filios vectos lecticis, & arcentes æſtum vmbellis. *Per quæ deſcribit in ænigmate vitam, quæ degitur in virtute, &c. Per vmbellas autem ſolatium æſtus, quod accedit animis ex continentia, & puritate. Per quæ dicimus humeris geſtari animam Deo deſponſatam, non à carne conculcatam, ſed moli corporis inſidentem. Vmbroſa autem fit nobis vita, & roſcida extincto æſtu per vmbellas virtutis*: Hactenus Nyſſenus; apud quem habes hanc benedictionem obtingere eis, qui habẽt auxilium à Domino, vt arceant æſtum vmbellis continentia, & puritate: At quod ſolatium æſtus hoc eſſe putas? ab auxilio Divino proveniens, niſi patrocinium, & vmbra Deiparæ, à qua divini Spiritus ros æſtuanti animæ adeſt Sanct. Methodio M. orat. in Hypapantem appellante Mariam. *Vmbraculum Spiritus Sancti*, & S. Germano orat. *de Præſentatione* dicẽte B. Virginem *eſſe rorem æſtus nobis inexiſtentis, & guttas cœleſtes frigidas igni nobis nativo effuſſas*: & peropportunè S. Chryſoſtomo oratione *de Beata Maria*, apud Metaphraſtem monente. *Quicumque eſtis Virginis ad Matrem Domini confugite: illa enim pulcherrimam, pretioſiſsimam, & incorruptibilem poſſeſſionẽ patrocinio ſuo vobis conſervabit.* Vides Deiparam Patronam caſtitatis?

Nyſſen. *Metho.* *Germa.* *Chryſoſt. Metap.*

LXX. *Nyſſen.*

Nec ab hoc iverit Richardus à S. Laurentio lib. 2. de Laud. Virginis in ipſam inflectens ea, Pſalmi 16. verſ. 9. verba: *Subumbra alarũ tuarum protege me à facie impiorum, qui me afflixerunt: inimici mei animam meam circumdederunt*: Sed primum; qui ſint iſti inimici diſce ex eodem Vate Pſalmo, Pſalm. 22. verſ. 6. *Paraſti in conſpectu meo menſam adverſus eos, qui tribulant me*: explicante hæc inibi Chryſoſtomo, hunc in modum. *Qui ſunt iſti, qui nos tribulant? ſuggeſtiones inimici: exagitationes, cupiditates, delectationes: ſæculi honores: iſti tribulant, qui huiuſmodi, qui ita vivunt, tribulationes carnis*

7 *Rich. à S. Laur. Pſal. 16 v. 9.*

Pſal. 22 v. 6. Chryſoſt.

habent. Ergo ad vmbraculum Spiritus Sancti, quod à Mariæ patrocinio, & alarum ipſius vmbra nobis advenit, omninò confugiendum: ita ergo Richardus inquiens. *Maria protegit nos ſub pallio humilitatis, & virginitatis ſuæ. Humilitas enim, & virginitas alæ eius ſunt, & latæ ſunt alæ iſtæ per vtramque virtutis plenitudinem: de quibus alis dicimus ei,* ſub vmbra alarum tuarum protege me à facie impiorũ, qui me affixerunt. Hæc Richardus. Quibus omninò concinit devota Eccleſiæ ad Virginem deprecatio: *Virgo ſingularis, inter omnes mitis. Nos culpis ſolutos. Mites fac & caſtos*: itidẽque Ioan. Geometra Hymno 1. inquiens: *Deiparam eſſe igni ignem*: quippè quæ impuros, & prophanos ignes noſtros admoto igne cœleſti profligat.

Geome.

8 Cant. 6. v. 6.

Vis videre à Maria caſtos, & factos, & ſub pallio ſuo contectos: audi Salomonẽ, Cãt. 6. verſ. 6. *Sicut cortex mali punici, ſic genæ tuæ abſque occultis tuis*: quibus ſanè verbis primum virginalis pudicitia, & caſtitas Deiparæ exprimitur: nimirum extima quoque pars mali granati purpureum, quid præfert ſuavi rubedine, ac rubore diſcriminatum: vt obſervat Delrio: & verò de Deiparæ pudicitia, cum robore coniuncta; itidemque de ipſius Maternitate, ſic pulchrè ratiocinatur Auguſtinus ſermon. 17. de tempore: *Datus in partu Virginis Filius de ſubſtantia genitoris. Cum igitur ſervilem caſam per oſtium fidei ſperatus quondam dominator intraret, rubuit inviolata virginitas. Nec peſſulum pudoris infregit, & in ſacris viſceribus radius æternæ claritatis effulſit*: ita Auguſt. Sed obſerva illud *rubuit inviolata virginitas*; vt ambigas meritiſsimè: Cur inviolata rubuit virginitas: quid aliud faceret, ſi fuiſſet violata? ſed reſpondet Ambroſius: *Rubuit virginitas, quia virginitas eſt*: quippè proprium virginitatis rubere eſt color caſtitatis rubor. Nimirum dum componit Ambroſius rubórem Mariæ, cum verecundia Elizabeth, quæ quod iam in ætate proceſſiſſet concepit Ioannem, erubeſcebat, & ideò prægnans, *occultabat ſe menſibus quinque*, Lucæ 1. verſ. 24. Sciẽtè obſervat, alium mulieris coniugatæ, alium Virginis ruborem eſſe,

Delrio.

Auguſt.

Lucæ 1 v. 24.

A cum ille, non abſque aliqua cauſa à coniugali, ſcilicet, ſtatu; hic nulla prorſus ratione, niſi ab ipſa caſtitatis natura, quæ ſe ipſa rubeſcit, cum Matris futuræ nomen audivit: Etenim ille lib. 2. in Lucam ad ea verba: *Et cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio*, ſic inquit. *Erubeſcebat ergo Maria; erubeſcebat etiam Elizabeth, & ideò videamus, quid interſit inter mulieris, & Virginis verecundiam: illa de cauſa erubeſcebat hæc pro verecundia: in muliere modus pudoris adhibetur: in Virgine pudoris augetur gratia*: Sic ille ad guſtum Symmachi lib. 4. epiſt. 32. dicentis. *Tardiores habet proceſſus verecundia, quæ facit, vt intra merita ſui honoris hæreat*: Hæc de virginitate Deiparæ, cũ cortice mali punici compoſita: videiam eius caſtitatis fructus: dum Mater Filii Dei, & corporis eius facta rubentia grana in lucem emittit: Sic namque eodem in libro Canticorum cap. 4. verſ. 3. *Sicut fragmen mali punici, ſic genæ tuæ*, quæ verba Anſelmus perfectioribus ſanctis attribuit, quia inſtar talis fragminis, *quod exterius rubrum interius candidum eſt*, Gregorius verò Magnus eodem pœne ductu ijs, *qui ſe in ſervitio divino cæteris fortius adſtingunt, dum omnia mundana contemnunt, dum voluntates ſuas abnegant, & vitia ſua omninò mortificant, cæteros excellunt*. Quæ caſtitatem ſectantium propria ſunt: Ergo à rubore, & caſtitate Mariæ fidelium caſtitas, & virginitas promanat, vt hac ratione Virgo Virginum iure appelletur.

B

C

Lucæ.

Symmac.

Caut. 4. v. 3.

Gregor. Magn.

D

EXEMPLA.

E ET illud quidem exemplum, vt cæterorum baſim, & fundamẽtum, quibus Deipara egregiam Caſtitatis Patronam Cuſtodem Rigidãque ſatellitem ſeſe oſtendit; conſtituimus (quod Ambroſius, S. Thomas, Bonaventura, Gerſon, & nobiliores Theodoſi monẽt, nempè Mariæ pulchritudinem, vt ingens, imò pulchritudo pulchritudinum fuerit, adeò nemini ipſam videnti alicuius diſcriminis, aut ruinæ occaſionem extitiſſe, vt potiùs, quo intuentium oculos reficiebat, ita eorum animis caſtitatem, &

Ambroſ. S. Tho. Bonav. Gerſon.

pu-

Puritatem divina virtute inhalaret: audi PP. *Tanta erat MARIÆ gratia (inquit Ambroſius lib. de inſtitutione Virginis capite 7.) vt non ſolùm in ſe Virginitatem ſervaret, ſed etiamſi quos inviſeret, integritatis inſigne conferret*: Similiter Sanct. Thomas in 3. diſtinct. 3. quæſt. 2. artic. 2. & Alexād. Alenſ. 3. part. quæſt. 2. in hæc verba. *Tanta fuit in Virgine ſanctitas, vt etiā exſtenderetur ad alios: vnde etiam dicunt infideles, cum MARIA pulcherrima fuerit, à nullo tamen potuit concupiſci, quia virtus ſuæ Caſtitatis, & ſanctitatis exſtinguebat omnem motum carnalem in aſpicientibus ipſam.* Quod totidem verbis habet Gabriel in 3. diſtinct. 3. quæſt. 3. artic. 3. dub. 2. Ad quem itidem modum Gerſon, ex Bonaventura, inquit: *Quod nullus ex aſpectu glorioſæ Virginis, quamvis eſſet pulcherrima nimis vrebatur, aut inflammabatur ad carnis concupiſcētiam, ſed potiùs eam extinguebat ille divinus aſpectus, quaſi frigidus quidam ex oculis ros virgineus ſpiraret, vel efflueret à mente ſua caſtiſſima: vt ſanè dixeris.* Divinam illam pulchritudinem præ pudoris Maieſtate admiratorem habuiſſe, ſed amatorem avertiſſe: non quidem quod vna manu traheret, altera repelleret, ſed quæ eademmet pulchritudine, & oculos videntium oblectaret, & animis pudicitiam inſpiraret. Quis enim fuiſſet? qui ad tantam oris gravitatem verecundamque modeſtiam non componeretur, & ad caſtitatem, & pudicitiam non inflammaretur?

Hæc de cortice mali punici, iam ad grana ex fragmine, & ad Beatum ventrem eburneum, vnde caro eburnea ſumpta eſt Redemptoris. *Quotquot*, inquit, *tangebant eum ſanabantur à languoribus ſuis, nam virtus de illo exibat, & ſanabat omnes*, Lucæ 11. v. 27. *Felix caſtitas vteri virginalis, quæ huic operi materiam miniſtravit*, vt dicebat Vverricus: Et primo obſerva duo egregia Eccleſiæ lumina huius fragminis grana: alterum Angelicum Doctorem Sanctum Thomam, quo nihil purius; nihil caſtius: *qui cum initio vitæ religioſæ ineundæ caſtitas eius vehementius oppugnata eſſet, non habuit, quo ſecurius poſt Deum recurreret, quam ad Virginem Matrem, per quam, & illam obtinuit miſsis duobus cœleſtibus Ephæbis, qui lumbos eius conſtringerunt*: alterum S. Ignatium de Loyola magno quidem Eccleſiæ bono natum, quem ſuæ converſionis initio egregiè Deipara adiuvit; quæ ſe ſpectandam offerens, militi adhuc, & de caſtitatis victoria merito dubitanti exactiſsimæ caſtitatis donum præbuit.

Eſt pulchrum aliud huius fragminis granum Sanctus Vincentius Ferrerius, & Dominici Ordinis, & Hiſpaniæ decor, & ſplendor, cuius vita legitur apud Surium die 5. Aprilis, ex qua novimus *inter alias viſitationes ſpirituales; quas à Deipara beatus iſte accepit; illam fuiſſe valdè ſalutarem, qua à difficili tentatione liberatus fuit. Nam cum iam religioſus Virginitatem ſuam Virgini commendaret, hæc ad eum delapſa vox fuit.* Non omnes poſſumus eſſe Virgines: *Hæreti, & anxio ob auditam vocem ſpectandam ſe Deipara præbuit, & illam vocem non ab alio, quàm ab inimico profectam docuit; ſperaret in Domino, quamvis impugnaretur hoc bellum in bonum ceſſurum ſperanti in Deo, & in ſe.* Ergo qui habitat in adiutorio Altiſsimæ ab auditio de mala non timebit.

Mirificè quidem evincit *Caſtitatem, & cordis puritatem à Deo per Virginis manum nobis advenire, quod in Minimorum Chronico tomo 4. capite 10. refertur de Venerabili P. Ripa Tonſo, cui cum in meditandis doloribus Virginis ſtudioſiſsimus eſſet, & per iſtos dolores à Deipara cordis puritatem peteret ipſa benignè apparuit: atque tunc trepidantem, ne illuderetur, & nimis anxium Virgo, non tantum firmavit, ſed gratia ſuper gratiam addita Virginea, ac divina ſua manu ad pectus eius appoſita his verbis recreavit.* En! quam tantopere deſideras cordis puritatē: O felicem hominem!

Nec minus fortunatum dixeris Iacobum Ledeſma Societatis Ieſu Sacerdotem, qui vt de eo Euſebius, & Alegambe in eius vita ſcripſerunt, *cum Brixiæ ſollicitus oraret pro dono Caſtitatis viſione divina perfuſus eſt, in qua B. Deipara videndam ſe præbuit admirabili fulgore conſpicuam tribus Beatis è cœlo mulieribus, ſcilicet,*

Ambroſ. *S. Tho.* *Alexād.* *Gerſon.* *Bonav.* *Luc. 11 v. 27. Vverricus.*

Maria Magdalena, & vtraque Catharina comitatam, & oranti Ledeſmæ, non ſolùm Caſtitatem pollicita eſt, ſed & perſeverantiam aſſeruit: ſimulque ſpopondit rurſum ad finem vitæ ſuam ſe illi ſpeciem cum lætitia præditurum. Comites autem, dum ſenſim recedunt, ſuaviſsimè concinentes Caſtimoniam prædicabant hoc Carmine. Quantum eſt donum Caſtitatis? quod Deus confert pietatis? Divina res eſt Caſtitas? Maiora, ſed tunc præmia, quæ continenti dat Deus. Quibus divinis ille confirmatus promiſsis in itinere ab Florentia Romam Caſtitatem perpetuam B. Virgini vovit.

Quod ſi velis videre, quanta ſit cura, & induſtria Deiparæ in ſuorum animis ad Caſtitatem ſervandam præveniendis, ſive præoccupandis, imò & præmuniendis, obſerva quodammodo ſe geſſerit, cum B. Roberto ſanctitate clariſsimo, à quo Ciſtercienſis Ordo ſub Deiparæ patrocinio per S. Bernardum eius alumnum valdè eſt propagatus. *Nimirum cum Sanctiſsima Virgo apud ſe ſtatuiſſet, ipſum virtutibus eximium in ſponſum ſibi aſſumere; & Matri eius Engardi per quietem apparens, & aureum annulum in manu geſtans ſuggeſiſſet.* O Engardis! volo hunc filium, quem geſtas in vtero mihi hoc annulo deſponſare: *futuri ſponſi puritatem tanto deinde ſtudio præveniens procuravit! cum aliquando matre, vt ſæpè ſolet, abſente, vel impedita negotijs, infans lactens cuidam mulierculæ traditus eſſet ad vbera: ea infantulus virili animo reſpuit, ac refugit: & quidem recuſationem illam ſatietatis non fuiſſe, matris declaravit adventus, cuius lac avidè ſuxit: nec multò poſt mulierem illam cuius infans Robertus deſpexit vbera, meretricem eſſe apparuit, cuius turpitudinẽ parvuli lactentis faſtidium, quaſi lata ſententia damnarat.* Tanta, ſcilicet, cuſtodia ſuorum corda Virgo cuſtodit: & tanto caſtitatis zelo ab omni eos impuritatis nævo avertit.

Quanti verò Caſtitatis virtus apud Deiparam ſit, inde diſces, quòd S. Raymundo Nonnato Cardinali S. Petri Nolaſco in Ordine B. Mariæ de Mercede ſocio; earum virtutum, & cœleſtium donorum viro, quæ ipſum inter Sanctos ab Eccleſia referri fecerunt, ipſam Deiparam dixiſſe novimus: *Etenim cum ille pijſsimus in Deiparam eius imaginem, ſic venerari conſueſſet, vt eam eſſe Matris ſuæ effigiem dictitaret, ſeque nullam vnquam agnoviſſe (quippè extincta matre in lucem prodijt, vnde eſt dictus Nonnatus) eoque affectu ductus omnimoda filij obſequia præſtaret. Deipara verò vicem cumulatiſsimè rependeret, quippè quæ inter plura ei collata beneficia, & amoris ſigna; ſæpius ſerventius in Eremo ante ipſius imaginem oranti Diva ſubriſiſſe fertur: Cum ergo divini obſequij ſtudioſus à Virgine aliquando ſciſcitaretur; quid maximè ab ipſa peteret.* Caſtitatem *reſpondit: Sic Annales B. Mariæ de Mercede.*

Advoco huc triumphalem illam coronam, quæ venerabili illi Alexãdro de Butrio Capuccino ob adeptam Caſtitatis victoriam à Virgine impoſita eſt: Nimirum pertinet ſanè ad rem Caſtitatis coronæ inſigne: ita quidem id narrante Surio in Actis S. Amatoris die 1. Maij *S. Amator coactus parentum imperio Virginem Virgo ipſe deſponſavit: ſed in Mariæ Virginis honorem Caſtitatem, ita ipſi perſuaſit; vt vterque Caſtitatis votum nuncupaverit: quo Mariæ Virginis amore emiſſo Angelus Dei ſuam vnicuique coronam impoſuit.*

Alia quidem hæc corona ab ea, quam ſibi oblatam Virgo reſpuit, quod vt illa corona pulchritudinis erat; hæc turpitudini aliquando inſervierat: Ergo in Annua Societatis anni 1610. ſic habetur: *Luxemburgi: Nunquam Deiparæ Statua, quæ ibidem colitur, pati potuit ornari ſe corona, quam meretrix ſponſa nuptiali in pompa capiti ſuo impoſitam aurea geſtaverat: imò impoſitam ſibi Statuabis, & ter abiecit, quod conſpiciens Parochus coronam illam fregit, quippè ſatis intelligere potuit Caſtiſsimam Virginem ſub meretricio ornamento nolle ſuam ſtatuam honorari.*

Redeo ad coronam Caſtitatis, quam Deipara Virginibus imponere ſolita eſt: ex Chryſoſtomo Henriquez Ciſtercienſi lib. 2. diſtinct. 24. capite 4. de nobili quædam ſui Ordinis Moniali B. Caroli Abbatis in Bravantia Sorore referente; *quod cum eſſet nubilis, & à pluribus in coniugium deſideraretur, Beatiſsimam*

Vir-

mam Virginem MARIAM assistentem sibi vicine conspexit, quæ capiti eius pulcherrimam coronam, eamque floriferam imposuit, ac deinde disparuit. Pia verò fœmina, & tanta benignitate stupefacta; & internum coronæ sensum penetrans, pium servandæ Castitatis, & ineundæ Religionis cōsilium concepit: Quare advocato Abbate Monasterij veteris Montis, cum eo de nocte, ne intercipere tur à suis ad cœnobium de Duneuvarch se recepit.

Nec minus illustre fuerit exemplum in colendo firmiter Virginitatis proposito Deipara auxiliatrice, quod mundo exhibuit regia infans Ioanna Portugaliæ Regis Ioannis Secundi Soror; *quæ sicut ingenti pulchritudine, ita ineffabili Castitatis amore, & in Deiparam pietate prædita erat: Vnde cum à multis Regibus in matrimonium peteretur; nec salva in Regem reverentia posset dissentire ad Beatam Virginem sæpius auxilij causa confugiebat: Nec vana fiducia vnquam fuit, quippè illud semper obtinebat remedium, quod huic negotio vnicè opportunum, & necessarium videbatur. Quod quidem & si casu videretur accidisse; miraculi instar esse Deipara interveniente dubium nō est: Sic Auctores Lusitani, signatè verò Vasconcelos Anacephaloſi 17. & P. Mariana lib. 25. Historiæ cap. 14.*

Est autem omninò similis præfato exemplo, illud quod toto orbi præstitit Margarita Maximiliani Secundi Imperatoris filia; *Quæ patre mortuo in Hispaniam profecta Montis Serrati, coram Imagine Sanctissimæ Deiparæ, quæ ibidem summa Religione colitur, cum lachrymis id vnum petijt, vt se B. Virgo Filio suo IESV Sponsam conciliaret. Annuenteque sacra Virgine, & caput in Imagine sua inclinante, illa aperto pectore, cultello sibi scriptorio sanguinem elicuit, eoque depicta syngrapha Sponsam se Iesu Christi his vocibus, scriptoque dedicavit.* Hoc sanguine meo de corde meo sumpto, consecro, & dedico me Tibi Iesu in Sponsam, meque vt Tibi Virgo Maria Mediatrix mea esse dignetur, in cuius fidem hoc confirmo, Margarita. *Annuit iterū Virginis imago.* Quod omninò scripsit Atlas Marianus lib. 1. imagine 4. Qui præterea addit *similem iterum à Margarita factam fuisse syngraphan, cum audivit, factum fuisse à quodam nebulone aliam quampiam, qua se manciparet dæmoni:* Ecce tibi causam, cur inclyta hæc Princeps felicissimas Philippi II. Hispaniarum Regis nuptias ab eo tanto ardore expetitas, tam constanter reiecerit. Quæ quidem tam præclara; tamque firma Castitatis professio; & si mundo, & sanctum Margaritæ propositum nesciēti, & res divinas, prout decet non æstimanti iugenti admirationi fuit.

Est verò illud fortius, & mirabilius, quod de Eufemia Virgine refert Speculum exemplorum distinct. 9. num. 22. Nam vt ipsa pro Castitate servanda fortia egit, & pertulit, ita Sanctissima Virgo egregiam ipsi vicem rependit: Ergo sic ibi: *Egregia nobilis quædam Virgo in annis puerilibus Castitatem Deo dicavit: sed cum parens propter ipsius pulchritudinem eam quamvis renitentem, cuidam Comiti desponsasset, ipsa Capellam ingressa opem Deiparæ invocans cultro nasum sibi præcidit, & labia. Quare ab irato patre cuidam rustico in ancillam tradita magnis laboribus, & plagis ab eo affligebatur, quæ omnia læto animo ferens Deo, quod aliquid pro eo pateretur, gratias agebat: septennio verò in ijs expleto nocte Dominicæ Nativitatis familia ad mensam considente, ipsa ad stabulum laudes Deo redditura se contulit: vbi Deipara Angelorum, & Virginum multitudine stipata immenso fulgore circumfusa eam ad constantiam adhortata, nasum & labia ipsi restituit. Quod vbi rescivit pater eius, in loco stabuli Virginum claustrum construxit; in quo Euphemia Deo serviens brevi quievit in Domino.*

Præfatis verò Principibus fœminis heroico Castitatis ardore inflammatis, merito quidem adiunxeris inclytum Heroem Sanctum Casimirum, Casimiri Tertij Poloniæ Regis filium Castissimum Principem, & Deiparæ addictissimum, qui in eius honorem pulchrum hymnum composuit; & cottidie recitabat.

Sic inchoantem

Omni die die Mariæ:
Mea laudes anima
Eius facta, eius gesta
Cœlo splendidissima.

Et verò quod ad rem noſtram facit, *clariſsimus hic Princeps in flore ætatis annos natus viginti quatuor mortuus eſt, quod vita potiùs, quàm virginitate carere voluiſſet: cum enim vnicum morbi ſui remedium ex Medicorum ſententia Matrimonium eſſet, nunquam adduci potuit, vt matrimonium iniret. Ita Ferrerius Vicentinus, & Zacharias Graderius Antiſtes in eius vita, & Baronius in notis Martyrologij.*

Sanè cum Dei, & Deiparæ manus non ſint abbreviatæ ſimilis Principi Caſimiro, fuit plebeius Rayne-rius, ſed Religione Minimorum nobilis, qui in Baptiſmate Sancti nomen adeptus eſt, de quo Boverius ad annum 1589. ſcribit: *Tanto illum Virginitatis amore incenſum fuiſſe, vt ne in coniugio, cui patris imperio colla ſubdidit, illam amitteret, voverit, ſe per integrum menſem in Lauretana domo nulla mercede ſuam operam locaturum, ſi amittendæ Virginitatis periculum evaderet. Quod Deipara propitia evaſit, ſiquidem brevi Sponſam eius, mors irruens ſuſtulit, & liberum à coniugio Sanctum ad ſolvendum Deiparæ nuncupatum votum quantocyus dimiſit: cumque peſtilentia ſublatis pauperibus ſoror ſuperſtes eſſet, quæ illum poſſet remorari à propoſito colendæ caſtitatis, eamque hac ratione impenſius Deiparæ commendaret: ipſam adſtantem vidit, & dicentem audivit.* Sancte quid ſollicitus es? metu animum exue, ſororis curam geram, purum mihi famulatum exhibe. *Hæc Boverius; qui plura ſcribit; & multa refert miracula, quæ Rayne-rius in ſe expertus invocata Virgine patrabat illis Eccleſiæ verbis*: Sancta Maria ſuccurre miſeris, iuva puſillanimes; refove flebiles.

ALIA EXEMPLA.

PLACET in re Virgini gratiſsima diutius ſolito immorari, & egregias alias Victorias præfatis adiungere: & illas in primis; in quibus Caſtitatis prædam velut è leonis vnguibus extorſit Deipara: & vt à Regibus, qui hac in re leonibus fericiores ſunt incipiamus: *Invocata B. Virgine illæſam pudicitiam à duabus fœminis ſervatam Principibus contra euntibus præclara nobis teſtimonia firmant: & illud quidem perilluſtre eſt, quod de Carolo Octavo Galliarum Rege nobiles Scriptores tradunt, Gogenus in Chronico anno 1487. Bzovius ad annum 1493. Spondanus, & alij. Qui cum egregias de hoſtibus palmas retuliſſet, illuſtriorem ſui conſecutus eſt victoriam, dum viſa, & concupita pulcherrima puella; & audita eius precatione, qua obteſtabatur per Virginem MARIAM, vt vellet ipſam illibatam, & ſponſo ſuo integram relinquere ipſe amore Deiparæ, non tantum libidinem compreſsit, ſed & lachrymas profudit, & dotem numeravit, quingentos, videlicet, aureos, & puellæ affines, & conſanguineos virtute tanta puellæ delectatus ſolvendis ſtipendijs, & vectigalibus exemit. Regium planè factum à Rege ſpiritu Principali perfectum: Cui benigniſsima, & gratiſsima Virgo in morte cumulatè perſolvit. Nam cum apoplexia oppreſſus vitam finiret Mariam in corde, & in ore habens repetitis vicibus eam invocavit*: & dubitabis, quin illicò regi obviaſſet ipſa quaſi Mater honorificata? Sic Spondanus ad annum 1498. numero 1.

Perſimile eſt, quod ab Epiſcopo Comenſi de Franciſco Sforcia Mediolanenſi Duce ſcribitur: *Nempè cum puella ab ipſo ad ſtuprum ſollicitata in extremo periculo vitiandæ caſtitatis eſſet; illam viſa bono fato imagine Deiparæ; ſuppliciter eum exoraſſe, vt per Virginis Matris amorem, & eius puritatem vellet ſe illibatam ſervare. Cui Dux libenter annuit; & à ſe intactam ad proprios parentes tuto præſidio munitam remiſit.*

Nec ab hoc iverit, quod Vincentius Bellovacenſis lib. 10. Hiſtoriæ cap. 102. & 103. ſic refert de quodam equite inſigni milite, ſed impudicis amoribus addicto, *qui cum quandam puellam violare pararet, illaque triſtis eſſet, & obluctaretur. Quid ſibi (inquit miles) iſte fletus, & reſiſtentia? Pater tuus te mihi tradidit pretio ei perſoluto. Ad quem illa nox iſta, nox eſt Sabbati* DEIPARÆ MARIÆ

cultui consecrata, & mihi quoque nomen est MARIA. Insuper vovi ego Deo ad Matris eius honorem Castitatem, & iam sanctimonialis essem, nisi id patris mei egestas prohibuisset: quibus omnibus fit, vt non possim in hanc mei violationem consentire. His Deo inspirante commotus eques mutatus repente est in virum alterum. Ne (inquit) deinceps timeas. Quandoquidem nox ista Sabbati est, & vocaris Maria, stella maris, & ob sanctæ istius noctis sacra mysteria, quam tibi dicatam voluit Beatissima Dei Mater, ego te ab omni contagione liberã dimitto: insuper te in sanctimonialium sacro cætu collocabo, & quæ ad ingressum tuum necessaria sunt, abundè suggeram. His dictis, iter suum persequitur ad quoddam torneamentum, quo multi convenerant equites, ibique perimitur. Post cuius mortem apparet Deipara puellæ isti, iam sanctimoniali: aitque equitem illum salvum esse, eo quod in honorem Sabbati ab ea violanda abstinuisset. Addit mandatum, vt Abbatissæ suæ denunciet, vt corpus eius ad Ecclesiam Monasterij transferat, vt ibi iuvetur suffragijs Ecclesiæ. Ne autem hæc vana (inquit) existimes, invenies recentem rosam supra eius sepulchrum, cuius radix ex ore assurgit. Hæc Vincentius.

Non sic impij, non sic, sed sicut pulvis, quem proijcit ventus à facie terræ. De quo; necnõ & de constanti fœminarum Deipara intervenientè castitate duo nobis suppeditat exẽpla Franciscus Bentius: alterum in Annua Collegij Vlisipponensis, his verbis. *Vna Virgo, quæ nostris frequenter confitebatur, ostendit esse sibi Castimoniæ pulchritudinem vita charioré. Hanc perditus perditè deperibat adolescens: capta occasione in eius conclave armatus irrumpit, solam fortè invenerat, amorem fatetur, orat, miscet precibus dona, in omnem partem versat puellæ animum. Quam vbi obstinatam videt ferrum è latere deripit, elatumque defert in pudicum pectus, additque minaciter, hoc ego, aut vitam tibi extorquebo, aut consensum. Mors mihi (inquit illa) millies præstat, simulque cum imploraſſet castissimæ Virginis Matris opem, sexum audacia mutavit importunum latronem domo exegit ictum amoris furore, & (pœna divinitus inflicta) ferro: per summos cruciatus se mori vociferantem. Non multos post dies sanato vtcumque vulnere non morbo, quam vehementer vlciscatur Deus expugnatores pudicitiæ malo coactus didicit ipse, & suo alios docuit exemplo. Cum enim ad Virginem iterum perrexisset, & adversus aspernãtem preces adiecisset, minasque iterum, propitiam sibi Deo Matrem clarissima voce invocasset; ecce tibi novo, memorabilique prodigio iuvenis gravissimè vulneratus, oculisque caligine effussa è cubiculo pedem effert; moxque necessarijs Sacramentorum subsidijs destitutus repentina morte temeritatem luit.*

Annuæ.

Alterum: in historia Collegij Solavienſis in Polonia, quod est huiusmodi. *Vir perditus equo insidens, cum in mulierem incidisset solam in agro, ad eam adhinijt, arripit manu renitentem, vociferantem, & humanum auxilium summa contentione implorantem, sed frustra nemine exaudiente: igitur excitis vocibus invocat miserorum Patronam in desperatissimis rebus Matrem Virginem cum sponsione ieiunij ad certos dies. Desilire properantem cæcum libidine ferociens equus alioqui mansuetus iactatione erutum, & cervicis in transversum agit, vt cum vna manu sustineri non posset ad regimen, fuerit altera adhibenda dimissa muliere, quæ se statim ex arcto nexu Deiparæ gratulans præcipiti fuga evellit.*

Annuæ.

Iam verò eiusmodi plura, & plura, quàm similia exempla sunt. Nam in annuis anni 1582. habetur. *Quandam puellam Indicam, cum à quodam infami puritatis deprædatore in angusto, & difficili loco deprehensa fortè fortuna esset inventa, invocato IESV, & MARIÆ nomine subitò vidisse cœlestem illum velut fulmine quodam afflictum, & prostratum in terram, & ita evasisse:* Sed & in annuis 1588. vbi de Tribulgensi Collegio agitur: affirmatur *de muliere honesta, quam ex vrbe egressam sollicitavit quidam ad turpe flagitium: exorat illa tantillum spatij, donec è sylvæ proximæ vicinia referat gradum. Ergo sylvam intrat, & supplex facta oratione B. Virgini, confidentiæ plena regreditur, cœleste comitante Ephæbo, quem illa quidem non videbat, sentiens tantum animosam factam ad resistendum. Vidit verò libidinosus ille,*

ac vehementer timens illicò pedem retulit: Et quidem pro hac recenti hiſtoria Vetus conſimilis plenè fideiubet, ſanè de B. Ivera Recluſa ſcribit Hugo Floriacenſis in eius vita, *Inter alia beneficia, quæ à B. Virgine abundè ipſa ſuſcepit, illud fuiſſe ſingulare, quod ſervata fuerit à petulante, & libidinoſo iuvene, eius integritatem impugnante: nempè B. Virgo miris radiorum ſplendoribus Ivetæ cubiculum illuſtravit, & petulcum adoleſcentem luminis ſui ſplendore compeſcuit, ac Ivetam ſervavit incolumem.* Hugo.

Fortis etiam, & mirabilis Caſtitatis amor infuit tribus puellis, quæ inter Caſſetum, & Aciam à Normandis Caſtitatem earum perſequentibus, atque ipſas Auxiliante Deipara, cuius nomen, & Numen aſsiduè invocabant; *illorum impudicitiæ viriliter reſiſtentibus attrociter interfectæ ſunt. Quod egregium pudicitiæ facinus Deiparæ tantopere placuit; vt cuidam equiti cæco earum ſanguine ad oculos admoto viſum ſtatim reſtituerit, eique præceperit, vt earum corpora honorificè ſepeliret. Quod ipſe non ſolùm præſtitit, ſed etiã in honorem Virginis Virginum ſacellum ibi poſuerit. Rem copioſius habet Atlas Marianus lib. 1. imagine 14. quæ eſt de Sancta Maria Caſtrenſi.*

Illi verò Bonaventuræ, apud Gerſonem doctrinæ: *Quod nullus ex aſpectu glorioſæ Virginis inflammaretur ad carnis concupiſcentiam, ſed potiùs eam extingueret divinus ille aſpectus, quaſi frigidus quidam ex oculis ros virgineus ſpiraret à mente ſua caſtiſsima; mirè congruit, quod noſtræ Societatis annuæ anni 1600. referũt de adoleſcente impuræ mulieris domum impuro animo ingreſſo, qui cum in angulo Deiparæ effigiem fortè latitantẽ oculis deprehendiſſet repentino intuitu, adeò fuit commotus, vt omnis vltro impuritas peccandique voluntas fumi inſtare evanuerit: imò verò adoleſcẽs è Saulo Paulus factus adverſus impudicã mulierem inſurgẽs.* Quinam (*inquit*) ô turpiſsima lupa audes coram, tam pura Virgine, tam impura flagitia perpetrare: *ſed cũ procaciſsima meretrix blãditijs ipſum detinere audacter tentaret: ipſe ſui, & illius victor ſeſe fortiter ſuripuit, & ad Sacramentum Pœnitentiæ incunctanter advolavit.* Annuæ.

Nec me temperem, quin quamvis longior fuero; duo alia appingam obſervatione digna: nam vt vtar egregijs verbis illuſtris viri Thraſeæ Peti iamiam morientis, apud Tacitum lib. 16. Annalium: Specta iuvenis: in ea tempora natus es, quibus firmare animum expedit conſtantibus exemplis: *Primum ſic refertur in noſtris annuis de rebus Provinciæ Philippinæ in Sede Antipolana. Mulier quædam audaciam iuvenis in eam inſultantis, & ad fæda hortãtis, hoc reſponſo compeſcuit*: Cliens ſum Virginis Deiparæ, *oſtendens, quàm eſſet à peccando contra caſtitatem aliena.* Tacit.

Alterum verò non minus obſervatione, quàm admiratione dignum refertur à Gogono in Chronico Deiparæ: nam vt in præfato exemplo ſola Clientelæ Deiparæ profeſsio laſcivientem iuvenem cõpreſsit; ita modo; quod impudica mulier Virgini aliàs devota; audierit ſe ancillam Deiparæ ab ipſa vocari, ſola hac appellatione deterrita à diuturna luxuriæ conſuetudine ad pudicè vivendũ, imò ad rigidam vitæ diſciplinam revocata eſt: Audi: *Ancilla quædam in Epiſcopatu Carnotenſi ſepties cottidie Deiparam ſalutabat; & licet cum hero ſuo impudicè conviveret, ab hoc tamen Virginis obſequio, nunquam decerat. Et verò cum ſæpius à ſua hera impudicæ vitæ argueretur, nec reſipiſceret; cogitavit tandẽ hera illam atrocius caſtigare. Verum id cogitanti Deipara benigniſsima apparuit, monens, vt cũ illa mitius ageret, quam ipſa tenebat velut ancillam ſuam. Ergo hoc audito hera dixit ancillæ. Gratias age Deiparæ, quæ me vetuit, vt graviore ſupplicio te afficerem, quam te, tanquam ancillam ſuam teneret. Ad quam quidem vocem nobilis ancilla reſipuit, generosè dolens, quod ea, quæ ancilla Matris Dei dici meruit, libidini inſerviret: vnde deinceps non modo à mala conſuetudine abſtinuit, ſed Deiparæ, & pudicitiæ mancipata ad religioſam vitam in Monaſterio* Bonæ Spei *in Epiſcopatu Carnotenſi ſe contulit.* Gogon.

MARIA apud Deum præeximia humilitate hominũ Advocata itidem eos edocens Humilitatem.

ADNOTATIO IX.

1 PRæcedenti adnotationi de Mariæ à Caſtitate Deo ſummè placenti; itidemque ſuos Caſtos faciente; proxima fuerit hæc de Maria ab humilitate vehemẽtiſsimè Deo grata, necnon clientes ſuos humiles faciente, ſimulque ſua Advocatione protegente: pulchrè ſiquidem in hunc ſenſum inflexit Venerab. Alanus, *Alanus. Delrio.* apud Delrium beata Virginis vbera, de quibus Cantic. 1. verſ. 2. dicitur: *Cant. 1. v. 2.* *Meliora ſunt vbera tua vino*, hunc in modum: *Fuerunt in Virgine duo exemplaria benè vivendi Caſtitas, & humilitas, quas nobis in exemplum propoſuit. Quibus quaſi quibuſdam vberibus fidelium populum, tanquam Mater Filium lactavit. Hæc propinant vinum æternæ delectationis, & mel iucundæ quietis:* Hæc ille, & verò, cum Maria (vt iam vidimus) *doctrix ſit diſciplinæ Dei, quæ amicos Dei, & ſapientes conſtituit*; quid potiſsimum ipſa diſcipulos doceat, quam humilitatem à Filio ſuo edocta, Matth. 11. verſ. 29. monente: *Mat. 11 v. 29.* *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde*: Quid enim Mater aliud doceat, quàm quod didicit à Filio: ſcitè ſiquidem conſideravit Venerabilis Honorius in illis verbis Mariæ ad ſponſum, *Cant. 1. v. 3.* Cant. 1. verſ. 3. *Trahe me*, ſignatè ab illo petere, vt oficij admoneret, & *traheret ad exercitium virtutis.* Quid autem Magiſter cœleſtis tantam diſcipulam doceret, pergit explicare Honorius, inquiens. *Honor.* *Maria non didicit à Filio ſuo cœlos creare, ſed humilitate, & manſuetudine radiare*, vt dixerit: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde*: ita ille: Ita & nos vt diſcipuli Mariæ ſimus dicimus cottidie. *Virgo ſingularis inter omnes mitis; nos culpis ſolutos, mites fac, & caſtos.*

2 Iam verò, quantò excelſius Mariæ fuerit, imò, & divinius, ab humilitate Matrem Dei eſſe, quantò nobis vtilius, & ſalutarius, ab humilitate filios Dei fieri, quam cœlos creare! Nimirum Auguſtino ſerm. 14. *In Natali Domini* à Maria perquirenti: *Enarra, obſecro, mihi, quomodo meruiſti dici Mater Domini, & Sponſa Filij Dei?* ipſa abſolutiſsimè reſpondet: *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*, Lucæ 1. verſ. 45. & de ipſa, & pro ipſa Salomon, Prov. 31. verſ. 10. *Guſtavit, & vidit, quia bona eſt negotiatio eius*, vt dixerit in humilitate ſupremam Matris Dei dignitatem negotiatam Virginem fuiſſe, ſic capiente hæc verba Richardo lib. 4. de Laudib. Virginis, in hunc modum: *In negotiatione datur vnũ, & accipitur aliud. Beata ſiquidem Virgo expoſuit Deo humilitatem ſuam dicens:* Ecce ancilla Domini, *cuius pretioſitatem attendens Dominus, concupivit eam, & dedit ſe ipſum pro humilitate:* Ita ille. Nec fuerit in præfatis Dominæ verbis prætermittenda obſervatio verbi *reſpexit*, quo Virgo divinum in ſe affectũ explicavit: ſignificat enim *benignioribus oculis aſpicere*, de quo, tam in Scriptura, quàm apud prophanos obvia teſtimonia ſunt, alibi à nobis expenſa; vt hinc gratiſsimus hic Dei & benigniſsimus in humilitatẽ Mariæ conſpectus peculiarẽ emphaſim habeat, quaſi ipſe, & apoſtatis Angelis, & hominibus ob ſuperbiam olim infenſus, faciemque averſam, ab illis tenens, ab humilitate ſignatè foret alliciendus. Quid namque ſuperbia fuerit, niſi fumus? non modo inanis, ſed etiam ingratus, & noxius, qui oculis moleſtus, & infenſus faciem aliòrſum cogat avertere. Ergo dum Dei ſapientia velut *ſolo affixos oculos averſa tenebat*: cum Mariæ humilitatem reſpexit, non in ipſam tantum, ſed etiam in humanum genus vultum ſuum illuminavit ſuper nos, & miſertus eſt noſtri: opportunè hac, ſic diffundente Richardo lib. 4. *Richar.* *Convenienter ergo gratiæ culpæ reſpondet Eva per ſuperbiam creaturam ſe eſſe, & opus Dei, non conſiderans Deo par eſſe voluit. Maria autem ſuo factori humiliter ſe ſubdens, ancillam ſe nominavit; &*

Auguſt. *Lucæ 1. v. 45.* *Pro. 31 v. 10.* *Richar.*

ideò

ideò illa abiecta eſt, & iſta electa: ſuperbam deſpexit, & humilem reſpexit, & quod ſuperba perdidit, humilis recepit: ideò ait: reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, reſpexit humilitatem, reſpexit humiliationem; humilitatem reſpexit, humilem remunerans, humilitatem reſpexit, humilem exaltans. Hæc Richardus: & eodem ductu Rupertus in id,

Cant. 1. v. 12. Cant. 1. verſ. 12. *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorẽ ſuum:* ſic Virginẽ ratiocinãtem inducit: *hoc odore delectatus deſcendit in vterũ meum: Olim in Eva malo ſuperbiæ fœtore infenſus, & ob hoc ab humano genere averſus fuerat, nunc autem delectatus bono odore humilitatis meæ, ſic ad genus humanum converſus eſt.*

3 Sed dum Maria huius aſpectus, ſive reſpectus in ſuam humilitatẽ meminit; qualis putas fuerit talis reſpectus? Audi Vatem de Deo Virginem

Pſal. 86 v. 7. reſpiciente, Pſalm. 86. verſ. 7. *Sicut lætantium omnium noſtrum habitatio eſt in te:* quæ verba ex Hebræo fonte, ſic tranſtulit Lorinus: *omnes aſpectus oculorum meorũ in te:* vt inducatur Deus,

Plinius. qui (vel gentili Plinio auctore lib. 2. cap. 7. de Deo.) *Totus ſenſus, totus viſus, totus auditus, totus animæ, totus animi, totus ſui,* totis benignitatis ſuæ oculis, totis oculorum aſpectibus in Mariam intentus, & occupatus, quin quodammodo in aliud, viſum valeat intẽdere: & qui totus ſui eſt in ipſam, totus ferri videatur: Iam qualis Mariæ humilitas fuerit diſce ex Bernar-

Bernar. dino tomo 2. ſerm. 51. cap. 3. de ea dicente: *Adfuit ei aſpectus ſuæ propriæ nihilitatis, eo quod continuò habebat actualem relationem ad divinam Maieſtatem, & ad ſuam nihilitatem:* vt nimirum vnus omninò Mariæ in ſuam nihilitatem aſpectus: non vnum, ſed omnes oculorum Dei aſpectus ad ſe traxerit: & poſt oculorum aſpectus,

Ildepho. Deum ipſum: Quod quidem argumentum, tam diſſertè, quàm piè perſequitur S. Ildephonſus: nam ſermone 2. de Aſſumptione, hæc habet. *In nullo de ſe præſumpſit, in nullo aliquid de ſe altum ſapuit, ſed tota in Deo exſultat. Nihil ſibi attribuit meritorum, nihil ſibi ad ſe applaudit, ſed ſolummodo ea, quæ Dei ſunt, requiſivit, & ſapit: idcircò in illo tota exſultat; tota gaudet, & lætatur, ſolam ſibi vendicat humilitatem*

A *ancillæ, quæ Mater Salvatoris ab Angelo veneratur:* Pergit opportunè Ildephonſus. *Nec tamen eamdem humilitatem à ſe aliquid dixit eſſe, ſed quia Altiſſimus eam reſpexit, & acceptam ſibi fecit: ideò inquit:* Beatam me dicent omnes generationes. *O mira confeſsio, & mira humilitas!* Hæc ibi: Quæ plus plus diffundit, & denſat ſerm. ſeq. vbi inter alia inquit: *Beata Virgo humiliat ſe in cunctis, vt totam ſuſcipiat in ſe*

B *gratiam Conditoris, quia quod per partes datum eſt aliis, tota ſimul in eam venit gratiæ plenitudo:* Hæc Ildephonſus, & eadem mente Bernardus ſerm. 4. de *Bernar.* Aſſumptione: vbi cum admirabundus interrogaſſet. *Quanta verò, & quàm pretioſa humilitatis virtus, cum tanta puritate, cum innocentia tanta, cum conſcientia prorſus abſque delicto, imò cum tanta gratiæ plenitudine, vnde tibi humilitas, & tanta humilitas, ò beata!*

C Subijcit ad rem. *Digna planè, quam reſpiceret Deus, cuius decorem concupiſceret, cuius odore ſuaviſsimo ab æterno illo paterni ſinus attraheretur accubitu.* Sic Bernardus.

Deſumpta quidem hæc omnia 4 ſunt ex ipſiuſmet Deiparæ ſenſu, & verbis, ad quæ reſpexit Bernardus, Cant. 1. verſ. 12. *Dum eſſet Rex in ac-* *Cant. 1. v. 12.* *cubitu ſuo nardus mea dedit odorem ſuum:* ſi tamen obſerves, cum Origegene hom. 2. ex quatuor (quod nos etiam, tam ex Hebræa lectione, quàm

D ex emendatioribus Codicibus adſtruimus) pronomen illud *ſuum* æquè referri poſſe ad Nardum odorem efflantem; & ad Regis ipſius odorem, vt ſenſus fuerit Nardum humilitatis Mariæ, Regis cœleſtis odorem percepiſſe, eumque in terras adduxiſſe, vt Mariam, tanquam humilitatis Magiſtram, Matrem haberet: Sic enim Ori-

E genes. *Origen.* *Quod ſi legatur, vt alia habent exemplaria:* Nardus mea dedit odorẽ eius: *Invenitur aliquid divinius, vt videatur vnguentum hoc Nardi, quo vnctus eſt Sponſus, non tantum ſuum, qui nardo ineſſe naturaliter ſolet, ſed ipſius Sponſi odorem cepiſſe, & ipſius odorem ad Sponſam reportaſſe, vt in eo quo vnxit eum, odorem Sponſi per ipſius vnguenti munus acceperit, & hoc fit, quod dicere videatur. Nardus mea, qua vnxi Sponſum regreſſa, ad me odorem mihi detulit Sponſi:* Hæc ille: obſerva illud.

In-

Inveniturne aliquid divinius: Quid? equidem ab humilitate Mariæ attractum Dei Filium non modo, vt ab ipſa carnem acciperet: ſed notanter, vt homo humilis, qui humilitatis leges hominibus eſſet daturus, in terras deſcenderet, iuxta illud Summi Patris beneplacitum, de quo nos Eccleſia in Dominica palmarum, ſic monet: *Deus qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum Salvatorem noſtrum carnem ſumere, & crucem ſubire feciſti*: Quid namque divinius valeat excogitari? quàm à Maria Dei in terras deſcenſum; & ab ipſius humilitate Sacramentum Dominicæ incarnationis œconomicè diſpoſitum, vt ab odore humilitatis Mariæ Dei Filius Matrem humilem gratanter voluerit eligere, vt ab humili humilis naſceretur. Quò refero Bernardum homilia prima in *Miſſus eſt*, vbi Mariæ humilitatem ab Spiritu Sancto, tanquam Conceptionis Chriſti cooperatricem, & formatricem adſtruit. Nã cum dixiſſet: *Si igitur Maria humilis non eſſet, ſuper eam Spiritus Sanctus non requieviſſet. Quomodo enim de ipſo, ſine ipſo conciperet. Patet itaque, quia vt de Spiritu Sancto conciperet*, reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ Deus *potiùs, quam virginitatem*: notanter ſubijcit: *& ſi placuit virginitate: humilitate concepit*: Nec omittendum, quod cogitationi Origenis affine, ſic habet Richard. à S. Laur. lib. 1. de Laud. Virginis: *His odoribus Virginis ſuæ Divinitatis odorem admiſcens de Ancilla fecit Sponſam, & de creatura Dei genitricem*: ita ibi: iam id abſolutiſsimè docuit Auguſtinus ſerm. 35. de SS. inquiens: *O veri beata humilitas, quæ Deum hominibus peperit vitam mortalibus edidit, cœlos innovavit, mundum purificavit, Paradiſum aperuit, & hominum animas ab inferis liberavit*: Sic Auguſtinus.

Hinc frequenter PP. Mariæ humilitatem ſcalam faciunt pertingentem in cœlum, vſque ad ſinum Patris; vt per ipſam Dei Filius deſcenderet ad nos, & primum quidē Georgius Nicomedienſis orat. de oblatione Mariæ notanter, inquit. *O ſummam pietatem! ò aſcenſum ætatis! Quales ſcalas honeſtatis ſtatuit ad cœleſtium altitudinem, per quas Verbum deſcenſu novo ad nos aſcendit*: Ita ille, obſerva illa: *O aſcenſum ætatis!* quippè Georgius orationem habebat in die Præſentationis Virginis, cum ipſa eſſet triennis, pendens quàm cito humilitatis ſpecimen dederit: concinente huic cogitationi B. Methilde, quæ libro primo id ſibi revelatum aſſerit. *Prima virtus, in qua Virgo nata, & infans ſe ſingulariter exercuit, fuit humilitas, quia ita modeſtè de ſe ſentiebat, vt cum tot gratias haberet, nulli creaturæ ſe præferret*: Ergo iam tunc ſcalas ſtatuit per quas humilis aſcendens Dei Filiũ humilem deduceret: De Romulo fabulabatur mendax Roma in cœlũ aſcendiſſe; ridente Tertulliano lib. 4. contra Marcionem, *quod peierante Proculo aſcendit mendacij ſcalis*; veriſſimè verò aſcendente Maria in cœlum ſcalis humilitatis certiſsimis, & firmiſsimis: *facta eſt certè*, inquit Auguſtinus præfato ſerm. 35. de Sanctis *humilitas Mariæ ſcala cœleſtis, per quã deſcendit Deus ad terras*. Quia reſpexit (*inquit*) humilitatem ancillæ ſuæ, & *quid eſt dicere* reſpexit, *niſi comprobavit; placuit ei humilitas mea*: pergit Richard. à S. Laurent. lib. 4. de Laudib. Virginis, inquiens. *Quia tantum aſcēdit Mariæ humilitas ad Deum, tantum ſe humiliavit divina ſublimitas ad Mariam*: ſic Richard. Luculenter verò Sanctus Eleuterius ſerm. de Annunciatione, inquiens: *Facta es ſcala per quam gloria cœleſtis deſcendit ad inferiora; quatenus humilitas ad cœli ſubveheret altiora*: Vnde exclamat: *O nova, & inaudita coniunctio! O ineffabilis permixtio!*

Sed enim quoniam Mariæ humilitas, quod immenſa ſit longiſsimam exigit tractationem, & ad commodiorem locum ſpectet; hic figimus gradum; vt iam oſtendamus totam generationis Chriſti ſeriem ab humilitate originem duxiſſe: ipſumque Chriſtum humilitatis Magiſtrum à Maria Matre in humilitate natum, & educatum fuiſſe, in quam rem advoco S. Zenonem M. ſerm. 3. *de Nativitate Domini* dicentem: *Naſcitur ſine Patre Filius: ſibi debens, quod conceptus eſt: Matri donans, quod natus*: Vbi Conceptionem ſuam ipſimet Dei Filio: nativitatem verò Matri notantiſsimè aſſignat: quod ſi inquiras rationem

hu-

Bernar. *Auguſt.* *Rich. à S. Laur.* *B. Met.* *Auguſt.* *Rich. à S. Laur.* *S. Zen.* *Georg. Nicom.*

huius, & cauſam, & quid diſcriminis inter conceptionem, & nativitatem interſit? reſpondebimus ex Vate, Pſalm. 17. verſ. 10. de prima Filij Dei in vterum Virginis deſcenſione dicente *inclinavit cœlos, & deſcendit*, iuxtà expoſitionem Chryſoſtomi homil. de *Aſcenſione*, Cyrilli Hieroſolymitani catecheſi 12. Ambroſio in Apologia de David cap. 12. & aliorum: quia videlicet Humilitate Virginis raptus, vt ab ipſa conciperetur *inclinavit cœlos, & deſcendit*: nam *humilitas Mariæ* (inquit Richard. à S. Laur. lib. 1.) *Regem cœli attraxit ad terram, & velut aquilam odore prædæ concupitæ illectam carni immaculatiſſimæ copulavit*, ecce quomodo ſibi debuerit Dei Filius, quod conceptus ſit, qui velut aquila odore prædæ inclinavit cœlos, vt conciperetur à Maria: Iam verò, qua ratione donaverit Matri nativitatem ſuam; non tantum inde pete, quod *cum impleti ſunt dies Mariæ peperit Filium primogenitum*: Sed quod ipſum iam inclinatum denuo reclinaverit ſuum ſubijciente Lucæ: *Pannis eum involvit, & reclinavit eum in præſepio*, Lucæ 2. verſ. 7. quaſi non ſatis fuerit ad præbendum nobis humilitatis exemplum videre Dominum maieſtatis de cœlis inclinatum, niſi etiam à Matre reclinatum, ideſt, plus plus inclinatum; & denuo humilem, & humiliatum intueremur; quippè quæ ab Angelo ſalutata notanter ſe nominavit ancillam; cupiens parere filium, qui ſervus naſceretur, quia partus ſequitur ventrem: Ergo Maria, quæ ſacro, & ineffabili divini infantis partu edito potuit *congregare amicas, & vicinas dicens, congratulamini mihi*, quia peperi dracmam, quæ eſt vera, & ſubſtantialis imago Dei; ab hac cogitationi, tam longè abivit, vt potiùs dracmam abſconderit, & reclinaret eam in præſepio: Hæc omnia pro Filij Dei humilitate elegantiſſimè obſervante Bernardo ſerm. 4. *in vigilia Nativitatis*: vbi cum præmiſiſſet: *Abſcondatur certè theſaurus noſter in agro, & pecunia noſtra in ſæculo reponatur: operiatur conceptus ſine ſemine; matris deſpõſatione, partus ſine dolore vagitibus parvuli; & mœrore: abſcondatur, & parturientis incorruptio legali purificatione, infantis innocentia ſolita circumciſione*: Subdit opportuniſſimè *Abſconde, inquam, abſconde Maria novi Solis fulgorem; pone in præſepio, involve pannis infantem; nam & ipſi panni divitiæ noſtræ ſunt, prætioſiores quidem panni Salvatoris omni purpura, & glorioſius hoc præſepe auratis Regum ſolijs: ditior denique Chriſti paupertas cunctis opibus, cunctiſque theſauris ſæculi. Quid enim humilitate ditius? quid pretioſius invenitur? qua nimirum Regnum cœlorum emitur, & divina gratia acquiritur*: Sic Bernardus. Qui ſtatim pro Nativitatis humilitate Mariæ debita ſubdit. *Habes commendatam à Deo humilitatem in Nativitate, in hac enim exinanivit ſe ipſum formam ſervi accipiens: & habitu inventus, vt homo*: Verum dum audis *formam ſervi accipiens*: addideris à Matre, *quæ ſe nominavit ancillam cupiens parere filium, qui ſervus eſſet.*

Hinc quidem Chriſtus Dominus à Maria conceptus, & natus ab Iſaia, cum carbunculo gemma pretioſa eõpoſitus, & à Ioanne liber ſcriptus intus, & foris dicitur. Nimirum vbi nos apud Iſaiam cap. 6. verſ. 6. habemus: *& volavit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem tulerat de altari* LXX. repoſuerunt *carbunculus*: & Concilium Epheſinum cap. 8. tom. 4. & PP. frequenter de Chriſto Domino acceperũt, & quidem Hieronymus, ad id loci, ſic inquit: *Calculus iſte, qui à ſolis LXX. carbunculus eſt interpretatus, poteſt, non carbonem ſignificare, vel puenam, ſed carbunculum lapidẽ, qui ob coloris flammei ſimilitudinem igneus appellatur, &c. & de ipſo Domino dicitur; quod ignis conſumens ſit, Deuteronom. 4.* De libro verò Ioannes Apocalyps. 5. verſ. 1. *Et vidi in dextera ſedentis ſupra thronum librum ſcriptum intus, & foris ſignatum ſigillis ſeptem*: Iam verò, & librum iſtum, & carbunculum ſenſum habere communem ad humilitatem Chriſti inclinati, & reclinati ſignificandam, vel ex ipſa carbunculi natura addiſces. Nam de eo primum, Plinius lib. 37. cap. 7. omnium gemmarum principem eſſe, ſic affirmat. *Principatum habent carbunculi à ſimilitudine ignium appellati*: deinde vel ipſoſmet gentiles, non latere carbunculis aliquid divinum ſubeſſe ſubdit: *Naſcitur in montibus,*

vt

Pſal. 17 v. 10.

Chryſoſt. Cyrill. Hieroſ. Ambroſ.

Rich. à S. Laur.

Lucæ 2. v. 7.

Bernar.

LXX. Concil. Epheſ.

Apoc. 5. v. 1.

Plin.

vt incolæ putant imbre divino: nec illud omittendum, quod ad Chriſti nativitatem poſsis, non ineptè aptare, & pro gloria Virginis libentius exſcribo: itidem inquit Plinius: *Inveniturad repercuſſum Lunæ maximè plenæ,* pro quo audi Methodium M. in Hypapante Mariam, ſignatè forcipem illam, qua Seraphim carbunculum tulit de altari, ſic appellantem: *Benedicta tu prorſus benedicta, & omnibus deſiderabilis: in benedictionibus Domini nomen tuum Dei Mater: tu Mater Salvatoris, Nutrix Altaris; forceps carbunculi illius purgatorij*: Sed iam quod ad præſens inſtitutum potiſsimum pertinet de carbunculo, hæc eo in loco inquit Plinius: *Commendatio ſumma, quod velut in translucido ſtellantes intus fulgẽt aureæ guttæ ſemper in corpore, nunquã in cute*: vt videlicet, *commendatio ſumma* cœleſtis huius carbunculi fuerit, Divinitatem ſuam intus abſconditã, & latentem habere; humilem, & humiliter; inclinatum, & reclinatum ſeſe foris humanis obtutibus exhibens: vt dixerit, Iſaias cap. 53. verſ. 3. *Et quaſi abſconditus vultus eius, & deſpectus, vnde nec reputavimus eum*: iuxta illud monitum Bernardi: *Abſcondatur certè theſaurus noſter in agro, & pecunia noſtra in ſæculo reponatur, &c. Abſconde: abſconde Matia novi Solis fulgorem, &c.* vt in illo, & ſi transfulgeant *aureæ guttæ ſint ſemper in corpore nunquam in cute.*

Methodius M.

Iſai. 53. v. 3.

8 Quàm apte verò, cum hac carbunculi imagine liber ſcriptus intus, & foris compaginetur; facilè videris ex præclara expoſitione, quam ei affert S. Paulinus in epiſtola *de vera circumciſione* inter opera Hieronymi: audi: Sic namque ille. *Hic eſt liber intus, & foris ſcriptus: hic ſecretus, & publicus: hic apertus, & opertus: hic paginis ſuperioribus videndus, interioribus, non videndus, qui incomprehenſibilis, intus ſiquidem ſcriptus eſt; cum Propheta dicat.* Generationem eius quis enarrabit? Iſai. 53. verſ. 8. *Foris ſcriptus eſt, cum Evangeliſta ait.* Liber generationis Ieſu Chriſti filij David; filij Abraham, Matth. 1. *Intus ſcribitur, cum Deus dicit*: Eructaverit cor meum verbum bonum, Pſalm. 44. verſ. 1. *Foris ſcribitur, cum Iſaias vaticinatur*: Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, Iſai. 7. verſ. 14. *Intus ſcribitur per Ioannem*: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum: & Deus erat Verbum, *Ioan. 1. verſ. 1. Foris ſcribitur per Matthæum*: Chriſti autem generatio, ſic erat: Cum eſſet deſponſata Mater eius Maria Ioſeph. *Intus ſcribitur*: inventa eſt in vtero habens de Spiritu Sancto. *Quid vtique habens? Verbum Domini, verbum carnem factum ſub lege. Foris ſcribitur*: cũ *Apoſtoli interrogati. Quis eſſe Dominus diceretur? quod reſponderunt, quod* alij dicerent Eliam: Ieremiam: alij autem vnum ex Prophetis: *Intus ſcribitur, cum Petrus exclamat.* Tu es Chriſtus Filius Dei vivi, Matthæi 16. & poſt nonnulla in eamdem ſubijcit. *Foris ſcriptus eſt liber iſte, cum Dominus eſurijt, intus ſcribitur, cum quinque panibus multa hominum millia ſaturavit. Foris ſcribitur, cum amici morte lachrymatur: intus ſcribitur, cum ipſum, quem flebat, exſuſcitat. Foris ſcribitur, cum afligitur cruci: intus ſcribitur, cum paradiſum latroni promittit in cruce. Foris ſcribitur, cum ſpiritum moriens ſecundum rationem humanæ carnis emittit, intus ſcribitur, cum in paſsione Sol fugit, dies abſconditur, terra concutitur. Foris ſcribitur, cum ſepelitur, intus ſcribitur, cum tertia de ſepulchri liminibus erumpit in lucem*: Hæc ille, & multò plura in hãc ſententiam. Nec fuerint omittenda in noſtram inſtitutionem, quæ tandẽ ad præfatam humilitatis commendationem in ſpirituali circumciſione adumbratam rediens, ſic monet Paulinus: *Vnde & Dominus cœli, & terræ (cuius nomen ſuper omne nomen eſt) formam ſervi accipiens, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, in hominem ſe deſpectum velata ſtudioſè Divinitate proiecit, neque videri in ſe voluit, quod non poterat, non agnoſci; quid homines obſervare ſub ſpecie ſecretæ circumciſionis expediet, quos præter naturam exemplo humiliavit, & præcepto. Conſultius vtique facient, ſi etiam* cum omnia fecerint dicant. Servi inutiles ſumus, quod imperatum eſt fecimus: Hactenus ex Paulino.

S. Paul.

Iſai. 53. v. 8.

Mat. 1.

Pſa. 44. v. 1.

Iſaias 7. v. 14.

Ioan. 1. v. 1.

Mat. 1. v. 18.

Mat. 16 v. 16.

9 Adſtipulatur his ſenſu, & verbis Bernardus ſerm. 28 in Cantica, dum Mariæ humilitatem, cum Filij ſui humilitate componit, & vtramque illuſtrat

Bernar.

Cant. 1. v. 4.

luſtrat ex verbis Canticorum, Cant. 1. verſ. 4. *Nigra ſum, ſed formoſa, ſicut tabernacula cedar, ſicut pelles Salomonis*, hunc in modum: *Hoc exemplo Sponſa, non negat nigredinem, ſed excuſat, nec probro ducit qualemcumque habitum, quem charitas formet, iudicium veritatis, non improbet, &c. Multos candidos facit vnius denigratio, non eum tingitur culpa, ſed cum afficitur cura. Expedit, vt vnus pro omnibus denigretur ſimilitudine carnis peccati; & non tota gens nigredine condēnetur peccati. Splendor, & figura ſubſtantiæ Dei obnubiletur in forma ſervi pro vita ſervi. Candor vitæ æternæ nigreſcat in carne pro carne purganda: Agnoſco pellem Salomonis, imò ipſum in pelle foris nigra Salomonem amplector. Habet & Salomon nigredinem, ſed in pelle. Foris niger, in cute niger, non intus. Alioquin omnis gloria eius filiæ Regis ab intus, inter Divinitatis candor, decor virtutum, ſplendor gloriæ, innocentiæ puritas,* & poſt pauca: *Agnoſco denigratam formam naturæ: agnoſco tunicas illas pelliceas protoplaſtorum peccantium habitum. Denique ſemetipſum denigravit, formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus, vt homo, &c. Vnde ergo nunc inſtar Eſau piloſus, & hiſpidus, & vnde hi pili? Mei ſunt, iam piloſæ manus ſimilitudinē proximi exprimunt peccaroris*: Hæc Bernardus: Quæ tandem noſtro inſtituto Mariæ filium ſuum plus plus humiliantis, ſic accommodat. *Non tamen Rebecca, ſic illum induit, ſed Maria tanto digniorem, qui benedictionem acciperet, quam ſanctior, quæ peperit*: Sic ille.

10 Nec fuerim contentus, niſi inſerie generationis Chriſti humilis futuri parentes etiam ſuos recenſuero, iuxta verba Matthæi: *Liber generationis Ieſu Chriſti, filij David, filij Abrahā*, dum vel ea ratione, quod ab ipſis eſſet futurus eos inſigni humilitate peculiariter præmunivit: & de Abraham quidem, iam dudum aliud agentes obſervavimus ex Chryſologo, & Clemente Alexandrino *ditatum nomine*: vt qui antea *Abraham* docebatur; (inquit Clemens lib. 5. Stromatum) *quod exponitur* Pater ſublimis *poſtea, cum in cœlum reſpexiſſet, ſive viſo in Spiritu Filio aſſumit* Alpha *nempè cognitionem vnius, & ſolius Dei, & dicitur*

Chryſol. Clemens Alexan.

Abraham: exponitur enim Pater electus: ita Clemens: vbi obſerva illud *viſo in ſpiritu Filio*, vt tam ex eius cognitione viſa, ſcilicet, ipſius humilitate, quàm ex propriæ vilitate notitia ſublimitatem priſtinam deponeret, & Pater Filij Dei eligeretur: tam verò de ipſo, quàm de David provt de Mariæ parentibus Rupertus lib. 1. de gloria, & honore Filij hominis premens eius verba: *Ecce ancilla Domini*, ſic loquitur: *Ecce ancilla Domini ſecundùm ſimilitudinem patrum ſuorum Abraham, atque David, quorum quanta fuerit humilitas, ex ipſorum verbis palam innoteſcit. Denique pater eius Abraham, dum Deus cum ipſo, & ipſe cum Deo ſermocinaretur, & amicus haberetur, inter cetera dixit.* Quia ſemel cœpi loquar ad Dominum, cum ſim pulvis, & cinis. *Porro Davit, cum eſſet Rex vnctus electione Domini, & Saul perſequeretur eum.* Quem perſequeris (*ait*) Rex Iſrael? Quem perſequeris? Canē mortuum, & pulicem vnum? *Iam denique intus docuerat eos Deus inviſibilis, qui ex eis naſciturus erat homo viſibilis, mitis, & humilis, ſicut dicturus erat ipſe*: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, *ſimilemque, ſibi Matrem præparaverat, quæ veraciter diceret.* Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Hactenus Rupertus: omninò ad rem.

Sed iam tandem, quod è re omninò noſtra eſt, ſalutariter nos monet Virgo ad ſuæ humilitatis vmbram; humiles effectus confugere: etenim vt cœleſtis ſponſus deſcendere dicitur (Cant. 6. verſ. 10.) vt videat poma convallium, ſic enim ille: *Diſcendi in hortum meum, vt viderem poma convallium*, notante Gregorio Magno ibi, *quod non poma montis, ſed poma convallis, vt videat, deſcendit, quod illis reſpectum ſuæ miſerationis tribuit, quos in humilitate perſiſtere cognoſcit. De quo per Pſalmiſtam dicitur. Quoniam excelſus Dominus, & humilia reſpicit, & alta à longe cognoſcit*, ſic etiam nos in hunc hortum deſcendere debere per humilitatem imitando Deiparam, monemur Richardo de S Laur. lib. 12. de Laud. Virg. hunc in modū: *Et nos in hunc hortū humiliando nos debemus ſemper deſcēdere per cogitationē virtutū Mariæ, vt ex eis noſter paſcatur affectus, & illuminetur intellectus.* Sic ille

11

Cant. 1. v. 10.

Gregor. Magn.

Rich. à S. Laur.

ibi:

ibi: & lib. 2. notanter affirmet ab humilitate protectionem Virginis nobis advenire: *Maria* (inquit) *protegit nos in vmbra humilitatis.* Quod quidem ipſamet Domina B. Brigittam, ſic monuit lib. 2 Revelat. cap. 23. *Ergo Filia mea fuge ad mantellũ humilitatis meæ, & cogita te peccatricẽ ſuper alios; quia etiamſi aliquos videris malos, neſcis quid cras futurum eſt: ideò nulli te præferas:* Hæc ibi. Nec ab hac Deiparæ admonitione recedendum, quin appingamus, quod paulò ante dixerat de humilitate: *Nec humilitas mea proficit eam cogitantibus, niſi pro modulo ſuo vnuſquiſque ſtuduerit eam imitari:* Nimirum ſapienter ſub hoc ſenſu dicebat Ambroſius epiſt. 19. (aliàs 44) ad Conſtantium: *Illud quoque præcipuum ſi perſuadeas, vt noverint humiliari, ſciant verum humilitatis colorem, naturam noverint. Multi habent humilitatis ſpeciem, virtutem non habent: multi eam foris prætendunt, & intus impugnant.* Sic Ambroſius.

B. Brig.

Ambroſ.

EXEMPLA.

VT videris, quàm ſapienter dixerit bonus ille Idiota in prologo Contemplat. Mariæ. *Inventa itaque Virgine Maria invenitur omne bonum: ipſa namque diligit diligentes ſe, imò ſibi ſervientibus ſervit:* Audi quid referat Vincentius Bellovacenſis in Speculo hiſtoriali lib. 8. cap. 96. de eximia Deiparæ benignitate erga infirmos, cum ingenti humilitate coniuncta: ſic enim ille: *Cum Clericus cubiculum pauperis mulieris ad mortẽ ægrotantis confeſſionem eius excepturus, & Euchariſtiam miniſtraturus intraret, inibi Beatam Virginem mulieri aſſidentem, & conſolantem inveniens pedem tremefactus referebat: ſed benigniſſima Virgo, non modo tanquam Domina ipſi imperavit intrare, ſed etiam tanquam humilis famula ſuiſmet manibus ſedem illi paravit, in qua confeſſionem audiret; quamvis ingenti ipſa Angelorum multitudine ad nutum inſervientium comitata veniret:* Audis? ito ergo, & de dignitate, ſeu de potiori ſede cum æquali, vel cum maiori contende. Apage.

Idiota.

Refert itidem Venturinus Senenſis de Sancta Virgine Poſsidæa in eius vita, *ipſam aliquando debilem, & caniſtro oneratam, vt panem pauperibus ferret, à Sanctiſsima Deipara levatam fuiſſe; quæ caniſtrum manibus tollens, pro Poſsidæa pauperibus eleemoſynas diſtribuit, & conſolationem ingeſsit.* O bonam eleemoſynariam; cupio & ego inter pauperes eleemoſynam accipiẽtes eſſe.

Vinsẽt. Senenſ.

Nec diſsimile, quod Cæſarius Ciſtercienſis lib. 7. cap. 52. de Hermano Monacho refert hiſce verbis. *Idẽ frater, cum divinis* (fortè legendum eſt *diurnis*) *fatigatus poſt Completorium pauſaturus in ſuo ſtrato ſe collocaſſet, ſubitò recordatus eſt, quod ipſa die vnam horam, quam decantare ſolebat in honorem B. Virginis præ inſtantia occupationis diſtulerat, & dilatam oblivione intercedente neglexerat: exſiliit inde de ſtrato ſuo, vt quod neglexerat, vel tunc ſuppleret, ſed eius miſerante labores Domina mundi, repente adſtitit, ei imperans, vt quieſceret, & ipſa pro eo horam neglectam ſuppleret.*

Cæſar. Ciſt. c.

MARIA Advocata hominum, quæ ipſos docet magnanimitatem cum humilitate coniunctam.

ADNOTATIO X.

CVM Deiparæ humilitatem ex divino eius ore tantopere ſimus perſecuti, vt omnibus numeris abſolutiſsimam viderimus, dixerit non nemo; cum tanta humilitate, non benè hærere virtutem magnanimitatis, quæ itidem Virgini neceſſaria ratione adſcribenda eſt. Quid namque, vel ipſo nomine, vel ſenſu ipſo, tam diſsimile, quàm humilitas, & magnanimitas, cum illa vilitatem velit, & contemptum quærat; hæc ad ex

1

celſitatē, & honorum, ac gloriæ magnitudinem referatur, & de *Humilitate* (ſic inquit Bernardus ſer. 61. in Cā tica) *Humilitas qua quis verissima ſui cognitione ſibi ipſi vileſcit. Verus humilis, vilis vult reputari; gaudet contemptu ſui*: contra verò illa cenſetur hominis magnanimitas, cuius animus in magnis, & excelſis rebus verſatur, vt de Veſpaſiano Imperatore dixit Plinius lib. 7. natur. hiſt. cap. 7. *Tu qui fortunæ munera amplexaris, & te ne alumnum quidem eius exiſtimas, ſed partum, cuius ſemper in victoria eſt mens*: ſive qui actiones præclaras exercet, ad quas non niſi magnus attendit, vt idemmet Plinius eodem lib. cap. 25. veram magnanimitatem à falſa ſimul ſecernens de Iulio Cæſare Imperatore, inquit: *Idem magnanimitatis præbuit exēplum, cui comparari non poſſit aliud. (ſpectacula enim edita, effuſaſque opes, aut operum magnificentiam in hac parte numerare, luxuriæ faventis eſt) Illa fuit vera, & incomparabilis invicti animi ſublimitas captis apud Pharſaliam Pompeij Magni ſcrinijs epiſtolarum; iterumque apud Thapſum Scipionis concremaſſe ea optima fide, atque non legiſſe*: Quod quidē Humilitatis, & Magnanimitatis diſcrimen benè obſervavit Gerſon tractatu 4. *ſuper Magnificat*; & ad rem noſtram accommodavit, dum diſcipulum ſic introducit ſub dubitantem: *Hoc movet multos: Quomodo ſimul, & in vnum conveniant tanta humilitas, cum tanta magnificentia?* de quo inferius.

2 Modo vt videris magnanimitatem cum humilitatē coniunctam; ſive ab ipſa humilitate profectam audi paralytici illius hiſtoriam à Chriſto ſanitati reſtituti, & ab Ambroſio pulchrè expenſam, ſic enim Lucas cap. 5. verſ. 19. *Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus, & quærebant eum inferre, & ponere ante eum, & non invenientes, qua parte illum inferrent præ turba, aſcenderunt ſuper tectum, & per tegulas ſummiſerunt eum cum lecto ante Jeſum*: Quo in loco primū obſervat Ambroſius paralyticū illum, vt ad pedes Domini profunda humilitate ſe ſubijceret, notanter in altū fuiſſe ſublatum, nempè *ſuper tectum* alta quadā mentis, & conſilij cogitatione: *Vnde mihi videtur* (inquit) *erūa paralyticus ille, idcirco eſſe ſanatus, qui à quatuor iuvenibus dimiſſus è tecto eſt; quia quatuor adminiculo virtutū Prudentiæ, Fortitudinis, Temperantiæ, atque Iuſtitiæ ad pedes Chriſti alta quadam ratione ſe ſubiecit*: Sed qua alta ratione? ſubijcit. *Nihil enim excelſius humilitate, quæ tāquam Superior neſcit extolli; quia nemo id affectat, quod intra ſe iudicat*. Hæc ille pulchrè, *nihil excelſius humilitate; pulchrius, quæ tanquam Superior neſcit extolli*: pulcherrimè: *quia nemo id affectat, quod intra ſe iudicat*: vt hinc magnanimitatē graphicè depinxerit, quæ hominem terrenis bonis, & humanis laudibus ſuperiorem *totum teretem, atque rotundum*, vt inquit Lyticus, facit: *Spectacula enim edita effuſaſque opes, aut operum magnificentiam in hac parte numerare luxuriæ faventis eſt*: Vnde eodē ductu idem Ambroſius in Pſal. 118. Octonar. 14. *Bona* (inquit) *humilitas, quæ nihil appetendo omne, quod contemnit adipiſcitur*: & Octonar. 20. *Nihil ergo humilitas habet diſpendij, ille qui ſe exinanivit plenus eſt*. Nec minus opportunè magnanimū hacmet ratione deſcribebat Nazianzenus in Apologetico, inquiens: *Nihil enim mihi tam optandū cuiquam eſſe videbatur, quàm vt occluſis ſenſibus, atque extra carnē, mundumque poſitus, & in ſe ipſum collectus, nec niſi quantum neceſsitas exigit, quidquā humanarum rerum attingens, & ſecum ipſe, & cum Deo colloquens ſuperiorem ijs rebus, quæ in aſpectū cadunt, vitam agat*. Ita Nazianz. Ecce tibi paralyticum ad pedes Chriſti alta ratione ſubiectum: qui in ſe ipſe collectus, & præclaris hiſce virtutibus innixus, tāquam Superior neſciat extolli, qui rebus omnibus, quæ ſub aſpectū cadunt, ſuperior eſt. Sanè vt nihil iuſtius, quā nulli velle præferri, nihil tēperantius, quàm ſe ipſo eſſe contentum: ita nihil fortius, nihil excelſius, atque prudentius, quàm ſuperiorem ſeſe exhibere terrenis, atque fugacibus bonis, eaque contemnere. Vnde quidē Bernardus, qui humilē deſcripſit illis verbis, *vilis vult reputari gaudet contemptu ſui*, vt illum ſimul magnanimum faceret adiecit: *hoc ſolo ſuperbis, quod laudes contemnit*, quia id affectat, quod intra ſe iudicat. Quæ omnia denuo probat Ambroſius epiſtol. 33. quæ eſt ad Demetriadem, vbi

Bernar. Plir. Gerſon. Lucæ 5. v. 19. Ambroſ. Plin. Ambroſ. Nazian. Bernar. Ambroſ.

cum

cum Nazianzeno coniurans, ſic primum ait: *Quo autem pretio, quies huius temporis aptius comparetur? quam vt ipſi mundo omnes diuitiæ, omnes dignitates, & vniverſarum cupiditatum materiæ reſundantur, & ſancto, beatoque commertio ematur Chriſtiana libertas, fiantque filij Dei de paupertate diuites, de patientia fortes, de humilitate ſublimes:* Deinde id egregiè confirmat ad magnanimitatem, ſic referens: *Non enim, vt dilectores huius ſæculi putant, parvi cordis, aut ſegnis eſt animi, terrenas opes ſpernere honores occiduos faſtidire, nec ibi gloriam quærere, vbi laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & qui iniqua gerit, benedicetur. Vnde ſi benè intelligatur contemptus, iſte rerum præſentium ad quæ tendat, & qualia concupiſcat, nihil huiuſmodi mentibus rectius, nihil invenietur electius, quæ ſacratiſsimis deſiderijs vniverſa trãſcendunt, neque vllam creaturam, quamvis potentem, atque mirabilem, ſed ad ipſum omnium viſibilium, & inviſibilium ambiunt creatorem, cui appropinquare, clareſcere eſt, quem timere gaudere eſt, cui ſervire, regnare eſt.* Hactenus ex Ambroſ.

3 Iam hæc benè perpenſa pro Virginis magnanimitate cũ humilitate cõiuncta, quæ omnes vtriuſque virtutis numeros implet, omninò faciũt: quod vel eius ad excelſiſsimum illud, & divinum Gabrielis nuncium: *Spiritus Sanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſsimi obumbrabit tibi: ideò & quod de te naſcetur Sanctũ vocabitur Filius Dei,* *Lucæ 1. v. 38.* opportuna reſpõſio mire confirmat. Nam quid humillius? quid magnificentius? & adeò magnanimũ? quam Virginẽ ab Angelo Dei nomine in tam excelſo ſupra omnẽ captum faſtigio collocari, vt Dei Mater eſſet: ipſamque ad abiectiſsimũ ancillæ ſtatũ ſeſe deijcere? ſic id pẽſitante Ambroſio lib. 2. in Lucã: *Vide humilitatẽ, vide devotionem: ancillam ſe dicit Domini, quæ Mater eligitur: nec repentino exſaltata promiſſo eſt:* Ita ille: apud quẽ, & humilitatem audis; & magnanimitatem vides, dum ait, non fuiſſe repentino promiſſo exſaltatã; quæ alta quadam ratione ad Domini pedes, tanquam ancilla ſe ſubiecit, quin de immenſa Matris Dei gloria, & excelſiſſimo vltra omnem dignitatem honore exſaltaretur creſcẽte hinc Mariæ dignitate: vt obſervavit Chryſologus ſerm. 142. ad hæc verba, in hunc modum: *Quæ vocatur ab Angelo Domina, ipſa ſe cognoſcit, & confitetur ancillam; quia devotus animus inſulis beneficiorum creſcit ad obſequium, augetur ad gratiam, non ad arrogantiam proſilit:* & veræ magnanimitate numeros implente, vti inquit Chryſoſtomus homil. 70. in Ioannem, monens: *Quod ſi veram elationem concupiſcis, hìc ego te viam docebo: nec enim noſti. Qui præſentibus rebus, tanquam magnis inhiat, is vilis eſt, & abiecti animi. Itaque nunquam humilitas eſt ſine magnitudine animi, neque ſuperbia ſine puſillanimitate.*

Quam ad rem omninò facit Mariam à PP. Mare gratiarum appellãri ſignatè vero Bonaventuram, & Richardum à S. Laurentio pluribus in locis in eius humilitatem, & magnanimitatem inflectere verba Eccleſiaſtes cap. 1. verſ. 7. *Omnia flumina intrant in mare, & Mare non redundat:* vt videlicet, omnia omninò gratiarũ, & donorum Dei flumina in eius animum intraverint, & cunctis heroicis virtutibus, quæ excogitari poſſunt, prædita fuerit: & tamen hoc maremagnum, & ſpatioſum non redundaverit: quod quidem ad magnanimitatem ſpectat: ſi autem interroges: ſub quo ſenſu id dicatur? explicaverim ex ijs, quæ de Rege Salomone accurato ſermone affirmat Sacer textus; nam cum lib. 3. Reg. cap. 4. verſ. 29. florentiſsimam illius fortunam, vaſtiſsimæ latitudinis Regnum, immenſas diuitias, & exquiſitiſsimæ pulchritudinis ſuppellectilem deſcripſiſſet, inter alia plura, hæc ſignatè deſignans: *Salomon autem erat in ditione ſua, habens omnia Regna à flumine terræ Philiſtim, vſque ad terminum Ægypti offerentiũ ſibi munera, & ſervientium ei cunctis diebus vitæ eius:* ſubijcit notantiſsimè: *dedit quoque Deus ſapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis quaſi arenam, quæ eſt in littore maris:* Qua quidẽ accurata locutione latitudinis cordis ab arena littoris maris deſumpta crediderim omninò ſignificatam regiam Salomonis magnanimitatem: Nam cum littoralis arena ex Dei præſcripto terminus fixus, & decretus limes ſit, qui marinos fluctus quantumvis elatos, &

Luc. 1. v. 38.

Ambroſ.

Chryſol.

Chryſoſt.

4 *Bonav. Rich. à S. Laur. Eccl. 18 v. 7.*

3. Reg. 4. v. 29.

Iob. 38. v. 11. tumeſcētes firmiſsimè cohibeat; quin vltra progredi valeant, abſolutiſsimè præcipiente Domino, *vſque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos*, quæ verba ſic elucidavit Philo lib. de ſomnijs: *Marinas vndas littoralis arena obiecta repercutit*: hinc Sacer Scriptor indicavit, capaciſsimū, atque magnanimum Salomonis animū regia maieſtate dignum, qui maior magnitudine ſua, & celſitudine ſua excelſior totā felicisſsimam ſuam fortunam intra ſe comprimeret, vt quaſi arena obiecta repercuteret, quin aut inani iactatione, ſive vana oſtentatione, aut ſumpta de maieſtate licentia foras effluereť: vti virum magnanimum deſcribens Ariſtoteles lib. 4. Æthicorum cap. 4. inquit: *Qui magnis honoribus, & ijs, qui à bonis viris deferuntur, mediocriter delectatur*: ſub quo ſenſu videtur poſteà Sacer Scriptor de florenti, hac Salomonis fortuna dixiſſe: *Magnificatus eſt, ergo Rex Salomon ſuper omnes Reges terræ divitijs, & ſapientia*, 3. Regū 10. v. 23. quaſi à regio hoc ingenio magnanimus, & magnificatus habitus fuerit: Enim verò germanum hunc latitudinis cordis Salomonis ſenſum eſſe, vel à cōtrario conijce ex egregio indice ad dignoſcendum hominem regiæ dignitatis incapacem, quem Latinus Pacatus in Panegyrico ad Theodoſium Auguſtum, ſic aſsignavit. *Hominem non imperandi habilem, non tantæ Maieſtatis capacem, talem eſſe, vt magnitudo malè crediti muneris extra animi anguſtias effluat, quod qui tueri nequeunt, vbi ſub tanto onere fortunæ infirmitas lapſa eſt, faciunt licentiam de poteſtate.* Ita Pacatus: compone hæc, *magnitudo malè crediti muneris extra animi anguſtias effluat*; cum illa Salomonis latitudine cordis, qua intra animum magnitudinem comprimebat, velut littorali arena marinis fluctibus obiecta, ne extra animi anguſtias effluereť per extollentiam, & inanem iactationem; quod hominem imperandi habilem, & tantæ maieſtatis capacem oſtendit, qui regium honorē, non modo intra ſe cohibet, ne foras erumpat, ſed etiam infra ſe ſubijcit, atque contemnit. Cōcinit his Plinius Iunior in Panegyrico de Traiano pulchrè inquiens: *Immenſus cum ſis imperatoria maieſtate, tuā te modeſtia continens*: tantum non dicens: immenſitatem imperij, quæ velut mare magnū, & ſpatioſum eſt, magnitudine animi intra modeſtiæ terminos contines: itidem hoc ſenſu dicente Seneca epiſt. 39. *Magni animi eſt magna contemnere, & mediocria malle, quam nimia, ea enim vtilia, vitaliaque ſunt, at hæc eo quod ſuperfluunt, nocent*: ita ibi, & eodem ductu in conſolatione ad Helviam capite 9. *Anguſtus* (inquit) *eſt animus, quē terrena delectant*: & Chryſoſtomus in cap. 4. epiſt. ad Epheſios. *Anguſtum enim eſt cor, quod finem votorum intra temporalis iucunditatis metas contrahit, neſciens ſpem ad æterna dilatare.* Sic ille.

Philo. Ariſtot. 3. Reg. 10. v. 23. Pacatus Plinius. Seneca. Chryſoſt.

Sed hæc iam tandem Mariæ magnanimitati aptemus, quæ Mare eſt, *quod non redundat*; nec illi magnum, & divinum Matris Dei munus extra animi anguſtias effluit, cum maiorem, quam Salomon latitudinē cordis habens *ancillæ* nomen velut littoralem arenam divino muneri repercutientem obiecit: ſub hoc omninò ſenſu capiente hæc Eccleſiaſtes verba Richardo à S. Laurentio lib. 1. de Laudibus Virginis, hunc in modum: *Dicitur ego omnia flumina; ideſt, omnes aquæ dulces, ſcilicet, omne genus gratiarum, & omnia chariſmata* intrant in mare, *ideſt, in Mariam*: & mare: *ideſt, Maria* non redundat; *ideſt, non intumeſcit per ſuperbiam, nec ſe revolvit per iactantiam, nec littus ſuum, aut limitem humilitatis excedit. Audito ſiquidem ab Angelo* Ave gratia plena: Dominus tecum, Spiritus Sanctus ſuperveniet in te, Lucæ 1. verſ. 28. *Ecce quod omnia flumina intrant in Mare reſpondit*: Ecce ancilla Domini: *Ecce quod mare non redundat*: vnde & illi *competit ille verſus Patris ſui*, Pſalm. 29. Ego dixi in abundantia mea, non movebor in æternum; *ideſt, non tumeſcam ſuperbiendo; & hæc eſt veriſsima humilitas* (addiderim veriſsima magnanimitas) *quæ naſcitur de plenitudine virtutū* Hactenus ex Richardo: Quæ opportunè praſtrinxit ad verba Lucæ Card. Hugo, non ſine alluſione ad maris imaginem, inquiens: *Intra alveum humilitatis ſuæ omnia receptavit, & ſervavit.* En veram Deiparæ magnanimitatem Deificum Matris Dei nomen, & mu-

5

Rich. à S. Laur. Lucæ 1. v. 38. Pſal. 29

nus

nus cum ancillæ nomine, & officio commutãtis: vti etiam ad promiſsionem monilis, & murenarum auri, quibus regia ſignificabatur dignitas; nardi imaginẽ, qua humilitas à parvitate deſignatur, oppoſuit: benè id ſic adnotante Bernardo ſerm. 42. in Cantica: *Audierat pulchræ ſunt genæ tuæ*, ſicut turturis, & collũ tuum, ſicut monilia, Cant. 1. v. 9. *Acceperat repromiſsionem ornatus aurei, & nihilominus tamẽ cum humilitate reſpondet, & quantò maiorem ſe audit, tantò humiliat ſe in omnibus. Non gloriatur in meritis, nec inter laudes ſuas humilitatis obliviſcitur, quam & humiliter profitetur ſub Nardi nomine.* Hæc Bernardus.

6 Et verò cum Deiparæ magnanimitatẽ exemplo Salomonis, quãvis multò infra ipſius dignitatem explicaverimus, non fuerit etiã abs re è regione magnanimi Salomonis Alexandrũ illũ opponere, quem vulgus Magnum appellavit: & eo cognomine denudavit Seneca, tum ob Caliſthenis iniuſtã necem, tum vel maximè, quod aliter, quã Salomon regiam fortunam frænantem, ne diffflueret, quin ob magna regna, & immẽſas opes extolleretur; ipſe terrena bona plus iuſto magnifaciens, & regijs honoribus nimiũ delectatus in imperatorio habitu, & maieſtate puerilem animum, ſenſumque ferebat: ſapienter id expendente Philone libro *de Cherubim*, hunc in modũ. *Nam & illum (aiunt) cum vellet ex Europa bellum inferre Aſiæ opportuno inter vtramque loco ſtantem luſtratis aſpectu, circa ſe omnibus dixiſſe*, & hæc, & hæc mea ſunt *plebeia, puerilique levitate nõ pro maieſtate regia*: Hæc Philo egregio ſenſu caſtigans levitatem animi Alexandri, tanquam puerilem, qui ſeſe ob terrenam magnitudinẽ, & florentem fortunam, quam intra animi anguſtias cõprimere, vt magnanimus debebat, non ſecus, ac puer extollebatur: Equidem Paulus Corinthios epiſt. 1. c. 14. v. 20. commonebat. *Nolite pueri effici ſenſibus*: ſic capiente Paulum Chryſoſtomo. *Parvi enim pueri, parva quoque hianti ore ſtupent, ac mirãtur: rerum autem valdè magnarum, non tanta tenentur admiratione*: Hæc Chryſoſtomus. Cui Seneca pluribus in locis adſtipulatur: Nam primum epiſt. 91. Alexandrum infelicem vocat, quod tam turpi mẽtis errore laberetur, quod Magni cognomen ſibi vendicaverit, non animadvertens, neminem in parvo magnum eſſe poſſe: Sic enim ibi: *Ita dico: infelix ob hoc, quod intelligere debebat, falſum ſe gerere cognomen. Quis enim eſſe magnus in puſillo poteſt?* Ita ibi: Iterum verò lib. 3. natural. qq. ſic ait: *Magna iſta, quia parvi ſumus credimus: multis rebus non ex natura ſuâ, ſed ex humilitate noſtra* (voluit dicere parvitate noſtra) *magnitudo eſt*: ſed ex puero ũ comparatione latius ſenſum hunc perſequitur lib. *de conſtantia Sapientis* cap. 12. vbi poſt multa hæc habet. *Non ideò quidquam inter illos, puereſque intereſſe quis dixerit, quòd illis talorum, nucũque & æris minuti avaritia eſt: his auri, argentique & vrbium; quod illi inter ipſos Magiſtratus ferunt, & prætextam, faſceſque, ac tribunal imitantur: hi eodem in campo, & in curia ludunt: illi in littoribus arena congeſta ſimulchra domuũ excitant: hi vt magnum aliquod agentes in lapidibus, ac parietibus, & lectis moliendis occupati ad tutelam corporum in vẽta in periculum verterunt*: Hæc Seneca: ex quibus ſtatim ſic infert: *Ergo par pueris longiuſque progreſsis; ſed in alia, maioraque error eſt.*

7 Ingens in re magnanimitatis inter Salomonẽ, & Alexandrum diſcrimen; quod ille iuxtà Ariſtotelis placitum *in magnis honoribus mediocriter delectaretur*, tumentes regiæ, & florentis fortunæ fluctus magnitudine animi cohibendo, vt eos quaſi arena objecta repercuteret, quin magnitudinis faſtus animum quateret, & de ſtatu ſuo dimoveret: contra verò Alexander *puerili plebeiaque levitate, non pro maieſtate regia, ſic ſe gereret, vt magnitudo male crediti muneris extra animi anguſtias efflueret.* Quapropter cum illum audis hianti ore ſtupentem, atque de Europa, & Aſia à ſe debellatis iactantem: *Et hæc, & hæc mea ſunt*; nec alijs eum oculis videre, nec alijs auribus audire debes; quam ſi puerullum lætum, & vociferantem audiſſes, ad æris minuti, aut domum ex arena congeſtam, ſibi gratulantem, id quod diſſertiſsimè Regius Vates affirmavit, Pſalmo 130. verſ. 2. cum poſt ea verba: *Domine non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei, neque ambulavi in magnis,*

Bernar. Cant. 1. v. 9.

Philo.

1. Corin. 14. v. 20.

Seneca.

Pſ. 130. v. 2.

neque in mirabilibus ſuper me, quibus animi ſui magnanimitatē deſcripſit; in regia dignitate ſeſe minimè extollens, ſed faſtum omninò comprimens. ſubiecit: *Si non humiliter ſentiebam, ſed exſaltavi animam meam*, vbi non tantum obſerves velim, exſaltationi humilitatē oppoſuiſſe, ſed etiam exſaltationem ſic dehoneſtaſſe, vt ad puerilem levitatem referret; quippè Græca vox, à qua oritur Verbum *exſaltavi*, propriè ſignificat *flatum quem puer vociferando emittit*: vnde germanus ſenſus Vatis fuerit. Si non humiliter de me ipſo ſenſerim; ſi me non compoſuerim ad æqualitatem cū cæteris: ſi ſupra aliquem me extulerim; ita me Deus tractet, ac puerum ante tempus ablactatum, qui ſupra genua, & ſinum Matris mœret, plāgit, & vociferatur: Talis planè Alexander ſe ſuaque iactans: quem Salomon animi ſui magnitudine caſtigat: Salomonē verò, & omnes omnino magnos Maria magnanimitatem docet, dum Mater Dei electa reſpondet: *Ecce ancilla Domini: fiat mihi ſecundùm Verbum tuum*: ſed ne longiſſimi ſimus horum Verborum tractationem in ſequētem adnotationem transferre duximus.

EXEMPLA.

VT Magnæ Mariæ magnanimitatem videris, audi primū quid de ipſius omnimoda poteſtate dixerit Richardus à S. Laur. lib 4. de Laudib. Virginis, *cum eadem ſit poteſtas, & cōmunis Matris, & Filij, quæ ab omnipotente Filio omnipotens eſt effecta, quia* nō eſt poteſtas niſi à Deo ad Roman. 14. Vnde *dicit cum Filio, Matth. 28.* Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, *tamen excellenter potens eſt in Eccleſia triumphante. Vnde dicit Eccleſiaſtici 24.* in Ieruſalem ſuperna poteſtas mea *Imperandi, ſcilicet, quod volo virtutibus Angelicis, & animabus Sanctis, & faciendi ad beneplacitum meum, & quos volo introducendi.* Deinde animo volve, quod ex ſapiente Idiota in prologo libri de B. Maria, attulimus: *ipſa namque diligit diligentes ſe, imo ſibi ſervientibus ſervis*: & auſculta, quàm opportunè pro Idiota fideiubeat B. Brigitta in extravagantibus cap. 53. vbi affirmat: *Fratrem Gerrechinum Religioſum Monaſterij Albaſtri virum tantæ ſanctitatis, vt per quadraginta annos de Monaſterio nunquam egreſſum, ſed in eo continuis Deum precibus orantem, ab Abbate aliquando iuſſum, vt ad piſtrinum iret, vt ibi laboraret converſum ad Imaginem Virginis ei ſuam ineptitudinem repræſentaviſſe, cui Virgo per Imaginem reſpondit.* Fac quod hucuſque feciſti: & ego pro te ſerviam in piſtrino: *& ſic factum eſt nullis id advertentibus*: Sic omninò B. Brigitta. Compone ergo Deiparā iura, & leges cœleſtibus dantem pro ſuprema ipſius in Ieruſalem ſuperna poteſtate; cum eamet in piſtrino ſerviente: O rem omni admiratione, & ſtupore dignam! O regiam, & imperatoriam Magnanimitatē infinito intervallo excedentem, cuicūque magnitudini, quæ valeat excogitari! Verè quidem Plinio à Iuniore Imperatori Traiano dictum eſt. *Nam cui nihil ad augendum faſtigium ſupereſt: hic vno modo creſcere poteſt, ſeſe ipſe ſubmittat ſecurus magnitudinis ſuæ, neque enim ab vno periculo fortunæ Principis longius abeſt, quam humilitatis.*

Accipe, & aliud ſimile ſervientis Virgis Mariæ exemplum, quod Cæſarius Ciſtercienſis lib. 7. rerū mirabilium cap. 35. refert *de Beatriſiæ Moniali in obſequio Dei ferventiſsima, quæ portæ Monaſterij præpoſita à malo Clerico ad apoſtaſiam, & ad ea, quæ ad apoſtaſiam ſequuntur illecta, & eius ſuaſionibus, & turpitudini cōſentiens claves Monaſterij ad Altare Virginis detulit, eique officium ſuum commendavit: ſed cū poſt varios, turpitudinis caſus, atque labores ad Monaſterium in habitu ſæculari rediret: mirum dictu! reperit Deiparā (ſic Cæſarius) quæ per quindecim annos, & ore, & habitu Beatricis; Beatricis fecerat officium, à qua blādiſsimè correpta, & excepta fuit: Hæc ibi*: Quæ longius perſequimur lib ſeq. cum Deiparam Chirographum peccati, ſic delentem, vt in illo, nec veſtigium, nec littura maneat feliciter adſtruimus: Modo reverere, & adora Ancillam oſtiariam, quæ non excludit Petrum à domo Caiphæ, ſed quæ ovi perditæ portam regni cœleſtis aperit.

Rich. à S. Laur. — Rom. 14 Mat. 28 — Eccl. 24. — Brigitt. — Plin. — Cæſar. Ciſterc.

EIVSDEM argumenti.

MARIAM Advocatam: quæ magnanimitatem suo exemplo docet.

ADNOTATIO XI.

1 QVod si ex præfatis Mariæ verbis: *Ecce ancilla Domini*: egregia eius magnanimitas legitimè infertur dũ terrenis honoribus superiorẽ se præstitit, & in supremo dignitatis culmine modestissimè se gessit; nõ minus ex verbis, quę immediatè subiunxit. *Fiat mihi secundum Verbum tuum*, præclara magnanimitatis virtus, vndequaque subsistit. Nimirum, vt benè obseruat Ioan. Baptista Novatus hac de re agens lib. de eminentia Virg. tom 2. q. 32. Magnanimitas non tantum spernit ea externa bona, quibus insana hominum cupiditas, seu ambitio pretium fecit; sed vlterius progressa ad magnas, & heroicas virtutes excelso animo cõsentaneas aditit ur: non ideò precisè, quod quævis illis honestas subsit, sed ea signatè ratione, & motivo, quod adeò præclaræ sint; vt animo excelso congruant, magnis, scilicet, Dei auxilijs munito, & magna diuinarum rerum cognitione illustrato; itidẽque magnis præmijs illecto, & magnis exemplis provocato: quippè hic omninò novit; sui officij esse non in vulgaribus virtutum actionibus quiescere, sed generoso conatu ad altiora quæpiam ardua, & difficilia aspirare: Vnde ratio magni in cæteris virtutibus à magnanimitate distinctis est circumstantia quædam obiecti, ratione cuius illustrior fit obiecti honestas: ita quidem obedientiam Deo præstandam, non in quavis re levi, aut facili, sed in summè ardua, & difficili proponit sibi Abraham, qualis est immolatio dilectissimi Filij: David temperantiam in profusione aquæ præardentissima siti vehementer concupitæ, Laurentius, & MM. in obeunda morte quæsitissimis supplicijs: Quam sane doctrinam luculenter tradidit Aristoteles lib 4. Æthicorum cap. 4. eamque ad id loci firmavit S. Thomas; sic enim Philosophus: *Esse etiam magnanimi videtur id, quod in vnaquaque virtute magnum est*: & inferius: *Videtur igitur magnanimitas, quasi ornamentum quoddam esse virtutum; nam & maiores ipsas reddit, & sine ipsis esse non potest*: Quæ Angelicus Doctor, sic illustrat. *Per hoc magnitudo est specialis virtus distincta ab alijs, quia tendit ad rationem magni in cuiuslibet virtutis opere, verbi gratia, fortitudo intendit fortiter agere, magnanimitas intendit magna operari in fortiter agendo*. Hæc S. Thomas. *S. Tho.*

Ad rem ergo Maria Angelo Dei nomine summam ei omnium, quæ excogitari possunt dignitatem denuncianti: *Spiritus Sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbravit tibi; ideòque & quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei*, excelsissimo animo magnanimiter respondit: *Fiat mihi secundum Verbũ tuum*: vt opportunè effert Titus Bostrenus in Catena Corderij. *En tabula sum, quamvis scripturam suscipere idonea: scribat in me scriba ille, quodcumque visum fuerit, faciat de me vniversorũ Dominus, quidquid libuerit*: Quæ quidem verba ad egregiam magnanimitatem referri debent id enim tinniunt; cogitet, dictet, scribat in me Deus quæcumque excelsa, quæcumque mirabilia: itidemque, quævis infimæ sortis, quævis ardua, & dura: omnibus, quælibet illa sint, parem me, & opportunam inveniet: Sapienter hæc diffundente in principio præcedentis adnotationis adducto Ioanne Gersone tractatu 4. *in Magnificat* sermone (vt solet) inter Magistrum, & discipulum collato, hunc in modum præeunte Magistro. *Numquid parum tibi videtur magnificata Mariæ anima, quæ operationi supra modum magnificæ fuit ausa præbere consensum? dicente ad Angelum*: Fiat mihi secundum Verbum tuum: *Quid est hoc? nisi fiam Mater Filij, cuius pater est Deus. Quid excelsius? Quid sublimius poterit cogitari?* Quod vt plus plus explicet, & ad calculos virtutis mag- 2 *Luc. 1. v. 35.* *Titus Bostren.* *Gerson.*

na-

nanimitatis revocet, discipulum interrogantem, sive dubitatem, sic inducit. *Hoc movet multos. Quomodo simul, & in unum conveniunt, tanta humilitas:* Ecce ancilla Domini: *cum tanta magnificentia:* Fiat mihi secundum Verbum tuum: *talis abiectio, cum tanta gloria?* Cui dubitationi, sic ipse occurrit: *Docet nos Philosophia, si Theologia parum est; conditiones magnifici, si ve vim virtutis Magnificentiæ. Magnificus utique non de honore, vel gloria curam habet, sed de operibus præclaris, quæ gloria digna sunt, & honore: colit lucẽ, spernit umbram gloria sua, sicut dicit Apostolus: testimonium conscientiæ suæ non de alieno pendere iudicio, cui modicum est si iudicetur ab hominibus:* vel ab homine, vel ab humano die: *nam qui se iudicat* Dominus est 1. Cor. 4. vers. 4. *Fit humilis proinde in fuga gloriæ, sit magnanimus in operatione magnorum, cum dignitate meritorum.* Hactenus ex Gersone.

1. Cor. 4 v. 3. & 4.

3 Sed enim, vt dignè intendam Mariæ magnanimitatem explicare Solẽ istum ab vmbra eius: ideſt, à Paulo enitar ostendere, quippè ipse veræ magnanimitatis specimen edens vno in loco dicebat: *Scio humiliari: scio, & abundare: vbique & in omnibus institutus sum: satiari, & esurire: & abundare, & penuriam pati:* ad Philipp. 4. vers. 13. quibus sanè verbis totam Christianæ disciplinæ perfectionem; *totum virtutis patrimonium* (vt vtar verbis Ambrosij lib. de Cain & Abel cap. 6.) se possidere ostendit; qui videlicet, & supra mundum se esse; & ad ardua, & magna conari affirmat: vt Gregor. Magnus hom. 29. in Ezechiel. ex his Pauli verbis, sic monet: *Adesse semper nostris mentibus debet, & in adversis fiducia, & in prosperis timor: ne aut adversa in desperationem trahant, aut prospera animum in sui fiducia extollant: hinc est, quod egregius prædicator dicebat:* Scio humiliari; scio abundare, ita Gregorius: Nec aliter Augustinus serm. 10. de Sanctis, dum ait: *Duplicem aciem stringit mundis in milites Christi: blanditur vt decipiat; terret vt frangat: non nos teneat voluntas propria, & non terreat crudelitas aliena, & victus est mundus,* vt dixerit: Ecce tibi hominẽ magnanimum, *in quem manca fortuna ruit,* qui totus teres, atque rotundus, divitias, & paupertatem contemnẽs, & firmo gradu consistens, arduas, & magnas virtutes exercet, & magna agere, & pati pro Deo, & pro virtute novit, & cupit. A quo non it Seneca lib. *de vita beata* cap. 25. sic se magnanimum constituens: *Pone in opulentissima me domo: pone aurum, argentumque in promiscuo vsu sit: non suscipiam me ob ista, quæ etiamsi apud me; extra me tamen sunt, in Sublicium pontem me transfer, & inter egentes abige; non ideò tamen me despiciam, quod in illorum numero consideo, qui manũ ad stipem porrigunt:* & statim eodem animo, eodem sensu. *Vt omnes mihi dies ex voto cedant, novæ gratulationes prioribus subtexantur, non ob hoc mihi placebo: Muta in contrarium hanc indulgentiam temporis: hinc illinc percutiatur animus damno, luctu, incursionibus varijs, nulla hora sine aliqua querela sit: nõ ideò me dicam inter miserrima miserum: non ideò aliquem execrabor diem: provisum est enim à me, ne quis mihi dies ater esset.* Hæc ille pulchrè.

Seneca.

4 Sed & alio loco Paulus eam mentem exprimebat, tam de se, quàm de germanis Christi assecl is, sic inquiens: *Exhibeamus nos sicut Dei ministros per arma iustitiæ, à dextris, & à sinistris per gloriam, & ignobilitatem per infamiam, & bonam famam,* 2. Cor. 6. vers. 7. & in præfatũ sensum inflectens hæc verba Gregorius eadem homilia 29. in Ezechielem: & cum illis palmas tẽpli, de quibus ibi Ezechiel agebat, sic componens. *A dextro palmam habet is, quem prospera non extollunt: à sinistris palmam habet, is quem adversa non deiciunt, quasi ex vtraque parte portabat palmam Paulus cum dicebat* per arma virtutis à dextris, & à sinistris. *Non hunc adversa frangebant, nec prospera in mentis tumorem sublevabãt. Hinc inde gestabat palmam, quia & in adversis fortis, & in prosperitate humilis permanebat. Quisquis enim de prosperis extollitur, habere in dexteram partem palmam nescit; quisquis in adversitatibus frangitur, portare palmam à sinistro latere ignorat.* Hæc Gregorius: Cui subscribunt Cassiodorus, & Galfridus; ille enim lib. *de anima* Deo dicebat. *Tempera bone artifex organũ cordis nostri, vt harmoniæ mentis possit aptari; nec sic roboretur, vt superbiat, nec*

2. Cor. 6 v. 7.

Gregor. Magn.

Cassiod.

sic languescat, vt deficiat. Galfridus verò in allegorijs Gotfridi Tilmani ad verba, Lucæ 21. vers. 25. *Levate capita vestra*, sic inquit: *Va! qui apparere in prosperis; latere cupiunt in adversis: nec caput demittunt inter prospera humiles; nec levant inter adversa securi*: His denuo adstipulatur præfato loco Seneca ingenti ore prolocutus. *Fac me victorem vniversarum gentium: delicatus ille Liberi currus triumphantem vsque ad Thebas à Solis ortu vehar; iura Reges Persarum petant; me hominem esse tunc maximè cogitabo, cum deus vndique consalutabor. Huic tam sublimi fastigio coniunge protinus præcipitem mutationem; in alienũ imponar ferculuo ornaturus. Victoris superbi, ac feri pompam, nõ humilior sub alieno curru agar, quam in meo steteram*: sic satis superbè Seneca: sed tamen ad mẽtem Aristotelis præfato loco docentis Magnanimũ circa hæc quoque bona affici, vt neque ob illa efferatur si effluant, neque opprimatur mærore, si deficiant.

Luc. 21 v. 25.

Seneca.

5 Sed huc quoque dixerit Ambrosius de Abraham, quod aliud agens dixit libro de *Abraham Magnus planè vir Abraham, & multarum virtutum clarus insignibus, quem votis suis Philosophia non potuit æquare. Denique minus est, quod illa finxit, quam quod ille gessit, maiorque ambitioso eloquentiæ mendacio simplex veritatis fides*: illum quippè, vt Magnanimitatis exemplar sapienter proposuit S Isidorus Pelusiota lib. 3. epist. 364 nam cum generaliter magnanimũ descripsisset, hũc in modum: *Magnanimum esse oportet, non superbum, & arrogantem; fortem, non temerarium: suavem ac facilem, non abiectum, & sordidum: modestum, non humilitatis simulatorem: ingenuum, & liberalem non servilem*: Subijcit: *Cuius modi Abraham erat, qui Persicas quidẽ manubias, & barbarica spolia contemnebat: in excipiendis autem hospitibus; quibus vis hominibus humiliorẽ se præbebat servilia, nimirum munera exsequens: atque cum ad Divinum colloquiũ admitteretur dicebat*: Ego sum terra, & cinis. *Hoc autem verè modestiam, & humilitatem in vnum colligere est: Hoc inquam est, ingenuitatem à superbia purã, ac liberam demonstrare.* Hactenus Isidorus.

Amb. o.

Isidoru. Pelusio.

6 Sed iam ad vmbra ad Solem Verum magnanimitatis videamus exẽplar: quippè Isaia Propheta Regi Achaz tale signum liberationis, & victoriæ offerente Isaiæ 7. vers. 11. *Pete tibi signum à Domino Deo tuo, sive in profundum inferni: Sive in excelsum supra*: vel vt habet Lectio Pagnini: *Profunda petendo, vel eleva temetipsum in excelsum*: vt mens Vatis esset de Maria vaticinari; & quasi de facie à magnanimitate tantæ Reginæ consentanea cognoscendam dare: impio verò Rege, sic renuente: *Non petam, & non tentabo Dominum*: pergit Propheta. *Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce Virgo concipiet, & pariet filium*: Ecce tibi signum in profundum, & in excelsum. Quid namque humilius? Quid excelsius Maria? Quid profundius, quàm sese ancillam facere? *Quæ solum sibi vindicat humilitatem ancillæ, quæ Mater Salvatoris ab Angelo veneratur*, vt dicebat Ildephonsus adnot. præcedenti, quid excelsius? quàm muneri Dei matris sese idoneam exhibere, vti expendebat Gerson. *Quomodo simul, & in vnũ conveniunt tanta humilitas.* Ecce ancilla Domini, *cum tanta magnificentia.* Fiat mihi secundum Verbum tuum: & iuxta Titum Bostrensem. *Tabula sum quamvis scripturam suscipere idoneam: scribat in me scriba ille, quodcumque visum fuerit*: deprimat me vsque in profundum; sustollat me vsque in cœlum: Sed religio est: hæc verba alio sensu, aut alijs verbis, quam ijs quibus Virgo sanctissima, cũ Isaiam legeret ante ipsiusmet Angelicæ salutationis instans; secum colloquebatur: vt ea meditatur Sanctus Vincentius Ferrerius, serm. *de Incarnatione*, hunc met in modum. *Quando Angelus eam salutauit, Prophetã legebat: Ecce* Virgo concipiat: *Vt ipsa reuelauit Elisabeth. Cogitabat tunc Virgo intra se. O Domine! Et qualis erit ista Virgo, quæ sit digna concipere Filium Dei: esse Mater Dei, & Regina cœli! Et rogabat Dominum, ne moreretur, quousque illam videret, & posset illi servire dicens. Domine conservetis mihi visum, vt eam videam; auditum vt eam audiam, os vt ei possim loqui; manus vt illi serviam*, & statim: *O benedicta erit illa Virgo, & flebat, nec poterat de se cogitare, quod ipsa esset illa ex humilitate: Et cum sic cogitaret Gabriel*

Isaiæ 7. v. 11.

Vincen.

Archangelus intravit, sine portarū apertione, & cum magna reverentia Virginem salutavit: Hæc ille: Ecce signum in profundum, ecce signum in excelsum. *Fiat* (inquit) *mihi secundū Verbum tuum*: & alibi: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.*

7 Et verò, vt Paulus magnanimitatem, cum humilitate coniunctam in præfatis verbis ad Philippenses præseferret: notanter ipsam plus plus explicans adiecit: *Philip. 4. v. 31.* *Omnia possum in eo qui me confortat*: observa illud *omnia possum* dictum ab homine fragili, infirmo luteum vas gestante, vt ostenderet se humeros habere ad portandum pondus diei, & æstus extremæ, scilicet, paupertatis, & miseriæ, & florentis fortunæ, & fælicitatis: sed de industria addidisse *in eo qui me confortat*, vt gloriam in Deum refunderet, sic id notante Bernardo serm. 85. in Cātica: *Bernar.* *Quantæ fiduciæ vox*: Omnia possum in eo, qui me confortat. *Nihil omnipotentiam Verbi clariorem reddit, quàm quod omnipotentes facit omnes, qui in se sperant*, ita etiam Magnanima Virgo, cum summus ipsi honos Matris Dei delatus est, omnem gloriam in Dominum retulit, post præfata verba: *Beatam me dicent omnes generationes*, inquiens. *Quia fecit mihi magna, qui potens est*, Lucæ 1. verſ. 49. vt ob- *Lucæ 1. v. 49.* servavit Gerson citato loco, vbi cum de vero magnifico dixisset: *Denique cum gloriatur, in Domino gloriatur*, Subijcit. *Observat hoc Magnificat noſtra, & magnificanda, quæ tota in Dei gloriā refundit beatitudinis suæ famam*, quia fecit (*inquit*) in me magna qui potēs est *non ergo mihi gloria: gloria sola sibi*, ita Gerson.

8 Ne quid autem, quod ad rationem Magnanimitatis spectat in præclaris operibus exercentis in Deiparæ laudem prætermittamus, illud singillatim ex natura huius virtutis observandum omninò est: nempè Magnanimitatem ab alijs virtutibus secerni, quod in vniuscuiusque virtutis exercitio peculiarem; id est, ingentem honestatem suam quærat v. g. Magnanimus in operatione fortitudinis quærit eminentiam: item in operatione temperantiæ, & denique in virtutum aliarum materia, in quibus quidem, quod honestatis est illis permittit: sibi autem subijcit eam honestatem, sibi propriam, quæ magnis illis operationibus inædificari, ac superstrui potest, nempè dignitatem honoris cōvenientis ex recto opere, sicut dicebat S. Thomas Aristotelem explicās: *S. Tho.* *Esse magni animi videtur, id quod in vnaquaque virtute magnum est*, vt nimirum ratio Magni, sit circumstantia à cæteris virtutibus distincta, cuius honestas illustrior, & eminentior est, dum non quævis virtutum officia sectatur, sed eas virtutes, sive eas virtutum actiones, quæ perfectissimæ sint, & gradum heroicum attingant: Sub quo quidem sensu de cœlesti Sponso, itidemque de eius membris (vt inquit Guillielmus) Cant. 5. verſ. *Cant. 5. v. 11.* 11. dicitur: *Comæ eius sicut elatæ palmarum nigræ, sicut corvus*, qui ad litteram de viris grandiori sanctitate præditis, sic explicavant Beda, & Cassiodorus *elatæ palmarum sunt rami productiores, interdum aurei colorīs crispantes, & semper ad excelsa tendentes*: *Beda. Cassiod.* Similiter Rupertus addens, *quia semper sursum tendunt, & ea quæ sursum sunt, quærunt.* Qui etiam nigri, sicut corvus dicuntur, *quod peccatores se reputant, & in hac humilitate pretiosum Christi thesaurum latere*, Gregorius, Philo, Cassiodorus, & Richardus à S. Victore aiunt: pergit verò Gregorius Magnus lib. 17. Moral. cap 17. sub persona Domini dicentis. *Quia tanto apud me altius pertingitur, quāto vniuscuiusque mens apud se verius humiliatur.* *Rupert.* *Gregor. Philo. Rich. à S. Vict.*

9 Ecce tibi iam magnum Mariæ Mare duplici hac magnanimitatis circumstantia præditum, in quo primum omnia gratiarum, & virtutum flumina intrant, in hunc sensum inflectente S. Bonaventura in Speculo cap. 3. præfata verba Ecclesiastes cap. 1. verſ. 7. *Omnia flumina intrant in mare*, hunc in modum: *Omnia charismata intrant in Mariam; flumen enim gratiæ Angelorum intrat in Mariam; flumen gratiæ Patriarcharum, & Prophetarum intrat in Mariam; flumen gratiæ Apostolorum intrat in Mariam; flumen gratiæ Martyrum, Confessorum, Virginum, & Doctorum intrat in Mariam, omnia denique flumina intrant in Mariam*: Quibus in virtutibus illam Magnanimitatis circumstātiam, quod heroicæ sint, *Bonav. Eccles. 1. v. 7.*

&

& altioris gradus honeſtatis, ex Bernardo obſerva ſerm. 4. de *Aſſumptione* dicente: *cæteras quoque virtutes ſingulares prorſus invenies in Maria, quæ videbantur eſſe communes. Quæ enim vel Angelica puritas Virginitati illi valeat comparari, quæ digna fuit Spiritus Sancti Sacrarium fieri, & habitaculum Filij Dei. Quanta verò, & quàm pretioſa humilitatis virtus, cum tanta puritate, cum innocentia tanta, cum conſcientia prorſus abſque delicto, imò cum tanta gratiæ plenitudine*: Sic ille: ſed & alteram hic etiam vides humilitatis circumſtantiam dum tot, tantiſque virtutum fluminibus in Mariæ mare intrantibus, mare non redundat, nec intumeſcit: ſed ancillam ſe nominat, ancillæ munus exſequitur.

Bernar.

Nec omiſerim virtutibus Mariæ à Bernardo, tāquam ſingularibus expenſis ſingillatim addere egregium magnanimitatis ſpecimen ab ipſa in Paſſione Filij ſui exhibitum, quod expreſſit ipſemet cœleſtis Sponſus, Cantic 7. verſ. 7. de Maria, inquiens. *Statura tua aſſimilata eſt palmæ*, ideſt, inquit Honorius: *Altitudo gloriæ Mariæ*, cum omnimoda alluſione ad ſtaturam Mariæ ſtantis iuxtà Crucem, Ioan. 19. verſ. 25. de qua Ambroſius *ſtantem lego; flentem non lego*: & Amedæus hom. 5. cum præmiſiſſet. *Poterat ergo B. Maria illud, quod ſpecialiter Chriſto competit exclamare. O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite, & videte ſi eſt dolor, ſicut dolor meus. O quātus! & qualis dolor! ô quæ, & qualis in illo dolore Maria!* Subiicit poſt nonnulla: *Stabat ſublimiſſima quadam animi magnanimitate*: ſed minimè fuerint prætermittēda Guillielmi verba præfatum Canticorum locum de Maria exponentis, & cum verbis Ioannis, ſic componentis. *Per palmam, qua manus victoris antiquo ritu ornatur inſigne illud, ac victorioſum crucis lignū notatur, cui nimirum Evangeliſta ſtaturam piæ Matris aſſimilatam inſinuans ait.* Stabat illa iuxtà Crucem. Hæc ille, & alia iudicans ſublimiſſimam animi magnanimitatem Mariæ.

Cant. 7. v. 7.

Ioa. 19. v. 25.

Ambroſ. Amedæ.

EXEMPLA.

QVI ex Iſidoro Peluſiota pro Magnanimitatis exemplari Abrahamum vidimus, *qui in excipiēdis hoſpitibus, quibuſvis hominibus humiliorem ſe præbebat ſervilia, nimirum munera exſequens*, maius quidpiam, & divinius in Deipara videbimus, quæ in arte pictoria adiutricem, & miniſtram cuiuſdam ſervi ſui ſe præbuit. Rem referente Menologio Benedictino die 27. Aprilis in vita B. Tutelonis Monachi, his verbis. *Magnæ Virginis Virginum Admirabilis Matris familiarem etiam amorem meruit. Quæ cum Tutelo ſuus Metenſi quādoque in Baſilica imaginem eius moliretur; ipſi & Magiſtra, & miniſtra ad ſidere dignata, & viſa radios inſuper, ſeu colores, & penicillos eadem manu miniſtravit, & ſuſtentavit. Exclamarunt ſuper hoc duo peregrinorum iuvenum forma Angeli, & rem ipſam Canonico Cathedrali prodiderunt, Tutelonī, ſic applaudentes.* Benedictus Tu Pater Domino, qui tali Magiſtra veteris ad opera. *Quibus primum ille, neſcire illos, quæ dicerent, reſpondit, quos cum etiam obiurgatos veller, diſparuerunt, ipſo nihilominus, adeò ſe proditum dolente, vt mox altera die doloris impatiens Metis profugeret, bracteā quadam aurea, quam imperfectam reliquerat ipſa manu Dei parentis ad reliquam imaginis perfectionem mirè abſoluta, hiſque litteris, & inſcriptione conſignata.*

Menolo

Hæc Panthima celaverat ipſa MARIA.

Quam ad hæc uſque tempora edentis Virginis, & ſpirantis quaſi vivaciſſimè imaginē ibidem ſpectari Eggehardus affirmat. Hæc ex Menologio.

Similia habentur in Chronicis Minorum tom. 4. lib. 1. cap. 24. de Lucia Sanctia Carmonenſi: *nempè adeò mutuis officijs, cum Deipara agere, vt cum devotiſsimo animo, tam ſe ipſam, quàm cuncta, quæ habebat bona in ipſius obſequium, & cœnobij ædificationem impendere exoptaret, Bona Domina reciproca benevolentia, imò, & obſequio domeſtica miniſteria domus Luciæ abſentis viſibiliter adimplebat mirante Luciæ coniuge, & cum rem omninò agnovit, ad bonam fugem redeunte.*

Chronic. Minor.

MA-

MARIA humani generis Advocata adversus malas dæmonum insidias.

ADNOTATIO XII.

1 CLamat ad Mariam Mater Ecclesia: *Tu nos ab hoste protege:* Cyprian. Sed à quo hoste? respondet Cyprianus initio libri de exhortatione Martyrij: *Adversarius vetus est, & hostis antiquus, cum quo prælium gerimus. Sex mille annorum pæne complentur, ex quo hominem diabolus impugnat. Omnia iam genera tentandi, & artes, atque insidias decipiendi usu ipso vetustatis edidicit. Si imparatum invenerit Christi militem, si rudem, si non solicitum, & toto corde vigilantem circumvenit nescium, fallit incautum; decipit imperitum.* Sic ille. Quis iam talem hostem, non formidet? & horrescat? Formidabat quidem, & horrebat S. Ioannes Damascenus, atque ideò Deiparam in auxilium, sic vocabat in Menæis die 21. Ianuar. in vesperis de S. Maximo: *Eripe me Domina de manu draconis, qui est homicida, quique me totum deglutire certatim conatur: contere dentes illius, obsecro te, atque machinationes illius everte, ut ego ex unguibus eius erceptus magnis omninò Laudibus celebrem potentiam tuam:* Sic Damascenus, & eodem ductu S. Iosephus Confessor in Menæis die 15. Iulij post Ode. 9. de SS. MM. *Intaminata Mater, & ipsum planè Domini sceptrum super res omnes admiratione dignissimum; me de laqueis exime adversarij dolosissimi, atque in petra mãdatorum Christi stabili me gradu confirma.* Nec aliter S. Theophanes in Menæis die 20. Ianuarij Ode. 9. Deiparam invocans, his verbis. *Turris esto mihi salutaris, ò Virgo! quæ prohibeat phalangum diabolicarum accessum, unaque periculorum, ac tentationum turbas profliget, pravarumque cupiditatum insultus excutiat, & denique procul abigat maledictionem istis malis annexam, contrà* Damasc. Maxi. S. Iosep. Confess. Theop.

A verò libertatem conferat, atque charismatum divinorum abundantiam: Sed rursus S. Iosephus Confessor die 28. Iunij post Ode. 3. luculenter devotè Mariam, ita deprecabatur. *Turpium in me consiliorum multitudinem, & absonas cogitationes meas nivium densarum cumulis pares, quis oratione prosequi poterit: concitatam quoque impugnantium me spirituum rabiem, cum nequitia ingenti coniunctam, quis satis exponet? Verum tamen Domina! quæ per potentiam tuam diabolicorum quoque spirituum vires excedis, omnis mihi versutiæ, quam impostor ille Tartareus adhibet. Victoriam præbe:* ita Iosephus. S. Iosep.

B Quam verò opportunè suorum votis Deipara annuat; & ad ipsam velut ad turrim confugientibus, turrem se munitissimam exhibeat, iam ab ipsamet accipe: *Ego murus, & ubera mea sicut turris,* Cant. 8. vers. 10. Ad 2 Cant. 8. v. 10.

C quæ verba, dum merito ambigis; quæ verborum laus fuerit, dum cum turre cõpotur? aut quæ verborum cum turri similitudo? Respondet, pro ipsa cœlesti Sponsa Venerab. Guillielmus apud Martinum Delrio, ibi: *Ego enim murus ad protegendum, murus inexpugnabilis circumcingens eos, qui ad me confugiunt; planè qui hoc muro circumdatus est, tutus est ab his, qui in circuitu ambulant impijs, & à capite eorum, qui tãquam leo rugiens circuit quærens quem devoret.* Vt videris; quàm validum habeas munimentum cõtra fortem adversarium: cum Maria, & *Remedium dæmonum,* & vt inquit Bonaventura in hymno, Te Matrem Dei laudamus: *Superatrix, & terror dæmonum* sit. Pergit Sanctus Sabbas in Menæis, & hãc insuperabilem vim adversus dæmones; ipsius etiam Mariæ imagini, sic tribuit: *Verè tuus character, ideſt, expressa Divæ Pulchritudinis Tuæ imago, ò veneranda Maria, dæmones fugat, sanctitatem verò fidelibus confert, & denique salvat animas nostras.* Sic S. Sabbas in Menæis die 18. Ianuarij Ode. 3. Guill. Bonav. S. Sabb.

D Quæ sanè omnia breviter complexus est Rupertus lib. 6. in Cant. ad verba *castrorũ acies ordinata,* inquiens: *Sicut amicis decora, & amabilis: ita hostibus pavenda est, atque terribilis.* Brevius verò Anselmus, cum ipsam *forte* dæmonum *lamentum* appellavit: hymno 2. de varijs festis B. Virginis. Rupert. Anselm.

E

3 Hinc notantissimè Cœlestis Spõsus, cui Ecclesiæ suæ, & animarum omnium cura est: adversus diaboli eas phalanges Mariam sic opposuisse dicit, Cant. 1. vers. 9. *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilavi te amica mea*; eo planè sensu, vt sicut populus Dei à Pharaonis curribus, & exercitibus per Virgam Moysi liberatus est, ita populus Christianus, & fidelium animæ per Mariam à dæmonum insultibus, & potestate liberentur, in hunc sensum inflectentibus hæc verba Ruperto, & alijs apud Martinum Delrio: ad quorum gustum pulchrè locutus est Damascenus die 27. Ianuarij, Ode. 9. de B. Virgine, hunc in modum. *Salve portus serene! Salve impermeabile, atque dulcissimum Mare, quod Pharaonem spiritualem in profundum demersit!* Subijcit: *Amor, ac desiderium Tui cor meum telo amabili fodicat, suaque me violentia cogit, vt sonanti voce perpetuas tibi salutationes cumulare non desinam.* Ita Damascenus. Sed enucleatius Bonaventura in Speculo Virginis cap. 10. inquiens: *O quàm amarum, & timendum est, hoc Mare Ægyptijs! O quàm amara, & timenda est Maria dæmonibus*, & cap. 3. *Illa enim amarum mare fuit diabolo, & Angelis eius, non secus, ac Ægyptijs in Mari rubro.* Quod si dissonantiam inter hos Patres esse existimas, quod alter Mariam dulcissimum Mare: alter amarissimum appellet: Concordia in promptu est, quod MARIA dulcissimus nobis sit portus, qui à dæmonis incursu, & tempestate nos excipit; & diabolo Mare sit, in quo tanquam Pharao cum curribus, & equitibus suis mergatur: sic pro hac cogitatione fideiubente ipsomet Domino Deo Patre Sanctæ Catharinæ Senensi apud Ludovicum Blosium in Monili Spirituali dicente MARIÆ, *Vnigeniti Filij mei glorioſæ genitrici à Bonitate mea concessum est, propter incarnati Verbi reuerentiam, vt quicumque etiam peccator ad eam cum devota veneratione recurrat, nullo modo diripiatur à dæmone infernali: hæc enim est à me electa, parata, & posita, tanquam esca dulcissima ad capiendos homines, & præcipuè animas peccatorum.* Hæc ibi.

4 Concinit rursum Salomon Cant. 6 vers. 3. de MARIA, inquiens: *Terribilis, vt castrorum acies ordinata*, vbi Caldæus: *Terror tuus super omnes populos, in die quo ambulaverunt vexilla tua per desertum*: quæ ad Deiparam opportunè referas; quæ pro ijs, qui sub eius vexillis militant; terrorem incutit dæmonibus, vnde ad hæc verba Venerab. Guillielmus: *Nimirum, quantum Angelis, hominibusque amabiles, tantum etiam spiritibus malignis terribilis.* Subscribit Amedæus homil. 8. de Laud. Virginis: *Enim verò sicut ignis attactu cera liquescit, & velut ardore Solis defluit glacies, sic ab eius facie inimicorum deperit acies, eaque iubente nihil adversi subsistit.* Sed Bernardus in deprecatione ad Virginem, sic luculenter premit præfata Canticorum verba: *Tu terribilis, vt castrorum acies ordinata; an non horruerunt principes tenebrarum, quando viderunt præter morem armatura omni fortiorem instructam contra se procedere fœminam; fœminam fortem ad bella doctissimam*: Sic ille: Ita quidem à S. Laurent. Iustiniano lib. de casto connubio verbi cap. 9. Maria *Pavor nequitiarum spiritualium* dicitur, & in Hymno Græco apud Butron. pagin. 117. *plaga dæmonum luctuosa*. Vnde Sanct. Ioseph in Menæis die 20. Ianuar. Ode 1. Canon. secundi, Deiparam sic confidenter alloquitur. *Comperta es Angelorum ordinibus maior, quia magni consilij Angelum peperisti. Te proinde tanquam tutela nostra fruentes, non timemus catervam hostilem, quæ nobis insultat*: & Petrus Damianus sermone de Assumptione: *Hæc est virga illa, qua reduntur impetus adversantium dæmoniorum. Virga Aaron per quam fiunt signa, & mirabilia.* Ad quem modum alij etiam Patres frequenter loquuntur, qui obvij occurrunt.

5 Hùc appositè retulit Bonavent. in Speculo Virginis ea Iob. verba 24. vers. 16. de dæmonibus fidelium animis insidiantibus; & à Mariæ terrore paventibus: *Perfodiunt in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, & ignoraverunt lucem. Si subitò apparuerit Aurora arbitrantur vmbram mortis*: nam cum primum dæmonum nocumenta, & artes, sic describerit. *Heu! quanta nobis mala huiusmodi malefici, quanta nobis mala spiritus maligni fa-*

ciunt, perfodiunt namque in tenebris ignorantiæ, in tenebris obscuritatis interiores domos mentium nostrarum, &c. Perfossis autem domibus, perforatis vsque ad infelicem peccati consensum mẽtibus, heu! quanta mala malefici isti occidendo, furando, adulterando committunt in animabus: subinde quam sit nobis MARIÆ auxilium necessarium; quamque adversus hosce hostes validum, sic prosequitur: *Ad evadenda ergo tanta pericula vtinam nobis Aurora appareat; vtinam nobis Maria succurrat. Si enim subitò apparuerit Aurora, si cito nobis advenerit, & supervenerit Mariæ gratia, & misericordia arbitrantur vmbram mortis, idest, sic timent dæmones, sic trepidant, sic fugiunt, sicut homines timent, & fugiunt vmbram mortis.* Hactenus Bonaventura: Quibus sic ipsamet Dei Mater subscribit apud Sanctam Brigittam libro 6. Revelat. cap. 10. *Ego sum Regina cœli: ego Mater misericordiæ, iustorum gaudium, & Aditus peccatorum ad Deum, &c. Nullus est adeò maledictus, qui quamdiu vivit careat misericordia mea, quia propter me levius tentatur à dæmonibus, quàm aliter tentaretur.* Qua voce animatus Damascenus in Menæis die 27. Iulij, Ode. 3. & 4. de B. Virgine, ipsam sic rogat. *Quæ super omnes rerum creatarum divitias verissimo dominatu potiris, me præ gravi paupertate oppressum gratiæ divinæ largitionibus dignare, & simul cor meum malefico serpentis veneno infectum potenti Pharmaco tuo, ne perimatur conserva*: Sic Damascenus opportunè.

S. Brig.

Damasc.

6 Iam illud rem auget, quod plures è Patribus monent; solum MARIÆ nomen invocatum dæmonibus terrori esse, eosque ad fugam compellere: ita quidem primum S. Germanus orat. in Zonam Virginis, inquiens: *Tu nequissimi hostis contra seruos tuos invasiones sola tui nominis invocatione sanctissima repellens, tutos, atque incolumes servas*: Vnde indidem Sanctissima Virgo, sic ait: *Omnes quoque dæmones verentur, hoc nomen, & timent; qui audientes hoc nomen: Maria statim relinquunt animam de vnguibus, quibus tenebant eam*: Quod pulchra hac imagine illustrat: *Sicut enim avis, quæ in prædam vngues, & rostrum habet, si audierit sonum aliquem, relinquit prædam, sic dæmones audito nomine meo, statim relinquunt animam quasi territi.* In quam rem sapienter Bernardus apud Richard. à Sanct. Laurentio libro 1. de Laudibus Virginis MARIÆ nomen cum Arca testamenti componit; quam cum levabant Levitæ fidenter dicebant: *Exsurgat Deus, & dissipentur inimici eius*: Audi Richardum *dicit Beatus Bernardus. Non ita metuunt hostes visibiles quamlibet castrorum multitudinem copiosam, sicut aëreæ potestates Mariæ vocabulum patrocinium, & exemplum, cedunt, & pereunt, sicut cera à facie ignis, vbicumque invenerunt huius nominis crebram recordationem, devotam invocationem, sollicitam imitationem*: & statim in eamdem sententiam subdit. *Roganda est igitur assiduè MARIA, vt nomen suum, quod est Domina interpretur in nobis; tentatores nostros expugnando, & se turrim fortitudinis nobis exhibendo à facie inimici; & vt hoc nobis præstare dignetur nomen eius, & memoriale in desiderio animæ, & iugi memoria teneatur.* Hactenus ex Richardo. Quæ mirè firmat eruditus Idiota lib. de Cõtemplatione MARIÆ capite 5. vbi cum dixisset: *Hoc nomen (MARIA) super omnia Sanctorum nomina reficit lassos, sanat languidos, illuminat cæcos, penetrat duros, vngit agonistas*: subijcit: *iugum diaboli excutit: tantæ virtutis est, & excellentiæ, vt cœlum rideat, terra lætetur, Angeli congaudeant, dæmones contremiscant, & infernus conturbetur*: Hæc sapiens ille.

S. Germ.

Bernar.

Richar.

Idiota.

7 Nec omninò abs re fuerit illa Domini verba apud Iob capite 40. vers. 21. de dæmone sub imagine portentosi draconis Leviathan animas deglutiente: *Numquid pones circulum in naribus eius? aut armilla perforabis maxillam eius?* Ex Gregorij Magni ad ea interpretatione afferre: sic enim ille libro 33. Moral. capite 13. *Quisquis nondum captus est à Leviathan, maxillam eius fugiat; quisquis verò captus est, & dentibus teritur, viam evadendi quærat, quia si peccatum perfectè lugeat, adhuc foramen in maxilla eius invenit, per quod evadat*: Hæc Gregorius: Benè qui

Iob. 40. v. 2.

Gregor. Magn.

dem,

dem; sed si sapis; aliud fortè tinnit perforata maxilla Leviathan: nempè alluſio ad non tam iuſtam, ſeu legitimam, quàm ad furtivã, & induſtria factam evaſionem: nimirum, qui à dæmone devoratus, peccatum perfectè luget, non tam per maxillæ foramen quaſi furtim elapſus; quàm per deglutientis os egreſſus, & à manu valida exſtractus dicetur; vt de iniuſto prædatore dicitur Iob. 20. v. 15. *Iob. 20. v. 15.* *Divitias, quas devoravit, evomet, & de ventre illius extrahet eas Deus*: Ergo per maxillæ foramen peccatorem de ore dæmonis exire non ineptè dixerit; per Mariæ invocationem devotè factam eius precibus, & interceſsione à dæmonis poteſtate liberari; ſicut præda è roſtro, & vnguibus rapacis avis auditio ſono aliquo eripitur; ſapienter in hunc ſenſum inflectente hæc verba B. Amedæo homil. 8. de Laud. Virgin. vbi cum primũ fuiſſet hunc in modum de ipſa locutus: *Novis itaque triumphis, nova perditorum ereptione novis populorum incrementis exſultans gratulatur in Domino, nec cõtenta partis ſpoliis, ſed humanæ ſalutis cupida hoſte livido longius propulſato, alias, atque alias ſibi exuvias ſemper acquirit. Ecce in manu ferenti, & brachio excelſo tyrannorum fines egreditur, munitiſsima quæque domorum aggreditur, inferna ſub pedibus eius faciens contremiſcere, & principem mortis nimio terrore perculſum reſilire*: ſubijcit ad præſens inſtitutũ: *Denique ipſa iubente vehementer evomit prædam, quam in ventrem malitiæ traiecerat, reijciens cum dolore, quam cum ingenti ſuperbia detinebat. Surgunt lapſi, redeunt pœnitentes, peccator videbit, & iraſcetur. Maxilla eius hamo Dominicæ Crucis perforata reddit liberos quos antea detinebat captivos dentibus ſuis fremens, & tabeſcens*: Hæc Amedæus. *Amedæ.*

8 Vt iam merito, & Mariæ interceſsioni, & miræ ipſius Nominis vi, & efficaciæ eam quodammodo incantationem aſsignemus, quam Ieſu Chriſti nomini aſsignabat Chryſoſtomus homilia 8. in cap. 4. ad Romanos, inquiens: *Si in illum divinas incantationes canere, noveris, ſtatim vulnerabitur: ſunt enim nobis, ſunt (inquam) incantationes ſpirituales ipſum nomen Domini Ieſu Chriſti, tum ipſius Crucis potentia. Huiuſmodi incantatio, non ſolùm draconem à ſpelæis abigit, atque in ignem conijcit, ſed & vulneribus quoque medetur.* Sic Chryſoſtomus: Ergo Mariæ nominis devota invocatio, divina incantatio eſt, vt draconem abigat; & ſi peccatorem devoraverit; ipſum evomat, & de ventre eius extrahat eum Deus. Audi Richardũ à S. Laurentio præfato libro 1. de Laud. Virginis, vbi cum dixiſſet: *Peccator es, ad Mariæ nomen confugias, ipſum ſolum ſufficit ad medendum, nulla enim peſtis, tam efficax, nulla ſic hæret, quæ ad nomen Mariæ non cedat continuò.* Subdit. *Iuſtificatus es; ſed fortè tentaris ſuper vires, & eo amplius tentatoris timeſ inſidias, quanto te ab eo expugnatum aliquando recordaris, recordare, quod turris fortiſsima nomen Dominæ, ad ipſum confugiet peccator in tentatione, & etiam qui peccavit, & ſalvabitur. Dicit enim Sãlomon, qui parum noverat de Maria, Prov. 18.* Turris fortiſsima nomen Domini, ad ipſum currit iuſtus, & exaltatur. *Nobis autem dicendum eſt. Turris fortiſsima nomen Dominæ ad ipſum confugit peccator, & ſalvabitur.* Hæc omnia Richardus. *Chryſoſt.* *Richar. à S. Laur.* *Prov. 18*

Pro coronide audi; quomodo S. Sabbas in Menæis die 16. Ianuarii ante Canonem de Catena S. Petri ſeſe, quæ mira eius modeſtia, & humilitas erat à dæmone devoratum, ſeu facilè devorandum profitens ad hanc miſericordiæ turrim confugiebat, vt vel ſaltem per maxillæ Leviatan foramen evaderet incolumis, Deiparam in hunc modum exorans. *Al miſericordiam tuam omni admiratione maiorem, atque ad Tuam ardentem pro nobis intercedendi cupiditatem confugio miſerrimus. Proinde me, ô Deo deſponſa mente aberrantem peccando, & impoſtoris fraude in ſervitutem redactum redime à vinculis, quibus infernales piratæ in ſuis me receptaculis inter anguſtias tenent. Denique ſalva me ab inſultibus dæmonum, vt Te glorificem, & Tibi avido amore hymnos Concinam, ac demum pro virili magnificem, tanquam inter omnes ſummè, ſemperque Beatam.* Hæc S. Sabbas: Cui ſanè annuere viſa eſt Deipara apud S. Brigittam præfato ſuperius loco iterum affirmans. *Nullus eſt ita alienatus à Deo, qui ſi me invocaverit, non revertatur ad* 9 *S. Sabbas* *B. Brig.*

Deum, & habebit Miſericordiam. Sic ibi ſanctiſsima Virgo: Vnde quidem ipſam ſapienter, & opportunè Damaſcenus in Menæis die 27. Ianuarij, Ode. 1. de B. Virg. inter pulchra, quæ de Virgine protulit Encomia; Profligatricem inferni appellavit. Audi: *Salve, ò Domina decies millies honorum vocabulis digna, Salve fons benedictionis! Profligatrix inferni! Exitium mortis! Genitrix vitæ! Dolorum omnium finis! ipſum Gaudij ſolum Natale, idque peramplum! Sapiens, & animatum Sapientiæ divinæ vehiculum!* Ita Damaſcenus.

Damaſ.

Habet tandem peculiarem Emphaſim, quod in hanc rem Virgini ſuggerebat Eccleſia Græca in Menæis die 23. Ianuarij, Ode. 9. his verbis. *Vt quæ Deum vi ſua res vniverſas ſtringentem, in tuis, ceu Matrem decet, vlnis portas: de manu me hoſtili eripe, quo à Te ſervatus Magnitudini tuæ gratulabundus applaudam.* Quid enim fuerit? Deiparam in manibus Omnipotentem Filium portare, quam felici negotio de manu hoſtis nos liberare; qui ad eius conſpectum totus tremit, & contremiſcit: Sed & S. Ioſephum Confeſſorem in iiſdem Menæis eodem ſenſu Deiparam invocantem audi. *O quæ Chriſtum ſolo nutu cuncta portantem in vlnis tuis portaſti! Eumdem Tu Filium tuum validis permove precibus, vt de hoſtium me liberet manibus; meque vlnis amplectatur Miſericordiæ ſuæ, quæ fundum non habet:* Sic Ioſephus. Rurſumque S. Sabbas die 8. Maij Ode. 1. de S. Ioãne Evang. *Sub tuam protectionem confugiendo, repellimus vniverſas inſultantium nobis adverſariorum procellas: in te imò Domina! etiam alterius ſæculi perfruar pace; & eadem Te fretus illam alterius vitæ Divinitatem nanciſcar.* Sic S. Sabbas. Sed & iterum S. Ioſephus die 15. Martii in veſperis de S. Agapio Virginem, ita reverenter ſalutabat. *Salve, ò reverentiæ cultu ſacratiore perdigna, & nobis in te confidentibus dictu, audituque iucunda! Tu ſacroſancto Germine tuo germina impietatis areſaciens, Adverſarij quoque malitiam in me cottidie germinantem ad nihilum redige:* O Vtinam!

10 *Eccleſia Græca.*

S. Ioſep.

S. Sabb.

S. Ioſep.

A B C D E

EXEMPLA.

FVerit verò in primis in hanc rem accommodatiſsimũ exemplum, quod ex bono Auctore Frater Ferdinando del Caſtillo in hiſtoria S. Dominici lib. 2. cap. 18. adducit P. Spinellus lib. de B. Virgine capite 36. de B. Henrico Suſſo Deiparam invocante à vi dæmonis diras, & venenatas ſagittas intorquentis liberato in hunc pœne modum: *Cum Beatus ille Sathanam nigro vultu, & igneis oculis arcum manu vibrantem acriter increpaſſet, quod quemdam fratrem ignea ſagitta contorta pœne mortuum deieciſſet: cumque ipſum eadem ſibi ferociter minantem, ac novum in ſe parantem iaculum conſpexiſſet, Deiparæ opem imploravit illis verbis. Nos cum prole pia benedicat* Virgo MARIA, *quibus pronunciatis hoſtis infeſtiſsimus protinus abſceſsit.*

Cui exemplo mirè concinit, quod in B. Dominici hiſtoria à Ioanne Martino Valencenenſi conſcripta prima parte legitur: *nempè Deiparam Dominico auream virgam in manibus geſtantem apparuiſſe; eoque præſente dæmonibus præcepiſſe, vt ei omnem morem gererent: itidemque ipſos tenebrarum principes confeſſos fuiſſe:* Beatæ Mariæ ſtudio momento temporis, & facilitate mirabili enervari infernales cuneos, & catervas, omniaque tartarea arma minus, quàm ſtraminea reputari. *Ita ibi.*

Sed illa pro patrocinio Virginis in ſalute hominum adverſus diaboli inſidias, & fallacias procuranda illuſtris hiſtoria eſt, quam Speculum exemplorum refert diſtinct. 8. num. 61. & res ſic ſe habet. *Miles quidam opibus, ac divitijs pollens, cui vxor erat in primis pudica, ac Deiparæ obſequijs impensè addicta, cum bona omnia ſua prodegiſſet, eò redactus inopiæ eſt, vt egere cœperit. Cumque ſolemnis quidam adventaret dies, quo multa bona elargiri conſueverat, nec iam haberet, vnde aliis quidquam daret; præpudore, ac verecundia nemorum receſſus, ac latebras tantiſper, dum dicta ſolemnitas præteriret, expetijt, quo ſuæ egeſtatis incommoda deplera-*

ret,

ret, & verecundiæ consuleret suæ. Cum ecce tibi teterrimi oris eques tetro pariter insidens equo, sciscitatus tristitiæ causam ex homine, cum omnia ab eo didicisset; promittit, si imperata faciat, se divitias multo plures ei daturum; accepit ille conditionem, tum eques, *Abeas* (inquit) domum tuam (certum autem quemdam designabat locum) exquiras: ibique tot auri, argentique pondera, plurimum pretiosorum lapidum invenies: tu verò facito, vt tali die coniugem ad me tuam hùc adducas: Domum miles repetit, quas perquirebat divitias ex Satanæ præscripto invenit: mox redimit fundos, emit domos, servos comparat: & cum præstituta dies appropinquaret, coniugem accersit suam, monet, vt equum conscendat secum iter alio facturam illa, quæ viri imperium detrectare non audebat, Deiparæ se devotè commendavit, & post virum abire cœpit: iam longiùs processerat, cum quamdam Ecclesiam offendens in via, ex equo repente desilit, templum ingreditur, viro ad fores præstolante. Dum verò Virgini beatissimæ se commendavit, somno ibidem subitò corripitur. Interim Deipara Virgo specie habitu, cæteris denique omnibus matronæ consopitæ consimilis foras exijt è templo, equum conscendit, dat in viam sese cum milite, qui suam ratus vxorem ad condictum cum ea locum pervenit: Hic ecce impostor diabolus, tametsi primò properè eo festinanter, mox tamen appropinquans intremuit, ac proprius accedere præ timore non ausus. *Abstere*, militi dixit. *Hominum infidelissime! quid mihi sic illusisti? Hæccine pro tantis in te collatis beneficijs mihi rependis? tu enim in coniugis, quam petieram locum Dei genitricem substituisti, mihique adduxisti: à tua enim coniuge pro illatis mihi iniurijs pœnas repetere cupiebam: tu verò hanc adduxisti, vt me torqueat, & in infernum detrudat.* Tunc Deipara Sanctissima (neque enim præ timore, & admiratione loqui quidquam poterat miles) nequissimum spiritum obiurgavit, quod Mulieri sibi devotæ nocere præsumpsisset, eumque in inferorum carcerem abire iussit, edixitque pro potestate, ne quid in posterum nocumenti inferre audeat ijs, qui sui studeat obsequio, ac pietati: ille verò magno eiulatu recessit. Mox militem, qui eum magno sensu doloris ex equo desiliens ad eius sese pedes abiecerat, graviter increpans ad suam iubet vxorem (quæ adhuc in Ecclesia divinitùs consopita dormiebat) redire, cum ea domum repetere omnesque dæmonis divitias confestim abijcere. Fecit is, quod est iussus. Coniugi quam somno excitavit, ordine narravit vniversa, dæmonis divitias abiecit, & quoad vixerunt ambo in sanctissimæ Virginis, à qua innumerabilibus postmodum divitijs aucti sunt, patrocinio, ac clientela perstiterunt. Hactenus historia egregijs Scatens documentis: vt meditanti patebit.

De Fratre Vitali Herbitensi Capuccino refert Boverius in Annalibus ad annum 1583. numero 88. à dæmonibus sæpè lacessitum Victorem semper evasisse: *notabilemque inter alias eam pugnam fuisse, qua Herbitæ nocte, dum orat à malis spiritibus invaditur, habitu spoliatur, longiùs à Conventu abstrahitur, & in puteum pæne deturbatur. Sed memor Deiparæ opem eius implorat Præsentissima Virgo Vitali spectabilis apparet, & fugata dæmonum tetra illa caterva Athletam sulum manu apprehendens, & materna voce consolans ad Monasterium reduxit, vbi habitu resumpto, & narratis, quæ acciderant meritas Deo grates, & Deiparæ, tum ipse, tum reliqui persolverunt.* Boverius.

Sed & illud pulchrum exemplum est, quod MARIA M, tam in periculis corporis, quàm animæ egregiam illam adiutricem adversus diaboli occultas insidias, & aperta bella ostendit; & à Cæsario Cisterciensi libro 5. capite 44. de Euphemia Virgine purissima, & Deiparæ valdè studiosa refertur: *Nimirum ipsa à Deipara admonita, vt quo melius, & tutius Castitatem, quam ei vovebat servaret religiosam vitam susciperet variis ipsam tentationibus à sancto proposito dimovere conatus est dæmon: nam assumpta senis venerabilis persona in ipsius amicitiam, & conversationem sese insinuavit; & primum asperitatem professionis religiosæ; postmodum delitiosæ vitæ gaudia, & voluptates eius ætati consentaneas suis coloribus depinxit, & quidem cum occultas has diaboli insidias opportunis ipsa rationibus Deiparæ monitis declinaret, caducaveris,* Cæsar. Cisterc.

& tranſitoria æternis poſtponens; iratus tentator ad vim, & furias converſus arreptam Virginem è feneſtra præcipitare conabatur: At Virgo ſolitam ſalutationis Angelicæ vocem Ave Maria *devotè proferens, inimici vires fregit: qui cum ira clamavit:* Huic inimicæ meæ, quam nominaſti; quæque mihi perpetuo adverſatur gratias age, hæc ſiquidem à præcipitio, & certa morte te liberavit: *Quo dicto ille in fumũ evanuit: & Virgo in Mariæ Virginis obſequio ſtetit, & in ſancto propoſito immota permanſit.*

Nec hac de re fuerit omittenda duo: Alterum, quod de Venerabili Fratre Franciſco à puero Ieſu Diſcalceato Carmelita in eius vita ſcribitur. *Habuiſſe illum in Cubiculo devotam Deiparæ Imaginem, ad cuius pedes cum è domo egrederetur ad aliquod negotium, præſertim ſi negotium tangebat Pœnitentes Moniales, quas ille procurabat, dæmonis ſtatuam ſubijciebat, Virginem intenſiſsimè orans, & ſcabioſum illum* (ſic ille dæmonem vocabat) *ab inferendo nocumento arceret, aut nequid mali importaret. Quod cum caſu, ſive oblivione facere omittebat, frequenter experiebatur, res non ita fauſtè, feliciterque procedere; veluti cane è catena ſoluto.*

Alterum: quod ex Chriſtiano Maſſeo in Chronico lib. 10. & Ioanne Molineto refert Vincentius Charron in Kalendario 3. Auguſti, *in cœnobio nimirum Monialium de Puercelo Ordinis S. Auguſtini propè Cameracum; accidiſſe, vt cum malo fato, immiſſo per veterem ſagam ſortilegio, nonnullas à dæmonibus corpore poſſeſſas fuiſſent; in illis peſsimi illi hoſtes nihil frequentius inculcarent; nec ægrius ſe ferre aſſererent, quam mirabilem, & immodicã eſſe Mariæ potentiam, quæ dudum irretitas in caſsibus ſuis, & iam velut penitus deglutitas animas nulla difficultate extraheret, nec ſatis poſſe explicari quantum illa, & reſiſteret tartareo tyranno, & noceret.*

A

B

C

D

E

MARIA peccatores, ne in peccatis pereant auxiliari manu ſuſtentat.

ADNOTATIO XIII.

ILlud pro auxiliari MARIÆ manu ſingillatim obſervandum laudandum, & ſingulari obſequio reverendum; quod peccatores criminum pondere in mortem, & extremum exitium ruentes ipſa ſuis precibus ſuſtineat, non ſecus, ac ſi aliquem in præceps cadentem benigna, & amica manu ſuſtineret: Quare expende omninò, quid peccatum, & cuius ponderis ſit: de qua re multus eſt Chryſoſtomus pluribus in locis: homilia enim de Abraham tomo 1. *Non eſt gravius* (inquit) *ingeſtabiliuſque pondus, quam peccati natura*, & hom. 39. in Matthæũ premens Dominiverba, Matth. 11. v. 28. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis*, ſic inquit: *Hinc oſtendere voluit Dominus, quantum laborem, quantum gravamen intolerabile peccatum hominibus afferat, ideircò non qui laboratis ſolummodo, ſed etiam, qui onerati eſtis: quod Pſalmiſta ſignificavit apertius, & naturam ipſius peccati deſcripſit, dicens:* Sicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me, Pſalm. 37. *Zacharias quoque ſimiliter peccatum deſcribens plũbi talẽtum eſſe ait: id etiam rerum experientia facilè intelligimus. Nullo enim pondere gravius premitur anima, nihil tam vehementer mentis reſtringit oculos, nihil magis deijcit animum, quàm malè actæ vitæ, ac peccatorum conſcientia, & recordatio.* Sed Luculẽtius hom. de Iona tomo primo allato Ionæ exẽplo, cuius peccati pondus, mare ferre non valuit: *Quum enim navim fuit ingreſſus* (inquit) *turbantur maria, fluctus elevantur, & profundi pelagi arena mõſtratur, &c. Sed nautæ nondum agnita causa naufragij navem aliquantarum verum iactatione ſublevari arbitrabantur, & nihilominus navigium turbabatur;*

1

Chryſoſ.

Matth. 11. v. 28.

Pſal. 37

apud ſe enim periculi ſarcinam retinebant, & magis, magiſque prophetæ corpore gravabantur, non corporis magnitudine, ſed peccati. Nihil enim grave æquè, & oneroſum invenies, quàm peccatum. Hæc Chryſoſt. Pro qua cogitatione obſerva; mare inibi vociferã præ põdere inducí: Sic enim verſ. 11. *Et dixerunt ad eum. Quid faciemus tibi, & ceſſabit mare à nobis, quia mare ibat, & intumeſcebat*: vbi Hebræa Lectio habet. *Quid faciemus tibi, vt ſileat mare à nobis*, & verſ. ſeq. ex perſona prophetæ. *Tollite me, & mittite in mare, & ceſſabit mare à vobis*: vbi itidem Hebræa Lectio: *& tacebit mare à vobis*: vt videatur mare gemere, & de gravitate põderis conquæri.

Luc. 1. v. 11.

Lect. Hebr.

Sed quidquid de immenſo, & importabili peccati pondere dici, aut excogitari poſsit, multo minus eſt: quam, quod miranda emphaſi dixit Propheta Michæas, cũ ipſomet Domino colloquens cap. 7. verſ. 18. his verbis: *Quis Deus ſimilis tibi, qui aufers iniquitatem?* Quæ penſiculatius, & ſi Deo placet peculiariter explicare fuerit operæpretium: Quare primo pende Hebræum nomẽ *el*, quo Deum appellavit Propheta; quod inter omnia Dei nomina, vt inibi obſervat Ribera, Dei fortitudinem, & potentiam ſignificat: *pro Deus* (inquit) *eſt Verbum el, quo nomine commendatur Dei fortitudo, & potentia*: deinde notetur genuina ſignificatio verbi *aufers*, quod quidem, vt ab interpretibus ad indulgentiam, & miſericordiam referatur; quaſi Vates maximè commẽdet Dei clementiam, qua miſertus eſt humano generi; maiorem dubio procul emphaſim habet: nam ſi verè æſtimas; Hebræum Verbum à radice *naca* in tertia coniugatione propriè eſt levare onus, vt quis ſuper ſe ſuſcipiat illud, quomodo baiuli onera portare ſolent: quo ſenſu accipienda eſt tranſlatio Forſteri: *Quis Deus, ſicut tu levans iniquitatem?* Quod planè ſenſui Prophetæ agentis de Dei clementia, qua mundum proprio ſanguine redemit; omninò convenit: non enim omninò opus noſtræ ſalutis expreſſeris, ſi dixeris miſertum fuiſſe Dominum mundo: quin addideris redemiſſe Dominum Paſsione ſua homines eo modo, quo dixit Iſaias 53. verſ. 4. *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros, ipſe portavit*: obſerva verba *tulit*: & *portavit*: propriè transferendo peccatorum noſtrorum pondus in ſe ipſum, & illud more baiuli portando, quod omninò expreſsit Petrus 1. cap. 2. verſ. 24. *Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum*, vbi ſignificatiſsimè Lectio Græca, & Syriaca habent, *& baiulavit omnia peccata noſtra, eaque ſuſtulit in corpore ſuo ad crucem*: omninò exprimentes baiuli imaginem levantis pondus, & ſuper humeros ſuſcipientis, & ſuſtinentis: vt appareat verbum *pertulit*, in vulgata lectione non ſignificare, vt cumque pati pœnam peccatorum, vt frequentius explicatur, ſed propriè pondus ipſorum ſuſtinere ſuper ſe: quo facit Athanaſius ſerm. 4. contr. Arrianos legens: *Efferens peccata noſtra in crucem vna cum corpore ſuo.*

Iſai. 53. v. 4.

1. Pet. 2. v. 24.

Lect. Syriac. & Græc.

Athan.

Vbi ius faſque mihi eſſe crediderim huc inflectere Iobum, propheticum quid ſpirantem, ſimulque ſuſpirantem illis verbis ad Dominum cap. 7. verſ. 21. *Cur non tollis peccatum meum? & quare non aufers iniquitatem meam?* Nimirum hæc dixerat immediatè verſ. 20 *Peccavi; quid faciam tibi, ô cuſtos hominum! Quare poſuiſti me contrarium tibi: & factus ſum mihi metipſi gravis*: quibus non tantum peccaſſe, ingenuè fatetur; ſed ſimul peccati ponderi, cui ferendo impar ſit ſe ſubiectum omninò affirmare: nimirum pro illis verbis, *quid faciam tibi?* LXX. optimè reponunt. *Quid potero facere?* itidẽque pro his *factus ſum mihi gravis*: Caietanus ex Hebræo legit *factus ſum tibi in onus*: Similiter LXX. *Sum ſuper te onus*: Auguſtinus verò, *vt eſſem tibi oneri*: Quæ quidem omnia, ſic adeò implicita; eo modo explicantur, ego quidem fateor me peccaſſe, ſed quid potero facere, vt tibi pro peccato meo faciam ſatis, cum tanto oneri ferendo vires, non habeã; & ſuper te transferre, qui ſolus potes illud ſuſtinere, opus ſit: à qua cogitatione, non omninò abeſt Nizetas ibi, cum ait: *Similiter facit, vt quiſpiã pauper, qui omnibus, quæ ſibi aderant, devoratis, cum ei nihil ſupetat præterea, commodati, & à quo mutuum ſumpſit, dicit. Quid tibi faciam? qua ratione nomẽ explicabo? qua verè excuſatione vtar?* Er-

3 Iob. 7. v. 21.

LXX. Caiet.

Nizet.

Iob 19. v. 25. go eo prophetico Spiritu Iob; quo cap. 19. verſ. 25. dixit: *Scio enim quod Redemptor meus vivit*: de quibus verbis Hieronym. epiſt. ad Pammachium inquit. *Nec dum mortuus erat Dominus, & Athleta Eccleſiæ Redemptorem ſuum videbat ab inferis reſurgentem*: eodemmet, quem Redemptorem futurum noverat, ſic exorat: *Cur* iam *non tollis* ſuper te *peccatum meum*, & quare illius pondus, quod ego ferre non valeo, non ſuſcipis in humeros tuos? qui dolores, & languores noſtros, nō alia, quàm divina fortitudine portatus es firmante hæc S. Petro Damiano ſerm. 40 & huc advocante verba Iſaiæ 63. verſ. 2. de Chriſto Domino humanum genus cruce, & morte ſua redimente. *Ecce formoſus in ſtola ſua gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ*, hunc in modum: *non ſolùm in fortitudine, ſed etiam in multitudine fortitudinis ſuæ. Quia nulla fortitudo fortior fuit, quam redimere ſervum, & in divinitatis dextera perpetuò collocare.* Sic Damianus.

S. Petr. Damia. Iſai. 63. v. 2.

4 Ex quibus modicè prælibatis prodit ſe mira emphaſis verborum Micheæ ad explicandum importabile peccati pondus: *Quis Deus ſimilis tibi* in fortitudine, & potentia; *qui aufers iniquitatem*? levans, ſcilicet, immerſum peccati pondus, & ſuper humeros tuos ſuſcipiens: vt dixerit ſolam Divinam fortitudinem: ſolam Dei omnipotentiam tantum pondus ſuſtinere poſſe. Sanè quaſi Dei fortitudo, & potentia non adeò in mundi creatione, & conſervatione eluceat, quam in ſublevando, & ſuſtinendo peccati onere: id enim valet ea admirabundi Prophetæ vox: *Quis Deus ſimilis tibi*? Quis adeò fortis? adeò potens? & tam immenſis præditus viribus! Necalio ire dixeris, noſtrum cōfitendi peccata Deo ſenſum, cum dicimus *confiteor Deo omnipotenti*: ſignatè ad obtinendam Dei miſericordiā, & peccatorum veniam non advocantes eius bonitatem, aut clementiam, quod magis è re videbatur, ſed ipſammet omnipotentiam; quod ea ſola ſit, quæ peccati pondus in ſe ſuſcipere, & ferre poſsit: imò verò, quæ ipſum, rāquam ponderi impar foret laſſare, & defatigari videretur, ſic enim Iſaias cap. 1. verſ. 14. Dominus queribundus inducit: *laboravi ſuſtinens*: vbi Hebræa translatio Pagnini: *Sunt mihi oneri, laboravi ad ſuſtinendum*: LXX. *facti mihi eſtis ad ſatietatem: nequaquam vltra dimittam peccata veſtra*: ideſt, iam prælabore, & defatigatione ferre tantum onus vix poſſum: Quod exprimit translatis Forſteri *defatigatus ſum ſuſtinendo, ideſt, tolerando*: Quod ſi vel ipſis oculis id videre velis, audi Ioannem de ipſamet virtute, & potentia Dei dicentem, *Ieſus autem fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſupra fontem*, Ioan. 4. verſ. 6. ſatis id expēdente Auguſtino tract. 15. in Ioan. dum ait: *Non fruſtra fatigatur Ieſus: non fruſtra fatigatur virtus Dei: non enim fruſtra fatigatur, quo deſerente fatigamur, quo præſente firmamur. Fatigatur tamen Ieſus*: Sic Auguſt. quaſi dicat: Ne mireris Ieſum, virtutem Dei fatigatum, qui laborat ſuſtinens, & defatigatur ſuſtinendo, dum peccata noſtra baiulaturus advenit: vnde ipſe Auguſt. ſerm. 92. de tempore addit. *Hodie fatigat eum inobedientia noſtra.*

Pagnin. LXX. Ioan. 4. v. 6. Auguſt. Auguſt.

Sed tandem quale, & quantum ſit peccati pondus; vel ex ipſius commerita pœna conijce: Quare obſerva primum de ea dixiſſe Ioannem Apocalyp. 19. verſ. 20. *Miſsi ſunt in ſtagnum ignis ardentis ſulphure*, vbi notanter dictum inferni ignem ſulphure ardere: quod *non alia re* (ſic Plinius libro 35. cap. 15. de ſulphure) *ignis facilius accendatur*: quaſi omninò propria, & proportionata igni materia ſulphus ſit: peccata, ſcilicet; igni æterno: benè id adnotante P. Alcazar ad cap. 14. Apocalyp. verſ. 9. & 10. hunc in modum: *Propriam ſulphuris ſignificationem eam eſſe, nimirum, animas inferorum igne torqueri: quia ſcelera, atque flagitia ſunt, velut ſulphur, hoc eſt propria, atque apta materia, & nutrimentum, quod ignis ille celeriter corripit, & inflāmat*: reſpondente videlicet ſuaptè natura ſulphuri ignis; & peccatis pœna ipſis commerita: Iam deinde quale peccati in inferno à Deo iuſtiſsimo iudicio puniti pondus ſit, diſce ab Apoſtolorum principe epiſt. 2. cap. 2. verſ. 11. Vbi cum prius de impiorum damnatione diſſiſet: *Impios verò in diem iudicij reſervare cruciandos*: ſubijcit de ipſa pœna: *vbi An-*

5

Ioa. 19. v. 20. Plinius. Alcaz. 2. Petr. 2. v. 11.

Iſaias 1 v. 14.

gel. (apoſtatæ ſcilicet) *fortitudine, & virtute cum ſint maiores, non portant adverſum ſe execrabile iudicium*: Quorum verborum (mihi crede) germanus ſenſus eſt: (quamvis ibi interpretes in ſuum, vnuſquiſque abeant, & aliter ſentiant) *adeò gravia, & intolerabilia eſſe tormenta inferni, vt nec Angeli prævaricatores, qui natura præſtantiores, & fortiores ſunt hominibus, Dei adverſum ſe ipſos iudicium ſuſtineant, ſed vt importabile execrẽtur*: Ecce tibi importabile iudicium, ideſt, ſupplicium, quod peccato importabili; hoc eſt, cui importabile pondus ſubſit; omninò reſpondeat.

6 Iam verò, cum vna ex parte hæc omnia, quæ hucuſque diximus, certiſſima, & exploratæ veritatis ſunt, & ab Apoſtolo omninò aſſertu ad Hebr. 12. verſ. 1. monente *deponentes omne pondus, & circumſtans* (Syriacè *impendens* nobis) *nos peccatum*: ex alia quidem videri poſſunt gratis dicta, ſive conficta, & velut ægri ſomnia, atque deliramenta; cum paſsim nobis occurrant homines onerati peccatis; liberè tamen, expeditè, & placidiſsimè degentes, qui nullum omninò impoſitum ſibi pondus præſenti re videantur. Vbi ergo (inquiunt iſti) hoc tam importabile humeris noſtris onus eſt, quod eos nec gravat, nec premit? Verum enim verò huic inſipientiſsimæ ſuggeſtioni certatim occurrunt Paulus, & Salomon; ille quidem ad Romanos 2. verſ. 4. vbi ignorantiam eam appellans, inquit. *An divitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ, &c.* Salomõ verò Eccleſiaſt. 8. verſ. 11. ſerio affirmans: *Etenim quia non profertur cito contra malos ſententia, abſque timore vllo, filij hominum perpetrant mala: Attamen peccator ex eo, quod centies facit malum, & per patientiam ſuſtentatur: ego cognovi, quod erit bonum timentibus Deum, &c.* Obſerva vtrobique paciẽtiam Dei: in Salomone verò: pacientiam Dei ſuſtentantem peccatores: hoc eſt ipſos, ne oneri ſuccumbant manus dantem, & ne in infernum ruant ſuſtinentem; ac humeris ſuis portantem: vt hac benignitate, & pacientia ad pœnitentiã eos adducat: ſecus verò à pacientiæ humeris propiciantur, ſic Oſee 1. verſ. 6. minitante Domino: *oblivione obliviſcar eorum*, vbi LXX. *Sed adverſans adverſabor eis*. Forſterus verò exprimens præfatum portandi, ſeu ſuſtinẽdi verbũ: *nec ſuſtinendo ſuſtinebo eam*: Quod ſanè explicuit Regius Vates Dei nomine, inquiens, Pſalmo 128. verſ. 3. *Supra dorſum meum fabricaverunt peccatores, prolongaverunt iniquitates ſuas*: referens dorſum ad pacientiam, qua Deus peccatores ſuſtentat benè hæc verba, ſic explicante Gregorio Magno 2. part. paſtoralis cap. 10. *Supra dorſum ſuum fabricaſſe peccatores queritur, ac ſi apertè dicat. Quos corrigere nequeo, quaſi ſuperimpoſitum onus porto.*

Ecce ergo Dei Filium, qui *cum ſit ſplendor gloriæ, portat omnia Verbo virtutis ſuæ purgationem peccatorum faciens*: vt ab eo peccator per pacientiam ſuſtentetur, itidemque ecce tibi peremptoriam rationem, cur peccator immenſum peccati pondus, nec perſentiat, nec ab eo opprimatur; quippè Chriſtus ipſius peccata, dum in vivis eſt, portat, & patienter ſuſtinet, donec aut ipſe *abÿciat omne pondus, & circumſtans peccatum*, aut poſt mortem peccati pondus experiatur, non portans adverſum ſe execrabile iudiciũ. 7. Sed iam qua ratione? aut quibus meritis peccator à Domino per pacientiam ſuſtentatur? non alijs quidem, quàm Mariæ interceſsione, quæ melius, & efficacius, quam Moyſes iram Dei detinet, ne à dorſo pacientiæ ſuæ peccatores proſpiciat: dixit quippè de Moyſe Pſaltes, Palm. 105. verſ. 23. *Et dixit, vt diſperderet eos: ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius*: vbi confractionem benè capies pro *præruptione muri*: vt plerique interpretes legunt, & explicat Lorinus: *Niſi in ipſo procinctu iræ Dei, in ipſo puncto, in ipſo articulo, cum iam iam ſævitura erat Dei ira; cum pateret irato Deo iam aditus, quaſi hoſti per muri rupturam; periculo Moyſes occurriſſet, interceſiſſet, obſtitiſſet; pro ruinoſo, & iã patiente ruinam muro ſolidum ſe murũ oppoſuiſſet, irrumpentis quodammodo Dei cum ſtricto gladio ictus excepiſſet*: Quæ omnia translatio Hieronymi expreſsit, quæ habet: *Niſi Moyſes ſtetiſſet medius*

Oſee 1. v. 6. LXX. — Pſ. 128 v. 3. — Gregor. Magn. — Heb. 12 v. 1. — Rom. 2. v. 4. — Eccl. 8. v. 11. — Pſ. 105. v. 23. — Lorinus. — Hieron.

dius contra faciem illius: Quod ſanè Deiparæ interceſsioni, & precibus omninò ſunt aptãda, cũ ipſa irato Deo in præruptione muri ſolidum ſemurũ opponat; ipſamet nõ ſemel dicente: *Ego murus, & vbera mea ſicut turris,* Cant. 8. verſ. 10. ſic inflectente in hũc ſenſum hæc verba: Hailgrino apud Delrium: *Quaſi dicat Deipara Miſericordia mea, & pietas mea, quibus quaſi vberibus ſuffragiorum lacto filios Eccleſiæ ſunt turris; munimentum, ſcilicet, & ſecuritas peccatorum*: Sic Hailgrinus: Pro qua cogitatione opportunè fideiubet S. Ioſephus Conf. die 10. Martij poſt Ode. 3. de SS. MM. Quadrato, & ſocijs Deiparam, hunc in modum exorans. *Ne obſecro taceamus, Deipara; potentias tuas, licet indigni, qui de Te, tam ſublimi loquamur. Nam ſi Tu Patrona, & Tutrix noſtra non fuiſſes; quis è tantis nos periculis eruere alius poterat? Quis hucuſque præter te, libertatem noſtram conſervaſſet indemnem? non abſiſtamus igitur à contentione laudandi te, Domina! Tu enim famulos tuos perpetuò ſervas, quæcumque diſcrimina ingruant*: Sic Ioſephus: Compone Deiparæ verba: *munimentum, & ſecuritas peccatorum*: cũ his Ioſephi famulos *tuos perpetuo ſervas*; ab extremo videlicet diſcrimine æterni interitus; quem ob noſtra flagitia promeremur; cum Virgo ſecuritas peccatorum ſit.

Cant. 8. v. 10.

S. Ioſep. Conſeſſ.

8

Hinc Iſaiæ Dominum iratum, & advindictam properantem videnti, & ideò dolenter clamanti cap. 64. verſ. 7. *Non eſt, qui invocet nomen tuum, qui conſurgat, & teneat te*: occurrit Deipara, quæ conſurgens, & irato Deo, quaſi per ruptura muri diſtricto gladio eũti obſiſtens, & velut firmiſsimum murum eius indignationi ſe opponens; ipſum detinet: benè id penſitante Bonaventura in Speculo cap. 7. vbi cum verſans verba, Eccleſiaſtici 24. verſ. 16. *Et in plenitudine Sanctorum detentio mea* dixiſſet: *ipſa quoque non ſolùm in plenitudine Sanctorum detinetur, ſed etiam in plenitudine Sanctos detinet, ne eorum plenitudo minuatur: detinet nimirum virtutes, ne fugiant; detinet merita, ne pereant; detinet dæmones, ne noceant*: notanter ſubijcit: *Detinet Filium, ne peccatores percutiat: ante Mariam non fuit, qui detinere Dominum auderet teſte Iſaia, qui dixit: Non eſt, qui invocet, & teneat te*: Sic Bonaventura: Cui adſtipulatur Hugo Card. ad ea verba Eccleſiaſtici ex perſona Deiparæ, inquiens: *Ego detineo ſanctos in plenitudine ſua, ne minuantur: detineo Chriſtum, ne eis peccantibus iraſcatur*, ſimiliter Idiota in prologo lib. de contemp. B. M. *Ipſa ſuper benedicta Filio ſuo irato potentiſsimè reconciliat ſervos, & amatores ſuos*, itidemque Damaſcenus in Menæis die 20. Ianuarij in veſperis maioribus Deiparam appellans *ſecuram, ac ſtabilem anchoram*; quæ fluctuantes, ne à pelago abſorbeamur tenaci manu detinet: & die 9. Martij in veſperis de SS. MM Sebaſtenis, dum ait. *Per opera tenebrarum abreptus vniverſum baptiſmi ornatum turpi fuligine obduxi, idque miſerrimus voluntate feci, & ſimul fuliginoſa me damnatorum veſte operui. Quare obſecro te, ò ab omnibus nævis intacta! vt magnitudine Potentiæ tuæ, hoc nebuloſum à malis affectibus tegumẽtum diſrumpas, meque ſic nudatum incorruptibilis vitæ tunica induas.* Hæc Damaſcenus, tantum non dicens detine me, vt anchora: detine Filium, ne me iratus damnet.

Isai. 64 v. 7.

Bonav. Hugo Cardin.

Damaſc.

9

Terram ſimplici littera r. ſcribendam, & à Verbo *tero* derivandum, *quod à nobis teratur* docuit M. Varro lib. 4. de lingua Latina, his verbis. *Dicta terra ab eo, quod teritur, vt Ælius ſcribit, itaque terra in Augurum libris ſcripta cum r. vno.* Sed Plautus calliodioris ingenij homo, & ſi ab eodem Verbo deducat, non ideò, *quod teratur*, cenſet, ſed potius contra, quod homines terat, vexet, ac proculcet: ſic enim in Bachidibus. *Potis ne eſt terra, vt terat hominem, atque proſternat allidens nos, atque illudens, & quaſi in ſcena alias, atque alias perſonas inducens, & imis ſumma verſans, atque confundens*: ſub hoc, quoque ſenſu capiente Paraphraſte Caldæo verba Salomonis, Eccleſiaſt. 1. verſ. 6. *Terra autem in æternum ſtat*, ſic illa efferens: *Terra autem in æternum ſtat, tanquam theatrum in quo hæc fabula peragitur.* Verum id non de terra elementari accipiendum eſt, de qua Plinius lib. 2. cap. 65. *Sequitur terra, cui vni rerum naturæ partium eximia propter merita cognomen indidimus maternæ venerationis. Nos naſcentes excipit, natos alit, ſemelque editos ſuſtinet ſemper, noviſsimè complexa gre-*

M. Var.

Bonav. Eccl. 24 v. 16.

Cald.

Eccleſ. 1 v. 6.

Plinius.

mio, tum maximè, vt mater operiens, ſed de mundo fallaci, *qui totus poſitus eſt in maligno*, 1. Ioan 5. verſ. 19. *Et præterit figura mundi*, 1. Cor. 7. verſ. 31. Cuius quidē malignitati opponitur, iam terra myſtica; quæ eſt Deipara, quæ *in æternum ſtat* ſuſtinens nos peccatis obnoxios, ne à peccatorum mole præcipitati in infernum detrudamur: opportunè capiente ea verba Salomonis *terra autem in æternum ſtat* Richardo à S. Laurentio lib. 8. de Laudib. Virginis, hunc in modum: *Terra autem Maria in æternum ſtat, quia nobis interponitur, & abyſſo, quia ea ſubtracta, ſicut Core, Dathan, & Abiron (Numer. 16) ſtatim deſcendimus in infernum viventes: ſic ſubtracto nobis adiutorio Mariæ ſtatim labimur in peccatum, & inde in infernum.* Hæc Richardus ibi.

1. Ioan. 5. v. 19
1. Cor. 7. v. 31.
Rich. à S. Laur.

10 Richar.

Opportunius verò idem Richardus lib. 12. Platani vmbram (ad quam totus in hoc libro confugimus ad ſalutare Deiparæ auxilium elucidandū) perſecutus ex verbis, Eccleſiaſtici 24. verſ. 19. *Quaſi platanus exſaltata ſum, iuxtà aquas*, atque hæc verba componens, cum illis Trenorum 4. verſ. 8. de peccatoribus in vitia prolapſis: *Nō ſunt cogniti in plateis*: potens Virginis patrocinium, ſic illuſtrat. *Exſaltata ſum in plateis: in illis, ſcilicet, qui conſtituti ſunt in latis vijs, quæ ducunt ad mortem.* Non ſunt cogniti: *Ideſt, qui quantò fragiliores, tanto indigent miſericordia ampliori: & in his plateis eſt ipſa*, quaſi platanus *protegens eos miſericordia copioſa, ne morte rapiantur ad infernum, ſed ad pœnitentiam miſericorditer expectentur, & ne diabolus ipſos, quantum vellet, pervertere audeat*: Hæc Richardus. Audis ſalutarem divinæ Arboris vmbram? *ne morte rapiantur ad infernum?*

Eccl. 24 v. 19.
Tren. 4. v. 8.

11 Idiota.

Benè ergo, ſapienter, & piè Sapiens Idiota, tam pro ſe, quàm peccatorum nomine Deiparam deprecabatur. *Trahe me poſt te, quia retinet me peccatorum ponderoſitas: trahe me poſt te, quia detinet me hoſtium perverſorum maligna calliditas: trahe me poſt te, vt perveniendi ad te augeatur mihi celeritas: ſicut enim nemo venit ad Filium tuum ſuperbenedictum, niſi Pater traxerit eum: ſic etiam quodammodo auſim dicere, quod nemo venit ad filium tuum glorioſiſſimū, niſi tu Sanctiſſimis ſubſidijs traxeris eum*: Hæc Sapiens ille lib. de B. Virgine: Cui quidem animæ ad Mariam, ſic ſuſpiranti ipſa, ſic occurrit: ex Canticis cap. 6. verſ. 12. *Revertere, revertere ſunamitis vt intueamur te*, ſic id obſervante Richardo à S. Laurent. lib. 2. de Laud. Virginis: *Si receſſit à te propitiatio eius propter peccata tua, quàm cito pœnitueris revertetur ad te. Vnde dicit cum Filio*, Zachar 1. Convertimini ad me: & ego convertar ad vos. *Vnde etiā deſiderans converſionem noſtram ad ſe, & ad Filium ſuum dicit, cum Filio animi peccatrici*, revertere, revertere ſunamitis, vt intueamur te *reſpectu miſericordiæ*. Sic Richardus concludo ſalutans primum Virginem, cum Damaſceno in Menæis die 22. Ianuarij Ode. 3. de B. Virgine: *Salve potentiſſimum Chriſtianorum munimen! Stabilimentum præfirmū ſalutis humanæ! Adami, & Evæ refocillatrix, vt per quam receperunt illi ſortem felicitatis antiquæ! Salve animata Civitas Dei viventis! de qua dicta ſunt glorioſa.* Ita ibi Deinde verò, cum ipſomet die 1. Martij de S. Eudoxia M.te monens: *Nondum conſecuta es pœnitentiæ donum, ò impenitens anima! Quid adeò nectis moras? ſecuris per mortem infligenda propinquat, & terminus vitæ inſtar furis adrepit. Cito ad Virginem curre, & ſupplex ante illam procumbe.*

Cant. 6. v. 12.
Rich. à S. Laur.
Zac. 1.
Damaſc.
Idem.

EXEMPLA.

EA quidem hiſtoria, quam de Diva Virgine Sancto Montana refert P. Bohuslaus Balbinus lib. 4. cap. 23. Deiparæ benignitatem, qua peccatores, ne pereant auxiliari manu ſuſtentat, & velut de facie cognoſcendam Matrem eſſe miſericordiæ planum facit: quippè, vt in ea humanæ mutabilitatis exemplum; ita Deiparæ auxilium geminato miraculo ad conſtantiam adducentem elucet: *Nimirum; quidam poſt exactum in virtutis ſtadio tempus malis vitijs popinæ, & ebrietatis à recto tramite diſceſſit; quæ in ipſo ideò facliora erat, quod Deiparæ ſtudioſus cliens fuiſſet. Quare Diva Virgo, vt officij admoneret ſæviſſimo dentium dolore vexari voluit, vt ab ipſa opem expoſcere cogeretur: ſanitatem ergo humil-*

Balbin.

limis

limis precibus petijt, & Sanctum Virginis montem aditurum ſe voto promiſit. Credere voventi videbatur Beatiſſima Virgo, & quæ eius benignitas eſt ſanitate reddita voti executionem antevertit. Ille præſenti bono lætus votum in alia, aliaque tempora differebat beneficij omninò oblitus: Sed vinci ſe paſſa non eſt Virgo, atrociorem longé monitorem mittens: nam vt ille opportunè dixit: Crudelem medicum intemperans æger facit. Iã annus alter advenerat, promiſſa non præſtabantur: ecce tibi voti reus graviſſima invaletudine tentatur, & in lectum adijcitur: tandem ad extrema devenit; putredine admiſſa tabeſcebant vitalia, eiuſque rei argumento; nihil aliud, quàm lutum, & fruſtra quædam concreti ſanguinis eijciebat. Advocatur ad morientem conſcientiæ arbiter Sacerdos, & expiatis confeſsione peccatis SS. Euchariſtiã miniſtrat, ac deinde ſacro oleo poſtremum perungit. In ea mortis expectatione verſanti ægroto votum S. Montis in memoriam redit, ſimulque neſcio quid ſpei affulget: Ergo cum lachrymis totoque animo Divæ Virgini ſupplicat, veniam erroris maximi daret; neque ſe prius vita pateretur exire, quàm votum, quo tenebatur obſtrictus impleret: addit verò voto votum, ſeque omnibus ſupplicijs devovet, niſi primo quoque tempore S. Montem adiret. Miſericordiæ Mater, quæ illam Pericli laudem affectat, quod ob eam nemo vnquam nigram veſtem ſumpſerit, ægrotum cito reſpexit, neve ſui voti cauſa moreretur, & plecteretur, ſanitati reſtituit; cautior ille properavit ad Montem, ſeque Beatiſſimæ Virgini totum addixit. Tanta ex ea re vitæ emendatio ſecuta eſt, vt omnibus ſuis charus pietatis haberetur exemplum: & hodie hæc à Secretis Reipub. in Patria hæc, quæ retuli ſua ipſe manu anno 1655. 12. Auguſti ſubſcripſit in teſtimonium, amicorum additis nominibus.

Illud verò exemplum, quod refert Pelbartus in Stellario Virginis, & peccati pondus, & Mariam interpoſitam inter peccatorem, & abyſſum, ne in infernum ſuo pondere præceps ruat, apprime demonſtrat: ſic enim ille, vt oculatus teſtis, inquiens: *Vidi quemdam oculis virum, qui fide mediante aſſeruit, ſe fuiſſe vna, cum duobus ſocijs navigantibus, & aquis ſubintrantibus in medio fluminis Danubij ſubmerſum: aliiſque natantibus ipſe ſolus in profundum deſcendit, eo quod neſcierit natare, & eidè in profundo facta eſt vox dicens,* ò homo ecce mori deberes, quia peccata habes damnabilia, ſed ex quo ſerviſti B. Mariæ Matri Dei. Endatum eſt tibi, vt libereris, & peccata confitearis. *Cumque ſui ſocij enatantes in villa prope exſiſtente appretiatos piſcatores adduxiſſent, qui hunc, quem credebant ſuffocatum in flumine requirerent, cum tribus illum diebus quæſiviſſent, nec reperiſſent, & iam vellent abire: Ecce illis videntibus de profundo fluminis ad ripã homo conſcendit, & geſta narravit, atque mox ad confeſsionem faciendam ad me devenit:* Hæc Pelbartus de Temiſvar.

Mirabile item pietatis Deiparæ opus detinẽtis peccatores ne pereant narrat Zacharias Boverius tomo 1. Annalium Capuccinorum; *blaſphemam, ſcilicet, mulierem, & inſanè dæmoni ſe, ſuaque devoventem ab ipſomet dæmone fuiſſe diriſsimè raptatam, nec ante liberatam, quàm admoniti Patres Capuccini ante Altare B. Virginis proſtrati Litanias* dicerent eiuſdem *Virginis, tunc enim B. Deipara ſpectabiliter ſeſe raptatæ mulieri, cum magna luce exhibente effugit dæmon, & à dæmone liberata mulier manſit prona in ſuam optimam liberatricem.* Zachar.

Rurſum verò P. Balbinus in hiſtoria Montis Sancti, illud ſanè egregium pro conſtanti Deiparæ pietate in trahendis peccatoribus ad pœnitẽtiam, quod eoſque auxiliari manu ſuſtentandis, ne in peccatis pereant, ſic omninò refert Anno 1646. *Thomas Opilio graviſſimo morbo alicunde contracto ad extrema deductus eſt; nec quæ origo morbi, quod ve nomen eius eſſet ſatis ſciebatur, ſed æger totum corpus dolores obire, & mille haſtis confixum mori ſe clamabat. Poſt medicinas omnes, quæ porrigebantur exhauſtas, in ſumma vitæ deſperatione injici ſibi in animo S. Montis nomen audit, neque ea cogitatio, vt humanæ ſolent, brevis, venit, abivit, ſed vt divinum, quid ineſſe animadverteres, altiſsimè animum ingreſſa die, ac nocte ſtimulabat ægrotum, diceburque, niſi à Beatiſsima Virgine S. Montis auxilium peterer, alia omnia fruſtra fore. Quid ageret, homo vix Catholicus? tandem de auxilio ſubdubitans frigidè vovet Deiparæ quinque oves, ſi revaleſcat ad S. Montem ſe*

donaturum. Vix votum ægrotus noſter conceperat, invaletudo continuò, quæ annum integrum tenuerat, abivit, evanuit dolor reſtitutæ ſunt vires. Ergo ille ad oves ſuas, & ad imperia famulis paſtoribus dividenda revertitur. Exſpectabatur, vt gratiam Divæ Virgini redderet, & votum præſtaret: nihil minus: & ſi continenter admoneret conſcientia non ſinebat hæreſis, qua fretus vincebat monentem. Septennio integro adverſus conſcientiam pertinaciter pugnavit, nihilque ineiſi ſuperſtitionem inutilem Divæ Virginis cultum eſſe cauſabatur: adeòque nihil ſe debere putabat. Amicus læſus, hoſtis maximus. *Exſultare illum, & ex improbitate ſua fructum etiam capere noluit Virgo Mater: tardeque ad vindictam proceſſit, ſed moram gravitate ſupplicij compenſavit. Annus agebatur 1655. S. Vvencislai lætiſſimo apud Bohemos die: pœna detonuit ſubitò (vt ita dicam) ſideratus cœleſti Beatiſſimæ Virginis manu deijcitur in lectum, tanto, tamque miſerabili ſupplicio, vt manibus, pedibuſque captus, nec caput quidem (quod extremum eſſe in morbis ſolet) movere, nec latus mutare, niſi auxilijs alienis poſſet. In eum articulum ſervaſſe videbatur Diva Virgo, vt ope eius, quam contempſerat, egere ſe agnoſceret. Agnoſcit tandem ex pœna Divæ Virginis manum ægrotus, & quid deberet reminiſcitur. Tum etiam Fidei noſtræ veritas lucere in morte clarius, & oculis hiſce carneis caligantibus aperiri, vt ſolet, mens cœpit: continuò ſpei plenus vocatis ad ſe domeſticis Bigis imponi ſe propere iubet, & ad S. Montem devehi.* Animo cupienti nihil ſatis feſtinatur *ipſe hortator, & ſi ceſſarent, caſtigator aderat: ad S. Montem vbi ventum eſt ad pœnitentium ſacrum Tribunal inter manus portatus, confeſsione peccatorum animo præparato SS. Euchariſtiam in ſacello reverenter ſuſcipit, & vitæ ſuæ reliquias Divæ commendat, Maximo inde ſolatio delibutus, domum revertitur; meliuſque habet in dies, nec menſis totus abijt, recuperata valetudine ad curas ovium rediit; brevique Beatiſſimæ Virgini promiſſas à ſeptennio oves quinque: ipſe pedes ad S. Montem appulit; neque iam ex eo tempore ceſſat Vir optimus (cuius certa voluntate hæc narrata ſunt) adire Montem ſæpius, &*

Liban.

Salluſt.

Divam Virginem omnibus præconijs honorare. Ea reſteſtibus ritè firmata in Archivo S. Montis ſervatur.

EIVSDEM argumenti.

MARIA ADVOCATA peccatorum, quæ ipſis, vt ad bonam frugem ſe recipiant auxiliatricem præbet manum, ne criminum fluctibus obruantur.

ADNOTATIO XIV.

OPportunè huius theſim auctorem facimus S. Germanum Patriarcham Conſtantinopolitanũ orat. de Zona, & faſcijs Mariam, ſic alloquentem: *Patrocinium tuum maius eſt, quàm vt intelligentia humana conſequi poſsit: Tu cottidie peccatorum pelago fluctuantibus hominibus adiutricem manum exſtendis.* Pulchrè. Quid enim fuerit hominem læthali peccato obnoxium; quam inter pelagi vndas infeliciter fluctuare, & propè eſſe, vt criminum mole preſus ab inferni Vortice obruatur, & pereat. Quid autem? Mariam adiutricem illi manum exſtendere, quam congrua, & efficacia gratiæ auxilia à Deo obtinere, vt reſipiſcat, & ad bonam frugem ſe recipiat? Sanè Oſeas capite 6. verſ. 3. cum de Domino peccatores miſericorditer ſanante, & ſaluti reſtituente dixiſſet: *Vivificavit nos poſt duos dies, in die tertia ſuſcitabit nos, & vivemus in conſpectu eius: ſciemus, ſequemurque, vt cognoſcamus Dominum*: ſtatim modum, & rationem; quo tantæ molis negotium perficiendum ſit; ita exponit: *Quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius, & veniet quaſi imber nobis temporaneus, & ſeroti-*

I *S. Germ.*

Oſeæ 6. v. 3.

nus terræ: quibus verbis, tum auxilia gratiæ, quibus Deus miſericors hominum voluntates prævenit: & ſub inde confirmat *operante in illis velle, & perficere pro bona voluntate*, ad Philipp. 1. verſ. 6. tum etiam hoc donum per MARIÆ manus nobis advenire, omninò ſignificatur: quippè imaginem imbris temporanei, & ſerotini ad gratiam prævenientem, & coadiuvantem appoſitè retulit, ex Hieronymo Richard. à S. Laurentio libro 7. de Laudibus Virginis, hunc in modum: *Diluculum illud* (de MARIA loquitur) *coniungit noctem diei, id eſt, peccatores Chriſto: Benè dicit*, quaſi imber, *ſcilicet, vt nos compluat gratia ſua, & fœcundet ad fructificandum per bona opera, & exſtinguat in nobis feruorem concupiſcentiarum*: & ſtatim: *Imber eſt gratia, vel doctrina Chriſti, & Mariæ, quæ duo, pulveres, id eſt, peccatores conglutinant, vt inde fiant vaſa in honorem*: Imber temporaneus, *ſecundum B. Hieronymum, quo iactum ſemen coaleſcit in terra eſt gratia prævenies*: Serotinus, *quo ipſa grana, iam ingroſſata maturantur, eſt gratia conſummans*: Sic ille: iam vt adiutricem MARIÆ manum ſentias: obſerva Hebræam Lectionem Pagnini, & Vatabli: *tanquam Aurora præparatus eſt egreſſus eius*: vt videas Dominum, non contentum promiſiſſe; ſe hominum animis lucem allaturum (quod alibi perſequimur) notanter ſubinde ab auxiliatrice MARIÆ manu, quæ cæleſtis Aurora eſt, quaſi fideiuſſione eius data, rem certam certiorem facere velle: vt ipſa coniungat noctem peccatorum cum die Chriſto: Vnde poſt prædicta verba ſubdit Richard. *Ideò aſsiduè roganda eſt à nobis, vt nolentes præveniat, vt velint, volentes ſequatur, ne fruſtra velint, ſicut docet B. Auguſtinus, vt Dominus exoretur tribuens gratiam incipiendi, proficiendi, & perſeverandi.* Hactenus ex Richardo.

Philip. 1. v. 6. — Rich. à S. Laur. — Hieron. — Hebr. Lect. — Richar.

2 Retulit hùc argutè Chryſologus ſerm. 64. per allegoriam ſatis moraliter ad Lazari reſurrectionem à Martha vocatam fuiſſe MARIAM, vt inquit Ioann. 11. verſ. 28. *Vocavit Mariam ſororem ſuam ſilentio, dicens: Magiſter adeſt, & vocat te*: vt ſub vmbra nominis Mariæ ſororis Lazari nobis innueretur ad peccatorum reſurrectionem ad vitam, Mariam Deiparam evocandam: Mariam quærendam; quod ipſa à Filio reſurrectionem impetret; ipſa peccatorum Advocata ſit: Audi Chryſologum: qui cum dixiſſet: *Martha mittitur ad Mariam, quia ſine Maria, nec fugari mors poterat, nec vita poterat reparari*: Subijcit. *Veniat Maria, veniat materni nominis baiula, vt videat homo Chriſtum virginalis vteri habitaſſe ſecretum, quatenus prodeant ab inferis mortui: exeant de ſepulchris*: Hæc ille: quæ nolim tibi videri Chryſippi acumina, de quibus dicebat Seneca libro 1. de Beneficijs capite 4. *Etiam cum agere aliquid videtur, pungit, ſed non perforat*: quippè, & pungit, & perforat animum, Mariæ vel nomen, vel vmbra, vt Dei auxiliante manu, prodeant ab inferis mortui; exeant de ſepulchris: ſitque legitimus nexus: Chriſtum virginalē vterum habitaſſe, & hominibus peccato mortuis Virginis interceſsione vitam dediſſe. Quid? credis fortaſſe? cum vitæ tuæ peccatricis inſtitutum doles, ab alio fonte, quam à Mariæ precibus lachrymas tuas provenire? Audi Richardum à Sanct. Laurentio libro 4. de Laudibus Virgin. in Mariæ clementiam verba Pauli ad Roman. 8. verſ. 26. ſic inflectentem: *Poſtulat pro nobis hæc Mater gemitibus inenarrabilibus, quando per infuſionem gratiæ ſuæ* (ſuæ, quia ſuis precibus gratiam Dei obtinet) *facit nos gemere, & impetrare orando veniam peccatorum*. Sic Richardus.

Seneca. — Rich. à S. Laur. Rom. 8. v. 26.

Rurſum verò idem Richardus à Sancto Laurentio lib. 12. de Laudibus Virgin. eodem omninò ſenſu imbutus premens ea verba Eccleſiaſtici cap. 24. verſ. 29 quæ toties pro Mariæ patrocinio elucidavimus: *Quaſi platanus exſaltata ſum, iuxtà aquas*: illud ſingillatim affert, quod fideles omnes gratiſsimis animis excipere debemus de benigniſsima protectione Deiparæ; quod, quæ ipſius inſuperabilis, & invincibilis charitas eſt, nunquam à benefaciendo fatigetur, aut tædio afficiatur, propter noſtrorum criminum multitudinem, & enormitatem, ſic inquiens: *Iuxtà aquas plantatur affectu miſericordiæ, id eſt, circa*

3 Rich. à S. Laur. Eccl. 24 v. 29.

pec-

peccatores fluxibiles ad vitia. Et nota, quod arbor, iuxtà aquam copiosè haurit humorem, vnde accipit virorem, & ipſa in his plateis non marceſcit, vt tædio peccatorum affecta foliorum, vel ramorum, ideſt, orationum ſuarum, & patrocinij ſubtrahat eis protectionem: Sic Richard. O bonam Advocatam: imò, & bonam Matrem ſemper ad indulgendum, miſerendum, & auxilium ferendum paratam, & quæ peccatorum, & prolapſionum noſtrarum turpitudine, nec retardetur, nec defatigetur. Noverat diviniſsimam hãc MARIÆ benignitatem S. Ioſephus Confeſſor, in Menæis die 13. Aprilis, Ode. 3. de S. Martino Papa Deiparam in exemplum Miſerationis; & Clementiæ ad fiduciam peccatoribus dandam pulchrè ſibi proponens, hunc in modum: *Per malas cogitationes præcipitem lapſum exorſus in profundum peccatorum deſcendi; & proinde ex intimo corde gemens, Te Dominam meam inclamo. Da mihi Pœnitentiæ donum cum venia peccatorum meorum: Omnes in me palam obſtupeſcant abundantis tuæ Miſerationis exemplum; item viſcerum tuorum ad Clementiam propendentium ſine termino pelagus; ac Tua demum Benignitatis theſaurum omni menſura carentem:* Sic Sanctus Ioſephus ibi, nec minus humiliter, & opportunè die 12. Ianuarij, Ode. 8. de S. Onufrio Virginem exorabat, vt pro ipſius ſalute peccatis indormientem evigilaret: ita enim aiebat. *Peccati veternus, ò Virgo! ignava me ſtertendi libidine cœpit. Tua proinde ad Deum interceſsione pervigili ad pœnitentiam expergiſci, me coge: paſsionum tenebras, quibus involvitur anima mea per gratiam tuam paſsione carentem illuſtrans.* Hæc ille: Sed & alius Eccleſiæ Græcæ Pater Anonymus in Menæis die prima Aprilis in veſperis de S. Maria Ægypciaca Deiparam ſic ſuppliciter exorans. *Ex intimis animæ meæ penetralibus ingemiſco, quando me delictorum, ò Virgo! quæ perpetravi, memoria ſubit. Percutio proinde pectus, & exclamo: peccavi: mox Tibi ad genua procido; à te, ò Domina! gratiam reſipiſcendi deſiderans. Sed in priſtinam paulò poſt dementiam lapſus, à peccandi illecebris vndique vulneror. Heu violentiam conſuetudinis malæ! Ab hac igitur celeri me auxilio vindica, & mihi viæ ad ſalutem ferentis Ducem te præbe:* Ita ille: Satis opportunè.

I. Ioſeph. *Eccleſia Græca.*

Noſti, quàm malè audiant in Scriptura Spinæ, à quibus nihil boni; plurimum mali habemus: vel ea ſolum ratione odio digniſsimæ, quod noſtrum caput diris punctionibus cruentarunt: adde; quod proprium germen, & germanus fructus peccati ſint; cum ob ipſum terra *ſpinas, & tribulos germinabit tibi*, Geneſ. 3. verſ. 18. Itidem quod ab ipſis Verbum Dei, *quod poteſt ſalvare animas noſtras*, Iacobi 1. verſ. 21. ſuffocetur, quin referat fructum: vnde non ſolùm ſteriles, & nullius frugi ſint, ſed ſterilitatem, & infelicitatem afferant: vide modo Deiparæ benignitatem; & humanitatem; quæ ſteriles, & infæcundas, imò crudeles, & diras ſpinas, quæ tenerrimum Filij ſui vnigeniti, & dilectiſsimi caput tenebrarunt fæcundis gratiæ fluẽtis, tamdiu irrigat, donec obtuſis aculeis in flores commutentur, Vaticinante Ioel capite 3. verſ. 18. *Fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum*, vt dixerit: Ecce antidotum veneno peccati à Domino præparatum, ecce fæcunditatem ſpinis inditam irrigante MARIA peccatores: benè hùc inflectente Ioelem, Richardo à Sancto Laurentio libro 9. de Laudibus Virginis, ad hunc modum: *MARIA fons eſt*, & fons egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum: *Sed ad quid egredietur? ad irrigandum gratia, qua impleta eſt, vel rivulo ſuo, hoc eſt, Chriſto torrentem ſpinarum, ideſt, peccatores, qui ſunt quaſi torrens, cito decurrens in mare amaritudinis æternæ. Qui benè dicuntur ſpinæ, quia ſe erigunt per ſuperbiam, lacerant per avaritiam, pungunt per luxuriam: Primos rigat MARIA, ne poſsint comburi exemplis humilitatis; ſecundos contemptu temporalitatis; tertios exemplo caſtitatis.* Hæc Richardus: Vnde Sapiens Idiota in Contemplat. Mariæ cap. 6. Mariam ſic exorat: *Adiuva ergo me Clementiſsima Virgo MARIA! perditæ gratiæ reparatrix; & da mihi pœnitentiam de commiſsis: impetra veniam de præteritis: tribue in præſentibus cautionem,*

4

Gen. 3. v. 18. *Iacob. 1 v. 21.* *Lucæ 8 v. 14.* *Ioel. 3. v. 18.* *Rich. à S. Lauri* *Idiota.*

præſta in futuris adverſus omne malum fortiſſimam reſiſtentiam. Sic ſapienter Idiota. Nec minus appoſitè Sanct. Sabbas in Menæis die 12. Ianuarij, Ode. 5. de S. Taciana in clauſula, inquiens. *O quæ es à Sole fulgida Nubes! tuam mihi communica Lucem, quæ noxarum mearum tenebras tollat. Præbe, & mihi manum in fœcibus terrenis defixo. Erige me in peccato iacentem. Tu quæ cadenti Adamo ſola per Chriſtum reſurgendi cauſa fuiſti.* Hæc S. Sabbas: & eodem ſenſu, & affectu Simeon Metaphraſtes in iiſdem Menæis die 1. April. Ode. 9. Virginem, ſic precatur: *Filium tuum omnibus propitium redde, qui te ex animo, tanquam Dei genitricem adorant, quamquam gravibus hæreant peccatis affixi, quibus Natum illi Tuum ad peracerbam iram provocant, vtpotè malitioſis ſemper cogitationibus implicati.*

Idiota. S. Sabb.

Simeon Metap.

5 Quod ſi verè æſtimas: invenies hoc ſibi munus, ſive MARIÆ à Deo iniunctum; ſive ab ipſa, vt Deo maximè placeret, ſuſceptum; vt peccatores ad pœnitentiam adducat; & eorum ſaluti invigilans; peccatorum ſordes abluere ſtudeat: Sanè in ſuperioribus ex Richardo à S. Laurentio libro 4. de Laudibus Virgin obſervavimus, MARIAM Dei Filium concepturam notantiſſimè Ancillam Dei ſe fuiſſe profeſſam, vt dum partus ſequitur ventrem Filium Dei, & ſuum ad hominum ſalutem ſervum faceret. Libet denuo Richardi verba appingere: ſunt iſta: *Charitas eius ad nos apparuit in Annunciatione Filij: quando reſpondit,* Ecce ancilla Domini, Lucæ 1. *Cupiens filium procreare, qui noſter ſervus fieret; & ideò ſe nominavit ancillam; quia partus ſequitur ventrem: quod etiam innuit Filius Patri, dicens:* Servus tuus ſum ego, & Filius ancillæ tuæ: *Servivit enim nobis filius Virginis de beneplacito Matris, vſque ad ablutionem pedum; imò vſque ad tolerantiam Paſſionis, quia Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptionem pro multis:* Ita Richard. Apud quem obſerves illa *de beneplacito Matris, vſque ad ablutionem pedum*: de quo ſic Ioann. cap. 13. verſ. 4. *Surgit à cœna, & ponit veſtimenta ſua, & cum accepiſſet linteum præcinxit ſe. Deinde mittit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes diſcipulorum, & exſtergere linteo, quo erat præcinctus.* Quid autem fuerit? Dei Filium hominum pedes lavare, niſi ipſorum peccata ſanguine ſuo diluere? audi Rupertum libro 5. de divinis officijs capite 20. *Surrexit Dominus à cœna, ideſt, à convivio paternæ gloriæ, & poſuit veſtimenta ſua, ſemetipſum enim exinanivit, formam ſervi accipiens, & carne noſtra, quaſi linteo, cuius vtique materia naſcitur è terra præcinctus ſanguinem ſuum effundit velut aquam in pelvim, atque inde cottidie lavat pedes noſtros, cum illum in remiſſionem peccatorem ſumimus.* Sic Rupertus: ad quem modum Origenes in Ioann & alij PP. loquuntur; ſignatè verò Pontifex Vrbanus in Metaphraſi in Pſalm. 50. ad illa verba: *Amplius lava me*, hæc pulchrè ſcripſit. *O nitidiſſima lotrix noſtra, quæ ad hoc gratiam Deitatis miſiſti in pelvim mundiſſimæ carnis tuæ, vt nos à peccatis noſtris in ſanguine tuo lavares, lava me ab iniquitate mea:* Sic Vrbanus: Iam verò ſi attendis: illa ipſa MARIA; quæ filium ſuum ſervum de induſtria fecit, vt de eius beneplacito ſerviret nobis, vſque ad ablutionem pedum; cottidie etiam ſuis orationibus, & peccatoribus contritionis lachrymas exorat, & filium ad lavanda peccata movet: pulchrè id excogitante Bonavent. *in Speculo* capite 8. dum componit MARIAM cum diſſertiſsima illa Abigail, quæ ad regium Davidis thronum evocata; ad lavandos ſervorum eius pedes ſeſe demittebat. Sic enim ille: *O verè admiranda humilitas. Ecce MARIA, non ſolùm Domini ancilla, ſed etiam ſervorum Domini ancilla quodammodo eſſe dignatur: ipſa namque ſignata eſt per illam Abigail, pro qua adducenda cum David nuncios miſiſſet reſpondit:* Ecce famula tua ſit in ancillam, vt lavet pedes ſervorum Domini, *Per benedictam ancillam MARIAM, quaſi tot ſervi Domini loti ſunt, quot fideles eius ſuffragijs à peccatis mundati ſunt. Ipſa enim quaſi tot ſervorum Domini pedibus aquam obtulit, quot pœnitentibus lachrymas compunctionis obtinuit* Hæc S. Bonavent. Vbilibet exclamare, ò felices peccato-

Lucæ 1.

Ioan. 13 v. 4.

Rupert.

Origen. Vrban. Pont.

Rich. à S. Laur.

Bonav.

1. Reg. 25.

rum

rum pedes, qui tam à Deo Filio, quàm à Maria lavantur, dum ille sanguinem pro aqua fundit; hæc lachrymas compunctionis ad lotionem obtinet, & à peccatoribus extorquet: ita quidem S. Damascenus in Menæis die 13. Februar. in vesperis de S. Martiniano Virginem, sic orabat. *Annue ò Virgo supplicibus postulatis famulorum tuorum, & nobis lachrymarum fontes largire, quibus delictorum nostrorum inquinamenta lavemus, vnaque perennantem, & doloris acerbissimi flammã exstinguamus:* Pergit: *Quicumque enim te sui Domini Matrem omni cordis contentione implorant, eorum Tu desideria eventu plenissimo donas:* Cui cogitationi adstipulatus Hymnus Græcus apud Butron. pag. 133. eo cognomento signatè Mariam appellavit. *Pelvis mundans conscientiam.*

6 Rursum verò de hoc munere præbendi auxiliarem manum peccatoribus à Deo Mariæ iniuncto opportunè accipies Vatem regium, Psalm 44. vers. 11. de ipsa prænunciantem: *Adstitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate:* pluribus PP. ad Deiparam hæc verba referentibus, signatè verò Hugone de S. Victore lib. 2. eruditioni Theologicæ, & Hugone Carensi, qui in Verbo *adstitit* agnoscit *paratum homini à Virgine patrocinium*: sicut & Richard. à S. Laurentio lib. 2. de Laud. Virgin. Adstitit Regina: *ideſt, beata Virgo ad te iuvandum à dextris tuis, vt tibi prospera, & salutaria impetret*: At enim, quod ait *à dextris tuis*, sic videtur accipiendum cum eodem Richardo eodem libro, vt peccatores à sinistris, tanquam hædos stantes, ad dexteram, vt oves statuat: porrigens illis propitiationis filij sui dexteram: Quam cogitationem bellè expressit Georgius Nicomediẽsis in Menæis die 24. Martij, Ode. 8. in pro festo Annunciationis, hunc in modum: *Ille qui à dextris Patris, nunquam digressus substantiam omnem transcendit in te sibi diversorium delecturus adventat, vt te à dextris constituat suis, tanquam Reginam dignitate sibi propinquam, & excellenti pulchritudine præditam; vtque Te velut dexteram suam omnibus lapsis ad surgendum exstendat.* Hæc ille sub persona Angeli Annunciantis Mariæ Dei incarnationem.

Quo planè sensu Richard. à S. Laurentio lib. 10. de Laudib. Virgin. apositè aptat Deiparæ, verba Pauli ad Hebræos 4. vers. 16. *Accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno*: Sic explicans. *Adeamus fiducialiter, licet peccatores simus,* quia compatiens, & misericors est, & præstabilis super malitiam, Ioelis 2. *Non dico ad tribunal iudicis, sed ad thronum gratiæ, ideſt, Mariam, plenam gratiæ, quæ est ille thronus, in quo quievit fons gratiæ, vt per eam* consequamur gratiam, *ideſt, remissionem peccatorum præcedentium, & de reliquo inveniamus* gratiam in auxilio opportuno, *ideſt, inveniamus gratiam nos vacillantes, & infirmi, per quam auxilietur, ne tentati incidamus in peccatum*, & misericordiam inveniamus, *nos lapsi, ideſt, remissionem peccatorum.* Hæc ille. Qua quidem fiducia animatus S. Ioannes Euchaita in Menæis die 30. Ianuarij, Ode. 7. de S. Basilio B. Virginem, sic orabat. *Splendidam mandatorum salutarium stolam per baptismum indutus, eam sordidavi per incuriam miser. Nunc ergo ad te cursu contendo: supplicans Tibi, ò Virgo, vt per te nova sanioris animæ stola convestiar.* Sic ille. Enim verò ac si ipsum audisset, sic animabat Gregorius Pontifex VII. lib. 1. epist. 47. *Hoc tamen proculdubio teneas, quia Dei Mater, quantò altior, & melior, ac sanctior est omni matre, tantò clementior, & dulcior, circa conversos peccatores, & peccatrices. Pone itaque finẽ in volũtate peccandi, & prostrata coram illo in corde cõtrito, & humiliato lachrymas effunde, invenies illam (indubitãter promitto) prõptiorem carnali matre, ac mitiorem in tui dilectione.* Hactenus Pontifex.

Hinc itidem certatim PP. sub persona peccatorum auxiliatricem Mariæ manum incessanter sibi adesse inclamant: sic enim primum Ecclesiæ Græcæ Pater Anonymus, inquiens: *Multi me adversarij sublimes impugnant: defecit in dolore vita mea: in profundum peccatorum intravi. Salva me Domina, neque despicias me: nam Te velut insuperabilem adquisivi Tutelam*: ita ibi in Menæis die 4. Ianuarij, Ode. 3.

7 *Rich. à S. Laur.*

Ioel. 2.

S. Ioan. Euchaita

Gregor. Pontif.

8 *Ecclesia Græca. Anony.*

Damasc. *Hymn. Græc.* *Psal. 44. v. 11.* *Hugo à S. Vict. Hugo Car. Rich. à S. Laur.* *Georg. Nicom.*

de S. Theochſto. Deinde eodem ductu S. Theophanes die 16. Ianuar. Ode. 6. de Catena S. Petri: *Delatus rum in turbinem perditionis, & ipſa me flumina ſcelerum immenſorum perturbant: verum Tu ò Domina, miſeratione mei commota ad portum me Divinum appelle*: Similiter Georgius die 29. Martij, Ode. 6. de S. Marco: Virginem ſic alloquitur. *Quæ tãquam Divini omnium Regis Palatium fulges, tuis effice precibus Domina! vt ego, qui exſiſto re ipſa hoſpitium malitioſorum animæ meæ latronum, ad vitæ munditiam, ſalutemque pertingam*: Pulchrè verò S. Ioſephus Conf. die 13. Ianuar. Ode. 4. de SS. MM. Hermylo, & Stratonico: Deiparæ vocem, qua Verbi Mater eſt deprecatur, vt ab ipſa à ſommo peccati ad pœnitentiam excitetur, ait enim: *Me præ ignauia dormientem, & coopertum peccatis, voce tua ad pœnitentiam cita, vt quæ Mater es Verbi.* Hæc PP. Græci. Quibus adde S. Bonavẽturam in Speculo cap. 8. vbi Mariam cum columba pacem, cũ ramo olivæ Noe afferentem ſic componit: *Maria fideliſſima Mediatrix ſalutis, veluti fideliſſima columba inter ſummum Noe, & mundum ſpirituali diluvio ſummerſum.*

Tandem Richard. à S. Laurentio lib. 7. de Laudib. Virg. dum Mariam multis modis cum Sole componit; eò ſignatè Solis naturam refert, quod feruore ſuo dicatur attrahere, & ſurſum levare aquas ſalſas maris, inde cum primum ait: *Mare mundus, guttulæ marinæ fœtentes, & ſalſæ amari peccatores, qui fœtent, & amareſcunt, & nihil ſunt coram Deo*, Eccleſiaſt. 18. Quaſi guttæ maris deputatæ ſunt, & ſicut calculus arenæ, *Apocalyſ.* 17. Aquæ populi ſunt: poſteà ſubdit. *Aquas iſtas calore pietatis, & charitatis attrahit Maria ad cultum Filij ſui orationibus, meritis, & exemplis, & ſublata ab eis ſalſedine vitiorum quaſi per gratiã dulcoratas proponit peccatoribus, qui terra ſunt in exemplum, vt priorum exemplo poſteri convertantur*: & ſtatim de inſigni illo peccatore Theophylo, de quo inferius longior redibit ſermo, cum de læthali damnationis chirographo à Maria reſciſſo egerimus; addit. *Talis gutta fuit Theophylus, quem iſte Sol piè ad Deum attraxit, qui exemplo ſuo rigat adhuc peccatorum corda arentia, vt ad implorandam miſericordiam Matris Dominicæ non torpeſcant.* Hæc Richardus: Hinc S. Theophanes die 16. Ianuar. Ode. 7. de Cathedra S. Petri appoſitè exclamat ad Viginem, vt inter medias iniquitatum flammas, in quibus velut in Babylonis fornace volutamur patrocinij ſui rore conſervet, inquiens: *Puerperij tui miraculum, cum lucem divinam præſignavit Chaldaica flamma, quæ pueris nullum attulit damnum. Quare, & me, ò Domina multis iniquitatibus conflagrantem Patrocinij tui rore conſerva.* Et ſimiliter S. Ioſephus Confeſſor die 10. Aprilis Ode. 8. de SS. MM. Terentio, & ſocijs Mariam deprecatur, vt per lanceam lateris Filij ſui apertricem ſingulari Amoris vulnere conſcientiæ vulnera ſanet, hunc in modum. *Vulneratam peccatis animam meam ſana illius haſtæ contactu, quæ latus ſervatoris ex vtero tuo carnem induti perfodit; cuius Divinitatem, & ætas tenera prædicat, & cantu Clerus honorat, & omnes denique populi ſuperexaltant in ſæcula.*

Theoph. Georg. S. Ioſep. Bonav. 9 Richar. Eccl. 18. Apocal. 17. Theoph. S. Ioſep.

EXEMPLA.

IN hiſtoria Sancti Montis in Bohemia à P. Bohuslao Balbino Societatis noſtræ, conſcripta lib. 3. cap. 12. poſt atteſtationem perilluſtris viri Alberti Beneda S. C. Maieſtatis Conſiliarij de beneficio Beatiſsimæ Virginis in ſe ſuoſque manu ſua ſcriptam, quam alibi appingimus, cum de præſenti auxilio in mortis diſcrimine à Virgine collato egimus; hanc ipſemet Albertus, & manu, & ſigillo munitam facit his, verbis. *Addam illud quoque Divini fauoris argumentum. Erat mihi propinquus vir maximè in Regni, & auctoritate, & Nobilitate, quem ſciebam annos amplius duodecim Sacramẽtis omnibus percipiendis abſtinuiſſe, & confeſsionem peccatorum præcipuè timere: ab hoc ergo amicitiæ noſtræ iure poſtulo, vti ſanctum Montem vna mecum adire ne gravaretur. Cum primum in ſacellum ingreſsi ſumus, commoveri animo cœpit, deinde ſummum de peccatis dolorem præferre. Denique Sacerdotem adijt, & peccata confeſſus eſt; mihique deinde per animæ ſuæ ſalutem affirmavit, ita ſe*

Bohusl. Balbin.

ex-

exterritum, & consternatum ad primum sacræ Imaginis aspectum fuisse, vt quid ageret, prope nesciret: vidisse enim Beatissimæ Virginis vultum mutari, vt si (inquit) nihil prius de confessione statueram; ex tempore rem omnem conficere cum coactus. In huius verò beneficij, & gratiæ Dei Genitricis partæ honorem, insigne, & pretiosum donum obtulit idem illustrissimus dominus. Deo Creatori cœli, & terræ, eiusque sanctissimæ Matri sempiterna sit gloria, Amen.

Mussiponti (vt habetur in Annuis 1603.) *quidam è sodalitate B. Virginis post evocatum Sacerdotem, cui graviter laborans confiteretur, repentè sensibus destitutus est. Confessarius enixius implorata Virgine obtinuit, vt æger sibi restitutus, & ritè confiteri, & beneficium absolutionis recipere posset.*

In annuis Societatis anno 1613. sic habetur: *Conimbricæ fœmina triginta ipsos annos in libidinum cæno turpius volutata, non satis fidebat confessarijs suis. Quare sacris passim iniquè temeratis in desperationem adducitur spectris etiam desperationem augentibus. Somno occupatam Virgo cum puellulo Iesu humanissimè circumvenit; & obiurgatam puellulus admonet, vtatur hominibus sibi minimè suspectis, certos digito designans, quibus vtatur Sacerdotes. Quod & illa magno suo bono effecit.*

In annuis verò anni 1604. dicitur: *Cortraci quidam solitus cottidie visitare ædiculam S. Mariæ, vt benè mori obtineret, quamvis multis vitijs esset obnoxius; imparatus tamen hinc non discessit; sed Deiparæ beneficio bona confessione præmunitus.*

Sed & in libro, cui titulus Reductio B. Mariæ de Aragna in Regione Paraguaica egregium affertur, exemplum de B. Virgine subsidium præsentissimum impertiente misero homini; quem dæmon miris artibus illudebat: *Nimirum ipsi iam in vitæ perniciem propendenti sub augusta specie Matronæ adfuit, quæ compositò ad miserationem vultu sic allocuta dicitur: sume animos fili, sume animos. Deus meus, & natus meus tibi peccata remittet, si modo ea Sacerdoti ritè explices: obsecutus est fideliter ille, & feliciter: explicavit, vt præscriptum ei à Deipara simul adiuvante fuit; & est tanta pace repletus, vt postmodum alijs dux fuerit, & honorandæ tantæ pacis Auctor ici, & concipiendæ imperturbabili in ipsam fiduciæ.*

MARIAM peccatorum Advocatam, & perviam ad pœnitentiam, & gratiam portam esse.

ADNOTATIO XV.

NOtanter quidem Actuum 2. v. 4. Petrus, & Ioannes *ascendentes ad templum ad horam orationis nonam:* vt sanitatem claudo illi ad speciosam portam mendicanti redderent, & insignem ad populum de Christo sermonem haberent, quo peccatores resipiscerent, & ad Christum converterentur, in templum non per aliam, quàm per *speciosam portam* ingressos fuisse, sic dicitur: *ad portam, quæ dicitur speciosa*: nimirum porta illa, vel quod altè à terra esset suspensa, & diceretur porta Domus Domini *sublimissima*, 4. Regum cap. 15. vers. 35. (sic inibi observante Lorino) facilè intelligitur Deiparam adumbrare; quod ipsa sit salutis nostræ porta, per quam ad Christum, & ad eius mandata intramus: id ad hunc locum opportunè adnotantibus Nicolao de Lyra ibi, & Richardo à S. Laurentio lib. 10. de Laudib. Virgin. sic namque Lyra: *Huius autem templi porta speciosa est beata Virgo Maria, de qua cantat Ecclesia,* Felix cœli porta. *Per hanc enim portam Dei Filius venit ad nos redimendi, & per eam deducit nos ad glorificandi.* & statim: *Si quis autem claudus est, ambulare non potens in via morum, ponatur per devotionem ad ipsam, erigetur divinitus, & fortificabitur ad velociter gradiendum. Si verò fuerit pauper, & mendicus, ditabitur plenitudine spiritualium bonorum, & hæc mutatio dexteræ excelsi in conspectu omnium bonorum*: Sic ille, & ad eius gustum Richardus, inquiens: *Ipsa designatur per portam templi,*

1 *Act. 2. v. 4.*

4. Reg. 15. v. 35. Lorin.

Lyra.

pli, quæ dicebatur Speciosa, *ad quam debemus sedere, & mendicare exemplo illius claudi, quem sanavit ibi Petrus dicendo.* In nomine IESV Christi Nazareni surge, & ambula: *Hæc enim duo sunt nobis summè necessaria, scilicet, surgere à peccato: & ambulare de virtute in virtutem passibus fidei, & bonorum operum, qui claudicavimus à semitis nostris.* Hæc optimè Richardus. Ad cuius gustum Cosmas Ierosolymitanus in hymno sic Deiparam alloquitur: *Misericordiæ ianuam aperi nobis Benedicta Deipara: sperantes igitur in te ne aberremus: liberemur per te à calamitatibus: Tu enim es salus generis humani:* Sic Cosmas. Nec minus appositè S. Iosephus Confessor in Menæis die 6. Februar. Ode. 6. inquiens: *O gratiæ Porta, quæ mortalibus cœlorum aperis portam! Mihi quoque Pœnitentiæ portam expande radios in longinquum mittentis, atque vna me à mortis sempiternæ portis avelle.* Hinc Ecclesia Græca in Menæis die 2. Aprilis, Ode. 5 de S. Tito Thaumaturgo, agnoscens Mariam cælestem hanc portam esse eam sic deprecabatur: *Te, intemerata! velut Portum, Murum, Propugnaculum, ac velut Introitum nostrum ad Regnum cœleste omni clientum confusione, seu repulsa carentem agnoscimus. Igitur, quam enixissimè petimus, vt per tuas Maternas ad Filium preces efficias, ne aliquando spe tanta excidere permittamur:* Ita ibi: Benè omninò: *Introitum nostrum ad Regnum cæleste;* cum Virgo sit porta per quam intramus ad pœnitentiam, ad veniam, ad salutem, ad gloriam.

Cosmas Hieros. *S. Iosep.* *Ecclesia Græca.*

2 Iam verò vide, quàm opportunè Maria non vtcumque Porta, sed signatè *Speciosa* porta dicitur: Sed primũ audi quid de Regiarum portis, sive introitu observaverit Seneca; nobilis quidem ipse aulicus lib. 6. de Benef. cap. 33. *Consuetudo ista Vetus est Regibus, Regesque simulantibus populũ amicorum describere: est proprium superbiæ, magno æstimare introitum, ac tactum sui liminis pro honore dare, vt ostio suo proprius assideas, vt gradum prior intra domum ponas, in qua deinceps multa sunt ostia, quæ receptos excludant:* & post pauca: *potest tibi eius patere fides, qui per fores malignè apertas non intrat, sed illabitur;* & portam cum porta, & introitum cum introitu compone, ex

Seneca.

A Richardo à S. Laur. lib. 4. de Laudib. Virg de Maria dicente: *Securè quidem intrandum est in illam Curiam, vbi porta aperta est, & intrantes nullus arcet ostiarius nullus cubicularius excludit, vbi omnes cives civitatis illius vota nostra suscipiunt clamandum est igitur iugiter ad Reginam misericordiæ, quia sicut dicit B. Bernardus. Merito non exauditur, qui clamare dissimulat.* Hæc ille, vt dixerit: *Pulsate, & aperietur vobis:* Ita quidem pulsabat S. Sabbas die 28 Ianuarij in vesperis, inquiens: *Veneranda Virgo, & Mater: Porta ad vitam, quæ sola vera est vita:* Antoninus verò part. 4 titulo 15. cap. 20. num. 12. exitum, & introitum speciosæ huius portæ, sic pulchrè illustrat: *Quoniam per eam exivit de cœlis, quidquid vnquam gratiæ venit in mundum, secundo, quidquid boni de terris intravit in cœlum (vt Sancti omnes) per ipsam, vt portam intrant:* Quid iam speciosius hac porta?

Rich. à S. Laur. *S. Sabb.* *Anton.*

C Tractavit hoc argumentum sapienter S. Cyrillus Alex. homilia *contra Nestoriũ*, quæ tota est de Deiparæ laudibus: vbi sic primum ipsam collaudat *Per te Trinitas sanctificatur, per te Crux pretiosa celebratur, & adoratur in toto orbe terrarum; per te exultat cœlum, lætantur Angeli, & Archangeli; fugantur dæmones, & homo ipse ad cœlum revocatur. Per te omnis creatura Idolorũ errore detenta conversa est ad agnitionem veritatis, & fideles omnes ad sanctũ baptisma pervenerunt:* Deinde ita pergit: *Te adiutrice gentes veniunt ad pœnitentiam. Quid plura. Per te Vnigenitus Dei Filius vera illa lux effulsit sedentibus in tenebris, & vmbra mortis.* Hæc Cyrillus, quibus tantum non dicit, Mariam omnimodis esse portam ad vitam; cuius adiutorio gentes illuminatæ veniunt ad pœnitentiam: sed pensiculatius observa illa: *Per te Dei Filius vera lux effulsit sedentibus in tenebris, & in vmbra mortis.* Pro quo, duplicẽ, quæso regionis Ægypti statum: eumque diversissimum, & à se ipso maximè discordantem considera: Etenim primum vide Ægyptum, iuxtà nominis sui ethymologiam, quæ *tenebras* significat, densissima mentium caligine vndequaque in ipsomet divinæ lucis meridie circumfusam: subinde verò clarissimo lumine colluentem, & velut tota Solis lancea illustratam:

3 *S. Cyrill.*

D

E

Ni-

Nimirum olim Dominus populum suum è Pharaonis servitute eductu-
rus mille signorum, & prodigiorum armata acie velut Lucis radij instructus in Ægyptum descendit; nullum non lapidem movens, vt & principem illum, & eius populum è tenebris animicorũ eriperet. Quid verò ad hæc Pharao? *Nescio Dominum, & Israel non dimittã.* Exodi 5. vers. 2. Quid Ægyptij? *Iustitiæ lumen non illuxit nobis, & Sol intelligentiæ non est ortus nobis:* Sapient. 5. vers. 6. Iam autem post Domini adventum, quid Ægypto clarius? illustrius? splendidius? quid Deo charius, tot inibi millibus Sanctorum Anachoretarum, & Monachorum florentibus; diu, noctuque Deum collaudantibus, vt Deo non immerito dixeris, quod alio intentus Tertullianus *cultissimum, & amœnissimum imperij tui rus est.* Audi Chrysost. hanc cogitationem aureo eloquentiæ fulmine, sic diffundentem homil. 8. in Matth. *Denique si quis nunc ad Ægypti veniat solitudines, Paradiso prorsus omnem istam videbit eremum digniorem, & innumerabiles Angelorum cœtus in corporibus fulgere mortalibus:* & paulò inferius. *Non ita varijs astrorum choris cœlum refulget, vt Ægyptus innumeris monachorum, ac Virginum distinguitur, atque illustratur habitaculis. Si quis veterem illam Ægyptum novit, rebellem Deo adorantem irrationales animantes, porros etiam cepasque pavitantem, hic optimam Christi potest nosse virtutem, per quem facta est tam admiranda mutatio:* Hæc Chrysostomus.

4 Quod si iam singillatim, tam ingentis discriminis causam quæras: respondet tibi, Isaias cap. 19. vers. 1. Ecce Dominus ascendet super nubẽ levem, & ingredietur: *Ægyptum, & commovebuntur simulachra Ægypti à facie eius, & cor Ægypti tabescet in medio eius:* frequenti PP. & interpretum opinione nubem hanc levem de Deipara explicante (sic Glossa interlinearis Ambros. de institutione Virginis cap. 13. Procopius, Rabbanus, & alij præeunte illis Hieronymo) cum videlicet nato Domino Herodis ipsa iram diffugiens, cum Filio suo, & Ioseph sponso in Ægyptum se contulit; tunc commota sunt simulachra à facie eius: Audi Hieronymum: *Ascendit Dominus super nubem levem, corpus sanctæ Virginis Mariæ, quod nullo humani seminis pondere prægravatum est, & ingressus est in Ægyptum: statimque omnia Ægypti simulachra commota sunt; ita vt divinationes, & vniversa fraus idololatriæ, quæ deceptum possidebant orbem se fractam esse senserit.* Hæc Hieronymus; quæ Anastasius Synaita lib. 3. in Hexameron plus plus in rem nostram diffudit: nam cum multis de tenebris, in fertilitate, & suffocatione terræ Ægypti disseruisset, subijcit. *Quando autem Christus Deus lux mundi natus est, & ex præsepi Bethleem in Ægyptum cum sua Matre fugiente ab Herode, versatus est statim terra Ægypti detegitur, deponit tenebras, exuit caliginem erroris, Solis iustitiæ lumen induit.* Pergit, & velut acurem tãgit: *Versatus est enim, cum proprio orbe, nempè Matre, & solvit tenebras, & veluti quoddam velum abiecit à vultu suo, nempè aquæ operculum* (alludit ad aquam Nili, quâ Ægyptus inundatur) *& in Christum fixit oculos, & eum agnovit adorans, & procumbens, quem prius non cognoscebat (propter erroris tenebras, quæ ei impendebant) operta ab aquis ignorantiæ:* Hæc Anastasius.

Observa, & osculare causalem illam *versatus enim est, cum proprio orbe nempè Matre:* quâ iuxta Astrologicæ disciplinæ regulas opportunam reddit discriminis rationem, Solem iustitiæ in eo à Sole discriminantis, quod cum proprio orbe versatus fuerit: quippè alia Solis sicuti & aliis planetis efficacia, atque energia subest, cũ in propia domo, quam Astrologi exsaltationem appellant, subsistunt, atque versantur: in ea enim nihil, non efficaciter moliuntur, atque perficiunt, quin contrarium aliquid eorum efficacitati valeat obsistere. Ergo cũ Sol noster in suo orbe non versatur: *Illuminat quidem ex se omnem hominem venientem in hunc mundum;* Ioan. 1. vers. 9. *Qui vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire* 1. ad Timoth. 2 vers. 4. at humana multorum voluntate reluctante *dilexerunt homines magis tenebras, quã lucem,* Ioan. 3 vers. 19. sed tamen cũ *in orbe suo,* & exsaltatione sua, hoc est cum Maria Matre versatur; statim terra Ægypti operta aquis ignorantiæ

Exodi 5 v. 2.

Sap. 5. v. 6.

Tertul.

Chrysost.

Isai. 19 v. 1.

Glossa. Ambro. Procop. Rabba. Hieron.

5

Ioan. 1. v. 9.

1. Tim. 2. v. 4.

Ioan. 3. v. 19.

detegitur, deponit tenebras, exuit caliginum, dum ipſe, vapor ſive energia Dei, cum efficacitate operatur velle, & perficere. Cui quidem obſervationi, non mediocriter fauet, quod olim Dominus ingreſſus Ægyptum: ſine orbe ſuo, ſive Matre; non tam aſcenſurus, quàm deſcenſurus inducitur: *Vidi* (inquit) *afflictionē populi mei in Ægypto, & ſciens dolorem eius deſcendi, vt liberem eum*, Exod. 3. verſ. 8. à Matre verò in Ægyptum delatus, aſcendens, ſeu equitans, aut curru regio vectus more Principis, cum pompa, & faſtu regali ingredientis, ſic inducitur: *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem levem, & ingredietur Ægyptum*: vbi LXX. *Ecce Dominus ſedet velut in ſella, & throno regio*: Hebræa verò translatio Pagnini: *Ecce Dominus equitans*: lectio itidem Tigurina: *Ecce Dominus vehitur*: triumphali videlicet curru, quibus innuitur; à Maria in Ægyptum aliter quidem, quàm olim fuiſſe delatū, cum ab ipſa ad ſalutem efficaciter, & cum energia cōferendam advenerit; ad Pharaonis autem cor induratum, cum inefficaci beneficentiæ potentia deſcendiſſe. Cui ſanè cogitationi PP. opitulātur dixit enim Richardus à S. Laur. lib. 12. de Laud. Virg. *Hæc eſt Virga Moyſis per quam fecit ſigna in Ægypto, & ad quam in omni neceſsitate recurrebat. Exodi 4. Quia Chriſtus per Mariam mirabilia fecit in mundo*: Hæc ille: Similiter Bonavētura in ſpeculo Virgin. cap. 3. *Maria eſt nobis columna nubis, iuxtà illud Pſalmi 77. verſ. 14.* deduxit eos in nube diei, *quia tanquā nubes protegit ab æſtu divinæ indignationis: eſt quoque columna ignis in nocte ſæculi huius illuminans mundum*: Opportunius verò, Eccleſia Græca in Menæis die 16. Maij Ode. 6. quippè, quæ ipſa Iſaiæ verba, ſic elucidat: *Tu es levis illa Nubes Prophetæ, ò Virgo! Cui inſidens Dominus Ægyptum intravit, atque Sanctos Aſcetas in ea regione aliquando futuros inſtar ſyderum præparavit*: Hæc Eccleſia Græca, quæ firmat in iiſdē Menæis S. Ioſephus Confeſſor die 20. Maij Ode. 5. M. inquiens: *Qui erant malarum cupiditatum tenebris excæcati, hos tu propalam efficiſti filios lucis, vt quæ ſplendorem Patris, ideſt, Chriſtum lucis largitorem edidiſti in lucem*: Vnde ſic ſtatim Virginem orat. *Quare in auxilium noſtrum conſurge Domina, & libera nos ab ærumnis, quæcumque minaciter nobis impendent*: Hæc ille. Nec fuerint omittenda, quæ ſub eadem imagine habet S. Sabbas in iiſdem Menæis die 12. Ianuarij Ode. 5. in clauſula. *O quæ à Sole fulgida Nubes. Tuam mihi communica lucem, quæ noxarum mearum tenebras tollat. Prabe & mihi manum in facibus terrenis defixo. Erige me in peccato iacentem. Tu quæ cadenti Adamo ſola poſti Chriſtum reſurgendi cauſa fuiſti*: Hæc Sabbas: Sed quæ iterū S. Soſeph die 14. Martij Ode. 8. de S. Benedicto habet, omniū elegantiſsima eſſe videntur: cū enim Virgini dixiſſet: *Siſte exorbitationes animæ meæ; ſenſuum quoque à recto declinantiū fraudes, ac denique ſimulachra cupiditatum malarum, quæ animam perdunt, omninò exſtinge*: ſtatim ſubdit, *ſimul iſtarum imaginum loco largire, vt ſalutifera pulchritudo illius, qui ex ſacratiſsimo vtero tuo ineffabiliter exſplenduit; in anima mea, tanquam puro in ſpeculo fulgeat*: Sic S. Ioſephus.

Nec diſcedere me crediderim ab Ægypto, ſi tibi Deum, & Dei Filium, cum orbe ſuo, ideſt, cum Maria in ſalute bono latroni danda, quin efficaciter alterum in cruce latronem pendentem fuerit illuminatus; propoſueto: nam ſi tanti huius diſcriminis rationem, ſeu cauſam perquiras, cur Chriſtus cruci ſuffixus, latronem vnum è cruce in paradiſum, velut è remo ad tribunal (vt eſt in proverbio) exaltaverit: alterum ab eodem pœnæ gradu in tartara præcipitari permiſerit? & ea de re auctores videas in ſuum quiſque abire: quippè Nazianzenus orat. 42. infelicē reprobi latronis caſum in peſsimū murmurationis vitium reijcit, quaſi detractores Dei regno idonei non ſint, nam cum dixiſſet: *Si, vt latro cruci ſimul affixus fueris, probo animo Deum agnoſce. Adora tua cauſa ſuſpenſum pendens etiam ipſe, lucri aliquid ex ipſa quoque improbitate collige, morte ſalutem eme: cum Ieſu paradiſum ingredere, vt intelligas, quibus bonis excideras*: Subdit: *Murmuratorē cum ſua blasphemia foris mori ſine*: atque aliis, alias rationes afferentibus: nos quidem in epiſt. ad Philip. cap. 2. verſ. 6. adnot. 7. num. 14. in id referebamus diſcrimen, quod dum bonus

cruci

Exod. 3. v. 8.

LXX.

Pagnin. Tigurin.

Rich. à S. Laur.

Exod. 4.

Bonav.

Pſa. 77. v. 14.

Eccleſia Græca.

S. Ioſep. Confeſſ.

S. Sabbas.

S. Ioſeph.

6

Nazian.

Philipp.

cruci ſibi aſſignatæ hærere patienter volebat: malus latro divino decreto minimè conformis proprium locum deſerere, & crucis clavos revellere geſtiret, petulanter Chriſto ſuggerens: *Salvũ fac temetipſum, & nos*, Lucæ 23. v. 39. Enim verò illud modo cenſemus opportunius, quod in patrocinij Mariæ commendationem excogitavit S. Petrus Damianus à doctiſſimo Patre Alphonſo de Salmeron adductus tomo 10. in Evangelia tractatu 40. hunc in modum: *Petrus Damianus in ſermone quodam ſcribit: fidelem hunc latronem ad dexteram Chriſti fuiſſe verſus Aquilonem, & ideò in meridie vmbra corporis Chriſti obumbravit illum, & Beatam Virginem, quæ adſtabat Chriſto crucifixo ex parte huius latronis pro eo preces fudiſſe, & propterea converſum fuiſſe*: Sed quid ea, cum Ægypto in qua Sol, cum ſuo orbe verſatus eſt, commune fuerit? nempè vulgaris, ſed pia opinio eſt Anſelmo, & Dionyſio Carthuſiano in vita Chriſti probata, Deiparam tunc temporis, cum in Ægyptum iram Herodis aufugientem pergeret in latrones incidẽtem humaniter ab hoc latrone tractatam, & ab impijs ſociorum manibus vindicatam fuiſſe.

Lucæ 23. ver. 39. — S. Petr. Damia. — Salmer. — Dionyſ. Chartuſ.

7 Placet verò tandem pro hac divina efficacitate, qua vapor Dei, ſive Sol, cum orbe ſuo, ideſt, Deipara operatur egregiam mutationem Ioſephi ab Arimathia, & Nicodemi, provt ipſos Maria allocuta dicitur; ob oculos ponere: Nimirum, vt ipſi Chriſti aſſeclæ, & quidem probi, & ipſius amantes eſſent; at tamen illos videris primum occultos diſcipulos, ſive *nocturnos* (vt inquit Naziãz orat. 42.) pœne politicè ad ſtatus, ſive temporis rationem ſeſe accommodantes, quãvis Chriſti prædicatio, tunc maximè, & doctrina, & miraculis maximè floreret, ſic enim Ioannes cap. 3 verſ. 1. *Erat autem homo ex Phariſæis Nicodemus nomine princeps Iudæorum. Hic venit ad Ieſum nocte, & dixit ei Rabbi: ſcimus, quia à Deo veniſti Magiſter*: Ad quæ verba Chryſoſt. hom. 15 ſcitè ipſum, ſic arguit: *Scimus, inquit, quia à Deo veniſti Magiſter. Quid ergo noctu venis? & clanculum ad eum, qui divina docet, & qui à Deo venit? Quid non apertè profiteris?* poſtmodum verò, quod magis mireris, Chriſti gloria, & exiſtimatione ob crucis ignominium decidente, nihil ipſis animoſius, audacius ve pro Chriſti honore contendentibus: quippè omni metu, ſive ſub ruſtico pudere abiecto palam, & audacter Præſidem adeuntes corpus Crucifixi ad ſepulturam petierunt, & dum ipſiuſmet aperti dilectique diſcipuli fugientes, & latitãtes aberant; ipſi honorificè, & magnis ſumptibus ſepeliẽdum curarunt: Sic enim Ioannes cap. 19. verſ. 38 *Poſt hæc autem rogavit Pilatum Ioſeph ab Arimathæa, eo quod eſſet diſcipulus Ieſu: occultus autem propter meum Iudæorum, vt tolleret corpus Ieſu; & permiſit Pilatus*: vbi notanter Marcus cap. 15. verſ. 43. *Et audacter introivit ad Pilatum, & petijt corpus Ieſu*: Pergit Ioannes: *Venit autem, & Nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte primum ferens mixturam myrrhæ, & aloës, quaſi libras centum*. Quam ſanè animorum mutationem vnico tantùm addito verbo videtur præſtrinxiſſe, Lectio Græca, & Syriaca Ioannis, ſingulis nominibus appoſito articulo ad hunc modum: *Rogavit Pilatũ ille Ioſeph*: vt dixerit: ille occultus; ille pavens: & facies hominum vereri ſolitus: itidem, & de Nicodemo: *Venit autem, & Nicodemus; is qui venerat ad Ieſum nocte primum*; tantum non exprimens: is qui primum occultus, & nocturnos auditor, & tenebris velut clypeo contectus ad Chriſtum veniebat; modo clarà luce, & in mero meridie addictiſſimum Chriſti diſcipulum, & obſequentiſſimum ſervum ſeſe profitetur: Iam ſi tam felicis mutationis cauſam perquiras? facilis eſt reſponſio, nempè, acceſiſſe modo ex Mariæ interventione divinam energiam, atque efficacitatem, qua Deus in eorum animis operatus *eſt velle, & perficere*: eſt quidem hic ſenſus è pharetra Simeonis Metaphraſtis ſerm. de *S. Dei genitrice Maria* ad diem XV. Auguſti, qui cum Deiparam, ſic Ioſepho affatam induxiſſet. *Tibi autem deinceps curæ erit, vt ſepulturæ tradens, eum honeſtè componas myrrha condias, & iuſta facias*: Subdit de ſuo: *Ioſeph autem, qui & antea occultus erat diſcipulus propter meum Iudæorum, & timens illos*: hortatu tamen Deiparæ grande opus, ac planè arduum aggreſſus eſt, &

Ioan. 3. v. 1. — Chryſoſt. — Ioan. 19. v. 38. — Marc. 15. v. 43. — Lectio Græca. — Metaph.

omni

omni excuſa formidine audaciter ad Pilatum intrauit, & petijt corpus IESV: Hæc Metaphraſtes: Tanti quippè eſt in grandibus, & arduis operibus ad ignaviam, & formidinem removendam Mariæ hortatus: ita quidem S. Sabbas in Menæis Græcis die 8. Ianuarij Odc. 9. de S. Cyrillo Deiparam orabat: *Cor meum à gratis Deo virtutibus ſterile ex ſtatu hoc infœcundo ad ſtatum frugiferum transfer, Tu quæ ſimul Virgo exiſtis, & genitrix*: Richardus verò à S. Laurentio lib. 1. de Laud. Virgin. cap. 3. pro Maria, ſic fideiubebat: *Sicut nec Maris profunditas, ſic nec Mariæ liberalitas poteſt exhauriri. Indeſeſſe enim, & ſufficienter dat gratiam vniverſis, quam facillimè invenit apud Deum, niſi per eos ſteterit*: Sic ille.

S. Sabb.

Rich. à S. Laur.

EXEMPLA.

CVM viderimus Mariam ſpecioſam eſſe templi portam per quã peccatores ad pœnitentiam, & ſalutem obtinendam ingrediantur, vt hac ratione à Theoſteriſto in Canone conciliatorio dicatur *ianua pœnitentiæ*, iam exemplis hoc ſalutare monitum confirmemus: ſit illud vnum pro mille, quod Synodus Nicæna Actione 4. de Maria Ægypciaca, & ab ea omnes omnino, tam veteres, quàm recentiores Auctores referunt: quia verò in laudem, & patrocinium Deiparæ omnimodis cedit; ad longum exſcribere ijſdemmet verbis, quibus affertur à Venerabili P. Petro Caniſio lib. 5. de B. Virgine cap. 20. placet: ſic ergo ille. *Nos ſequentem de Maria hiſtoriam, non poſſumus, non amplecti, & magnificare, quod illam à Paulo Diacono ſcriptam, & in Concilio Nicæno ſecundo repetitam, multorumque Doctorũ teſtimonijs confirmatam habeamus, adeò vt eamdem Centuriatores ſub Valente, & Valentiniano geſtam eſſe non diffiteantur. Maria hæc Ægypciaca multis annis, velut Veneris victima impudicitiæ frena laxarat, ſuumque corpus vagæ multorum libidini publicè proſtituerat, priuſquam ad templum Hieroſolymitanum, quod ab Dominicæ Crucis reverentia ſacrum erat, ac celebre, Religionis ergo proficiſceretur. Quum verò cerneret ſe ab huius templi ingreſſu, non ſemel, nec obſcurè, ac omnino divinitus prohiberi; prioris vitæ turpitudinem agnoſcere, & deplorare cœpit; ſeque ad Deiparæ imaginem, quæ templum ingreſſuris occurrebat* (vides ſpecioſam portam templi, cum auxiliari manu occurrentem peccatoribus, vt ad veniam obtinendam ingrediãtur?) *non ſine pudore convertit, atque ita cum lachrymis dixit, vt in Synodo Nicæna habetur.* Domina Virgo, quæ Deum verum genuiſti; quandoquidem, vt audivi, propter hoc Deus, quem Tu genuiſti homo factus eſt, vt peccatores ad pœnitentiam vocaret, auxiliare mihi ſoli, & non habenti, qui ſuppetias ferat. *Adiecit deinde promiſionem: ſe poſt hac omnibus mundi illecebris, carniſque delicijs renunciaturam, ac totius vitæ curſum in melius commutaturam eſſe, modo templum hoc ingredi, ac oſtenſo Deo reconciliari poſſit. Quæ poſtquam, ſine impedimento in templi ingreſſa, opẽque Virginis ſibi præſentem experta eſt, iterum, atque iterũ Mariæ ſe commendavit, vt ad votum explendum propitia porrò, & cuſtos eſſe vellet. Inde verò digreſſa, ad veteres vitæ ſordes nunquam rediit, ſed mundi, & carnis blandimentis, & voluptatibus ex animo repudiatis in vaſtam eremum contendit, vbi vitæ prioris labes contractas magna vitæ ſeveritate ſuſcepta, & dignis pœnitentiæ fructibus editis diluit, frequenter ſolita Virginem invocare.* Tibi quidem, vt bonarum rerum amatrix Domina! quæ tantam mihi præter meritum humanitatem exhibuiſti, preces meas, nec reieciſti. Tu verò me, quò placuerit, ducito: eſto mihi ſalutis Magiſtra: mihi viam, quæ ad pœnitẽtiam ducit, indica. Domina Deipara, ne me derelinquas. *Ac ſub huius quidem patrocinio eum vitæ curſum ſolitaria tenuit, & ad annos quadraginta ſeptem abſolvit, omnium fere tentationum, & diabolicarum infeſtationum acerrimis vexata ſpinis: vt impudicis, & viris, & fœminis, ſi ad emendatiorem vivendi diſciplinam aſpirent, pœnitentiæ ſpeculum, & exemplar illuſtre præbeat.* Hactenus Caniſius. Quæ vt ſpecioſæ tẽpli portæ adſcribenda, ita in omnibus animis inſcribẽda ſunt, vt portam ſalutis, & vitæ venerari, ſalutare, & ad eius limina cottidianas preces fundere debere, noverimus.

Synodus Nicæn.

Pet. Caniſ.

Sed & aliud admirabile, pulchrũ-

que

que exemplum de Virgine Laureta na æquali pietate insigni peccatori pœnitentiæ portam claudente, & aperiente à Turselino libro 5. cap. 27. hunc in modum relatum audi: *Circa annum Domini 1594. Peregrinus quidam omnibus sceleribus coopertus, & profligatæ vitæ apprimè tenax Lauretum venerat. Huic sacræ cellæ limen intrare ausо repente in ipsо auditu vmbra quædam horrenda specie se obiecit, quæ audacem hominem repulit ingenti pavore percussum Ergo scelerum conscientia ictus confessarium adiit. Cæterum ad recolenda tot annis patrata facinora multò opus erat tempore magnoque sensu doloris: ipse autem minimè meditatus, ac paratus ad sacram confessionem accesserat, proinde à confessario monitus, vt in sacra cella, Dei, Deiparæque opera enixius implorata in anteactæ vitæ peccata inquirat, sedulò, tum dæmun paratior redeat ad confitendum: eum itaque sacram Cellam repetentem eadem illa species oblata ingressu prohibuit. Tum verò ingens illi dolor iustus se, vt conscleratum, & contaminatum à Deiparæ conspectibus abiectum esse ex templo magno flagitiorum dolore divinitus concepto, conscientia impensius excussa flens redit ad Sacerdotem, expiato tandem animo ad Virginis ædem verecundè accedit: mirabile dictu! aditus, qui antea facinoroso clausus fuerat, eidem pœnitenti patuit:* Sic ibi.

Nec multum dissimilis historia est, quam in Prato Spirituali narrat Ioannes Moschus capite 48. & eum referens, & simul sic corrigens, vt ad rectam normam Ecclesiasticæ consuetudinis rem reducat Pater Ioannes Bonifacius libro 4. de historia Virginali, sub titulo de Cosmiana Germanici patricij vxore, his omninò verbis: *Cosmianæ ad sanctissimum Domini nostri IESV Christi sepulchrum, religionis ergo introire cupienti, beatissima Dei Mater apparuit cum sanctarum mulierum comitatu, & his eam verbis castigavit:* Tu cum nostra non sis, hùc audes penetrare? *Reprehensionem repulsa consequitur: ianuam quippè Divina Mater occlusit, negans, quæ nostra non esset, ei aditum ad sacrosanctum Servatoris nostri sepulchrum patere posse; erat enim matrona illa ex hæresi Acephalorum, quam eamdem Severianam appellamus. Cum verò Cosmiana instaret, & flagitaret ingressum, à Deipara tale responsum accipit:* Desine vrgere, quæ aliena es; atquè ista deposcere, nisi enim resipiscis, extra limen manebis, & hæc tibi non Catholicæ semper porta claudetur. *His auditis, mulier Catholico ritu mysteria sancta percepit, ac vostro errore veritatem, fidemque complectitur: ita ad sepulchrum intrare licuit, & augustissimum locum venerari:* Hæc ibi, vbi Deiparam, & ad fidem, & ad pœnitentiam, vides esse portam: Quæ in hac historia, quantum ad Ecclesiæ cõsuetudinẽ, & decreta spectant prohibentia hæreticos cõmunicare nisi adito Episcopo, cuius erat in hæresim lapsos Ecclesiæ conciliare; desiderantur, quod Historicus in ea narranda Compendio vsus fuerit, & in Baronio tomo 6. Annalium, & in P. Bonifacio videri possunt.

Est etiam è hac re ea historia, quæ in Annuis Provinciæ Philippinarum anni 1608. habetur *de India muliere in mortis articulo ad fidem Christi conversa, & præ mortis periculo, tam celeriter baptizata, quin de fidei articulis potuerit edoceri, quæ statim in exstasim rapta videre sibi videbatur ad cœlum deferri, sed ostiũ firmiter clausum Angelo sibi obsistente inuenisse: cũque ea de causa ingenti afficeretur tristitia: Augustissimã Virginem accessisse, eamque interrogasse: an esset Christiana? ipsaque annuente, dixisse Deiparam. Quomodo ergo doctrinã Christi ignoras? ecce ijs qui eam nesciunt, cœli ostium clausum est: ergo à me eam disce: & statim iussisse ei, vt genibus flexis, vna cum ipsa Virgine orationem Dominicam, & salutationem Angelicam, signatè verò fidei Symbolum, ideſt, Credo recitaret: cumque ægra in se reversa fuisset: has orationes, quas nunquam didicerat, promptè, & fideliter coram omnibus retulisse, nec multò post piè, & devotè in Domino obijsse reserata sibi porta cælesti.*

Duplicatam deinde nobis historiã exhibet Liber S. Montis in Bohæmia de Virgine, qua porta est ad confessionem, vt per eam fideles salutem consequantur: & vtramque refert P. Bohuslaus Balbinus, & primam his verbis: *Doctissimus D. Michael Nata-*

lis ſufficenſis Decanus Matrẽ ſuam apud ſe alebat morbis, atque ætate decrepitam. Optima anus ſubitò appoplexia icitur, & concidit; nihil ſentire ante mortem mortua, aut poſt mortem viva videbatur; agnoſcebat neminem, ne filium quidem, nihil audiebat, nihil loquebatur: id maximè dolebat filio, quòd ſine vlla pœnitentiæ ſignificatione Mater moreretur. Ergo ad Imaginem S. Montis, quæ pendebat in pariete propere converſus Dei Matrem adorat, & obſecrat, tantum à morbo otij daret, vt illa pœnitentiam voce, aut nutu poſſet indicare; promittit ſimul iter ad S. Montem primo quoque tempore. Vix preces finierat. Mater ſibi redditur audiri peccata ſua cupit; confitetur: vna deinde interceſſit nox, reſtitutis ſenſibus omnibus lectulo ſurgit, & quamvis apparebat læſam fuiſſe, vixit tamen poſteà diu incolumis Filius ex voto anno 1655. ad S. Montem venit, & quia celebris habebatur Orator Octavo poſt Epiphaniam die ad magnam populi coronam in ipſo Mõtis ſancti ſacello beneficium hoc Divæ Virginis prædicavit, & affectibus potentiſsimis excitatis auditores auribus velut, anſis (vt ille dixit) circumegit; lachrymis velut gẽmis diſtinguebatur Oratio. Multi Virgini noſtræ gemmas, & vniones leguntur obtuliſſe: non minus donum ſunt lachrymæ; his gemmis lachrymarũ ornari Virgo cupit; has amat, has cogit, has filio repræſentat, qui eis non fallax aliquod pretium, ſed velut ſapientiſsimus æſtimator infinitum imponit, vt cœlum noſtris lachrymis emi poſsit.

Balbin. Alteram hiſtoriam idem Balbinus lib. 5. cap. 14. refert hunc in modum. Matrona quædam nobilis amore in Divam noſtram occupata ſæpius in anno ad S. Montem, vt pietati indulgeret ſuæ cum familia veniebat, ſed ancillæ diſſimiles erant, quarum vnam aliquã, peccata, quibus implicaverat conſcientiam confiteri, maximè tædebat, ſed nimirum, vt dominæ placeret, in ſpeciem ſimulabat: & ſi verò ſæpius ſtatuiſſet Euchariſtiam quoque ſumere, nunquam tamen in S. Monte cum illa conſcientia perficere potuit, ſemper oblata alia, aliaque impedimenta, vt eam Hera ipſa excuſare ab Euchariſtia ſumenda merito cogeretur; cumque nihilominus aliquando accedere tentaret, ſubitò deliquium paſſa è ſacello fuit efferenda, nemine quid, aut cur pateretur ſuſpicante. Animad verſa tandem divinæ iuſtitiæ cõminatione graviora pertimeſcens mutata volũtate ſummâ ſignificatione doloris Telam illam tenebrarum, quam orſa fuit, retexuit, Deoque per pœnitentiam, apud Sanctum cõfeſsionis tribunal, vt ſperare licet, placato, ſumma animi quiete, & gaudio in S. Monte Divæ aſpirantis interceſsione divina percepit, hodieque Dominam ſuam, vt corpore, ſic animo ſequi paſsibus æquis in pietate, & Deiparæ obſequio conatur.

MARIA peccatorum Advocata; quæ ab eis cor lapideum aufert, vt dignos pœnitentiæ fructus faciant.

ADNOTATIO XVI.

1 TEmpora Evangelicæ gratiæ; in quibus Mariæ ſingulare in homines patrocinium viget, ſignatè reſpiciebat Dominus, cum per Ezechielem blando affectu pollicebatur: *Auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor novum, vt in præceptis meis ambulent*, Ezech. 11. verſ. 19. & eodem dicendi modo cap. 36. verſ. 26. *Dabo vobis cor novum, & ſpiritum novum ponam in medio veſtri, & auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum, & ſpiritum meum ponam in medio veſtri, & faciam, vt in præceptis meis ambuletis*; vbi primum facilè videris, nec natura, nec ſpecie cor lapideum à corde carneo diſſidere, ſic ad ea verba monente Theodoreto: *Nemo eorum, qui natura prudentes ſint, opinetur, lapideum cor, lapidis eſſe, ſed obedire renuens, atque inexorabile, quodque Deo nolit cedere, carneum verò rurſum obediens, & quod facilè cedat*

Ezech. 11. v. 19.

Ezech. 36. v. 26.

Theodo.

ad quem quidem modum S. Iſidorus Hiſpalenſ. in *Exodum*, inquit: *Quia in comparatione lapidis, qui ſine ſenſu eſt, caro ſentit, ideò per lapidis duritiam, ſignificatum eſt cor non intelligens, & per carnis ſenſibilitatem ſignificatum eſt cor intelligens*: Nec minus opportunè cor durum explicavit Bernard. lib. 1. de conſiderat. ad Eugenium cap. 2. vbi cum præmiſiſſet. *Nemo duri cordis ſalutem vnquam adeptus eſt, niſi quem fortè miſerans Deus abſtulit ab eo, iuxtà Prophetam cor lapideum, & dedit illi cor carneum*: Subijcit. *Quod ergo cor durum? ipſum eſt, quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec movetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur. Ingratum ad beneficia eſt, ad conſilium infidum, ad iudicia ſurdum, inverecundum ad turpia, impavidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad divina*: Hæc & plura ea de re Bernardus.

2 Vt verò id facilius; ita non adeò facilè explicatu eſt, quod apud Vatem inquit Dominus de auferendo corde lapideo: *auferam*, inquit, *cor lapideũ de carne veſtra*. Num? Deus manum tam fortiter, & potenter in cor humanum iniecturus fuerit, & tale robur, & impetũ adhibiturus, vt voluntatem renuentem, & reluctantem frangat? ſic ſe cum illa vehemens, ac violentus, aut violẽto ſimilis gerens; vt ipſa in eas anguſtias redigatur, vt tanto impetui non valeat reſiſtere? ad eum modum, quo Tullius lib. *de amicitia* dicebat. *Vim hoc quidem eſt afferre, quid enim refert, qua me ratione cogatis? cogitis certè*: Quid verò? ſi lectionem LXX. auſcultaveris, quæ aucto energiæ, & vehementioris ſignificationis ſenſu pro *auferam à vobis*: reponit *extraham à vobis*; quod perinde eſſe videtur, ac avellere, aut radicitus extirpare, vt inſipiens non nemo timeat, non minus rigido, & acri modo Deum cũ humana voluntate acturum, ac gentilis Seneca epiſt. 51. noxias cupiditates ab animo avellẽdas, ſive radicitus extirpandas monebat, inquiens: *Proÿce quæcumque cor tuum laniant, quæ ſi aliter extrahi nequirent cor ipſum cum illis revellendum erat*: Verum enim verò; nihil eiuſmodi fuerit timendum, ſed Theodoretum conſulendum, qui eam locutionem mitigans, & rem velut acu attingẽs; ſic explicat: *His autem non liberi arbitrij everſionem declaravit; ſed futurum ab ipſo auxilium ſocietatemque ad efficienda bona opera, ſpiritum novum vocavit animæ ad honeſta impetum. Cum enim ad contraria propenſi ferrentur, mutationem in melius, novum ſpiritum appellavit, quemadmodum enim cum dixiſſet*: alterum cor; *non naturæ mutationem ſignificavit, ſed mentis in propenſionem; ita etiam per ſpiritum novum, hoc etiam declaravit: idque ſequẽtia teſtantur*: extrahàm enim, *inquit*, cor lapideum de carne ipſorum, &c. Hæc Theodoretus.

Obſerva in his Theodoreti verbis; illa *Spiritum novum vocavit animæ ad honeſta impetum*: necnon & ea *mentis in melius propenſionem*; quibus ea vis ſubeſt, vt futurum Dei auxilium; efficax ſanè, & congruum ad operandum ſignificetur; quo ſuaviter, & efficaciter (tametſi eluctabiliter) humana voluntas allicitur, dum ei ſapor vitalis infunditur, vti ſupra adductus dicebat Auguſtinus tract. 26. in Ioann. *Ramum viridem oſtendis ovi, & trahis illam; nuces puero demonſtrãtur, & trahitur; & quod currit trahitur; amando trahitur; ſine læſione corporis trahitur, cordis vinculo trahitur*, &c. *quantò fortius nos dicere debemus trahi hominem ad Chriſtum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine*: Hæc Auguſt. Sed iam quomodo trahitur homo ad Chriſtum? *Nemo* (inquit ipſe Ioan. 6. verſ. 44.) *venit ad me, niſi Pater, qui miſit me traxerit eum*: & qua ratione, & modo trahit eum Pater? audi denuo allatum in ſuperioribus ſapientem Idiotam in contemplat. de Maria cap. 1. *Sicut enim nemo venit ad tuum Filium ſuper benedictum, niſi Pater traxerit eum; ſic etiam quodammodo auſim dicere, quod nemo venit ad Filium tuum glorioſiſsimum niſi tuis ſanctiſsimis ſubſidijs traxeris eum*: Perge verò; & inveſtiga etiam modum, & ea ſubſidia, quibus Virgo peccatores, ſingillatim verò duros, obſtinatos in malis, & ferreos, quibus cor lapideum ſubeſt, ad Filium ſuum trahit; atque id non ab alio, quam ab ipſamet Deipara audi, apud B. Brigittam, hunc in modum ratiocinante lib. 3. Revelat. cap. 32. *Mater*

loquitur ad Sponſam, dicens : *Quidam quærens lapides, reperit magnetem, quem elevans manu propria cuſtodivit in theſauro ſuo, & per eum deduxit navim ad portum ſuum : Sic Filius meus multos quærens lapides Sanctorum, me ſpecialiter elegit in Matrem ſibi, vt per me homines reducerentur ad portum cœli. Ergo ſicut Magnes trahit ſibi ferrum, ſic ego attraho Deo dura corda* : Hæc opportuniſsimè Deipara : Vbi primum vides; ipſam Dei theſaurum, ſive theſaurariam gratiarum Dei eſſe; de quo alibi: Deinde; pulchrè oſtendit, Virgo ſuavem illum, & efficacem modum, quo hominum voluntes ſubſidijs divinis per ipſam datis ad Deum amando, & ſine læſione corporis trahuntur : ita quidem quaſi hæc ob oculus haberet præfato loco ſapiens Idiota: ſeſe cum duro, & frigido ferro componens, ſic Deiparam precatur : *Trahe me poſt te, ò benedicta Virgo MARIA, vt curram in odorem vnguentorum tuorum. Trahe me poſt te, quia me retinet ponderoſitas peccatorum. Trahe me poſt te, quia me coligat carnalis concupiſcentiæ voluptas. Trahe me poſt te, quia decipit me hoſtium perverſorum maligna caliditas. Trahe me poſt te, vt perveniendi ad te augeatur mihi celeritas* : & poſt nonnulla. *Trahe me torpentem, vt me reddas currentem. Trahe me peccantem, vt me reddas pœnitentem. Trahe me ignorantem, vt me reddas ſcientem* : Hæc & alia ibi Idiota: Quibus attexè hæc, quæ inquit Richard. à Sanct. Laurentio libro 12. de Laudibus Virginis: *Ideò trahi petit à MARIA fidelis anima ; quia Filius quodammodo dicere videtur de Matre : Nemo poteſt venire ad me, niſi Mater mea ſuis precibus traxerit eum.*

4 Ergo per cœleſtem Deiparæ Magnetem aufert à nobis Dominus *cor lapideum* : & indit cor carneum; mentis videlicet in melius propenſionem; & animæ ad honeſta impetum : & *quod currit trahitur, amando trahitur;* occulta, ſcilicet, & ſuavi vi, dum talia in mortalium pectoribus MARIA operatur ; qualia magnes in ferro ſubijciente eodem libro cap. 5. Idiota : *Tanta eſt virtus tui ſanctiſsimi nominis, ò ſemper benedicta Maria, quòd mirabiliter emollit, & penetrat duritiem cordis humani.* Benè quidem illud *mirabiliter emollit, & penetrat* : non ſcilicet frangendo duritiem, ſed emolliendo, vt trahatur anima, & currat in odorem vnguentorum, nimirum, vt MARIA, & ſenſum, & vim communem cum Filio, cæleſti itidem Magnete habere videatur : cuius efficacem attrahendi voluntates ad ſe, modū pulchrè explicavit Salvianus Maſſilienſis lib. 4. de Providentia, his verbis: *Sicut illas naturæ admirabilis gemmas ferunt, quæ ferro proprius admotæ duriſsimum, licet calybem affectu quaſi aſpirante ſuſpendunt: ita etiam ille, ideſt, ſumma, & clariſsima negotiatorum cœleſtium gemma hoc voluit, vt dum ſe, licet duriſsimis nobis deſcendens de cœlo proprius adiungeret affectu ſuo, nos quaſi amoris ſui manibus admoveret, vt agnoſcentes vtique dona ſua, ac beneficia intelligeremus, quid nos pro Domino, tam bono facere conveniret, cum ille pro malis ſervis tanta feciſſe comperiretur* : Hæc Salvianus : obſerva divini Magnetis vim tam ſuavem, quàm efficacem, quæ duriſsimum hominum calybem affectu quaſi aſpirante ſuſpendit, vt ad ſe trahat quos peccatorū ponderoſitas detinet: trahens peccantem, vt reddat pœnitentē; trahens torpentem, vt reddat currentem; trahens ferrum frigidum, & durum, vt reddat fervens, & blandum.

Huc ſapienter traxit per allegoriam bonus Scriptor Ioann. Bapt. Novatus tomo 1. de Eminentia Virginis cap. 17 quæſt. 5. lapideas hydrias in cōvivio Cana Galileæ aqua primū plenas, deinde Deipara interveniente; pretioſum vinum cōtinentes, Ioan. 2. v. 6. vt illis ſignificentur peccatores obdurati, & pœne lapidei cordis, quorum iniquitates per aquas in Scriptura ſignificatæ, vſque ad ſummum pervenerunt, in quos Virginis interceſsione infertur optimum contritionis, & virtutis vinū: manifeſto planè documento Virginem potētem eſſe *de lapidibus facere filios Abrahæ*, ideſt, neminē adeò obſtinatum, & durum, & iniquitatibus plenum eſſe, qui per Deiparæ interceſsionē, nō poſsit gratiā, & vitam à Deo obtinere: De Meduſa fabulantur Mythelogi formoſiſsimā Virginē fuiſſe, quę ſpectatores admiratione formę de fixos in ſaxa vertebat. Sed benè eſt, B.

Dei-

Salvia.

Idiota.

Rich. à S. Laur.

Novat.

Ioan. 2. v. 6.

Idiota.

Deiparam, vt formosissima Virgo fuerit saxa potiùs in homines vertere; saxea, videlicet, corda in lachrymarum fontes ad eluenda crimina, & gratiam, & gloriam obtinendam.

6 Quo opportunè referas epiteton *gutta*, quod Sanctus Germanus orat. de Nativitate Virgin. notanter Deiparæ tribuit; quodque Theophylus Raynaudus in Nomenclatore Mariano in omnem partem versat: signatè verò, dum illud componit cum proverbio, quo vsus est S. Dionysius Areopagita: *Gutta amentiam excavans*, & Græci Auctores efferentes, *gutta cavat lapidem* ad sensum Iob 14. vers. 19. *Lapides excavant aquæ*, quod Polychronius exponit de aqua guttatim cadente, & vel saxa peredente: Quod tandem Deiparæ, hunc in modum aptat Theophylus: *Similiter ergo dura ex terra, & lapidea corda iugi, & assiduo tametsi leni allapsu influxuum, quibus Deipara benignè tangit peccatores, excavantur, ita vt denique cedant, & pertundātur*: Hæc ille, quibus addit: *Vulgatæ sunt narrationes multorum, qui peccatis velut lapiduerant, & ope Deiparæ sunt emolliti*: Sic subinde in exemplis videris divinam hāc guttam plurium aventiam excavasse: ad eummet modum, quo ille dixit:

Quid magis est durum saxo? quid mollius vnda?
Dura tamen molli saxa cavantur aqua?

In quem quidem sensum scitè inflexit Richard. à S. Laurentio lib. 9. de Laudib. Virgin. verba Numerorum 24. vers. 17. *Fluet aqua de situla eius*, hūc in modum: *Maria situla de qua descendunt iugiter stillicidia gratiarum, consolationum, inspirationum, illustrationum ad humani cordis duritiam excavandam*: (Iob 14. lapides excavant aquæ) *Nam gutta cavat lapidem, non vi, sed sæpè cadendo*. Ita ille benè *non vi*, sed mollibus, & crebris Deiparæ ad Filiū precibus, ipsiusque inspirationibus, & illustrationibus. Ita sanè S. Iosephus Confessor in Menæis die 12. Aprilis Ode. 5. ad Virginem clamat. *Tuæ misericordiæ guttis mentem irriga meam ardore peccati contabescentem: ex adverso lucernam cordis mei exstinctam reaccende, ò ianua lucis!* Sic ille.

7 Ergo illud hic maximè observandum duxi; divinam Christi, & Mariæ benignitatem de victoria, cum duritie, & obstinatione peccatorum contendere; quod talis duritia nisi à maiore dulcedine, & benignitate emolliri; tale gelu nisi à calore divini amoris solvi non potest, dicente Paulo ad Romanos 2. vers. 4. *Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* (quæ notanter, sic extulit Lectio Syriaca: *An contra divitias dulcedinis eius, & contra benignitatem eius; atque contra locum, quem dedit tibi audes? & ignoras te Dei clementia ad pœnitentiam deduci*) & vers. 5. *Secundum autem duritiam tuam, & impænitens cor, thesaurizas tibi iram, &c.* Syriacè. *Sed propter duritiam cordis tui, quod non resipiscit reponis tibi thesaurum iræ, &c.* Vides ivt humani cordis duritia contra Dei benignitatem, & dulcedinem pugnet? Vide etiam, quomodo cum ea duritia Dei benignitas in prælio concertet: inquit enim anima, Cant. 2. vers. 4. de Deo cum ipsa pugnante: *Ordinavit in me charitatem*: quæsito, & militari verbo *ordinavit*: quo acies instructa significatur: vnde sic id extulit P. Gaspar Sanctius: *Instruxit contra me charitatem, tanquam aciem*, iam contra hanc charitatis aciem; quis valeat repugnare? aut à Dei, & Mariæ calore, & benignitate quis possit se abscondere? Vincit ergo Dei amor, & emollit hominis duritiam, & solvit humani pectoris gelu opportunè docente, hoc S. Thoma 1. 2. q. 28. art. 5. in responsione ad argumenta, dum elucidat verba Sponsæ, Cant. 5. vers. 6. *Anima mea liquefacta est, vt locutus est*, hunc in modum: *Liquefactio opponitur congelationi. Ea enim, quæ sunt congelata, in se ipsis constricta sunt, vt non possint de facili subintrationem alterius pati: ad amorem autem pertinet, quod appetitus coaptetur ad receptionem boni amati, prout amatum est in amante. Vnde cordis congelatio, vel duratio est dispositio repugnans amori, sed liquefactio importat quandam mollificationem cordis, qua exhibet se cor habile, vt amatum in ipsum subintret.* Hæc S. Thomas: Pulchrè hanc victoriam celebrante Venerabili Petro Cellēsi lib. 1. *expositionis tabernaculi*, dum Propitiatorium, cum Christo componit his verbis. *Sed vnum præ alijs strictiùs suæ bonitatis religavit beneficiorū vincu-*

S. Germ. — *Theoph.* — *Rayna.* — *Dionys. Areop.* — *Iob 14. v. 19.* — *Polych.* — *Theoph.* — *Ovidius* — *Rich. à S. Laur. Numer. 24. v. 17.* — *Iob. 14.* — *S. Iosep.* — *Rom. 2. v. 4.* — *Lect. Syriac.* — *Cant. 2. v. 4.* — *P. Gasp. Sanct.* — *S. Tho.* — *Cant. 5. v. 6.* — *Pet. Cellens.*

lum, quo spretus non sperneret, eiectus, non abijceret; offensus non læderet, sed satisfaceret sibi pro nobis de nostra iniuria, sed requireret, sed reduceret. Quis hoc cacumine pietatis elevatus est nisi IESVS? Quis hunc verticem gratiarum subijt nisi filius Dei? Quis tantas gurgites misericordiarum de ventre suo evomuit, nisi Propitiatorium? Benè quidem omnia; sed illud peropportunè; quo gratiarum verticem exibuit *filio olei*: idest, filio olivæ, filio Mariæ, quæ de se dicit: *Ego quasi oliva speciosa in campis*, Ecclesiastici 24. vers. 19. *Et benè oliva speciosa* (inquit Richard. à S. Laurentio lib. 4. de Laud. Virginis) *idest, omnimoda specie spirituali repleta per misericordiam, quæ est virtutum suarum gloria.*

Eccl. 24 v. 19. Rich. à S. Laur.

8 Nimirum tam peccatorum duritiem, & obstinationem ab Aquilone; idest, dæmone illis provenientem; quam eorum mollitiem, & liquefactionem, quæ à Mariæ misericordia illis obtingit: sic nobis ob oculos posuit, Ecclesiasticus cap. 43. vers. 24. *Frigidus ventus Aquilo flavit, & gelavit crystallus ab aqua, super omnē congregationem aquarum requiescet, & sicut lorica induet se aquis, & devoravit montes, & exuret desertum, & exstinguet viride sicut igne. Medicina omnium infestatione nebulæ.* Quibus verbis ostēdit Sapiens ad obdurationem humani cordis, & ad explicationem omnis viriditatis bonorum operum, & reliqua incommoda, quæ à dæmonis suggestione per Aquilonem significati in anima proveniunt, præsentissimū remedium esse B. Virginem; nebulæ imagine, tam hìc, quàm alijs in locis adumbratum, quæ festinanter peccatoribus; quantumvis duris, & congelatis remedium affert; vt sicut nebula stante Austro adveniens solvit glaciem, & terræ humorē affert, ita Deiparæ intercessio per Spiritus Sancti gratiam humani cordis duritiā, & gelu solvit, & virentes virtutis fructus producit; sic hunc locum explicante S. Bernardino tomo 3. serm. 11. art. 1. cap. 3. opportunè verò hāc cogitationem firmante Richardo à S. Laurent. lib. 2. de Laud. Virgin. vbi cum dixisset ex Paulo 1. ad Timoth. 2. *Sicut Filius est Mediator Dei, & hominum; sic & ipsa ad Filium nostra est mediatrix;*

Eccl. 43. v. 24.

S. Bernardin. Rich. à S. Laur. 1. Tim. 2

A *qua, scilicet, mediante venit ad nos Filius Dei, & qua mediatrice ad Filiū pervenitur:* Subdit. *Ad quod mouendi Christus moriens, ipsam habuit ad Aquilone, quo significantur peccatores, quasi hoc ipse diceret, quod ipsa mediāte dexteram suæ propitiationis exstenderet peccatoribus congelatis; quod & ipse facit adhuc nobis peccatoribus, prout significat imago Crucifixi:* Ita ille: Audis? per Virginem *dexteram suæ propitiationis Christum exstendere peccatoribus ab Aquilone congelatis.* Nec omittenda verba, quæ subijcit Richardus, inquiens: *Et nota; quod non solùm ex ea parte dexteram exstendit, sed & caput spinis coronatum inclinavit. Quasi diceret. O vos peccatores precibus Matris meæ vobis dexteram porrigo, & caput meum confixum spinis ostendo. Non sit ergo molesta amaritudo cōpassionis, quos delectat dextera propitiationis.*

B

C Egregium quidem est huic rei illud Sapientis sub Mariæ nomine monitum, Prov. 8. v. 33. *Audite disciplinā, & estote sapiētes, & nolite abijcere eam:* observante ad id loci bono Scholiaste Salazario pro illis verbis, *nolite abijcere eam*, LXX. legere, *ne obturemini*; idest, ne animū, & aures occludatis: & ex Galeno lib. de partibus animalium: eomet verbo vsum fuisse ad significandum pororum, atque meatuum obstructionem, à qua læthales ægritudines oboriuntur, malignæ febres, immedicabilis apoplexis, & alia huiusmodi: itidemque Aristotelē docere, ex eo in quibusdam corporibus maximam quādam duritiam spectari, quod nullos, aut perexiguos habeant poros, seu meatus, vt videre est in adamāte, & ferro, & alijs, quæ nullis ictibus cedunt. Quæ quidem omnia peccatoribus obduratis, quibus cor lapideum, aut adamantinum subest, aptè accommodantur; sed enim vt Christus Dominus inter sentētias ab Evangelistis omissis (vt Theophylus Raynaud. in Nomenclatore, inquit) dixisse fertur: *Qui iuxta me est, iuxta ignem est:* ita prorsus Bonaventura in serm. 1. de Virgine tomo 3. Deiparam cum igne componens, accedentes ad eam quantumvis ferrei, & adamantini sint, molles, & affectu ardentes tandē reddi affirmat. Enim verò cum præmisisset: *Nam ferrū igne*

D

E

9

Prov. 8 v. 33.

Salaz. LXX.

Galen.

Aristot.

Theoph. Rayna.

Bonav.

non tactum, ea frigidum, est durum, est rubiginosum: est frigidum, sed dum ferro advenit ignis, ipsum vtique calefacit; ipsum in mollitiem vertit, & si illius actio est fortis, ipsum totaliter liquefacit; eius rubiginem ex toto consumit, & in suam pulchritudinem ipsum vertit, sicut ipse sensus ostendit: id nostro instituto, sic accommodat: *Tu ergo, qui habes cor non carneum, sed ferreum, nimis itaque durum, si hoc igne Mariæ tangeris, & affectu calefcis, & compassione molleſcis, & omnis peccati rubigine spoliaris, & similis illi igneus efficeris; & totus amore liquefcis.* Hæc Bonavent. & ipsi adstipulatus S. Petrus Damianus Deiparam, vt auxiliatrem manum ferreo huic cordi præbeat, sic exorat opusculo 33. cap. 4. *Flecte rebellem, suscipe contumacem, nec tua pietas respuat delinquëtem, cuius intemerata virginitas peperit vitæ pietatis auctorem.* Sic ille.

S. Petr. Dam.

10 Quo omninò facit Virga Moysis, cum qua non semel Deiparam composuimus ex mente PP. modo verò in hunc quem persequimur sensum inflexit Richardus à S. Laurentio lib. 12. de Laud. Virginis; vt quemadmodum ab illa saxum percussum aquas largissimè profudit; sic à Deiparæ intercessione peccatorum corda emolliantur, & compunctionis lachrymas effundant: sic enim Numer. 20. v. 13. *Cumque elevasset Moyses manum percussit virga silicem, & egressæ sunt aquæ largissimæ*: & ad hæc verba Richardus: *Tunc humani cordis duritia virga ista percutitur, cum peccator induratus respectu gratiæ misericorditer ab ea tangitur, vt ab ipso fluant rivuli lachrymarum*: Sic ille: Nec minus appositè Arnestus Pragensis Antistes, vt in eius vita nuper typis excussa habetur ad Deiparam referebat, quod de sagitta Ionathæ dicitur 2. Reg. 1. vers. 22. *Sagitta Ionathæ nunquam rediit retrorsum*, inquiens: *Ista est sagitta Ionathæ, ideſt, Christi, quæ nunquam abiit retrorsum, quæ nunquam tam durum invenit obstaculum, quod non facilè penetravit.*

Rich. à S. Laur. *Numer. 20. v. 13.* *Arnestus* *2. Reg. 1. v. 22.*

11 Iuvat pro coronide apponere aliqua ex verbis Venerabilis mihi, & amabilis Patris Laurentij de Aponte, quæ alibi longius exscribo; quod peropportuna huic instituto sit. Ait ergo. *O! quæ vidi, quæ audivi, quæ circa hoc expertus sum. Vsque ad stuporem dicam, vsque admiraculum est, videre, quantò Filius eius benedictus conatu satagit, vt nemo Virginis Matris suæ devotus deperdatur. Arguit, vt sic dicam, obsecrat increpat, modos invenit exquisitos ad illum convertendi, animas pulsat, vt pro illo rogent, annos, & annos exspectat patientissimè, occasiones præstolatur, devotiones, ac pietatis opera inspirat, cor aliquando emolleſcit*: Hæc, & alia bonus iste Pater suis locis commodè aptanda.

Laurēt. Aponte.

EXEMPLA.

AVdisti apud B. Brigittam Deiparam dicentem: *Ergo sicut Magnes trahit sibi ferrum; sic ego attraho Deo corda dura: Audisti Sapientem Idiotam eidem Deiparæ suggerentem. Tanta est virtus tui Sanctissimi Nominis, ò semperbenedicta Maria! quod mirabiliter emollit, & penetrat duritiam cordis humani*: Audi modo illustrem huius confirmationem ex historia, quam refert Turselinus lib. 5. cap. 27. de homine duro, ac ferreo à Virgine Lauretana repentè mollito; & ad misericordiam cereo reddito: est quidē huiusmodi: *Circa annum Domini 1594. Civis quidam Auscalanus filiolum ex novo matrimonio susceperat mēse septimo, quem vnicum nutrici alēdum dederat, & sollicito subinde revisebat animo. Puer naturæ imbecillis nullā nutricis culpa repentino morbo exstinguitur. Nutrix non ignara quantum mali à pueri patre præferocis ingenij homine immineret, protinus occulta fuga Lauretum properat. Pater vt filium exanimem conspexit, dolore simul iraque furens nutricem quærit ad necem, cum ea non compareret, eius maritum vulneribus confossum pro mortuo reliquit, & armatus Lauretum advolat, vt nutricem vel in ipsa sacra cella trucidaret verum homini furenti hæc subijt cogitatio, si Sacrosanctum limen intraret, futurum vt emollito pectore vlciscendi curam omitteret. Quare lymphato similis alio versus omnes templo angulos frustra perlustrore cœpit (illa enim expiatis paulo ante per confessionem amculis in sacra cella Deiparæ implorabat fidem) sed enim dum ante Annunciatæ*

B. Brig. *Turſellin*

aram

aram ſub feneſtra, qua Gabriel Angelus intraſſe fertur, conſpectis fortè per feneſtram luminibus, quæ plurima ante B. Virginem collucebant, ſubita religione tactus genua ſubmittit, mira dictu res Homo ferus, ac ferreus repente mollitur, mutato animo Sacerdotem adit, ibi abiectis armis confitetur, & ex divinâ providentia in eumdem Sacerdotem incidit, ad quem paulo ante nutrix acceſſerat, à quo delinitus rediit cum nutrice in gratiam, eam domum reducendam, domeſticis, virum cius benignè curatum agreſtibus præpoſuit rebus, periculo à Deipara in emolumentum verſo: Hactenus Turſellinus: Sed enim dum ille ait: *Vira dictu res*, videtur quidem hæc ſacra limina non intraſſe: quippè quotquot in ſacra hac cella pedem ponunt, ſentiunt in loco Numen eſſe, quod vel ignaris mentibus ſe ſuperfundat: *Quod planè expertum me fuiſſe, nunquam negabo promeritum, cum felici ſorte ſacrã ædem adij: quippè ſenſi peculiarem, ac trepidam quandam lætitiam, & mixta veneratione corpus, animumque percelli, & durã, frigidamque mentem in blandam, & ardentem mihi fuiſſe commutatam.*

Bentio. Nec illud minus mirabile, quod à P. Franciſco Bentio in Annalibus Societatis de hiſtoria provinciæ Auſtriæ, de quodam homine vltionis per cupido, his verbis conſcribitur. *Quidam in inimicum ardebat odio ita implacabili, vt ſubtraheret aures ſermonibus, hunc convenit vnus ex noſtris, orat, vt quando quidem aures habet obſtructas, oculos tamen, ſibi clauſos eſſe, non patiatur: in templum noſtrum concedat, dum defixo obtutu in beatæ Virginis imaginem eam deprecetur. Dictu mirabile, ſed verum: perculit is viſus de repente hominem, vt exclamarit: Do veniam libens, obliviſcor iniuriæ: condona tu mihi Deus, condona peccata mea, quæ etiam ſtatim adhibita confeſsione, ſacraque communione expiavit.*

Gonon. Memoriam ſanè abundantiæ benignitatis Deiparæ eructat, quod Gononus in Chronico ad annũ 1615. de quodam iuvene hæretico, quem morbus ad mortẽ rapuit ait. *Hũc fruſtra ad fidem Catholicam revocare omnes ſtudebant, pertinax ſtabat in hæreſi interrogatus à quodam, num aliquando Virginem Deiparam in ſuis malis imploraſſet, negavit: rogatus imploraret, renuit: poſt tamen quodammodo coactus, ſemel ſaltem in vita imploravit: & ecce ſe alium eſſe ſenſit: petit confeſſarium, hæreſim dereſtatus ſacramenta recipit: Lætus, & plenus fiduciæ moritur:* Quid durius homine? Quid blandius Virgine?

Eſt & illud mirandum, & pro benigniſsima Mariæ in homines propẽſione maximè obſervandum: quod de ipſa inter populos ſibi in vicẽ adverſantes, & vehementer infenſos magna pietatis induſtria interventrice refert Poireus triplicus Coronæ tractatu 1. cap. 12. §. 1. num. 34. *Cum videlicet ad ſedandos fuventium animos Diva Virgo Tulienſis anno 1575. geſtata eſt à monachis Ciſtercienſibus, & inter ingentes adverſantium turmas poſita: ipſa quippe tunc pro efficaciſsimis verbis quibus duros filiorum animos emolliret, tanquam indulgentiſsima Mater, quæ pro filijs timet, & doler, cœpit lachrymas vbertim effundere; quibus deliniti animi in mutuos amplexus currentes pacem perpetuam firmaverunt.*

Franciſcus Arnoux in ſcala Paradiſi pulchrum, etiam hoc de Deipara, & ſuos cœleſtibus donis ornante, & induratos peccatores ad bonam frugem revocante, exemplum refert: *Dũ quidam pro more pio recitaret Roſarium coloniæ viſa eſt B. Virgo ab homine pij clientis infeſtiſsimo hoſte, & etiam numſævo animo, ad mortem eum perſequente, qui & inſuper notavit, quod quot bonus cliens ſalutationes Angelicas fundebat, tot illa Roſas in coronæ formam iungebat, & devoto ſibi capiti ſuaviſsimè imponebat. Quo ſpectaculo, & fractus hoſtilis animus eſt, & Deiparæ cliens à periculo liberatus.*

MARIA talis peccatorũ Advocata, quæ deſpectos, ac derelictos colligit; & Deo reconciliet.

ADNOTATIO XVII.

A

TRiticum in horrea ſua Bonus ille Pater familias congregare ſtudens; Meſſores Angelos falcibus inſtructos meſſem collecturos immittit: Domino primum apud Matth. 13. verſ. 30 dicente: *In tempore meſsis dicam meſſoribus: triticum congregate in horreum meum*: & ſtatim verſ. 39. *Meſſores autem Angeli ſunt*: & verò cum triticum à Zizanijs, nempè boni à malis ſunt diſcernendi; quibus tandem ſignis vtrique dignoſcendi fuerint, ſic à Patre familias, meſſoribus ſignificatur: *Mittite falces, quoniam matura vit meſsis* Ioel 3. verſ. 13. quod perinde eſſe videtur, ac illud Domini apud Ioan. 4. verſ. 35. *Videte regiones, quia albæ ſunt iam ad meſſem*: paratæ, ſcilicet, cœleſtibus donis percipiendis, vt inquit Chryſoſtom. hom. 33. in Ioan. *Has autem præparationes, regiones albatas vocat; ſicut enim ſpica, cum dealbatæ fuerint, ad meſſem ſunt paratæ; ità & hi ad ſalutem ſunt parati?* Similiter Auguſt. tract. 15. in Ioan. *Ergo iam in Iudæa meſsis parata erat, quando tot millia hominum prætia rerum ſuarum offerebant, & ad pedes Apoſtolorum ponentes expiditis humeris è ſarcinis ſæcularibus Chriſtum Dominum ſequebãtur*: Ammonius verò in Catena Græca omninò ad rem ait: *Spiritualis meſsis, quæ ſunt opera pia depoſitum quidem, ac theſaurum in cælis habent, in futuro autem ſæculo, eo perfruuntur ſempiterno*: Ergo iuxtà præſciptum ſibi ordinem mittunt falces ſuas Angeli meſſores, & albas flaveſcenteſque ſpicas in vitæ æternæ horreum congregant; quas verò immaturas, vanas, & infelici lolio, & ſterilibus avenis nihilo meliores inveniunt, tranſilientes derelinquunt; eas videlicet animas, quæ ſuſcepto divini ſermonis, & multiplici cœleſtium inſpirationum imbre pro iuſtitiæ frugibus peccatorum ſpinas iterum, & ſæpius indeſinenter progignunt: de quibus ad Hebræos 6. verſ. 8. cum dixiſſet Apoſtolus. *Terra enim ſæpè venientem ſuper ſe bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis, à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo*: Subijcit: *Proferens autem ſpinas, ac tribulos, reproba eſt, & maledicto proxima cuius conſummatio in combuſtionem*: ſive vt habet Lectio Græca: *Maledictioni conſinis, cuius exitus, huc tendit, vt exuratur*: En quò tendat proferens peccatorum ſpinas.

B

Ita quidem à Ieremiâ hi Angeli meſſores variatâ imagine velut Medici inducuntur; curantes primum infelices haſce ſpicas, & poſtmodũ; tanquam incurabiles ægrotos derelinquentes: ſic enim primum. *Tollite reſinam ad dolorem eius, ſi forte ſanetur*; & ſtatim: *Curavimus Babylonem; & nõ eſt ſanata: Derelinquamus eam, & eamus vnuſquiſque in terram ſuam*: Ierem. 51. verſ. 9 opportunè hæc verbà elucidante Origene in Catena Græca, & ab eo Gloſſa, hunc in modum. *Vide, ne quando Angelis præcipiat Deus, languenti animæ tuæ medicamina conficere, ſi quomodo poſsit ſanari, & reſpondeant ei*: Curavimus Babylonem; & non eſt ſanata: *oſtendentes animam tuã paſsione confuſſam: Non ſcientiam artis, nec vim reſinæ criminantur, ſed te; qui noluiſti eis obedire*: Quod plus plus ſic explicat. *Sunt Angeli ſub magno Medico Angeli Dei volentes animas noſtras à vitijs curare, quos ipſi repellimus; dum conſilijs eorum non æquieſcimus; qui videntes ſe perdere operam, adinvicem dicunt, derelinquamus eam, quaſi dicant: tradita eſt nobis medicina à Deo, vt animam curemus humanam: adiutoria, & medicamina adhibuimus, contumax eſt; non vult obſervare, quod dicimus: ſtudiũ noſtrum non ſequitur effectus; abeamus vnuſquiſque in terram ſuam; ideſt, ad domeſticum; & proximum negotium*: Hæc Origenes, quibus non tantùm explicat Senecam affirmãtem: *Magna pars vitæ elabitur malè agentibus: maxima nihil agentibus tota aliud agentibus*; dum multi in luxu, libidine, & vitijs degunt, plures in otio, ignavia, & ſomno omnes, qui tota vita, vocan

C

D

E

1 *Mat. 13 v. 30.* *Ioel 3. v. 13.* *Ioan. 4. v. 35.* *Chryſoſt.* *Auguſt.* *Ammo.* *Heb. 6. v. 8.* *Lectio Græca* 2 *Ierem. 51 v. 9.* *Origen. Gloſſa.* *Seneca.*

te Deo ad virtutem; externa & vana quærunt; nihil verum, & ſpirituale curantes, ſed peius eſt Iſaiam, cum gemitu dicentem: *Væ genti peccatrici populo gravi iniquitate, ſemini nequam filijs ſceleratis*, Iſaiæ 1. verſ. 4. Quid enim aliud fuerit? quod inquit Origenes: *Sunt medici ſub magno Medico volentes animas noſtras à vitijs curare, quos ipſi repellimus*: vel etiam Paulum ad Epheſ. 4. verſ. 19. *Qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis in avaritiam*: id enim ſanè fuerit Medicos ſub magno Medico volentes animas noſtras à vitijs curare, quos ipſi repellimus.

Iſai. 1. v. 4.

Epheſ. 4 v. 19.

3 Ecce tibi, quàm plurium hominum ſtatum ſub ægrotorum imagine, qui quod Medicorum conſilijs nolunt acquieſcere; ab ipſis tanquam deſperati reliquuntur: Quod ſi Medicis Angelis obieceris: à vera charitate, *quæ patiens eſt, benigna eſt, & omnia ſuffert*, longius ire ægros derelinquere: cum ipſorum proprium eſſe videatur, non ſolùm obedientibus, & benè moratis, ſed etiam rebellibus, & cõtumacibus mederi, & ſalutem afferre: illi huic obiectioni, ſic occurrunt, vt dicant humanitatis etiam partem eſſe; nolle oculis ſuis videre inobedientem ægrotum inter ſuas manus animam exhalantem: hanc pro illis rationem, ſic conficiente indidē Origene: *Sæpè prudens Medicus accedit ad languentem, & quantum ars patitur, & induſtria medicinæ non ceſſat, ſed ſi ægritudo tanta ſit, vt repugnet curationi, aut æger per impatientiam doloris contra faciat, quod iubetur; relinquit eum deſperans medicus, ne exſpiret inter manus eius, & mortis videatur reus. Ne ergo inter ſanctorum Angelorum manus moriamur, relinquunt nos*: Sic Origenes, & Gloſſa: vbi multum obſerva verba illa *ſunt medici ſub magno Medico*, num. præced. à Origene dicta; quibus innuitur, infelices hos ægrotos, non tãtum à medicis tyronibus, ſed etiam à magno Medico animum curatore, & Salvatore pœne derelictos dicente Vate Pſalm. 87. verſ. 6. *Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris, quorum non es memor amplius, & ipſi de manu tua repulſi ſunt*: vbi Chaldæus, quaſi indice deſignans hos de quibus loquimur transfert: *Qui non reſpuerunt*: notanter de manu tua, tanquam de manu Medici tangentis venam, & de ſalute infirmi deſperantis.

Orig.

Pſ. 87. v. 6.

En miſerum ægrotum, cuius Medicus non eſt memor amplius; quique ab Angelis medicis ſub magno medico derelictus eſt. Quid iam reliqui ſpei ei ſuperſit? Dicam? Audiſti in ſuperioribus capitali reo non ſatis eſſe vnicum Advocatum, cum tot, & tam periculoſas cauſas habeat? eodem ductu dicito, non ſatis eſſe ægro, tam periculoſam ægritudinē habenti vnus Medicus cum *deſperata ſit plaga eius*: Mich. 1. verſ. 9. Accedat ergo denuo novus, iſque cœleſtis Medicus, ægrotum curaturus: Accedat Maria ſalutaria medicamenta illi exhibitura: Audi S. Iſidorum Theſſalonicenſem orat. 1. *de Nativitate Virginis*, ſic opportuniſsimè loquentem: *Ego verò quoniam terra olim malè ſe habebat, & tota plena erat agitatione, & inſania, & peccato, velut quaſſata, nec poterat ex ſe progignere aliquod pharmacii, quo malum eluatur, & morbus depelleretur, è cœlo dixerim eſſe remedium adhibendū, & ſalutare aliquid laboranti porrigendum. Qui igitur commotionem illam ſedavit, & ingratum morbi factorem depulit; hic planè fuit illuſtris Medicus, nempè Virgo, & cœleſtis omninò vocandus*: Hæc Iſidorus, ſcitè adſtruens Mariã cœleſtem Medicum, à quo ſalutare pharmacum deſperato ægroto fuerit porrigendum: Audi, & Chryſoſtomum non minus opportunè eamdem cogitationem plus plus explicantem: ſic enim ipſe in ſerm. *de Annunciatione* apud Laurentium Surium tom. 2. *Per hanc adeſt chariſsimi ægrotantibus Medicus, à tenebris conſidentibus illuxit Sol iuſtitiæ, in tempeſtate iactatis factus Anchora, portuſque tutiſsimus, Deo inuiſis, & inimicis reconciliatio*: ita Chryſoſt. Obſerva *in* eo ſicut, & in Iſidoro: *Adeſt ægrotantibus Medicus*: vt iure ambigas: Nonne Dei, & Deiparæ Filius ſuopte nutu, ingenioque ad ſalutem dandam proclivi, & divina Medicinæ ſapientiæ, & arte inſtructus ægrotos ſanaturus advenit? ipſomet affirmante de ſe, *non eſt opus valentibus Medicus, ſed male habentibus*, Matth. 9. verſ. 12. Qui ergo per Mariã adeſſe ægrotantibus dicitur: Sanè quod qui adeſt

4

Mich. 1 v. 9.

Theſſal. Iſidor.

Chryſoſt.

Matt. 9 v. 12.

ægro-

ægrotantibus curaturus, & egregia pœnitentiæ medicamẽta præbiturus, cum ægrum contumacem, & iussis suis, artisque præceptis inobedientem invenit, velut desperatum deserere statuit: donec potẽtibus subinde Mariæ precibus, & intercessione delinitus, tandem sanaturus accedit tempestate iactatis factus anchoræ portusque tutissimus. Ita quidem S. Sabbas in Menæis die 21. Maij Ode 6. de SS. Constantino, & Helena in clausula Virginem, hunc in modum: *Exorabar cordis mei, ò Virgo per diabolicos dentes acerbè vulnerati ægritudinem incurabilem cura, eamque tanta medicandi facultate, quanta polles dignare, atque sic me in Benignitate tua sperantem conserva:* Hæc Sabbas. S. Sabb.

5 Pro qua cogitatione ipsamet Deipara dissertissimè fideiubet, Prov. 8. vers. 35 inquiens. *Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem à Domino:* Quibus in verbis, cum de vita, & salute sermo sit; non est dubium, quin ad ægrotum in summo vitæ discrimine constitutum, per Mariæ manum, (quæ *vena vitæ*; sive venam vitæ inventura dicitur: vt in superioribus vidimus) saluti, & vitæ restituendum sint referenda: Quare observa, in Hebræis codicibus (adnotante id inibi P. Salazario pro *hauriet* esse verbum, quod propriè significat, rem cum labore, & violentia, sive à renuente, & renitente eductam, sive obtentam: non quidem, quod renuat, aut obnitatur Deus peccatoribus misereri; *cui proprium est misereri semper, & parcere*: sed quod Maria his contumacibus ægrotis salutem, & vitam suavi, quadam intercessionis violentia, & præter solitum rerum naturaliũ cursum à Deo, quasi renitente impetrare videatur, imò verò, quod ipse libens, & volens hanc curationis, & salutis laudem Matri tribuere velit: Sanè in hac consideratione omninò respirabat Anselmus lib. de excellentia Virginis cap. 1. inquiens: *Si igitur ipsa propter peccatores, scilicet, propter me, meique similis facta est Dei Mater; quomodo immanitas peccatorum meorum cogere poterit desperare veniam eorum, cum tam ineffabile bonum sit factum ex ea propter curationem eorum?* Expende illud notantissimè dictum *propter curationem* Prov. 8. v. 35. Anselm.

corum; quasi Mariæ; nec non, & Filio; divinissimis, scilicet, Medicis maximè interest desperatis ægrotis sanitatem afferre, cum id proprij muneris ratio exposcat; atque inde cœlestis ipsorum sapientia, & Medicina maximè eluceat, ita quidem S. Sabbas in Menæis Græcis die 30. Ianuarij in fine divini officij de S. Cyro, & Ioanne, non tam suam, quàm insignis cuiuspiam peccatoris personam agens coram Deipara, sic supplex coram sua agnosceret. *Non abscondo infelix gravitatem ærumnarum mearum, quippè in qui liquid Deus odio habet, deveniſſe me sentio. Carnem non minus, quàm animam, & in anima voluntatem præsertim cogitationibus nefarijs, pudendis quoque sermonibus, factisque fœdavi, delinquentes item lingua mea, vt reos traduxi longè deterioribus ipse commissis inquinatus.* Ita tandem deprecatur. *Quare, ò Deipara tuorum mihi omnium malorum emendationem largire, vt per donum hoc tuum à pessima consuetudine respiscens supplex me ipsum prosternam, atque quod vitæ reliquum fuerit, in gravibus meis facinoribus deplorandis consumam.* Hactenus S. Sabbas. Verum omninò ad rem S. Damascenus in ijsdem Menæis die 9. Februarij in vesperis de S. Nicephoro M. sic Virginem exorat: *Me dæmonum latrocinantium insidijs vulneratum* (*allusio* est ad eum, qui incidit in latrones, Lucæ 10. vers. 30.) *Et omni benè operandi facultate destitutum in huius semper instabilis vitæ semita humi iacentem, & magna valdè misericordia indignum, celeriter, ò intaminatissima intuere, vinum, & oleum desperatis vulneribus affundens, meque ad bonam animæ valetudinem revocato.* S. Sabb. Damasc. Luc. 10. v. 30.

Sed iam ipsammet Deiparam, tãquam desperatorum, quorum Deus memor non esse dicitur Advocatam audire, operæpretium erit: Enim verò, dum ipsa de Deo in peccatores cõtumaces audit Vatem, *sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius*: sive vt ex Chaldæo vidimus; *qui non respuerunt*: emphaticè inquit: *Memor ero Raab, & Babylonis scientium me*, Psalm. 86. vers. 3. Compone vtraque verba, & in illis: *non es memor amplius*, observa pro *amplius* plures legere *Adhuc*: vt sit sensus etiamsi modo Deus obliviscatur: forsam 6 Chald. Is. 86. v. 3.

ſam erit tempus, quando horum memor erit: Quando verò? Quando Mariæ peccatorum Advocatæ acceſſerit interceſsio: ideò ipſa notanter: *Ego memor ero Raab, & Babylonis, qui oblivioni dati ſunt*: ita planè Richard. à S. Laurentio lib. 11. de Laud. Virg. ſic efferens hæc verba: *Memor ero ad miſerandum, non ad puniendum: Per Raab enim meretricem intelligitur anima more meretricio voluptatibus ſerviens, & vitijs proſtituta, quæ vadit per latam viam, quæ ducit ad mortem, Matth. 7. quia Raab interpretatur latitudo, cui conſulit Iſaias 23. verſ. 16. Sume cytharam, circui civitatem meretrix oblivioni tradita benè cane, frequenta canticum, vt memoria tui ſit*: Audis animam voluptatibus ſervientem, primum oblivioni traditam, ſubindè verò in Dei memoriam revocatam per Mariæ interceſsionē? Nec mireris: Nam *Deus charitas eſt* 1. Ioan. 4. verſ. 16. & Maria typus charitatis eſt, iam verò de charitate, ſic ratiocinatur Paulus 1. Cor. 13. verſ. 4. *Charitas patiens eſt benigna eſt*: in quæ verba Bernard. ſem. in feria 4. hebdomadæ pœnoſæ, ſic inquit. *Non enim ſola patientia, ſed*, & benignitas Dei ad pœnitentiam adducit, *ad Rom. 2. verſ. 4. Patiens charitas diſſimulat exſpectat, ſuſtinet delinquentem: ſed benigna trahit, adducit, converti facit ab errore viæ ſuæ; denique operit multitudinem peccatorum*: Sic Bernard. omninò verò, ad rem Amedæus hom. 8. *Illa colligit diſperſos revocat averſos eruens eos, qui ducuntur ad mortem, quoſque trahi cernit ad ſupplicia, liberare non ceſſat.* Hæc ille.

Rich. à S. Laur. — Matt. 7 — Iſai. 23. v. 16. — 1. Ioan. 4. v. 16. — 1. Cor. 13. v. 4. — Rom. 2. v. 4. — Amedæ.

Verum enim verò ad meſſores, & ad ſpicas derelictas revertamur: & quidem de terra pro frugibus ſpinas proferente non dixit abſolutè Paulus, omninò fore maledictam, ſed notanter *maledictioni proximam*; aut vt eſt in Lectione Græca, & Syriaca *non procul abeſſe à maledictione*, ſicuti, & Vates de ijs, qui non reſipuerunt dicebat: *non es memor adhuc*; donec, ſcilicet, Mariæ preces accederent: ad quem ſanè modum: ſi auxiliaris Mariæ manus ad metendas, haſce ſpicas accedit: etiamſi ab Angelis meſſoribus videantur derelictæ; in Dei horrea proculdubio congregandæ erunt: Quare pulchrè Maria à Bonaventura *in ſpeculo Virginis* cap. 5. componitur cum benedicta illa Ruth, quæ à Principe Booz obtinuit, meſſem ſibi facere de ſpicis à meſſoribus, ſive reiectis, ſive derelictis: ſic enim Ruth cap. 2. verſ. 2 *Si iubes vadam in agrum, & colligam ſpicas, quæ fugerint manus metentum.* Vbi cum dicat inibi Gloſſa: *Meſſis ſunt ſancti, qui colliguntur reponendi in horrea Dei Meſſores ſunt Angeli*: præclarum hoc ſtudium colligendi derelictas ſpicas ad Deiparam, ſic refert Bonaventura: *Dico ergo, quod gratia Mariæ colligit ad miſericordiam, colligit ad Eccleſiam malos. Hoc benè ſignatum eſt in gratia, quam in colligendis ſpicis à meſſoribus derelictis Ruth invenerat, quando dixit ad Booz*, ſi inveni gratiam in oculis Domini mei, &c. *Ruth interpretatur* videns, *vel* feſtinans, *& ſignat Beatam Virginem, quæ verè videns in contemplatione, & verè feſtinans in actione: videns etiam noſtram miſeriam eſt, & feſtinans ad impendendam ſuam miſericordiam*, &c. *Ruth ergo in oculis Booz Maria in oculis Domini hanc gratiam invenit, vt ipſa ſpicas, hoc eſt animas à meſſoribus derelictas colligere ad veniam poſsit*: Hæc Bonavent. Vnde ſtatim opportunè clamat. *O verè magna Mariæ gratia, qua multi ex eis ad miſericordiam colligūtur, qui à doctoribus, & Rectoribus, tanquam incorrigibiles relinquuntur.* Sic ille: ita ſanè Pater Anonymus Eccleſiæ Græcæ in Menæis die 27. Februarij Ode 6. de S. Procopio Virginem exorabat, vt curandis animæ vulneribus myſticam chirurgiam exerceret: Sic enim ille: *Animæ meæ atrocia, & curatu aſperrima vulnera Tuæ ſpiritualis chirurgiæ beneficio cura: & tanquam efficacia Pharmaca cruciatus Filij tui eiſdem inſperge*: Sic ille: Benè quidem curandis incurabilibus animæ vulneribus efficax Pharmacum Paſsionem Chriſti cenſens: & opportunè etiam tantum remediū in manu Deiparæ conſtituens.

Ruth 2. v. 2. — Anoni. Eccleſiæ Græcæ.

Hinc planè didici cur Maria ab Epiphanio ſermon. de Deipara pulchrior, atque formoſior natura Cherubim, ac Seraphim, ſic eſſe dicatur: *Deo excepto cūctis ſuperior exſiſtis natura formoſior es ipſis Cherubim, Seraphim, & omni exercitu Angelico*: cū tamē poſſet alicui negotium facceſſere Mariam dici natura formoſiorem Angelis: cum

Epipha.

Angelica natura sit sublimior humana; cum de ipsomet Dei Filio homine facto dixerit Vates, Ps. 8. v. 6. *Minuisti eum paulò minus ab Angelis*: sed huic dubio facilè occurrimus eam Epiphanij locutionem de Mariæ ingenio, & studio benefaciēdi; in quo pulchritudo, & formositas cēsetur appositè accipientes: quippè, vt Angeli pulchri fuerint, atque benefici; at cum illis in colligendis spicis, & medendis infirmis constituti termini sint, quos præterire nō possunt; Mariæ verò benignitas vltra iustitiæ, & solitum benefaciendi terminū progreditur: & derelictas spicas patiēter colligit; & desperatis ægris medicinam affert; merito Angelis pulchrior, atque formosior dicitur: hùc inflectente Richardo à S. Laurent. id Psalm. 9. v. 12. *Annunciate inter gentes studia eius*, vt Mariæ studia divinis simillima ipsismet ingratis, contumacibus, & indignis beneficia conferant: Sic ille: *Annunciate inter gentes studia eius; quomodo misereatur ingratis etiam, & indignis benigna studiositas*: Sanè à Beneficentia; pulchet eris cum dignis, & merentibus benefacis; maior tamen tibi pulchritudo, & formositas suberit; cum malis, & immerentibus benefeceris: ita quidē Hildebertus Episcopus epist. 15. ad Reginam Angliæ, cum dixisset: *Difficile est, discretè semper, ac providè beneficia collocari*: subijcit. *Nesciunt hanc excelsæ potestates providentiā, quas pulchrum est benefacere, vel indignis*: Maria ergo Cherubim, & Seraphim pulchrior, & formosior, quæ ingratis, & indignis benefacere consuevit. Sic id volente, & dispensante eius Filio: vti monuit Bernard. ser. 3. in vigilia Nativit. *Quia indignus eras, cui donaretur datum est Mariæ, vt per illam acciperes quidquid haberes*. Nec omittenda altera eiusdem Richardi consideratio de Mariæ studio benefaciendi ad eadem Psalmi verba lib. 7 inquiens: *Subtilis Maria per misericordiam, quam sic subtiliter scit miseris impendere, quòd non frangit sigillum divinæ iustitiæ; & circa hoc maximè consistit studiositas eius: de qua dicitur*: Annunciate inter gentes studia eius: Hæc Richard.

Psal. 8. v. 9.

Richar. Psal. 9. v. 12.

Hildeb.

Bernar.

Richar.

A

B

C

D

E

EXEMPLA.

LEander Albertus in vita Iordanis, qui fuit secundus Magister Generalis Ordinis B. Dominici, & Beatissimæ Virginis cultor eximius refert memorabile exemplum *de puella quadam, quæ nobilitate, formaque præstans à parentibus, iam morituris patruo testamento commissa; ab ipso turpi incesto violata; bisque ab eo gravida; bis partum medicamentis abegit; illo ipso, qui pudicitiam eripuerat suasore: Tertiò autem prægnans facta scelus agnovit, nefariique conscientia facinoris; cum neque fœtum necare, neque se cuiquam indicare auderet, ad voluntariam necem confugere statuit; dumque vnam necem reformidat, duas execrabili consilio machinatur: Itaque gladium in ventre; ita violenter infixit medium; vt scinderet: insurgens in se non dolore pœnitentis, sed furore pereuntis; vt de infelici Iuda dixit Leo Pontifex, sed feliciori successu, nam divissimo vulnere sauciata Misericordiæ Matrem invocavit, ac voce supplici deprecata est, vt sibi solita benignitate succurrat: Adest illicò Dei Mater: O optimam Advocatam præsentissimum auxilium afferentem! & corporis immanissimo vulneri sanitate tributa, vt Iordanis propediem venturi consilijs obtemperet, admonuit; cumque ipsa studiosissimè id exsequeretur; Iordanis Consilio Cisterciensi Monialium Familiæ se dedicavit, & ad vitæ finem in sancto perseveravit proposito.*

Leander Alberti.

Persimile huicidemmet Auctor in eodem libro exemplum refert *de muliercula, quæ corpus sæpè vulgaverat; & contra id, quod apud animum statuere solebat, relebebatur in cœnum, desperata emendatione araneam ad se interimendam devoravit. Cumque hausto illo veneno facti pœnitens animi, & corporis formidaret interitum, cœli Reginā, cui nullum est neque serū remedium, neque vulnus insanabile, supplicibus lamētis appellavit, ac ne se in tāto periculo desereret, obsecravit. Mulieris preces Dei Mater exaudivit, cœlitusq; responsa voce est monens, vt Iordanem Dominici successorem adiret, peccata eidem fateretur, salvam fore si faceret; id cū mulier sedulo*

perfeciſſet, cum ſcelerum vomitione virus etiam evomuit, & vtramque recepit lætabunda ſanitatem: O ſalubrem, & opportunam vomitionem!

Bentius. Adeſt in hanc rem P. Franciſcus Bētius in Annalibus de hiſtoria ſedis Angolanæ, his verbis: *Luſitani cuiuſdam mulier captiva ex levi cauſa malè, à domino accepta, dolore deducta ad cupiditatem mortis, ſuſpendio finire vitam decreverat. Media nocte arborem deligit, deligit reſtem, acervum lapidum cōgerit, qui adȳciat altitudinem ſtaturæ, vt facilè deȳciatur pedibus: vbi laqueo collum obſtrinxit: res mira dictu: quoties certa mori fulcrum inſilire conatur: toties Matrona pulcherrima demolitur lapidum congeſtum; totam noctem fruſtra contendit: cum lux appareret, divinitus iniecta formidine domum redit, & ad dominum admirabunda: tu quidem amiſiſſes nocte proxima captivam, niſi obſtitiſſet Domina illa, quam colimus in tēplo Societatis, ſimul omnem rei ordinem exponit: Herus diſſimulavit, ſed tamen accitos aliquot à noſtris, orat, videant, quid ſit actum, rectēque & lapidū acervo repertis compertum eſt verum fuiſſe, quod captiva narrabat.*

Idem. Nec diſſimile eſt, quod idē Bentius in hiſtoria noſtri Collegij Lugdunēſis anno 1587. hiſce omnino verbis refert: *Confeſtione liberata eſt mulier ab inſania, quæ eam ſtolido prorſus conſilio adegerat ad interitum: Ortū eſt aliquando, vt ferè fit inter hanc, & virum præſervidi, ac trucis hominem ingenij à ſatis levi principio litigium, inde iurgiū, poſtremo certamē. Maritus, ſcilicet, vxori ferru, mortēque minabatur; quin ego (inquit illa) ne des vxoricidij pœnam, præveniam morte conſilium tuū. Et cum hoc dicto, vt erant ædes ad Rhodanum pertinentes ſeſe in illū de muro, maximo ſaltu, cum Deum tamen priùs, eiuſque Matrem clariſſimè appellaſſet, præcipitē dedit. Narrat iam ipſa, vt delapſa eſt in flumen ſuſtineri ſe ſenſiſſe à quodam in ſumma aqua, ne mergeretur; tum verò apprehenſam, humeris evolutam ad navem quadragenorum paſſuum intervallo, in eamque admirabiliter impoſitam. Advertit cadentis clamor, & percuſſi aſſultus fluminis ex illa vicinia nonnullos, qui accurrentes extemplo eam in proximam domum abduxerunt, quo advocatus Sacerdos accepit, eam commonens per beatam Virginem beneficij, audivit (vt diximus) confitentem, & magno, licet negotio cum marito res eam ſibi ſuas habere iubente in gratiam vedit.*

Alanus. De Comitiſſa Dominica nomine mirandū quiddam refert Alanus lib. de ortu, & progreſſu Roſarij cap. 34. his verbis. *Exemplum legitur de quadam nobili Comitiſſa Dominica, quæ poſt primas nuptias defuncto marito à mariti conſanguineis modis inauditis eſt perturbata: nam illius Civitates, & caſtra diſſipantes, vniverſa vaſtarunt. At illa mortis timens iacula latebras petit, ſola diffugiens nuda tenebras in deſertis cavernoſas quarebat. Nulli enim illorum, quorum dudum fuit Comitiſſa, tyrannorum metu eam quovis modo ſuſcipere audebant hoſpitio. Nova rerum facies dominans dudum, vt maleſuadrix profligatur. Pene fame, & ſiti inoritur miſera; & cum vexatio ei dare, debebat intellectum ipſa Dei oblita ſævas prorumpit in blaſphemias: & in furorem verſa arrepto gladio tribus latalibus ictibus ſe in pectore confodit: concidenſque præ doloribus manus moribunda exſtendit; ſed quod terribilius fuit demonum legiones intuetur, quorum multitudo ſolarium radiorum excedebat copiam, &c. Damun illa pluſquam miſera obſidione triplici vallata, mortis naturalis, ſpiritualis, & gehennalis, nihil aliud niſi deſperationem, & Dei blaſphemias cogitare valuit: Sed vbi abundavit iniquitas, ſuperabundavit, & gratia: ſolebat enim iuvencula Rosarium orare B. MARIÆ, ex S. Dominici prædicatione, à quo illud dum in vivis eſſet, acceperat (tunc enim iam erat inter Sanctos relatus) ſed adveniente ſæculari potentia Roſarium poſtpoſuerat in voto, & verbo, quamvis in collo, & zona ſemper portaret. Ergo mira res, & vbi plurimum laudanda eſt Dei clementia, & prædicanda ſemper Virgo MARIA. Inſtante mortis articulo terrifico affuit B. Virgo MARIA pulcherrimis tribus comitata puellis, earum conductor cum baculo ſuo B. Dominicus adſtabat legiones tartareas grandibus percutiens ictibus: qui ictuum cœlicorum non ferentes potentiam, advenientibus latiſſimam præbuere viam: Tunc B. MARIA ad Evæ filiam converſa, inquit. O filia, filia mei es oblita, & ecce*

in

in tua miseria, & necessitate tui misericordissimè sum recordata. Dudum tu iuvẽcula me in Rosario meo salutabas monitis singularissimi mei Sponsi, & Prædicatoris Dominici; nunc autem per tempora multa post tergum tuum me proiecisti; sed quia charissimus meorum amicorũ Dominicus pro te oravit, audi nunc vocem meam: si spondes mihi Rosarium recitare meum, & vitam restaurabo tibi, & vniversa, quæ perdidisti, adijciam bona. Tunc moritura, imò moriens, non A
voce, sed mente promittit se, hoc facturam. Mandatque Maria Dominico, vt appropinquans morituræ tangat vulnera: continuo, quæ fuit mortua surrexit sanissima; & tandem tota possessione sibi reddita narrat vniversis Virginis Mariæ, & B. Dominici potẽtiam. Quæ postea tanti fervoris erga Rosarium B. Mariæ exstitit, vt in maximis festivitatibus suis in Palatijs, idem per se ipsum prædicare, & vniversos ad dicendum, hoc hortaretur, & cogeret, pulchra cunctis dans Rosaria. Denique viuens sanctè in posterum glorioſa morte est defuncta, cui glorioſissima Virgo Maria apparuit, cum S. Dominico, qui animam illius ad sydera tulerunt grandi cum cœlestium gaudio. B

Opportunum etiam fuerit exemplum, quod in annuis Societatis anni 1603. Collegij Conimbricensi habetur *de Muliere, quæ scelerum furijs, & desperatione in altum puteum præcipitavit sese, & iam pœne summersa facti pœnitens imploravit auxilium B. Virginis à Lapa, quæ est in Lamacensi agro; cui statim Beatissima Virgo Maria præsto fuit, adeò vt mulier subitò se inde auferri sublimem senserit, & supra putei ostium in tuto collocari:* Ecce tibi, quã securè orent Virginis clientes. *Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque vrgeat supra me puteus os suum.* Psalm 68. C

Psal. 68 E

Tandem verò Mariam derelictos, & dispersos colligentem videris adi Annales Cistercienses, & Cæsarium lib. 7. cap. 9. enarrantem historiam *de misero peccatore, qui moribundus iacẽs, atque sacrilegus, & in potestatem diaboli, iam prope venturus, à Virgine liberatus est, & ad confitenda peccata sua, quam plurimum adiutus.*

Dixerim etiam à Deipara collectum fuisse dispersum, & derelictum illum Novitium Capuccinũ, de quo Boverius in Annalibus anno 1605. num. 34. sic ait: *Novitius quidam in provincia Aquitaniæ matris blanditiis ad seculum regressus, suæ deinde culpæ pœnitens ad Virginem confugit, obtestatus eam, quam longè potentiorem ad se restituendum fatebatur, quam potens fuerat matet carnalis ad cum evellendum meruit à Deipara visitari, & ab ipsa audire, an crederet, id ipsam posse? Quo respondente eam esse Omnipotentissimam.* Redi (*inquit*) Virgo ad Capuccinos; & quæ à me audisti eis narra: illi te recipient. Vive mihi, & Religioni fidelis. *O vtinam omnes salutari huic monito obtemperemus!* Boverius.

EIVSDEM argumenti.

MARIA desperatorum peccatorum Advocata, quæ iam iam desperantes fovet, & à Deo misericordiam eis obtinet.

ADNOTAT. XVIII.

PErsistimus in gratissimo argumento; tam potentis Mariæ patrocinij, & efficacissimæ ad Deum intercessionis, vt pessimos, & contumaces peccatores à castris, & militia Dei errantes, atque dispersos ipsa colligat; & Duci suo restituat: ita quidem Deipara notanter de se ipsa dicebat, Cant. 2. vers. 4. *Ordinavit in me charitatem*: sed observa duo ex Hebræis Codicibus: alterũ Hebræis vocibus benè pensitatis legi posse *insignem fecit*; *sive magnificavit in me charitatem*, vt altioris, scilicet, & perfectioris ordinis MARIÆ, quam cæterorum charitas sit cum misereatur ingratis etiam, & indignis benigna studiositas eius, vt nuper dicebamus. Quod bellissimè expressit S. Agnes, Beatam Brigittam admonens de Mariæ charitate, hunc in modum: *Habuit MARIA latitudi-* 1 Cant. 2. v. 4. Lat. Heb. B. Brig.

nem excedentem, hoc eſt, miſericordiam. Nam ſic pia, & miſericors fuit, & eſt; & maluit omnes tribulationes ſufferre, quàm quòd animæ non redimerentur, nunc autem coniuncta Filio, non obliviſcitur innatæ bonitatis ſuæ, ſed ad omnes exſtendit miſericordiam ſuam, etiam ad peſſimos, vt ſicut Sole illuminantur, & inflammantur cœleſtia, & terreſtria; ſic ex dulcedine MARIÆ, nullus eſt, qui non per eam, ſi petitur, ſentiat pietatem: Hæc apud B. Brigittam lib. 3. Revelat. cap. 30. Ecce tibi inſignem, & magnificatam Deiparæ charitatē, quam explicat B. Amedæus hom. 8. de B. Virgine propoſitum Adnotationis noſtræ titulum firmans, in hūc modum: *Per Matrem Filio, per Virginem reconciliantur Deo vitæ dati, morti penitus ſubtracti. Deſiderium peccatorum peribit; deſiderium verò Beatæ Mariæ perficitur, quando educuntur cottidie vinculati de lacu miſeriæ, & luto fæcis, vt de peccati ergaſtulo, & profundo iniquitatis indulgentiæ dono reſpirant in auras perennis libertatis.* Hæc Amedæus: & eodem ſenſu S. Ephrem ſermon. de Laudibus Virginis, inquiens: *Spes deſperatorum, per te reconciliati ſumus Chriſto Filio tuo. Tu peccatorum, & auxilio deſtitutorum vnica Advocata.* Sic Ephrem.

B. Brig. — B. Amedæus. — S. Ephrē

2 Verum enim verò, quoniam ijs in verbis: *Mariæ excellens, & excedens charitas*, cum Sole componitur: hanc imaginem ab ipſo divino Spiritu per Salomonem depictam videre, fuerit operæpretium: ſic enim ipſe Sapiētiæ 7. verſ. 29. *Eſt enim hæc ſpecioſior Sole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum luci comparata invenitur prior*: Reddit rationem ſtatim Sapiens, cur Deipara ſtellis Soli luci tanto intervallo antecellat, inquiens: *Illi enim ſuccedit nox, ſapientiam autem non vincit malitia*; ac ſi dixerit: eſt quidem pulchra Solis, & Stellarum lux, & œconomia ægris hominibus medicinam, cum luce afferentium; at his multo ſpecioſior MARIA; quippè vt Solis lux à tenebris vincitur, & obſcuratur; ita ab Angelis meſtoribus, & medicis ægroti deſeruntur, quia *ecce ipſi rebelles fuerunt lumini*, Iob. 24. verſ. 13. atque ideò beneficia in ipſos collata; & ſtudium ſanandi eos obſcurantur, dum effectu ſuo fruſtrantur: at enim

Sap. 7. v. 29. — Iob. 24. v. 13.

A B. Virginis charitatis, atque benignitatis lux, adeò peccatorum duritie, & ingratitudine non obſcuratur, vt plus plus in tenebris luceat ad morem, & modum veri Solis iuſtitiæ, de quo hocmet ſenſu, vt alibi obſervo, dixit Ioannes cap. 1. verſ. 5. *Et lux in tenebris* (peccatorum) *lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt*: hoc eſt ſapientiam non vincit malitia: Iam hæc omnia accipe à Sapiente Idiota lib. 1. *de Laudib. Virgin.* Mariæ pulchritudinem, ſic explicante: *Virgo ſua pulchritudine, & dignitate omnem mundi pulchritudinem vincit. Solem, Lunam, & Stellas flore lucis excedit. Neque enim Sol perpetuò nobis ſplendet cum contraria viciſſitudine nox diei ſuccedat, nec ſemper Luna Orbem illuſtrat, cum cœlorum converſione noſter hic mundus certo temporis ſpatio tenebris obvolvatur. Maria verò Sole, & Luna, & aſtris illuſtrior ſuo lumine nulla ſui commutatione, aut viciſſitudine complet, ac ambit omnia, flammis illuſtrat, ac luce veſtit: nec enim illi ſuccedit nox*: Hæc ille: imò verò in tenebris lucet, & ingratis, & indignis miſeretur benigna ſtudioſitas Mariæ: Sapientiam enim non vincit malitia; quippè à tenebris in pugna laceſsita potentius vires ſuas exerit, & ardentius illuminat.

Ioan. 1. v. 5. — Idiota.

Videris quidem miſeros peccatores, iam derelictos, atque diſperſos, apud Ieremiam Threnorum 4. à verſ. 1. *Quomodo obſcuratum eſt, aurum mutatus eſt, color optimus diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum: Filij Sion inclyti amicti auro primo quomodo computati ſunt in vaſa teſta, opus manuum figuli*, & verſ. 8. *Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, & nō ſunt cogniti in plateis*: vbi LXX. repoſuerunt *obtenebrata eſt ſuper fuliginem facies eorum*: Quo magnifico verborū circuitu ille infelicium peccatorum ſtatus, de quibus Paulus ad Epheſios 4. verſ. 18. *Tenebris obſcuratum habentes intellectum alienati à vita Dei per ignorantiam, quæ eſt in illis, propter cæcitatē cordis ipſorum. Qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ in avaritiā*. Ecce facies denigratas in plateis: hoc eſt, vt exponit Richardus, iam afferēdus *in vijs latis vitiorum*, id enim platea denotat. Iam verò cum his

3 Thre. 4. v. 1. — LXX. — Epheſ. 4. v. 18.

Ie-

Ieremia verbis de peccatoribus dispersis in capite omnium platearum, *qui non sunt cogniti in plateis*, acutè componit Richardus à S. Laurentio lib. 12. de Laud. Virg. opportuna verba eiusdē Deiparæ, Ecclesiastici 24. vers. 18. de se dicentis; *Exaltata sum in plateis, sicut cinamomum, & balsamum odorem dedi*, vt in his plateis, quæ ducunt homines ad interitum plantata sit Virgo, vt eruat à morte animas eorum: audi illum, sic ratiocinātem: *Exaltata sum in plateis, in illis, scilicet, qui constituti sunt in latis vijs, quæ ducunt ad mortem, Thre. 4.* nō sunt cogniti in plateis, *ideſt, sunt æternaliter reprobati, quia in plateis huius mūdi.* Hæc Richard. Vbi omninò vides verissimè dicentem B. Brigittam: Deiparam habuisse latitudinem excedentem, ideſt, misericordiam latitudini peccatorum.

Rich. à S. Laur. Eccl. 24 v. 18.

Thre. 4.

3 Placet verò bonam latitudinem cum latitudine malà componere, & præfata Brigittæ verba, *Mariæ latitudinem excedentem*: itidemque *ad omnes extendit misericordiam*: peculiari luce è tenebris educta illustrare: Porrò eruditissimus Theophylus Raynaudus, mihi amicissimus; vt semper fuit Deiparæ studiosissimus, tam diligentem operam navavit in congerendis selectioribus titulis, quibus B. Virgo à Sanctis PP. honestatur; vt non dubitaverit illis hunc adiungere: *latam*, necnon *extensam*: sed è qua pharetra? Audi illum in Nomenclatore Mariano primum de nomine *Lata*: *Hoc nomine Deiparam appellavit Sathan, vt refert Petrus Binsfeldius lib. de Confessione maleficarum, præludio 6. Testatur enim infelicem mulierem è pago Soli Trevirensis seductam à Sathana ad eiurandum Deum, & Deiparam non audivisse à Sathana*: eiura Mariam, sed eiura latam, *quasi* lata *esset proprium Deiparæ nomen*: Pergit de nemine *extensa* in hunc modum: *Idem est, quod Sprengerus in Malleo maleficarum par. 2. quæst. 1. cap. 2. & Stapletonus orat. 1. Academ. testantur, Sathanam, vel ipso Mariæ nomine perculsum vocare Deiparam*: extensam mulierem: *Magos idem facere, nec nisi* latam, & extensam *vocare ait Delrio 2. Mag. q. 4.* Addit Theophylus: solemne id esse Sathanæ, vt nolit esse memor nominis

Theoph. Rayna.

Binsfel.

Spreng.

Staplet.

Delrio.

Theoph.

A proprij Sanctorum per labia sua, sed loco proprij nominis adhiberet circumlocutionem aliquam haud ita remotam à communi sensu, nec difficilè insinuantem personam sanctam, de qua agitur: & sic Ioannem Molinetum in Chronico Belgij anno 1490. scribere, dæmonem non semel expostulasse de Matre misericordiæ; & de gigante pusionis baiulo, ac de turris, & rotæ gestatricibus, à quibus multas sibi animarum manubias iniuria sibi (scilicet) querebantur: primo nomine Deiparam; secundo, B. Chrystophorum, alijs duobus BB. Barbaram, & Catharinā designabant; &c. Concludit Theophylus. *In eventu proposito Sathanas B. Virginem vocavit* Latam, *absque alio addito; quasi id esset proprium ipsius nomen. Quod quorsum à Sathanā factū queri potest. Nam tametsi dæmon est mendacij pater, eo tamen glorioſus est Deiparæ, mendacem deprehendi in eius causa fructificare veritati.*

Molin.

B

C

4 Et quidem cum plures huius appellationis causas Theophylus attulisset, sic tandem, inquit: *Cui verò ista versanti animo, non occurrat verisimillima ratio denominandi Deiparam latam, à charitate cuius est in ea summum decus!* Quod vt probet latitudinem charitatis, ex his Petri Cellensis verbis adornat epist. 3. *O excessus charitatis! ô excedens charitas! sola in omni genere virtutum excedendo non excedis: ascendendo non cornuis, descendendo ascendis: Admodum proprium cohibetur humilitas; terminos suos habet castitas; ad malum non laxamus obedientiæ habenas, ad fines suos, nec extra extenditur largitas; ad fines mendacij non accedit veritas; sic denique, & aliæ virtutes; cursus tantum suos excurrere, sed non transcurrere debent. Constituti sunt eis termini, qui præteriri non poterunt. At charitas vsque ad cœlum, imò, & supra cœlum, veluti, cui lex non est posita consendit. Vsque ad infernum, & etiam in inferno ipso aliquando descendit; amicos amplectitur, nec ab inimicis arcetur*: Deinde verò eamdem latitudinem charitatis adstruit, ex Gregorio homil. 14. in Ezechiel. ad illud: *& mensus est latitudinem ædificij*, sic affirmante. *Nihil enim latius, quam omnes in sinu amoris excipere, & nullas*

D

Petrus Bles.

E

Gregor. Magn.

odij anguſtias ſuſtinere, ſic quippè lata eſt charitas, vt in amplitudine dilectionis ſuæ capere etiam inimicos poſsit. Vnde & præcipitur, Diligite inimicos veſtros, beneſacite his, qui oderunt vos. Ex quibus tandem diſcurſum ſic abſolvit Theophylus: *His ita de Charitatis latitudine conſtitutis perſpicua eſſe debet B. Virginis latitudo, & quàm non mendaciter ſpiritus mendax eam, indigitaverit* latam: *Quam enim lata, & propè immenſa eſt, cuius charitas ad omnes patet, & neminem excludit quantum vis alienum, & inimicum. Habet inimicos B. Virgo omnes Filij hoſtes. Quo enim telo Filium petunt, eodem Matrem Filio coniunctiſsimam violant: itaque inimici Deiparæ ſunt omnes Chriſto rebelles omnes exleges; omnes peccatores. Ijdem tamen beneficia Deiparæ, & profuſam charitatem experiuntur, cum interventu eius exorant veniam, & æterno exitio, quo alioqui involvendi fuiſſent ſubàcuntur. Teſtes Theophylus Oeconomus, Cyprianus Magus, Maria Ægyptiaca, Muſſa puella, apud S. Gregorium 4 Dialogorum cap. 17. & indies innumeri. Quis porrò ægrorum corpore, aut animo ad Deiparam ſupplex acceſsit, & repulſus eſt? An non in ea ſemper omnes egeni, promptuarium patens, vt inde neceſſaria ſibi enuerent, repererunt*: Sic Theophylus, quibus ſubdit: *Nec exſpectat, vt plurimum ad ſe adeuntes, opitulatura dumtaxat, ſi interpelletur, ſed etiam prævenit in maturitate, & ante occupat miſerorum poſtulata, qua flagrat in nos charitate. Poteſt ſanè Deipara iuſtius, quàm Paulus de ſe profiteri*: Os noſtrum patet ad vos, cor noſtrum dilatatum eſt; non anguſtiamini in nobis. Hæc omnia libens trāſcripſi ex optimo Scriptore, quia tum opportuna, & ſalutaria ſunt; & valdè affinia illi Brigittæ ſenſui: tum etiam, quia omninò exprimunt; qua maximè de cauſa de Deipara expoſtulare ſoleat malus dæmon multas ſibi animarum manubias à latitudine, & exſtenſione charitatis ipſius ſibi eripi: cū ipſa peſsimos, contumaces, & deſperatos ſaluti reſtituat: in quem ſenſum vide, vt opportunè Virginem deprecetur S. Theophanes in Menæis die 20. Ianuar. in Cathiſmate Virginali poſt Ode. 3. *Abiectam animam meam, ò Virgo, quæ nunc in vitæ huius ægritudinum ſalo, abſque gubernatore iactatur, iamque mergi fluctibus capit, inundantibus peccatorū oneribus inferior facta; inferni iam fundo propinquam antequam pereat tua celeti ſerenitate celeriter præveni. Votis enim meis ad te, tanquam portum accurro: ſer, obſecro, auxilium mihi*: Hæc S. Theophanes.

Theop.

S. Greg.

S. Theophan.

Iam in præfatis Canticorum Verbis; illud alterum, quod obtulimus obſerva, vocē, quæ reſpondet *charitati* Hebraicè eſſe *vexillum*, ac proinde commodè transferri hæc verba: *Erexit ſive magnificavit ſuper me vexillū*: & ſenſum eſſe Deiparam pro vexillo poſitam eſſe à Magno belli Duce, non tantum vt ſtrenuos milites dirigat; & ornet, ſed etiam ſignatè, vt diſperſos, & aberrantes è prælio colligat, & in aciem revocet? Nimirum is, omninò vexillorū (vt qui de re militari libros conſcripſere dicūt) vſus fuit, vt cum commiſſo prælio militum ordinibus turbatis, ij qui hoſtium impetu profligati hac illac pallantes aberrabant; illud tandem haberent profugium, vt ad propria vexilla reſpicientes; ſub illis ſeſe tutò recipere poſſent, ne funditus perirent: Sic namque Vegetius rei militaris ſummus Doctor lib. 2. de re militari cap. 13. *Antiqui, quia ſciebant in acie commiſſo prælio celeriter ordines, acieſque turbari, ne id poſſet accidere cohortes in centurias diviſerunt, & ſingulis centurijs ſingula vexilla conſtituerunt, ita vt ex qua cohorte, vel cotta centuria eſſet, in illo vexillo litteris eſſet adſcriptū, quod legentes, vel intuentes milites in quovis tumultu à contubernalibus ſuis abeſſe non poſſent*: Sed enim, vt hæc opportunè Virgini aptavero, demiò premere eſt opus verbum *magnificare*, ſive hunc dicendi modum: *Magnificavit ſuper me vexillum*: eo ſiquidem innuit Deipara: vexillum ſuum ſalutis tandem eſſe perfugium iis, qui ab aliis vexillis infeliciter aberraverunt: id enim ſanè eſt; *magnificare*, exſtendere, ſcilicet, & dilatare ſalutis, & ſecuritatis viam, & novum miſericordiæ vexillum erigere. *dux fœmina facti*: Bonaventura diſſertiſsimè affirmāte in Speculo cap. 5. *Gratia enim Mariæ colligit malos, impinguat bonos, liberat vniverſos, colligit à culpa, impinguat gratia, liberat à morte æterna.*

Bonavē.

6 Vt verò hæc cogitatio vndequaque subsistat, vide communia nostræ salutis vexilla, Christi nomine inscripta in eodem Canticorum libro dicente Sponsa: *Dilectus meus candidus, & rubicundus electus ex millibus*: vbi in textu Hebræo pro voce electus est eadem vox, quanunc Mariæ vexillum adornamus: vndè opportunè legeris, *vexillatus*, sive *vexilliser præ millibus*, Cant. 5. vers. 10. sive vt habet Lectio Tigurina. *Sub vexillis suis decem millia*: iam de Ducis nostri nomine in his vexillis adscripta, sic inquit Petrus Actuum 10. vers. 43. *Non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri*: vt nimirum Christi militibus sub signis eius militantibus certa *salus, vita, & resurrectio sit*: Sive dum legitimè certantes à vexellis non recedunt, sive dum malo fato ab illis impetu hostium distracti, denuò ad ea per pœnitentiam redeunt: *Remissionem peccatorum accipientes in nomine eius*, vt indidem dicitur. At, ò malum permulti (nam *stultorum infinitus est numerus*, Eccles. 1. vers. 15.) commisso prælio, non modo militiæ ordinem, & salutis vexilla deserunt, sed in ipsas etiam hostium turmas altè penetrant, quin ad propria signa velint respicere, aut suæ salutis memores esse velint; illi videlicet, quibus Angeli medici sub magno Medico dicebant *derelinquamus eam*: aut quos tanquam steriles, & vacuas spicas præteribant: His sanè his desertoribus, militibus, cōtumacibus, desperatis benignissima studiositas benefaciendi Mariæ magnificavit vexillum, vt ad illud tandem respicientes salvi fiant, nec deinceps aberrent. Pulchrè id ob oculos nobis ponente Richardo à S. Laurentio lib. 1. de Laudib. Virgin. cap. 2. hunc in modum: *Non est enim in aliquo alio nomine post nomen Filij, tam potens adiutorium, nec est aliquod nomen sub cœlo datum hominibus post dulce nomen IESV, ex quo tanta salus refundatur hominibus*: Ita ille: & eodem ductu Bonavent. præfato loco ex Bernardo, inquit: *Et ideò benè B. Bernardus ait Maria, tu peccatorem toti mundo despectum materno affectu complecteris, foves, nec deseris, quousque horrendo Iudici miserum reconcilies*: ipsa verò Deipara opportunissimè apud B. Brigittam lib. 6. Revelat. cap. 10. sic vexillum suum magnificabat: *Nullus est ita alienatus à Deo (nisi omninò fuerit maledictus) qui si me invocaverit, non revertatur ad Dominum, & habebit Misericordiam*: sic Deipara: observa Verbum *revertatur*, quasi profugus à vexillis, & ad ipsa reversus.

Cant. 5. v. 10.

Act. 10. v. 43.

Eccles. 5 v. 15.

Rich. à S. Laur.

Bonav. Bernar.

B Brig.

7 Huc maximè facit, quod in superioribus adstruximus Deiparam Dei efficaciam esse; dicebat quidem Salomon Sapientiæ 7. vers. 25. de Dei Sapientia, *vapor est enim virtutis Dei*: sive vt græcè habetur, *energia est virtutis Dei*, & verò, dum hac verba de Dei Filio antiquiores PP. Augustinus, Origenes, & alij accipiunt; recentiores verò plerique de Deipara interpretātur; duplicatam vaporis proprietatē, & conditionem meritò inter Filium, & Matrem partiemur: vt hac vaporis imagine æquè delineentur ad vivum peccatores ob duritiem, & impœnitens cor, à Deo primū derelicti, subinde verò ijmet Deiparæ precibus, & intercessione ad bonam frugem conversi: Nam vt ea est vaporis natura, vt terram, & infima loca gravia, tanquā à vaporis subtilitate aliena, & indigna deserat, vt sursum elevetur, ita quidem Divina Sapientia terrena hominum corda cœlesti suarum inspirationū imbri non obsequentia optimo merito derelinquit, vti dicebat Paulus, *terra sæpè venientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunā illis à quibus colitur, accipit benidictionem à Deo, proferens autem spinas, & tribulos reproba est, & maledicto proxima*: Sed enim si rursus vaporis naturam consideres: videris ipsum postquam ad superna elevatus terram deseruit; semel, & iterum in aquarum imbrem dilapsum, ad eumdem locum, vnde discessit, redire: ad quem sanè modum, cum Divina Sapientia vapor; itidemque Deipara vapor sit; non importunè dixeris, Deum terrenos, & contumaces peccatores; tanquam vapor, qui ab arida, & infæcunda terra abscedit; iustè derelinquere; sed, quæ mira ipsius benignitas, & humanitas est, denuò Deiparæ intercessione commotus; maiori impetu, & energia ad felicia germina proferenda descendere; quippè Maria va

Sap. 7. v. 25.

Augus. Origen.

Heb. 6. v. 8.

por etiam, & energia divinæ virtutis eſt. Partiuntur ergo vaporis naturam Dei iuſtitia, & Mariæ miſericordia, vt illa peccatores deſerat, hæc foveat, illa ab ipſis iuſtè diſcedat, hæc iſtum met cœleſtem imbrem divino lapſu animas fœcundantem iterum illis reducat: & deſperatis ægris, & ad certum naufragium euntibus ſalus portus, & vita ſit: ſic Bonaventura in Hymno, *Te Matrem Dei laudamus* dicebat: *Tu ſalus te invocantium; portus naufragantium, Miſerorum ſolatium, pereuntium refugium*: Sic etiam S. Sabbas in Menæis die 31. Ianuarij in veſperis de S. Cyro Deiparam exorabat: *Ego ſum in frugifera arbor à frugibus ſalutiferis inops. Vnde eſt profecto cur metuam, ne aliquando exciſſus in ignem, qui exſtingui non poteſt, conijciar miſer. Proinde ſupplex adgenua tua procumbo, vt ab hoc me igne defendas, atque per tuas ad Filium preces vim mihi frugiferam impetres*: ita ille: opportuniſsimè verò S. Theophanes in Menæis die 17. Ianuarij in Cathiſmate Virginali eodem ductu: *Vt in culpatiſsima Conditoris Sponſa, vt nunquam virum experta Conditoris Mater, vt denique Paracleti diverſorium, me, qui ſum turpe iniquitatis habitaculum, & diabolorum ludibrium; atque in deſperato animæ ſtatu conſtitutus, me inquam celeriter ex his dæmonum machinationibus erue, vnaque vt ſim illuſtre virtutis domicilium effice*: Hæc ille, & alia alibi appingenda.

S. Sabb.

S. Theo.

EXEMPLA.

De Maria liberatrice à ſpiritu nequam deſperationis.

CVM nobis plura cœleſtis patrocinij documenta Sacra Domus Lauretana bono Scriptore Horatio Turſellino nobis præbeat; illud inter egregia eſt, quod ipſe lib. 3. cap. 32. de quodam adoleſcente à deſperationis diſcrimine, ac dæmonum moleſtia à Deipara liberato, ſic ſcribit: *Iuvenis in luxum, & ea quæ luxum ſequuntur effuſus, brevi opes paternas in flagitia, ac dedecora vitæ abſumpſerat. Quare propter nequitiam, atque improbitatem, non tantum hominibus, ſed etiam ludibrio erat dæmonibus, quorum horribiles ei facies occurrebant, quæ contemptim illum velut mancipium ſuum accipiebant plagis, ſubinde etiam indignis eum terricantes modis, vt in deſperationẽ eum præcipitem agerent; itaque miſer vndique malis oppreſſus propè iam deſperatione torpebat: cum æſtuanti, circumſpectanti que cœleſte auxilium Lauretanæ Virginis, de cuius vi, ac benignitate mira multa audierat memoria occurrit, igitur impuræ vitæ pœnitentia eum cœpit, Deiparam invocat, & per eam Deũ placare ſtudet; at dæmones verberibus minas miſcentes à pio propoſito hominẽ abſterrere conabantur. Cæterùm adoleſcens Deiparæ tutella fretus animo, & corpore proſtratus adverſus infernas belvas eius præſidium invocare inſtitit cogitans, vt miſerrimæ ſervitutis iugum ab ſuis convicibus aliquando depelleret, quo Lauretum ire, & expiatis per confeſsionem animi ſordibus meritas Liberatrici ſuæ gratias agere poſſet. Ex templo Divina vis oblata ſpe cœleſtis auxilij ſupplicem illum ingenti gaudio complevit, importunos dæmones procul abegit: auditæ frementium voces: nihil ſe poſſe contra Mariam: Ergo ille præ gaudio vix ſui compos impigrè Lauretum, vti voverat, tendit: ibi omnibus vitæ maculis confeſſione ſacra elutis Deo, ac B. Virgini gratias impersè agit: nonnullis Sacerdotibus cœleſte beneficium lætus narrat.*

Hiſtoria huic omninò perſimilis refertur ad hunc modum in annuis Societatis anno 1614. *Namurci adoleſcens optimo loco natus patrimonio deperdito perludum, & ganeam ad ſubſidium dæmonis, & magorum recurrit: Ab iis in ſylvarum abdita deductus ſuadetur Numen execrari, obtineturque: ſed Beatam Virginem execrari noluit. In tam facinoroſo homine placuit Deo ea in Beatam Virginem voluntas, vnde ab ea exorari ſe paſſus eſt, vt reſipiſcenti condonaret; imo, vt etiam priſtinas rei familiaris copias reſarciret.*

Sed enim, vt bonæ Matris egregium documentum erga malos filios perfectè calleas, alium iuvenem præfatis conſimilẽ in luxu, & ys quæ luxum ſequuntur: Sed in exitu omninò abſimilem audi, ſic referente, Corn. Tacito lib. 6. Annal.

Cornelio Tacito.

Iisdem diebus Sextus Papinius Consulari familia repentinum, & informem exitum delegit, iacto in præceps corpore: causa ad matrem referebatur, quæ pridem repudiata assentationibus, atque luxu pepulisset iuvenē ad ea, quorum effugium, nō nisi morte invenerit: *O iuvenem infelicem! qui Deiparam pro Matre non habuit; cuius ope luxus maculas elueret, & liberà malis quibus opprimebatur, & Deum placatum habens desperationis præcipitium evaderet.*

Illud verò pro patrocinio Deiparæ contra spiritum nequam desperationis egregium exemplum est, quod de B. Alano de Rupe in eius libro citata Apologia 10. refertur: Etenim cum ibi primum Auctor dixisset: *Psalterium Mariæ sedula devotione cottidiana Deo per Advocatam Dei Matrem Mariam offerre diu consuevit, quo à tentationibus diaboli, carnis, ac mundi liberatus, vel immunem ab ijs, aut securam Deo vitam in suæ vocationis exigeret instituto*: Subijcit. *Et quidem à quibusdam est liberatus, verum aliarum permolesta importunitate eo vehementiore pugnisque sævioribus afflictus fuit, & debuit conflictari. Nam Deo sic permittente (vtis, qui solus potest, facere detentatione proventum, quem experta de in Ecclesia cognovit, hodieque sentit) ecce septem ipsos annos à diabolo fuit crudelissimè tentatus, verberibus contusus, & flagris diriter vapulavit: adeoque sæva fuerunt subinde verba, vt ipsi vitam sæpius exstorsissent, aut eum ad desperationem adegissent, nisi Alma Dei Virgo miserata, sic afflicto quandoque opem tulisset, ac medicinam. Quodque amplius tanta vi occulta, impetuque, tortore sæpius exagitabatur à desperationis spiritu nequā ad mortem sibi ipsi violenter manibus illatis consciscendam, vt dudum ferro animam, cum sanguine hausisset, aut quo aliocumque necis genere vitam proiecisset; idque semel decretissima desperatione steterat animo in ipso quodam sacri ordinis sui templo, nisi visibilissimè S. Maria eum servasset ex improviso apparens dissipatrix tentationis.* Pergit multis in hanc rem; quibus refert, & plura Alani verba in desperationem prona, & suavissimam Dei genitricis gratiam; qua dulcissimo ore tantum, non dicens. O Alane, si quid ego adiuto, curam ve levasso, quæ non te coquit, & versat in corde fixa ecquid erit præmij? *Eam statim offensis divinis uberibus consolationem ei adhibuit, vt repletus ab uberibus consolationis eius in novam vitam revixisse visus fuerit.*

Recentius illud exemplum est, quod refert Bentius in Annuis Societatis de rebus Collegij Taurinensis, hunc in modum: *Iuvenis quidam ex eorum genere, qui arte, & manu vitam propagant, relicta patria diu fuerat in hac vebe Taurinensi, subit posteà cogitatio patris, redit in patriam cum pecuniola, quam collegerat. Quantum spes hominum fallit! hanc in itinere amisit furto, & illum offendit ereptum mortem. Non tulit dolorem iuvenis, in furorem vertitur, veluti captus animi diabolum invocare ei dedere se, nec alium dominum velle. Nec frustra ille passus est invocari, addidit se comitem misero, eius, quacumque ingrederetur, persequens vestigia, nisi quod vbi plures essent, nemini se dabat videndum, quod si interdum pons transeundus, aut mons præruptus suadebat, vt se illac præcipitem daret, amæna inferius vireta, & vernantia floribus prata ostentans, & semel quidem proiecit se ille è ponte Calerij montis in Padum, vnde ægrè exstractus multorum accursu Ex eo tempore periculum in consilium vertit; timere cæpit insidias dæmonis, & ad Beatissimæ Virginis patrocinium confugere; sed cum rursus esset iter facturus arreptus à dæmone per tria passuum millia asportatus est in sylvam vastæ solitudinis. Obtulit se statim matrona eximiæ pulchritudinis veste cæruleâ, quæ cum pro imperio arcuisset diabolum, manuprehensum duxit iuvenem in sacellum dicatum Mariæ Virgini ab eo loco non procul: vbi quotiescumque illa transiret, fundere solebat preces iuvenis, vt se Deiparæ commendaret. Hic conversa ad iuvenem præ admiratione, & metu vix compotem sui, quod sese inferno hosti dedisset, increpat vehementer, confessionem imperat, proque admisso scelere pœnitentiam septem annorum: id si faciat, ei semper placatam se, ac propitiam futuram. Redit Taurinum, quæ sibi acciderant, animo cogitans, statimque ex officina ad nostros confessionem exorsurum tantus pavor, tremorque omnium membrorum cæpit, vt confuso ore, anhelo pectore, arctatis faucibus, sudore perfuso per totum corpus*

Bentius.

his-

hiſcere non poſſet. Confirmat hominem Sacerdos, & ſi ipſe quoque non omninò expers timoris ſignum Crucis digito pingens in fronte, & res agebatur multis ſpectantibus. Tunc miſer ille ſe ex eius conſpectu proripere moliens, retentus primum, deinde abductus ſecretum, poſtremo ſolutus animo, ac liber dimiſſus eſt. Quod cum per ſeptem continuos dies feciſſet, præſenti Virginis tutela elatus ad iuſtam fiduciam ſui, ita contempſit diabolum, vt ab eo deinceps, nec occulta fuerit tentatione vlla, nec obiecta mercatoris eum ad ſibi ſerviendum mercede invitantis ſpecie deceptus: & nunc profectus Taurino ſervitum aliquo ſeptennium in templo beatæ Virgini coniurato.

Perſimile, & illud idemmet Auctor in hiſtoria Collegij Bracarenſi adductus à P. Ioanne Bonifacio lib. 4. de hiſtoria virginali, his verbis: *Præcipuo, quodam ſtudio quidam, & ardore amoris in Deiparam ferebatur, & ſeſe ac ſua tradiderat in manum; hanc cogitare, hanc invocare, hanc patronam, hanc præſidem, hanc matrem poſcere in rebus dubijs ſolebat. Felix ſi perpetuam hanc mē tem, vt ei placeret, quam delegerat, nulla infuſcatam labe criminum puram, atque integram ſervaviſſet; ſed invidit dæmon; mentem miſer, & corpus polluit. Sæpè autem fit, vt cuius gravitatem ſceleris non advertunt homines, cum patrant, tū denique advertant, cum reprehendi magis, quam corrigi poteſt, vt quorumdam anguini morſus veneno ſe prius produnt, quam ictu; perpetrato ſcelere pudor ſubijt, & infamiæ metus; itaque hominum veritus exiſtimationem, vt conſpectum fugeret multitudinis, voluntarium exſilium conſciſcit. Oppreſſit nox invaſta ſolitudine iter facientem: Nam vt erat occupatus ægritudine animus, non intellexit deficientem Solem, niſi vbi nigræ tenebræ terram operuiſſent. Igitur cum liberiorem pœnitentiam locus, ac tempus daret, poſtquam diu dolori, & lachrymis indulſit, cur (inquit) miſeram vitam ago? Cur latebras infelix, & fugæ ſolitudinem capto? certè vt omnes lateam, me ipſum nunquam latebo. Quoquo fugiam, me porto, reus idem, & carnifex; ego mihi æternum ſupplicium ero. Ergo conſtituit ſe in fluvium dare, qua erat tranſiturus. Huc magna celeritate contendit, quaſi ad remedium mali: Vt acceſſit, conſtitit aliquantiſper, haud crede deliberabundus, iam enim ſteterat mori, ſed vi quadam tacita naturæ; tum ſceleris à Deo veniam petit, & in extrema vota, eius parentem ſuam Dominam vocat, vt famulo velit adeſſe, quem inundantium æſtu cogitationum, ſic pœnitentiæ fluctus agitaret, vt vltimis immergeret ſupplicijs. Quis neget cœli Reginam ſuis famulis adeſſe? occupat pæne orantium preces. Vix ediderat voces vltimas; cum Matronam videt inſignis pulchritudinis ſupra humanum modum: & ad eum: Bonum animum ſume, audacter me ſequere: hæc effata fluvium ingreditur; quod ille cum facit parens dicto, miratur, quaſi marmor ſubtratum pedibus, & hinc, atque illinc liquidas diſceſſiſſe vndas, non aliter, ac ſi parietis faciem referrent; ita adverſam ripam incolumis penetravit. Nec tamen à Comite deſeritur antequam ventum eſſet ad ædiculam vrbi propinquam: tunc enim eum admonet, vt ad bonam mentē, & ad oppidum redeat, mox puro ſeſe inſinuans cœlo clariſsima luce pulcherrimā faciem abſcondit.*

Iam perſimile Deiparæ auxilium infelici fœminæ in deſperationem prolapſæ, ſic refert P. Ioannes Antonius Valtrinus in Annalibus anno 1582. his verbis: *Mulier quædam, ſatis illa quidem erga res ſpirituales affecta, cum in neſcio quod peccatum eſſet prolapſa, ita triſtitia, & pudore ſe opprimi paſſa eſt, vt id nunquam confiteri auderet; tandem ex ægritudine deſperatio concepta ſuſpendio moleſtias finire conſtituit. Hæc igitur meditanti, & laqueum vnde ſe ſuſpenderet paranti Beata Virgo apparuit, quæ mulierem, filiæ etiam nomine primum compellans, molliùs accuſavit, quod priſtinæ erga ſe, filiumque ſuum pietatis oblita in exitium rueret voluntarium. Deinde graviter increpavit de peccato illo in confeſsione occultato; neque enim aliter in ipſam, eam dæmonem poteſtatem fuiſſe habiturum. Denique laqueo è collo detracto iuſsit cuidam de noſtris Sacerdoti, quem nominatim deſignavit, peccata omnia confiteri. Mulier beatæ Virginis beneficium agnoſcens, ſtatim ad confeſsionem venit, atque in vita laudabili perſeveravit.*

Sed & Margarita Virgo Iprenſis, Ordinis S. Dominici Tertiaria, quæ viginti & vnū omninò annos habens diem clauſit vltimum; & conſummata in brevi explevit tempora multa:

mul-

multaque à Deipara accepit beneficia: *Inter quæ illud est singulare, quo cum aliquando vehemente quadam desperationis tentatione pulsaretur post lachrymas, & suspiria, trium dierum meruit a B. Virgine sensibiliter in pectore tangi, cum hac verborum apostrophe. Sano te in animo, & corpore: & scito tibi à Filio meo dimissa esse peccata: Sic ibi*: Felix Virgo, quæ à Virgine Virginum talia audire meruit, sed felicissima, quæ vicinissima morti, non ante exspiravit, quam visibili Christi, ac Deiparæ præsentia iucundè potiretur: Videsis Thomam Cantiprat. in vita Margaritæ, & Hyacinthum choquetium in Sanctis Belgis.

Thom. Cant.

In annuis Societatis anni 1641. de Collegio Boni aëris, sic habetur. *Indus solitus B. Virginem cottidie ad dimensum peccatoriæ coronæ devotè salutare, servatus est à suspendio, quo se ipsum desperabundus, iam alligaverat; deturbatus enim ex ferali ligno vi quadam secreta B. Virginem, & vidit, & hortantem audivit, ne se denceps isto malorum compendio necteret, sed sanctius vitam ex Dei nutu, & auxilio duceret. Sed & Cortraci (ut habent annuæ 1604.) desperanti, ac mortem sibi præparanti puellæ ob celatum in confessione scelus, Deipara apparuit, & dum blandè consolatur, ad spem reducit, frugemque meliorem*: Vt iam omninò videris, quàm merito Deipara à S. Ephrem, & portus naufragantium, & spes desperatorum appelletur.

(*)

MARIAM adeò potentem apud Deum hominum Advocatam esse; vt pro eorum salute, & conversione ad pœnitentiam, miracula, & prodigia frequenter faciat.

ADNOTATIO XIX.

ADduximus in præcedentibus adnotationibus pro strenuissima Deiparæ in suos charitate, & indulgentia præparatis illis auxilia gratiæ opportuna quibus, & in via salutis subsistant, & magnos progressus faciant egregia illa Salomonis verba de divina Sapientia Deiparæ à Richardo de S. Laurentio accommodata: *Vapor est virtutis Dei, & emanatio quædam est claritatis Omnipotentis Dei sincera: Speculum sine macula, & imago bonitatis illius*: quæ ex Græcâ Lectione, & PP. reddebamus in præced. adnot. *Speculum Dei energiæ, & inoperationis*. Sapient 7. vers. 25. Maximè verò ex accurato examine verbi Græci *energeo* ab optimo Græcæ linguæ auctore Scapula observato in thesauro Græco: quippè ipse ex Chrysostomo affirmat, propriè significare: *Miracula, sive prodigia facere*: quippè ex hac observatione habemus; à Maria divina humani generis Advocata, non ea solùm dona hominibus advenire, quæ Deus generali bonitatis suæ lege, sive cõmuni, & frequenti stylo in tempore disponit; sed illa etiam, quæ extensa, & dilatata potẽtia præter rerum ordinem in salutem hominum ab ipso patrantur, quæ iure miracula, & prodigia divinæ gratiæ dixeris: Et verò vt id in infinitis Dei miraculis commodissimè dicatur locum habere; cum suffragantibus Mariæ precibus caci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, toto corpore ægri ab omni morbo curãtur; fœda membrorum facies

Rich. à S. Laur.

Græcâ Lectio:

Sap. 7. v. 25. Scapul.

corrigitur; innocentes à laqueo extrahuntur, & qui naufragi, & qui rerum omnium egeni, & qui orbi, & qui ſpoliati, & qui circũventi, & qui falſo delati, & qui compedibus vincti, & qui ergaſtulo mancipati, & qui tandẽ in hoc ærumnarum, & miſeriarum Oceano decumanis calamitatum fluctibus cõcutiuntur, incolumes emergunt, inconcuſsi evadunt, fortunas recipiunt, bonis ditantur, beantur prole, victoria potiuntur, adverſarios ſubigunt, quæ Deiparæ ope interveniente omni die, omni hora evenire videmus, quodque inferius longo, quamvis impari ſermone proſequimur, & ſingillatim recenſemus: modo autem ad ea potius miracula, quæ potiora quidem, & maiora ſunt placet referre; cum ad potentiſsimas Deiparæ preces in peccatoribus immenſo criminum pondere preſsis: *Deus operatur velle, & perficere pro bona voluntate*, iuxtà pulchram illam Bonaventuræ ſententiam in Speculo Virginis cap. 8. cuius in ſuperioribus meminimus: *Ecce Maria, quantus Dominus eſt, qui potentiſsimus Dominus eſt, qui tecum eſt, & quia Deus potentiſsimus potentiſsimè tecum eſt: ideò tu es potentiſsima ſecum*: Quid enim miraculoſius? quid prodigioſius? aut quid quod Dei potentiã potentiſsimè operantis adeò exprimat; quam homines heri intueri omnium turpitudinum ſordibus maculatos; & in limo profundi infixos hodie Mariæ energia, & efficacitate turpiſsimum mundi, & dæmonis iugum excutientes, & è nolentibus volentes facti, virtutis ſemitam alacriter arripere, & ſobrior, pudicos, patiẽtes, miſericordes, probos, & egregios Dei cultores evadere, quod Deus in Mariæ energia benigniori oculo ipſos reſpiciens fortiter, & ſuaviter permoveat: opportune hæc omnia firmante Anſelmo citato à S. Antonino multumque laudato part. 4. titulo 15. cap. 14. §. 7. hunc in modũ. *Vt impoſsibile eſt, quod illi, à quibus Virgo Maria oculos miſericordiæ ſuæ avertit, ſalventur; ita neceſſarium, quod hi, ad quos convertit oculos ſuos, pro eis advocans, iuſtificentur, & glorificentur*: Sic ille: Notetur illa locutio: *Ita neceſſarium*; quam, & ſi in Theologicas doctrinas intuear, adeò non horreo, vt ipſam potius libenter exoſculer: Quod ſi inquiras, quo ſenſu dici poſſit *neceſſarium*, vt à Mariæ ope peccatores iuſtificentur? num ipſa divinæ, aut humanæ voluntati neceſsitatem, & vim inferre valet? facilis eſt ex dictis reſponſio: Quod cum Dominus potentiſsimus potentiſsimè cum ipſa ſit: facilè erit *in oculis eius ſubitò honeſtare pauperem*, Eccleſiaſtici 11. vers. 23. Et cor lapideum ab ipſo extrahare, & cum molli carneo, & in omne opus prono commutare.

Inflexerunt in hunc ſenſum Hugo Cardinalis, & Richardus à S. Laurentio verba Pſalmi 109. vers. 3. *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuorum* capientes hac *Virgam virtutis* de B. Maria: Sed obſerva primum à Hieronymo, & ab aliis pro virgam *virtutis tuæ* transferri: *virgam potentiæ tuæ, fortitudinis tuæ*, vt exprimant Bonaventuram dicentem Dominum potentiſsimum; cum Maria potentiſsimè eſſe; atque in ſalutem hominum potentiſsimè operari. Iam audi Richardum lib. 12 qui citãs ea verba ait. *Quod ſic exponitur O Chriſte! Dominus, ideſt, Pater mittet* Virgam virtutis ſuæ, *ideſt, Mariam, in qua, & per quam multis modis manifeſtabitur virtus tua, per eam enim fecit Dominus in populis virtutem ſuam, & redemit in brachio ſuo populum ſuum, Pſalm. 76.* Pergit Richardus. *Et nota: quod virtus Dei dicitur triplex: potentia Dei: miſericordia Dei, virtus à Deo infuſa*: Hæc ille: quod per Deiparam multis modis manifeſtetur potẽtia, & miſericordia Dei, dum virtutẽ, & gratiam ſuam peccatoribus infundit: Quæ appoſitè ſtatim diffundit Richardus referens potentiam Dei ad indulgẽtiam, in qua ipſa maximè manifeſtatur iuxtà Eccleſiæ ſenſum orãtis, Deus, *qui omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miſerando manifeſtas*. Subdit verò ſtatim: *Secundum hoc Maria virga virtutis, quia in ipſa fecit nobis miſericordiam ſuam ſumendo carnem ex ea, in qua pro nobis mortuus eſt: dando etiam Mariam nobis in Advocatam, & Matrem miſericordiæ, ad impetrandum nobis miſericordiam*: Vnde poſt nonnulla explicans ea verba, *dominare in medio inimicorum tuorum*: appoſitè cõcludit: *Ideſt, dominaberis in nocte inimi-*

Bonav.

Anſelm. S. Anto.

Anſelm. S. Anto.

2

Rich. à S. Laur. Pſ. 109.

Hieron.

Rich. à S. Laur.

Pſ. 76.

micorum tuorum, eos per Mariam convertendo ad iuſtitiam, vt patet in Theophylo (de quo nobis in ſeqq. grandis ſermo eſt.) Hæc Richardus.

3 Sed pro inſtituto, quod ex Verbo Græco *energeo* ſignificante miracula facere, perſequimur; illud eſt opportuniſsimum, quod MARIA à PP. ſignatè verò ab eodem Richardo libro 12. de Laudibus Virginis, cum virga Moyſis, in qua exquiſita ipſe prodigia, & miracula fecit in Ægypto: iuſta ſimilitudine componitur: Audi Richardum: *De hac virga præcepit Dominus Moyſi, Exod.* 4. Virgam iſtam ſumes in manu tua, in qua facturus es ſigna. *Hæc igitur virga verſa in colubrum dracones Ægyptiorum devoravit: quia B. Virgo ore aperto ad Filium exorandum devorat, & annihilat ſerpentes, ideſt, aſtutias dæmonum, & tentationum animas venenantes: vnde dictum eſt ſerpenti,* ipſa conteret caput tuum, *Geneſ.* 3. Ita ille; & poſt pauca eodem ſenſu. *Hac virga percuſsit Moyſes aquam fluminis coram Pharaone, & ſervis eius, & verſa eſt aqua in ſanguinem, & piſces, qui erant in flumine mortui ſunt, Exod.* 7. *Similiter, & MARIA precibus ſuis, meritis, & exemplis, converſis peccatoribus, & maximè dilectoribus ſuis mundanas, & carnales delectationes, quæ citò præterfluunt vt aqua, convertit in abominationem, & amaritudinem, quaſi in ſanguinem, quem nemo poteſt bibere, & ſic moriuntur piſces fluviales, ideſt, vanæ curioſitates.* Sic Richardus: & quidem rectè MARIAM facientem ea ſigna, & prodigia contemplatur, quæ multo mirabiliora; quam Ægypti prodigia ſunt: Quod enim prodigium, aut miraculum maius; quam hominem fera feriorum; & bruto magis brutum, deteſtabiliorem, peiorem, manſuefacere, humanum, pium, & religioſum reddere? audi Auguſtinum de peccatore, ſic loquentem homil. 19. in Geneſ. *Tam efferus eſt, & pecuinus homo, qui in peccatum declinavit. Nam ſicut magnum eſt, & venerandum ratione hoc animal, & maximè quando in virtutis viam contendit, ita quando in malum declinat truculentarum beſtiarum imitatur crudelitatem. Quin & cum feroces earum mores aſſumpſerit, quamvis rationale, & manſuetum animal ſit, multò tamen nominibus illarum ſuperat ferociam.* Sic ille: Ergo cum primum hunc hominem, non hominem, ſed feris ferociorem, & Deo, ac virtuti mortuum, deinde à Deipara, non modo ſanæ menti redditum, ſed etiam virtutis tenacem, & cunctis Dei mandatis inhærentem vides, quid ni dixeris maius, hoc exſtitiſſe miraculum, quam mortuum ad vitam revocatum: audi Gregorium Magnum libro 3. dialog. capite 17. *Si inviſibilia penſamus, conſtat, quia maius eſt miraculum prædicationis Verbo, atque orationis ſolatio peccatorem convertere, quam carne mortuum reſuſcitare; in iſto enim reſuſcitatur caro iterum moritura, in illo vero anima in æternum victura:* Pergit multis, ſed ad rem S Petrus Damian. ſerm. in Aſſumptione Virginis, inquiens: *Hæc eſt illa virga, qua retunduntur impetus adverſantium dæmonum. Virga Aaron per quam fiunt ſigna, & mirabilia. In Virgine virga, & baculo Cruce miſerorum ſpes, & conſolatio continetur, ſicut ſublimis Propheta declarat, Pſalm.* 22. Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.

4 Ex his quidem MARIA, quæ ſtella eſt, duce lumen habemus, vt duo Evangeliſtarum teſtimonia, quæ non leviter inter ſe pugnare videntur opportunè componamus. Nimirum cum Dominus diſcipulos ad prædicandum miſit ſuprema illa auctoritate inſtructos *infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones eijcite*, Matthæi 10. verſ. 8. ſic ipſis præcepiſſe, ſubdit ſtatim Matthæus, & ſimiliter Lucas capite 9. verſ. 3. *Nolite poſsidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris, neque peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam*: vbi vides prohibitam Apoſtolis in via virgam: cum tamen Marcus capite 6. verſ. 8. illis, tunc fuiſſe permiſam, ſic diſſertè affirmet. *Præcepit eis, ne quid tollerent in via niſi Virgam tantum*: Quod quidem dum non leve negotium faceſsit expoſitoribus: ſic cum Auguſtino libro primo de conſenſu Evangel. hunc nodum extricant, vt virga non ſub eadem ſignificatione, apud hoſce

Rich. à S. Laur. *Exod.* 4. *Geneſ.* 3. *Exod.* 7. *Auguſt.* *Gregor. Magn.* *S. Petr. Dam.* *Pſal.* 22 *Mat.* 10. v. 8. & 9. *Luc.* 9. v. 3. v *Marc* 6. 8.

Evangeliſtas accipiatur : ſed apud Matthæum, & Lucam in propria apud Marcum verò in metaphorica ſignificatione: de quo ita ſcribit P. Maldonatus in locum Matthæi: *Matthæus dicit Chriſtum vetuiſſe, ne virgam ferrent Marcus verò conceſiſſe: vbi omnes interpretationes eo tendunt, vt non eadem de Virga ſignificatione loquatur vterque Evangeliſta, ſed Matthæus quidem de propria, Marcus de metaphorica, ſive pro poteſtate faciendi miracula, quam & Moyſis virga ſignificabat, vt nonnulli volunt*: Ita ille: Verum enim verò, ſi quod PP. & interpretes volunt, vt Virga, de qua loquitur Chriſtus apud Marcum myſticè, & ad myſterium, ſive arcanam ſignificationem referenda ſit ; præſertim cum alluſione ad virgam Moyſis, qua ſigna, & prodigia fiebant, quis rogo, poſsit ambigere de Deipara Chriſtū Dominum, qui eius virtutem, fortitudinem, potentiam, & energiam ad patranda ſigna, & mirabilia, & eijciendi è corporibus, & animis damonia, optimè noverat; ſub hac virgæ imagine fuiſſe locutum: vt Apoſtolos, & in eis omnes divini Verbi præcones; Concionatores, & ſpirituales Magiſtros animarum ſaluti incumbentes de induſtria commone faceret: nihil fore opportunius, quàm Mariæ patrocinio ad animas elucrandas, & à dæmonis faucibus eruendas, tanquam firmiſsimo baiulo inniti : eis ſuadendo, & perſuadēdo, vt illam in Advocatam, & Patronam aſſumant: Scitè hæc omnia affirmante, & complectente Richardo à S. Laurentio lib. 2. de Laud. Virgin. cum hunc in modum de Deiparæ poteſtate loquitur. *Hæc eſt virga prædicationis, videlicet, quæ ſolā datur prædicatoribus ad portandum in via. Vnde Marci 6. dixit Dominus duodecim Apoſtolis.* Nihil tuleritis in via, niſi virgam tantum. *Qui enim habere poteſt hanc Virgam comitem in via vitæ præſentis, non deerit ei gratia, non doctrina, vel aliquid neceſſarium.* Hæc Richardus. Pulchrum ſanè monitum pro Divini Verbi Concionatoribus, vt indeſinēter auditorum animis intimā Mariæ devotionem, & ſtudium ingerere ſatagant; certo certius ſibi perſuadentes, ſive ad divinam opem aſſequendam, ſive ad æternam ſalutem obtinendum nihil, & ſibi, & proximis vtilius, ſalutarius, & felicius futurum.

Maldo.

Rich. à S. Laur.

Quam cogitationem mihi certam, certiorem fecerim, ſi opportuniſsimis verbis firmaverim eximij Doctoris, ſapientia, doctrina, eruditione, & ſanctitate clariſsimi Patris Laurentij de Aponte, Clericorum Minorum fulgentiſsimi ſyderis; quē olim Heu! in intima amicitia, & ſumma veneratione habui; dum ipſe aureo Chriſtianæ eloquentiæ flumine in commentariis in cap. 2. Matthæi adnotat. 30. Deiparæ devotionem, ſic adornat: *Tria hìc velim notes. Primum, quòd homini ad Dei ſervitutem accedenti primus gradus, devotio ſit Virginis. Quòd quidem ſanum conſilium, & Confeſſoribus omnibus, ac Magiſtris ſpiritualibus perquam neceſſarium: imò, & Verbi Dei Concionatoribus: Experto credant, nullum medium ſic efficax ad animas lucrandas, ad peccatores convertendos, ac in Dei via eos firmandos, ad perfectionem acquirendam, quam animis devotionem Virginis imbibere. Millies hoc expertus ſum; millies, & in alijs, quibus hoc perſuaſi, vt ad eam certiſsimam devenerim mentem, quod ſi ſemel Virgini aliquem addicam, & ſi perditiſsimum, eius ſalutem, ſic infallibilem futuram, vt nihil reliquum ſit mihi ad dubitandum: Vah! quæ vidi, quæ audivi, quæ circa hoc experſus ſum. Vſque ad ſtuporem dicam, vſque ad miraculum eſt videre, quantò Filius eius conatu ſatagit, vt nemo Virginis Matris ſuæ devotus deperdatur: Arguit (vt ſic dicam) obſecrat, increpat, modos invenit exquiſitos ad illum convertendum animas pulſant, vt pro illo rogem; annos, & annos exſpectat patientiſsimè, occaſiones præſtolatur devotiones, ac pietatis opera inſpirat, cor aliquando emolleſcit. Prædicatores prævenit, amicos præbet ſanctiſsimos. Et tandem quando nec hoc ſufficit, ad vltimum in mortis articulo providentia, vt in extraordinaria defectio, ſic eum in momento in ictu oculi prævenit in benedictionum dulcedine, vt contritionis igne exardeſcens per Virginis Matris interceſsionem inter candidatos annumeretur, qui ſua vita inter ſordidiſsimos morabatur.* Hæc omnia eximius Doctor Laurentius Aponte, quæ adeò volens, & libens

P. Laur. Aponte.

ex-

exſcripſi, vt vel propter tam egregia verba hunc librum, & commendatum iri, & ſalutarem, atque proficuum futurum omninò credam.

6 Sed enim ſignatè ad id, quod inquit vſque ad ſtuporem dicam, vſque admiraculum eſt videre, quanto Filius eius benedictus conatu ſatagit, vt nemo Virginis Matris ſuæ devotus deperdatur; opportunè accommodaveris ex ſenſu optimorum Auctorum mitia illa Salomonis verba ad Abiatar reum mortis, 3. Regum 2. v. 26. *Equidem vir mortis es; ſed hodie te non interficiam, quia portaſti arcam Dei coram David patre meo*: Quæ verba ad rem præſentem, ſic optimè refert P. Frãciſcus Spinellus lib. de Maria Deipara cap. 34 n. 21. *Chriſtus enim pleroſque à peccatorum cœno; propter quæ morti ſecundæ addicendi erant ad meliorem vivendi rationem revocat, illiſque ignoſcit propter Arcam Dei, hoc eſt, propter devotionem erga Deiparam, quam in corde geſtarunt*: Sic ille. Nec omittenda obſervatio Richardi à S. Laurent. præfato lib. 12. de Laudibus Virgin. appellantis Deiparam Virgam piſcationis, *qua ſcilicet mediante extrahuntur piſces, ideſt, homines de luto aquarum multarum, Abacuc 4. ideſt, carnalium, & mundanarum voluptatum, quæ multæ ſunt, & quicumque peccatores de profundo peccatorum, & de mari, ideſt, de amara dulcedine mundi contẽnentes divitias paupertatem amplexantur*: Vbi & piſcatoris induſtria ſimul cum patientia; necnon piſcium repugnantia notanda; & ad Deiparæ orationem, & beneficentiam referenda ſunt: vnde ſubijcit Richardus *linea, quam ferrum virgæ adhæret totus proceſſus vitæ eius, hamus aduncus oratio eius*. Hæc ille.

3. Reg. 2. v. 26. Spinell. Rich. à S. Laur.

EXEMPLA.

EGregium par exemplorum de Maria blandè, & ſuaviter dirigente peccatores ad pœnitentiã imò verò illis peccata ſuggerentis, vt eorum in cõfeſsione reminiſcantur habemus apud B. Alanum de Rupe, & apud Abrahamum Bzovium in Annalibus ad annum 1260. Ille ergo lib. de Ortu, & progreſſu Pſalterij cap. 3. cum retuliſſet quemdam Belli Ducem hæreticum ob miracula à B. Dominico in teſtimoniũ fidei Catholicæ ad ipſam converſum, ſic ſubijcit. *Hac victoria mirabiliter obtenta B. Dominicus cœpit illum monere ad pœnitentiam, vt confiteretur, cognoſcens tanta mirabilia circa ſe facta. Vultum avertit ille dicens: Nondum ſe ſatiatum de mundialibus, ſed adhuc ſupereſſe ſibi tempus pœnitendi; prius velle amplius bellare poſteà pœnitere. Inſtabat tamen S. Dominicus, vt ſaltem confiteretur: & annuit ille; cœpitque B. Dominico confiteri audiebat vocem ad aures ſuas dicentem ſibi quæcumque priùs feciſſet, in quibus etiam locis cum omnibus circumſtantijs ſuis. Propter quod miratus convertit ſe retrò, vt videret ſibi hæc ſuggerentem; & inſinuavit id etiam Dominico; ſed ipſe neminem videbat. Beatus tamen Dominicus orans vidit B. Virginem Mariam eidem peccata ſua dictantem, & ſic eum confiteri monentem. Finita verò confeſsione converſus B. Dominicus ad B. Virginem quæſivit de pœnitentia ipſi iniungenda; & illa dixit, vt bonam pœnitentiam ei iniungeret. Per annum ergo cilicium portavit circulo ferreo præcinctus, & armatus permanſit, quin eo exueretur. Tandem factus eſt converſus in Ordine Prædicatorum, & beatiſsimũ individualiter ſequebatur Dominicum, vſque ad mortem S. Dominici; etiam aliis recedentibus: Sancto verò Dominico defuncto in bona vita perſeverans ſine ſancto conſummatus eſt; etiã & ipſe*:

Alanum

Iam ad Bzovium: *Guillielmus Bidius in Cantabrigenſi Academia adoleſcens cum diſſolutius viveret, raptus ad iudicium Dei eſt, & dignus inventus, qui pœnis æternis ob patrata crimina puniretur, ſed quod penſum aliquod cottidie in venerationem B. Virginis ſolebat perſolvere; potenti ipſius impetratione ad agendam pœnitentiam dimiſſus eſt: inſuperque quod ipſi fortè in memoriam non facilè occurrerent crimina commiſſa, nec facilè ipſe ad ſeverũ examen faciendum pronus videretur, beneficiũ beneficio B. Deiparæ addidit: nam redditis ex illo raptu Guillielmus reperit in manu dextera ſua chartã, in qua continebantur omnia peccata, quæ ſibi obiecta fuerant à dæmone, & cõfeſsione ritè facta explicari debebant.*

Bzovius

Eſt huic perſimile exemplũ, quod P. Franciſcus Bentius in annuis litteris

Bentius

Collegij Monachienſis refert, *de quodam Sodali Virgini adſcripto; qui cum in ſe ad confeſsionẽ ritè, & rectè faciendam ſtudioſo examine diſquireret Deiparã oravit, vt omnia peccata ſibi fas eſſet, confiteri, nè vno quidem prætermiſſo. Ergo ante faciem orantis decidit è ſublimi pagella, quæ minutis litteris quoddam peccatum exprimebat; hoc addito, ſi illud aperiret confeſſario, pièque Roſarium recitaret in honorem Deiparæ, benè ſecũ actum iri: auxit miraculum, quod nullus alius præter dictum ſodalem chirographum illud intelligere potuit.*

Sed illud Deiparæ Lauretanæ miraculum, non ſolùm admirabile, ſed ſtupendum eſt: quodque immerſam eius clementiam intimis hominum affectibus infigit, quo ſacrilegi in ipſam hominis linguam optimo merito amputatam, ſemel, & iterum reſtituit, vt exactam peccatorum confeſsionem faceret. Rem hiſce verbis referente Turſelino libro 4. cap. 11. *Turſeli.* *Samnitum Prætor Lauretum petens Civitellam diverterat; ibi nefarium hominem deprehendit aſſuetum in Deum, & Virginem Lauretanã impia ſubinde verba iactare: Ergo incenſus ira protinus exempli prodendi cauſa veſanam magniloquentiam exſecta ſacrilego lingua vindicavit. Neque hoc contentus eumdem in Cuſtodiam traditum aſſervari ſedulò iubet, quoad ipſe Laureto regreſſus decerneret, an eſſet pœna graviore mulctandus. Itaque miſer ille ſupplicio ſumpto æger intentato ſollicitus aliquando reſipuit, & ſcelere in Cultum verſo dies, noctesque Lauretanã Virginem tacitis placare precibus, votiſque inſtitit, obſecrãs, vt infenſam ſibi Proregis leniret iram daretque facultatem animi labes ſacra confeſsione expiandi. Nec ingratæ Virgini, irritæque exſtiterũt impij hominis reſipiſcentis preces. Haud multo poſt ſpecies Deiparæ illi in ſomnis oblata eſt, iubentis eum bono animo eſſe, brevi fore, vt Cuſtodia emiſſus ad Lauretanam domum peregeret; ibique peccata cõfiteretur novæ linguæ ſubſidio: Prædictionem comprobavit eventus. Experrecto quædã quaſi lingua renaſci cœpit, quæ haud ſanè ægrè ſenſa exprimeret mentis. Et Prorex reverſus Laureto, recognita parcẽdum exiſtimavit, cui Virgo ipſa pepercisſet. Confeſtim ergo eum liberũ dimittit, monitum, vt ſuo poſthac periculo ſaperet. Datiſque ad Pœnitentiarios litteris miraculi teſtibus Lauretum deſtinat gaudio geſtientem ad vota reddenda. Quo vbi venit, haud magis Proregis epiſtola, quam res ipſa miraculi fidem omnibus fecit: quippe patefacto oris hiatu (mirũ dictu, mirabilior viſu res) ſimul reciſam linguam, ſimul lingulam quandã ſubnaſcentẽ videbant, & tamen vbi ille vellet, quamquam blæſo ore audiebant loquentem. Neque hìc ſtetit res. Poſtquã domum revertit ſacris myſteriis bis, terque perceptis nova lingua ad iuſtã magnitudinẽ novo excrevit miraculo. Itaque Lauretum denuò ad agendas Deiparæ grates profectus, iis ipſis, qui exſectam paulò ante linguam viderant (quorum ex numero Raphael Ricra fuit, qui hæc memoriæ prodidit) immortali B. Mariæ dono renatam oſtendit, cunctis rei novitate, atque admiratione attonitis, & tam eximium, tamque illuſtre miraculũ B. Virgini gratulantibus.* Hactenus Turſelinus.

Nec minus ſanè miraculum haberi debet, renatam, ſive reſtitutã bonam mentem, cuidam hæretico Sacerdoti olim Catholico Veſuntione (*vt referũt eius Collegij annuæ ad annũ 1614.*) *qui relictis Caſtris Calvini, in quibus per triginta annos apoſtata militaverat, ad Catholicam fidem ſe recepit: Cuius tam miræ converſionis cauſa adſcribitur pietati in Deiparam, quam nunquam ex pectore exſpunxit, vtpotè cuius ſacram coronam perpetuò circumferebat, & identidem clam recitabat.*

Cui miraculo illud fuerit neceſſaria ratione adiungendum, quod in iiſdem Annuis, dum de Collegio Norimbergenſi agunt, ſic habetur. *Puella honeſtis, & copioſis nata parentibus Lutherano educata in ritu Angelicæ ſalutationis formulam à Catholico didicerat, & ex ea Virginem Matrem ſalutando ſibi conciliabat. Per quietẽ iuſſa eſt à Virgine proficiſci Bambergam erudienda ab vno de Societate, quem etiam B. Virgo deventura puella admonuit, varia adijciens argumẽta, quibus diſtingueretur, ac dignoſceretur ab alijs puellis,* Additur indidẽ illud egregium: *Solebat hæc puella in ſinum recepta Eccleſiæ dicere:* Nulli hæretico poſſe accidere, vt cum hæreſi è vita decedat, cui Cœli Regina in honore fuerit.

Sed & ſubinde audi duo miracula peropportuna, quæ P. Ioannes Bonfacius lib. 4. de hiſtoria Virginali cap. 3. *Bonifac.*

ſic

sic omninò refert; alterum à P. Francisco Bentio in Annalibus de historia domus probationis Aronensis: alterũ à P. Roderico Cabredo Provinciali Peruano litteris datis anno 1600. Ergo ait. *Erat fœmina sensu auriũ, ita obtuso, vt si audiri velles intendenda vox esset: cupiebat peccata aperire Sacerdoti in templo, verum conscia imbecillitatis exspectabat vacuum locum, & tẽpus omnibus digressis. Ea cum spes evanesceret, alijs, atque alijs certatim super effluentibus, rem tacitæ B. Virgini commendans audaciã à necessitate mutuatur, voto respondit eventus, loquentem Sacerdotẽ, vt eius mos, & officiũ ferebat submisso murmure, exaudiebat magna perinde admiratione, & voluptate; nec tacuit beneficiũ Dei Matris*: Non multũ differt, quod quidã Noster in Occidentis India sibi accidisse scribit Pater Fernãdus Mõroyus in ea, quam ad me misit epistola *Indi cuiusdã morbo graviter affecti confessionẽ se audivisse ait, cuius confessionis cum nonnulla linguæ ignoratione calleret non posset, neque ab ipso Indo, vt se per interpretẽ aperiret, impetrare valuisset (pius quidẽ error, qui pietati, & miraculo locũ fecit; cum nec pœnitens, nec cõfessarius ad aliud, quã ad id, quod in ore, & manibus habebant tenerentur.) Ad per beatã Dei Genitricem, quam ignotæ illius linguæ sibi Magistram elegerat, confugisse: post preces ad ægrotũ fidenter recurrisse illudque per obscurum, in quo hæsitaverat, non aliter intellexisse, ac si Hispanum aliquem, & maternæ linguæ socium audivisset: benèque actum cum ægrotante, quẽ sacris omnibus ritè procuratis, ille idẽ morbus exstinxit: ita Virgo Deipara, & surdas aures aperuit, vt confessarij submissam vocem perciperent, & Indiæ linguæ interpres fuit, nam qui sermonem audit ignotum surdus est, & eius aures peregrinantur.*

Maius planè miraculũ, quod Alanus de Rupe lib. de Ortu Psalterij cap. 36. de Virgine à lupo discerpta, sic narrat, *Virgo quædam erat in territorio Belluacensi ex Francia oriunda, quæ Rosariũ Beatissimæ semper Virginis Mariæ recitare consueverat: Hæc dum vice quadam cum vna sua socia sylvã transiret, duos famelicos lupes obviam habuit; dum vnus luporum mox per guttur sociam suam arripiens iugularet; ipsa Rosarij observatrix in tanta angustia Mariam inclamans petit, vt eam nõ permittat mori antequam confiteatur, & cõmunicet. Mira res! Lupus eius vbera abrũpit, ventrem discerpit viscera voratimox tamen à superuenientibus liberatur; & adhuc triduo vivit, in quo sincere confitetur, devotè communicat, fiducialiter moritur, à Maria in extremis visitatur, & ad cœlorum gaudia perducitur.* Subjicit Auctor de suo. *Tunc noluisset pro auro totius mundi, quod Rosarium non orasset; per quod obtinuit tãtam misericordiam.* Hæc Alanus piè.

Alanus.

MARIA peccatorum Advocata, quæ delet, quod erat adversus eos chirographum Decreti.

ADNOTATIO XX.

DEsumpta est maior huius tituli pars ex Paulo in epist. ad Colossenses 2. v. 14. vbi de Christo Domino pro nobis crucifixo dicebat: *Delens, quod erat adversus nos chirographũ Decreti, quod erat contrarium nobis, & illud tulit de medio affigens, illud cruci, & expolians principatus, & potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso*: quẽ locum cum vbertim exposuerimus tom. 1. in epist. ad Philipp. cap. 2. v. 8. adnot. 6. à num. 2. non possumus, non ex ibi dictis resumere, quæ ad rem nostrum pertinent: & primum accuratam expositionem *Chirographi decreti*: cum negotium facessat; qua ratione hæ duæ voces coire possint; cum sint diversissimæ: Nimirum chirographum propriè significat scripturam manu debitoris conscriptam, vt inibi à nobis citatus dicebat Consultus: *Si tibi meũ Codicẽ commodavero, & in eo chirographariũ debitorẽ cavere iusseris*: Decretũ verò omninò est, Regium edictum: Statutum, sive sententia; vt nemo est, qui nesciat: & expresse dicitur 1. Esdræ 6. vers. 11. sub persona Regis Darij.

1 Coloss. 2. v. 14.

Philip. 2. v. 8.

Esd. 6. v. 11.

A me poſitum eſt Decretum, vt omnis homo, qui hanc mutaverit iuſſionem tollatur lignum de domo ipſius, & erigatur, & configatur in eo: Qui ergo inquis chirographum cũ Decreto hærere poſsit? cum illud ſit ſcriptum manu tua confectum; & hoc; Regis edictum? Difficultatem tamen ibi nõ difficulter opprimebamus, ex Græca lectione probata Ambroſio ibi, & Hilario lib. 9. de Trinitate: quæ reponit, *chirographum in Decretis*, ſive *in ſententijs*: quæ quidem maximè ſubſiſtit, quod cum Græci ablatio careant; pro ipſo genitivum ſubſtituunt: nimirum iuxtà hãc lectionem propria cuique voci ſignificatio redditur ſub eo ſenſu, vt Decretum Paulo ſit, tum lætha is illa ſententia, qua hominis præceptum ſuum violaturo mortem cõminatus eſt, *in quocumque die comederis morte morieris*, Geneſ. 2. verſ. 17. tum etiam generalis iſta: *Anima, quæ peccaverit, ipſa morietur*, Ezechiel 18. verſ. 4. Chirographum verò refera tur ad deliberatam hominis divinæ legis tranſgreſsionẽ; qua ipſe ſciens, & volens pro peccati dulcedine morti ſeſe addicit, & in ipſomet Dei decreto velut in columna propoſito, & inſculpto, tanquam debitor chirographarius; propria manu ſcribit, ſe illi pœnæ velle ſubiacere; vti Imperator in lege 2. C. *de indicommiſſarijs libertatibus*, hoc ſenſu dicebat: *Tu te pœnæ ſubdidiſti*: Quam cogitationem præter plures alios PP in eam conſpirantes, quos ibi dedimus, probaſſe videntur Chryſoſtom. & Origenes: prior enim hom. 1. ad Neophytos tomo 5. inquit: *Venit Chriſtus, & invenit noſtrum paternum chirographum, quod conſcripſit Adam; illic initium duxit debiti nos fœnus auximus poſterioribus peccatis: ibi maledictio fuit, & mors, legiſque condemnatio*: Origenes verò hom. 13. in Geneſim, cum ait: *Peccati litteras nos ſcribimus; audi Apoſtolorum dicentem*: Delens quod adverſum nos erat chirographum Decreti, &c. *Illud quidem, quod dicit* Chirographum, *peccatorum noſtrorum cautio fuit; vnuſquiſque enim noſtrum in ijs, quæ delinquit efficitur debitor, & peccati litteras ſcribit.* Hæc PP.

Ambroſ. Hilar. Geneſ. 2 v. 17. Ezec. 18 v. 4. Chryſoſ. Origen.

Deinde etiam illud noſtro inſtituto ſumimus opportunum: quod ini-

bi latiùs perſequimur, nempè copioſam Chriſti Domini Redemptionem peccatorum, & ſuo ipſum ſanguine, hoc crimium noſtrorum chirographum delere; *atque pœnam ſuſtinere*, (vt ait Athanaſ. ſerm. de Cruce, & Paſsione) *vt hominem à pœna liberum faceret*: nõ equidem eo ite, vt nos peccatorum noſtrorum pœnis in Chriſti corpus translatis; ipſi deinceps pro libito agere, & vitam in otio, & delicijs tranſigere poſsimus, vt illi de quibus flens Paulus dicebat: *Multi enim ambulant, quos ſæpè dicebam vobis (nunc autem, & flens dico) inimicos crucis Chriſti. Quorum finis interitus, quorum deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt*: ad Philipp. 3 verſ. 18. ſed potius, vt peccatorum chirographo delcto, deinceps *iuſtè, & piè vivamus in hoc ſæculo exſpectantes beatam ſpem*: dicente Apoſtolorum Principe 1. Petr. 2. verſ. 24. *Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui, iuſtitiæ vivamus.* Nimirum ſi attendis vim, & modum Redemptionis noſtræ, & pendis illud Pauli de chirographo decreti: *& ipſum tulit de medio figens cruci*: eo in cardine Redẽptio noſtra verſatur, vt Chriſtus ſeſe vadem, & fideiuſſorem pro nobis Patri obtulerit ad eum modum, quo alicubi dicebat Seneca de bono amico (lib. 4. de beneficijs cap. 11.) *Sic rem gratia laborantem tueor, & hominum potentium factionem in me converto; quas illi detraxero ſordes ſub accuſatoribus ijſdem forraſſe ſumpturus. Cum abire in partem alteram poſsim, & ſecurus ſpectare aliena certamina ſpondeo pro iudicato, & ſuſpenſum amici: bonis libellum deycio, creditoribus eius me obligaturus*: Vnde quidem, vt chirographi deletio, & facta à bono amico creditoribus ſatisfactio ſubſiſtat fideiuſſori tuo pretium, quod pro te ſolvit rependere debes: Audi Ambroſium lib. 1. de Ioſeph cap. 7. *Ergo id pretium debes, quo redemptus es. Eme igitur tibi Chriſtum. Solve pro auctore, quod ſoluturus es lege: non mediocris iſte contractus eſt, non omnes illum facilè emunt*: ita ibi: & lib. 1. de Iacob cap. 5. eodem ipſe ſenſu: *Chirographũ peccati, quod in cruce deletũ eſt, nõ reſcribemus, ſi vetcris hominis amictum, quem exuimus non induamus.*

Athan. Philip. 3. v. 18. 1. Pet. 2 v. 24. Seneca. Ambroſ.

Ergo

3 Ergo, qui bono fideiussori pœnitentiæ peccatorum pretium, non solvit, sive rependit quique peccata peccatis addit denuò fit chirographarius omninò debitor, quem ipsius littera, & manus arguit, vt dolēter personam peccatoris agens S. Ephrem *in confessione, & reprehensione sui ipsius* tomo 2. dicebat. *Ab ære alieno animam liberare contendo, sed debiti me impedit magnitudo. Pessimus fænerator est diabolus, debita adversus me renovat, quoniam novis cupiditatibus priores interrumpit, cum vetera me persolvisse debita existimo, novis me iterum cupiditatum chirographis obstringit*: & vehementius obtestatur Apostolus ad Hebræos 10. vers. 26. inclamans. *Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptā notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia. Terribilis autem quædam exspectatio iudicij, & æmulatio, quæ cōsumptura est adversarios*: Vbi duo observa, alterum in voce *voluntariè*; quæ non solùm significat actum voluntatis, quo quis eligit peccare; id enim cuivis peccato, & peccatori commune est, sed obfirmatam in peccato voluntatem; quà negligit pœnitentiam; nec vult ad bonam frugem se recipere, vti hunc dicendi modum ibi explicant Ambrosius, & Oecumenius, & singillatim Cyrillus Alex. lib. 11. in Leviticum, inquiens: *Multi sunt enim, qui nec pœnitentiæ refugium quærunt, sed cum ceciderint surgere nolunt. Delectantur enim in eo luto, in quo cæperunt volutari*: Alterum: benè quidem dici: *non relinquitur pro peccatis hostia*: nam hostia sanguinis Christi ei non prodest, qui pretium redemptionis fideiussori Christo per pœnitentiā non solvit ipsomet velut cum dolore, & querimonia per Prophetam dicente Psal. 29. v. 10. *Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionē?* vt dixerit: Quid copiosa sanguinis mei Redemptio, & tibi, qua redempto & mihi, qua Redemptori proderit: si tu ipsa frui non vis; sed ingratus, & impœnitens, in cæno peccatorum volutari delectaris? pulchrè hæc verba, & sensu explicante Ambrosio lib. 3. de Virgin. hunc in modum: *Bonus servus pretium studet reparare Domino, quod pro se solutum est: sanguinem solvit; sanguinem debes: ille pro te solvit; tu pro te redde: Eramus oppignorati malo creditori, contraximus chirographum culpæ, pœnam sanguinis debebamus. Venit Dominus Iesus suum pro nobis sanguinem obtulit. Sed non potes sanguinem reddere. Bonus quidem servus debet pretium reparare Domino suo: sed si non potest pretium reddere; vel hoc faciet, ne pretio videatur indignus. Ergo & tu dignum te gere tali pretio, ne veniat Christus; qui te mundavit, qui te redemit; & si te in peccato invenerit, dicat tibi.* Quæ vtilitas in sanguine meo. *Quid profeci tibi dum descendo in corruptionem?*

S. Ephrē

Heb. 10 v. 26.

Ambros. Oecum. Cyrillus Alex.

Psal. 29 v. 10.

Ambros.

4 Iam verò illud maximè observandum, quod inibi dicebat Paulus: *Terribilis autem quædam exspectatio iudicij, & æmulatio, quæ consumptura est adversarios.* Vbi si sapis; tota iam vis, & significatio chirographi decreti subsistit: nam & chirographum peccatorū hominis manu cōscriptum, & Decretum ipsum Dei, quo peccatorem non pœnitentem iudicio damnationis addicit: asserit Apostolus: atque hoc vltimum, sic confirmat: *Irritam quis faciens legem Moysis, sine vlla miseratione duobus, vel tribus testibus moritur. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo, & sanctificatus es, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit?* Notetur illud: *Filium Dei conculcaverit*: Quod si severius dictum alicui videatur; cū nemo vnquam adeò ferus, & expers rationis inveniatur, qui Filium Dei conculcare, sit ausus: respondet inibi Ambrosius perinde id dictum videri, ac si Christi timorem; præcepta, peccatorum pœnitentiam, tanquam rem nullius momenti peccatores ducant: *Sicut enim* (inquit ille) *ea, quæ conculcamus, nullius momenti pendimus, sic & qui liberè peccant, absque timore, & absque pœnitentia Christum nullius momenti existimant, nec eum iudicem futurum formidant*: Pergit autem dicta confirmans: *Factus est per gratiam corpus Christi, & se ipsum facit corpus diaboli, & sanguinem Christi polluit, in eo, quod mundatus est, & ad vomitum revertitur pristinum; & se ipsum per pœnitentiam iterum mundare neglexerit, spiritum gratiæ iniurians.* Sic ille: Similiter Anselmus: Conculcat (inquit) Christum, *qui post acceptionem Christia*

Heb. 10 v. 27.

nitatis liberè peccat abſque timore, & pœnitentia, &c. Spiritui Sancto gratis dato contumeliam facit, qui cum male vivendo à ſe abijcit, & ſanguinem Chriſti pollutum ducit, dum ab eo mundatus ad vomitum redit, & pœnitere negligit: Hæc Anſelmus: Quæ omnia eo eunt, vt affirmet Apoſtolus eos, qui ſeſe indignos pretio Redemptionis efficiunt; quippè qui nolunt pœnitentiæ ſatisfactionem Redemptori perſolvere, terribilis exſpectationi iudicij, & damnationis fore obnoxios.

5 Volvi, & debui totum tibi explicare chirographi Decretum, quod & ex ſcriptura manu tua conſcripta, & ex Decreto Dei iudicis læthalem in te ſententiam ferentis conſtat; & tibi non ſecus imminet; ac cruentus ille enſis purpureis ceruicibus impendens, tenuiſsimo filio alligatus, dum id miſer peccator vix curas, vix meminiſti; vt inſani illi de quibus dicebat Salvianus libr. 6. de providentia, & vere iudicio Dei. *Tanta animorum, vel tanta potius peccatorum cæcitas fuit, vt cum nullus perire vellet; nullus tamen id ageret, ne periret. Totum incuria, & ſegnities: totum negligentia, & gula, totum ebrietas, & ſomnolentia poſſidebant:* Volvi inquam tibi hoc chirographi Decretum proponere, vt noveris; quo debeas confugere; vt & à chirographo, & à decreto poſsis liber, & immunis evadere: Nãdum *nulla tibi reliquitur pro peccatis hoſtia*; quam tu ipſe offeras extremũ tibi illud, & peropportunum tibi remedium ſupereſt; vt Benigniſsimam Dei Matrem Advocatam appelles, vt ipſa eamdemmet hoſtiam, & lytrum pro te offerre dignetur: ita quidem S. Sabbas in Menæis die 17. Februarij in penult. Stropha diei, primũ cum in ſummis conſcientiæ angoribus ſeſe coniectum vide conſpiceret; ad Virginem, ſic currebat lugens: *Omne tempus meum in vita profligata conſumpſi, vt qui animam laſcivia ſordidam, atque corpus omni genere impuritatis fœdatum gero, ipſa quoque vis cogitandi mea turpitudinibus infecta eſt; & omnes actiones meæ ſummis ſum nequitijs profanatæ: ad extremum quantus, quantus ſum decretoriam damnationis ſententiam merui. Quo igitur fugiam? aut vbi quæram auxilium præter te Domina? Commoveantur, obſecro, viſcera tua; atque ad me ſalvandum accurre:* Hæc Ephrem: obſerva ibi: *Decretoriã damnationis ſententiam*: Deinde indidem Ode. 9. de S. Theodoro, vide vt Deiparam exoret, vt pro ipſo lytrum Redemptionis offerat, inquiens: *Eripe me Domina de malorum ſpirituum ſervitute, quæ Crucifixum Filium tuum pro omnibus, vt lytrum dediſti, quo nimirum omnes Redempti, atque ſalutiferæ Pacis compotes fierent*: Sic ille: & quidem ſapiente: Quis enim de ſua ſalute deſperare poſsit? qui pro ea ſe habere videat Deiparam filium ſuum dilectiſſimum hoſtiam Patri ſummo offerentem; vt ipſum placatum reddat: & hanc ſaluberrimam, & vivificam reliquiam ſibi pro peccatis hoſtiã: Sed omninò opportunè pro chirographo rũpendo S. Ioſeph die 16. Aprilis Ode. 3. de S. Irene Virginem, ſic exorat: *Rumpe Domina ſcelerum meorum chirographum, Tu quæ partu virginali vincula quoque inferorum ſolviſti*: vt fidenter dixerit: facilè peccatorum noſtrorum chirographa diſrupturam, quæ inferni catenas diffregit.

6 De chirographo verò decreti: ſive de decretoria damnationis ſententia peccatoribus: qui pœnitere neſciunt, imminente: non obſcurè egiſſe videtur Vates, Pſalm. 87. verſ. 7. cum ait: *Sicut vulnerati dormientes in ſepulchris, quorum non es memor amplius, & ipſi de manu tua repulſi ſunt*: nimirum loquitur David de vulneratis in anima fœdis peccatorum plagis, & dormientibus in ſepulchris impœnitentiæ: Sicut videtur Chaldæus accepiſſe, dum transfert: *Sicut impij, qui mortui ſunt, quique non reſipuerunt dormientes in ſomno ſepulchri*: quos quidem vt reſipiſcerent, vehementius commonebat Apoſtolus illis pungentibus verbis ad Epheſ. 5. verſ. 14. *Surge qui dormis, & exſurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus*: ſive vt habet, Lectio Syriaca: *Et illuceſcet tibi Chriſtus*: Verum verba illa Vatis; quæ ſignificatiſsima, & valdè opportuna ſunt omninò advertè: *& ipſi de manu tua repulſi ſunt*: de manu videlicet auxiliatrice, de qua Pſalm. 88. verſ. 22. dicebat ipſe *manus enim mea auxiliabitur ei*: & quod plus, ſive peius eſt de manu ſalvante, de qua itidem ipſe dicebat, Pſal. 118.

Salvia. S. Sabb. Idem. S. Theod. S. Ioſeph. Pſal. 87. v. 7. Chald. Epheſ. 5. v. 14. Lect. Syriaca. Pſal. 88 v. 22. Iſ. 118 v. 173.

verſ.

verſ. 173. *Fiat manus tua, vt ſalvet me:* Quare Felix apud Lorinum vertit: *Et ipſi ſententiati ſunt*: ideſt, inquit Lorinus: *Per ſententiam deciſivam de Dei manu emiſſam damnati.* O rem auditu horribilem! De manu Dei repulſam habere? ab auxiliatrice, & ſalvante Dei manu excindi? Quæ iam miſero homini ſpes? quæ hoſtia pro peccatis relinquatur? His occurrit S. Sabbas in Menæis Ode. 1. de S. Theopompo: Virginis apud Deum interceſsionem adeò validam aſſerens, vt nulli omninò, ſit obnoxia repulſæ: *Poſſeſſum à te gregem* (inquit) *ò Deipara vbi, vbi neceſsitas fuerit ab eo incolumem, ſerva patrocinio tuo, nulli vnquam repulſæ obnoxio.* Similiter Georgius Nicomedienſis oratione de oblatione Deiparæ ipſam, ſic allocutus: *Da conuenientem petitioni eventum. Habes vt Mater fiduciam in Filium, quæ quidem fiducia ab eo repelli non poteſt: habes vires inſuperabiles: nihil reſiſtit potentiæ tuæ.* Audis adverſus Mariæ patrocinium nullam fore repulſam? Oppone ergo repulſæ Dei patrocinium, ſine repulſa: vt ab illa deciſiva ſententia damnationis; ad Chriſti clementiam appellatio fiat per Mariam: & ipſa mediatrice chirographum Decreti reſcindatur: Sic aiebat Sapiens Idiota: *Sæpè quos iuſtitia Filij poteſt damnare Matris miſericordia liberat.*

Lorin. S. Sabb. Georg. Nicom. Idiota.

7 Sed nonnè id etiam Paulus monet, dum inquit: *Exſurge à mortuis, & illuceſcet tibi Chriſtus*: qua namque ratione Sol illuceſcat, niſi media Aurora? aut Sol iuſtitiæ caloris, & benignitatis radios, non emittere, qui ab Aurora Mariæ oritur: Sanè Richard à S. Laurentio lib. 4. de Laud. Virg. cũ prius dixiſſet, ex hoc loco Pauli *terminus ſoporis refertur ad pœnitentiam: Vnde ſurge qui dormis*: poſt nonnulla allatis verbis, Sapientiæ 16. verſ. 28. *oportet prævenire Solem*, ſubdit; *id eſt, prius ad Mariam venire, quam ad Solem iuſtitiæ, ad benedictionem tuam obtinendam*: & lib. 7. *Per hanc Auroram Solem prævenit, qui Matris interceſsione Filium ſibi propitium reddit.* In quam ſententiam optimè ipſe eodem lib. 4. prius diſſerauerat: tum miſericordiam, tum potentiam Mariæ in auxilio miſeris his chirographo Decreti obnoxijs præſtando, oſtendens, hunc in modũ:

Rich. à S. Laur. Sap. 16. v. 28.

A *Si quis voluerit recolligere palato ſuo ſaporem, vulneribus ſuis medicinam, lucem tenebris ſuis poterit inuenire. Numquid Mater miſericordiæ, quæ plena eſt gratia nomen ſuum cordis præcordijs invocantem poterit deſpicere? Numquid eam vero corde ſalutantem poterit, aut volet repellere? Cum ſit enim Mater Regis regum, cœlorũm Regina, & Domina Angelorum, ſi aliquem voluerit ſalvare, nonerit ei quidpiam grave.* Hæc omnia

B Richard. Qua planè conſideratione fretus S. Sabbas in Menæis die 21. Martij Ode. 3. de S. Conſtantino, ſic Deiparã orabat: *A ſanctiore vivendi forma prolapſus ego cõparatus ſum iumẽtis inſipiẽtibus; totuſq; obnoxius damnationi effectus. Quare, ò quæ peperiſti iudicẽ noſtrũ, à capitali me ſententia per illum pronũcianda ſalutari tuo auxilio eripe*: Sic S. Sabbas Eccleſia verò Græca die 5. Maij Ode. 9. de S. Iræne generali pro omni fideli oratione deprecabatur Deiparam, hunc in modum. *Tu ò ſacratiſsima, cui eſt omnimoda libertas à tuo Filio quidlibet poſcendi, ſine vllo metu repulſæ. Tenos Chriſtiani, ac planè Te ſolam irato obijcimus Domino, quæ illũ, vt clementius de nobis ſtatuere dignetur, impellas*: Hæc ibi.

S. Sabb. Eccleſia Græca.

C

D

EXEMPLA.

Et primum, De celebri chirographo Theophyli à Maria rupto, & diſciſſo.

Rich. à S. Laur.

E BEnè quidem *Richardo à S. Laurentio lib. 2. de Laudib. Virginis ad Mariã reſcindentẽ chirographũ peccatorũ, quibus iuſtitiæ Dei, & tortore ſententiæ ipſius executioni mandanti tenebamur obſtricti, retulit quaſi fuerit ipſa ſignata per Æſther Reginam*, quæ litteras Amã fecit irritari, *Æſther* 8. verſ. 3. & cap. 16. 17. *quod inibi, & alibi mirabili exemplo firmat Theophyli illius, qui malo dæmoni cautionem, & chirographum renunciandi Deo, & Matri eius fecit; cuius deletionem, & reſciſionem ipſa benigniſsima Dei Mater à Filio ſuo obtinuit: Hiſtoria quidem omni admira-*

Æſth. 8. v. 3. & c. 16. v. 17. Theoph.

tione

tione dignam; itidemque, & omnimoda acceptione, quod apud veteres PP. celeberrima ſit, & tantæ quidem auctoritatis, vt ipſimet hæretici Centuriatores peſſimi dignitatis Mariæ penſitatores (vt inquit P. Caniſius lib. 5. de B. Virgine cap. 20.) ei minimè derogare audeant, eam ergo referunt S. Petrus Damianus ſerm. 1. de Nativitate Virginis, S. Bernardus in Deprecatione ad B. Virginem, S. Bonavent. in Speculo cap. 8 citans Bernardum, Vincentius Bellovacenſis lib. 11. Speculi hiſtorial. cap. 29. S. Antoninus 3. part. Summæ Theologicæ titulo 31. cap. 4. Speculum ex exẽplorum diſtinct. 7. num. 56. Laurentius Surius tom. 1. de Sanctis ad diem 4. Februarij, Simeon Metaphraſtes ad diem etiam 4. Februarij aſſerens eam ſcripſiſſe, ex Euthychiano, qui & hiſtoriæ interfuit, & cuius pars magna fuit: & Molanus in Martyrologio vſuardi à ſe auctо ad eumdem diem 4. Februarij ſic inquiens: Eodem die ponit Metaphraſtes pœnitẽtiam Theophyli per interceſsionem glorioſiſsimæ Deiparentis auctore Euthychiano huius Theophyli miniſtro: Sed & alter Theophylus, & quam alter Deus bone! meus inquam Raynaudus doctiſsimus magnæ virtutis, & optimæ nocte Auctor, non ſolitus probare, niſi certiſsima manifeſtatiſsimaque, qui inſuper præterhos PP. citat Anſelmum, & Friganum à S. Laurentio, in Nomenclatore Mariano ad titulum Abſolutio multorum delinquentium, deſumpto ex Hymno Græco apud Buteonem, pag. 125.

P. Caniſ. S. Pet. Dam. Bonav. Bernar. Vincent. Anton. Speculũ exempl. Surius. Metapr. Molan. S. Theo. Rayna. Anſelm. Frigan. Hymo Græco.

Volui, & debui tantam nubem teſtium huic hiſtoriæ adhibere, vt &, omni ratione, & modo teſtatiſsima ſit B. Virginis, tum benignitas, & humanitas, tum etiam glorioſa omnipotentia, qua apud Deum valet: & veraces inveniantur PP. qui pro hac Deiparæ miſericordia, & potentia fideiubent; cum dixerit S. Bernardinus tom. 1. ſerm. 52. cap. 2. Cũ de Deo pro nobis facias, quidquid tuæ placuerit charitati, & Richard. à S. Laur. lib. 2. de Laud. Virg. Roganda eſt autem Maria vt velit, quia ſi vult, neceſſe eſt fieri: & Georgius Nicomed. in orat. de oblatione Mariæ. Habes vires inſuperabiles, robur inexpugnabile, ne immenſam tuam clementiam ſuperet multitudo peccatorum. Nihil tuæ reſiſtet potentiæ, nihil repugnat tuis viribus; omnia cedunt tuo iuſsi; omnia tuo obediunt imperio; omnia tuæ poteſtati ſerviunt, te in omnibus operibus reddit excelſiorem, qui eſt ex te natus: & Damaſcen. in Menæis die 21 Ianuarij: Nullus vnquam, ò Virgo Deipara! qui ad te implorandam accurrit, à te confuſus diſcedet, ſed gratia, quam petit, expreſſa mox tali donatur beneficio, quod eum deſiderij ſui compotem reddat, & Anſelmus probatus Antonino 4. part. titulo 15. c. 14. Vt enim impoſsibile eſt, quod illi à quibus Virgo MARIA oculos miſecordiæ ſuæ avertit, ſalventur; ita neceſſarium, quod hi, ad quos convertit oculos ſuos pro eis advocans iuſtificentur, & glorificentur: Et Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus orat de Nativitate Virginis: Maria talis eſt, vt ijs qui ſe enormibus peccatis manciparunt, eximiam remiſsionis gratiã conciliet, & ijs qui ſupra modum omnem deliquerunt, modo quodam eminenti expedit, & Idiota in prologo ad lib. de contemplat. de Virgin. Ipſa ſuper benedicto Filio ſuo irato potentiſsimè reconciliat ſervos, & amatores ſuos: Hæc omnia ipſamet Beatiſsima Virgine confirmante apud B. Brigittam lib. 6. Revelat. cap. 10. Nullus eſt ita alienatus à Deo (niſi omniò fuerit maledictus) qui ſi me invocaverit, nõ revertatur ad Deum, & habebit miſericordiam.

Damaſ. Anſelm. Germa. Idiota. Brigitt.

His itaque præmiſsis iam hiſtoriam ipſam audi ex narratione Euthichyani præſbyteri eiuſdemque Theophyli miniſtri; qui ſe hæc omnia partim vidiſſe; partem ab ipſo Theophylo accepiſſe teſtatur apud Methaphraſtem iam citatum: eſt ergo huiuſmodi: Antequam in Romanum Imperium Perſæ invaderent, quidam nomine Theophylus Adanenſis Eccleſiæ (eſt autem Adanas ſecundæ Cilicum provinciæ vrbs) oëconomus tanta ſanctitatis laude floruit, tanta munus ſibi commiſſum integritate, civiumque approbatione exercuit, vt defuncto eius vrbis Epiſcopo, munus illud ſibi omnibus cleri, & civitatis ſentẽtijs, votiſque delatum pertinaciter recuſarit, cumque ſe eo loco indignum planè profiteretur, infimis precibus à Metropolitano eam dignitatem eſt deprecatus, oëconomique locum magno Chriſtianæ humilitatis experimento retinuit. Accidit autem, vt invidorum calumnijs paulò poſt,

Theop.

ira

ita frequenter, acriterque peteretur, vt ab Episcopo œconomi gradu deiectus in ordinem redactus. Hanc ille iniuriam iniquissimè ferens, diaboli instinctu se ad Magum quemdam genere Hebræum cõtulit; opem ex eius maleficijs quærens. Eam hic ille pollicitus, postera nocte ad Hippodromum deducit, monens ne signum crucis vlla ratione faceret ibi Satanam magno satellitio stipatum Hebræus precatur, vt Theophylo opem roganti ferat; negat Satanas se facturum, nisi illo filio Mariæ, & Mariæ ipsi renunciet renunciationemque scriptis tradat: paret miser Theophylus iussis renunciationemque scriptam cera obsignatam ei tradit, seque mutuò amicè sunt amplexati; tãtoque scelere suscepto tamen lætus abit domum. In sequenti luce Deo, sic permittente Theophylum Episcopus in templum publicè advocatum honorificè suo loco restituit, augetque insuper novis dignitatis, ac iurisdictiones appendicibus; rogat etiam sibi ignoscat, si eo deposito, quem sanctum, aptumque sciat, alium subrogaverit ineptum.

Verum cum Dei benignitate, qui non vult mortem peccatoris salutares cœpissent cogitationes in miseri hominis animum irripere vehementissimos pœnitentiæ stimulos paulatim concepit: vacabat autem ieiunijs, precibus, & lachrymis; cumque hinc admissi sceleris magnitudinem ingenti, cum animi cruciatu secum reputaret, atque perpenderet: inde verò, quod Christum, eius genitricem chirographo abnegasset, seque Satanæ in servum tradidisset, clausos omnes adveniam consequendam aditus sibi videre videbatur: vnum illum, qui per Deiparam semper patet, sibi facilem esse existimabat, quãquam ad illum, dum ei quoque renunciauit, clausisse sibi, quantum in se erat agnosceret. Ergo ad Virginis templum ferventi corde, & magna animi alacritate confugiens, ieiunijs, & assiduis diurnis, nocturnisque precibus, lachrymisque infatigabiliter quadraginta ipsos dies, nocteque ad eius apud Christum patrocinium impetrandum vacavit; nec frustra. Nam post quadragesimum diem nocte media Dei Parentem corporeis oculis ad se venientem conspicatur, illa primum Theophilum graviter obiurgat, patrati sceleris acerbitatem exponit, quamque difficulter huiusmodi condonetur impietas, qua ipse Christus abnegatur docet. Verum cum ille crimen agnoscere suum, & magnopere illud detestaretur, allatio aliorum conscelatorum exemplis, quibus tamen ad misericordiam per pœnitentiam aditus patuisset, ea dem quoque misericordiam sibi suppliciter, enixeque implorabat. Nam, & Ninivitæ (inquit) quibus subversionis dies, iam denunciata erat, per pœnitentiam sunt servati: & pluribus eiusmodi exemplis recensitis tandem Cyprianus olim magus Satanæ totus addictus per dæmonum incantationis Iustinæ Virginis sanctissimæ pudicitiam expugnare conatus, tandem ad Christum conversus, cum eadem Iustina præclaro martyrio est coronatus. Sicuti ergo hi omnes, aliique innumerabiles per pœnitentiam à Filio tuo veniam adepti, nonnulli etiam dignitate sunt aucti. Ego quoque miser peccator ad tuam misericordiam accedo, vt manum mihi porrigas, vtque malorum, quæ admisi veniam per te à Filio tuo consequar.

Tum Virgo beatissima Misericordiæ Mater iubet fateri, à se Iesum Christum esse genitum, eum esse verè Dei Filium, ex quo vivi iudicandi essent, & mortui. At Theophilus post accusatam humiliter, ac demisse suorum labiorum ex Christi abnegatione impuritatem, paruit tamen quemadmodum inspiratum sibi est; fideique confessionem, & eus præsertim articulos, qui ad Christi Divinitatem, atque incarnationem spectant, dissertis verbis pronunciat, seque ex corde, & ore confiteri colere, adorare, ac complecti affirmat. At Virgo beatissima se pro eo veniam à Filio impetraturam pollicitura recessit, cum iam illucesceret. Neque interea quidquam ex pristinæ vitæ duritia perennibus lachrymis, ieiunijs, perpetuisque precibus in eodem Virginis templo humi stratus Theophylus remisit, sed Deiparæ imaginem intueri, non cessabat spem suæ salutis exspectans, cum ecce tibi nocte alia eamdem peccatorum Advocatam Deiparam in conspectu habuit, quæ hilari vultu, & lætis oculis clementiores illas voces adiunxit. Homo Dei! sufficit tibi pœnitentia, quam ostendisti, suscepit Deus lachrymas, & preces tuas propter me; tantum memento rectam in filium meum fidem ad extremum, vsque spiritum conservare. Ad hæc Theophylus se fideliter præstiturum, quæ ei pollicitus erat, respõdit, adiecitque se eam omniũ defensionem, atque spem secundum Deum agnoscere.

Ve-

Verum angebat chirographi, quo ſe dæmoni obſtrinxerat moleſtiſsimè recordatio; itaque multis lachrymis oppletus vnum hoc reſtare, quod à Matris Dei clementia petat chirographi, inquit, quo me dæmoni devovi reſtitutionem; poſt triduum Deipara afflictorum levamen per quietem chirographum, ita vt erat obſignatum ei defert. Experrectus illud ſupra ſuum pectus repoſitum invenit; vix ſe ipſe præ lætitiæ magnitudine capiebat. In ſequenti luce, cum dies eſſet Dominicus, Eccleſiam Epiſcopus, numeroſuſque fidelium cætus ad ſacra facienda, atque audienda convenerat, Evangelio recitato ad Epiſcopi pedes coram vniverſa Eccleſia procidens Theophylus factũ narrat, chirographum ſui ſceleris teſtem Epiſcopo tradit, quod etiam vt in ambone coram populo legeretur impetravit. Erupit in Dei, Deiparæque laudes, qui adrei geſtæ narrationem obſtupuerat, Epiſcopus; iubet Theophylum è ſolo ſurgere, cuius rogatu ſcelerata ſyngrapha flammis eſt tradita mirante, ac geſtiente populo, & cum lachrymis multas horas clamante: Domine miſerere Epiſcopus ſilentio indicto ſacrum Miſſæ officium peregit Theophylum ſacroſanctæ Euchariſtiæ impertiyt ſtatimque (mirum dictu) Solis inſtar Theophyli facies palam collucere viſa eſt toti populo; qui ex hoc ad Dei gloriam magis prædicandam mirificè accenſus eſt. His peractis recta ex eo loco ad B. Virginis templum, in quo adeò mirabiliterè tartari faucibus ereptus erat, Theophylus ſe contulit. Nec mora ægrotare confeſtim cœpit, brevique, ac ſalutari morbo, rebus domeſticis diſpoſitis, poſt triduũ ſalutatis fratribus eodem loco abſumptus animam Deo reddit, cum interiendum Dei ſemper, Deique Matris laudes celebraret.

S. Petr. Damia.

Ecce tibi eximium, & ſingulare Deiparæ beneficium in Theophylum è Satanæ vnguibus vna cum ſuo chirographo extractum: Quod ſic expẽdit S. Petrus Damianus citato ſer. 1. de Nativitate Virginis: ipſam allocutus: *Fecit in te magna, qui potens eſt, & data eſt tibi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. Quid tibi negabitur? cui negatum non eſt, Theophylum de ipſius perditionis faucibus revocare? Infelicem animulam, totum illud, quod in te factum eſt, proprio charactere denegantem, de luto facis, & miſeriæ ſublevaſti. Nihil tibi impoſsibile, cui poſsibile eſt, deſperatos in ſpem beatitudinis relevare*: Hæc Petrus Damianus.

Rich. à S. Laur.

Sed & Richard. à S. Laurentio; appoſitè & luculenter Theophyli hiſtoriam illuſtravit: primò ſiquidem lib. 2. de Laudibus Virginis: cum præmiſiſſet ea, quæ non ſemel attulimus: ſæpè quos Filij iuſtitia damnat, Matris miſericordia liberat, &c. Subijcit: *Fugias igitur ſub protectionem manus eius ſicut fecit Theophylus, & nihil timendum eſt. Ipſa enim dicit Eccleſiaſtici 24. Sicut nebula texi omnem terram ab ira, ſcilicet, Dei quaſi ab ardore Solis.* Demdead finem eiuſdem libri eadem de re inquit. *Hoc eſt quod legitur in pœnitentia Theophyli, quia priuſquam promitteret ei, ſe rogaturam pro eo fecit confiteri filium ſuum verum Deum, & verũ hominem ex ſe natum pro ſalute mundi; dicens ei. Confitere filium meum, miſericors eſt enim, & ſuſcipiet lachrymas pœnitentiæ tuæ*: Denique lib. 4. Sic ait: *Hæc eſt, quæ chirographum Theophyli diabolo potenter ereptum, captivo reddidit ſignum libertatis; & ipſum ſe ſuppliciter invocantem ab ipſis diaboli faucibus potenter eripuit.* Hæc omnia Richard.

Anton.

Ego verò circa hanc rem, opportunè in memoriam revocaverim, quod de Advocati munere à Deipara optimè geſto dicebat Antoninus in ſuperioribus adductus. *Sapientia Advocati, & eloquentia manifeſtatur ex tribus: Scilicet, quod obtineat apud iuſtum, & ſapientem iudicem. Secundo cõtra adverſarium aſtutum, & ſagacem. Tertio, quod in cauſa deſperata. Sed Virgo Maria Advocata noſtra obtinuit apud Sapientiſsimum, & iuſtum iudicem Dei contra aſtutiſsimum diabolum in cauſa deſperatiſsima inter Deum, & hominem, in qua nullus hominum, qui eam præceſſerant, loqui audebant*: Nimirum hæc omnia præfatæ hiſtoriæ omninò quadrant; adeò vt propter Theophyli chirographum, & deſperatiſsimam eius cauſam dicta videãtur: Sed illud ſingillatim in ea expendendum fuerit, quod poſt acceptam in Euchariſtia veniam: *Solis inſtar Theophili facies palam collucere viſa eſt toti populo.* En Mariæ ſapientiſsimæ Advocatæ eloquentiam, atque potentiam: En benigniſsimi iudicis miſericordiam: En deluſas aſtuti, & ſagacis adverſa

rij attes, vt hoc omninò ſenſũ de Deipara dictũ fuerit à Ioanne Geometra eſſe *ſpongiam nequitiæ noſtræ adverſus diaboli ſcripturam*: Sed id poſteà peculiari adnotatione perſequendũ fuerit: Modo contentus ero ſi adduxero Ioſephũ Cõfeſſ. die 28. Ianuar. poſt Ode. 3. de reliquijs S. Cyri orantem. *Verũtamen Domina! quæ per Potentiam tuam diabolicorum quoque ſpirituum vires excedis, omnis mihi verſutiæ, quã impoſtor ille tartareus adhibet, victoriam præbe.*

S. Ioſep.

EXEMPLA.

SED & pulchrum iſtud eximium beneficium à Deipara Theophylo illis antiquis temporibus collatum, non ſemel iteratum, & renovatum novimus, præſertim in ſacra domo Lauretana: audi primũ Turſelinum lib. 3. cap. 33. *Quidam proiectæ cupiditatis, ac libidinis, qui compluribus mulieribus, quas neſario amore concupierat, potitus fuerat, cum inſano cuiuſdam teneretur amore, eaque cum nec prece, nec pretio, nec vi dolo ve potiri liceret, dæmonem cogitat, vt ſe voti compotem faciat, ad omnia ſe deſcendere paratum oſtendens. Diaboli ergo iuſſu à Chriſto deficit, ſeque totum illi tradit; idque iurat conceptis ab illo verbis, & chirographo ſuam obſtringit fidem. Cæterum vt miſer potitus eſt, quod cupierat, cæleſti luce oborta redit ad ſe, & magnitudinem ſceleris ſui ſera æſtimatione perpendit; pœnitentia igitur tanti peccati ductus ad veniæ ſpem erectus Deum, Deique Matrem implorare cœpit. Inter hæc occurrit Virgo Laureana, eiuſque ædis Sacerdotes ampliſſima abſolvendi poteſtate præditi: protinus Lauretum venit: Sacerdotem omni re expoſita conſulit, ecqua ſibi ſpes ſit reliqua ſalutis? ille immanitate facinoris demonſtrata, ita ſpem ei ſalutis oſtendit, ſi precibus, ieiunijs, & voluntaria corporis caſtigatione Deum placare penitus inſiſtat, quod ſi imperata faceret, ſe eius confeſſionem auditurum, & à tanto piaculo abſoluturum: interim monet, vt per triduum inedia, cilicio flagris corpus affligat, Deiparæ opem apud Deum imploret; ſe eodem triduo* A *pro eo ſacrificium ſalutare Deo oblaturum. Ita triduo exacto Sacerdos ante abſolutionem monet, vt in ſacratiſſimo ſacello precibus, lachrymiſque Deiparam obnixè oret, vt chirographum à diabolo extortum recipiat, quod dum ille proſtrato corpore facit, & verſiculos illos*

Monſtra te eſſe Matrem
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit eſſe tuus.

ingenti miraculo voti compos efficitur: ſubitò enim chirographum in manus delapſum conſpicit: quare ex inopinato gaudio integrato fletu grates Virgini enixius agit. Sacerdoti receptum ſcriptum oſtendit, quot tot, tantiſque in Chriſtum; atque in ipſum, qui ſcripſerat diris, & execrationibus erat refertum, vt facilè appareret à ſempiterno humani generis hoſte dictatum. Ita ille ex dæmonis ſervitute Deiparæ beneficio in libertatem aſſeritur filiorum Dei. Hactenus Turſellinus.

Turſell.

Aliud huic valdè perſimile, ſed tempore multò antiquius exemplum refert Alanus de Rupe proprio libro, quem de Roſario inſcripſit: & ab eo Pater Ioannes Bonifacius libro 2 Hiſtoriæ Virginalis minus politis Alani verbis in hæc elegantiora commutatis. Quidam infelix, & miſer amiſsis, quibus abundarat opibus, ad extremãque redactus inopiam inſtinctu dæmonis remedium pollicentis Chriſtianam Religionem, & Sacra, quibus erat imbutus eiuravit, baptiſmumque etiam execratus diabolo ſe, & iureiurando adſtrinxit, & ſyngrapha proprio ſcripta ſanguine ad maiorem fœderis firmitatem, videlicet, malorum vltimũ perpeti maluit, quam ab ea, quæ appellatur fortuna paupertatis telũ accipere; quod tam multi ex Æthnicis, vel pro nihilo putaverunt, vel patienter toleraverunt: cum autem aliquando prænobilis viri comes, quem non revereri non potuit, Sancti Dominici Monaſterium quoddam ingreſſus, & ſacris intereſſe, & concionem audire coactus eſſet: ipſeque Orator Chriſtianus de ſervitute egiſſet, quam illi miſerrimam ſentiunt, qui ſe dæmoni manciparunt bonitatemque rurſum, ac Dei Clementiam extuliſſet, quæ diutiſſimè exſpectare ſolet, dum ſe illi expediant, ac iugiter excutiant, quos talis dominatus oppreſsit, multumque opis in Roſario eſſe, ac cultu Virginis affirmaſ-

Alan.

ſet, vt dæmonis laqueos, vel rumpas, vel declines: hoc iſte ſermone è gravi ſomno experrectus, magnam illicò in patrocinio Virginis fiduciam, ſecuritatéque cõſtituit. Itaque Roſarij ſodalitio nomẽ dedit: ſumptiſque precatorijs globulis Virginem crebro appellabat, nec dubitabat, quin pro malorum gravitate remediũ bona Mater à Chriſti Filio allatura eſſet. Ridebatur à malo dæmone ſalutaris illa pietas, & ſpes concepta de Virgine: fruſtra conniti eum, qui ſe irrevocabili ſponſione tradidiſſet: fidem vel hoſti eſſe ſervandã Numina illi, nec eſſe, nec fore propitia, qui ſe orco, & inferis cæremonijs adhibitis devoviſſet. Anxius ille, ac mæſtus ad Prædicatorum cœnobium adijt; inque Roſarij ſacellum ingreſſus ante ſimulachrum virginale procubuit, & his Deiparã affatus eſt verbis. Virgo dulciſſima, beneficẽtiſſimaque mortalibus miſerrimi has preces accipe, quas in tam acerbo luctu dolor me cogit effundere. En tibi Roſarium offero, illud inquam Roſariũ, de quo tui Concionatores, tam multa, & tam præclara cõmemorant, quæ Sodalibus impertiri cõſueſti: horum ego promiſsis magnificis incitatus tuum Deipara Numẽ imploro; ac me tibi ſiſto, tua benignitate ex hac præſenti miſeria recreandũ, quæ talis eſt, vt commemorationẽ aures reformident. Me pro dolore furiali quodã nexu tuis hoſtibus obligavi, amẽtiſsimèque devinxi deteſtabilem pactionẽ meo, quamvis cruore ſignatã, atque obfirmatam tibi reſcindere facilè eſt; cuius voluntatẽ Dei immortalis dono, atq; munere ipſa exæquavit: Hic; hic manẽdum mihi eſt, Virgo Sãctiſsima, neque ante recedendũ, quã funeſtam illam ſchedam reſtitutam video. Eam malus dæmon, vt obſidẽ retinet, ac ſe mei dominatorem iactat eſſe perpetuum. Tum me tua ope adiutum, ereptũque putabo, cum chyrographum delectum obſitumque litura perſpexero. *Hæc dicere perſeveranti, atque ad Mariæ imaginẽ identidem aſpicienti viſa eſt ex virginali manu carta illa decidere, quam dæmoni dederat perpetuæ ſervitutis teſtem. Eam vbi recepit, manumque agnovit, inductamque vidit de Chriſti per manum beneficio perſuaſus Roſarij religionem multo colere cœpit ardentius, cuius exercitatione tale, tantumque periculum effugiſſet.*

EIVSDEM argumenti.

MARIA chirographũ peccati, ſic delet, vt nullum in eo veſtigium, nullà litura maneat.

ADNOTAT. XXI.

TAm ad ſuperiorẽ, quàm ad præſentem adnotationem pertinet ſpongiæ imago Deiparæ accommodata quàm pulchũ illud Senecæ monitum lib. 1. de Clementia cap. 17. Principi datum. *Agat Princeps curam, non tantum ſalutis, ſed etiam honeſtæ cicatricis*: vt videlicet, nec nota quidem appareat: quod ſanè cum ſpongia nequitiæ ſenſum habet communem: vt à benigniſsima Advocata deleatur chirographum in Dei ſcientia, & in peccatoris conſcientia ſcriptum: & quidem vt iam de hoc ſecundo agamus; quoniam ſapienter dicebat Vrbanus Pontifex in præcedenti adnotatione adductus; *quod ſuper deletas litteras quædam ex ipſa litura remanet turpitudo, per quam adhuc perpendi poſſint ipſarum deletarum veſtigia, & ſignificatio litterarum niſi ipſæ litteræ, & litura penitus eradantur*: occurrunt Gregorius Nazianzenus, & Chryſoſtomus; ille peccatorem de agenda verè, & fortiter pœnitentia, ſic monens orat. 40. *Porrò non fucanda eſt purgatio, ſed imprimenda, tibique hoc agendum, vt plenè, ac perfectè ſplendeſcas, non vt leviter, & in ſuperficie illinaris; vt gratia non peccata tantum obducat, ſed ab ijs omnibus omninò te vindicet.* Hic autem de optimo Principe, & docta manu, quæ honeſtæ cicatricis curã gerat, ſic nos ſecuros faciens hom. 50. ad populũ, inquiens: *Ita Deus peccata delet, vt nec eorũ maneat veſtigium: in corporibus quidem hoc nõ licet,*

1 Seneca.

Vrban. Pont.

Nazian.

Chryſoſt.

quin

quin etiam, & ſi millies elaboret medicus, vt imponat vulneri remedia, vulnus quidem tollit; cicatrix verò permanet: Deus autem cum delet peccata, neque cicatricem relinquit, neque permittit remanere veſtigium, ſed cum ſanitate pulchritudinẽ quoque reſtituit. Hæc Chryſoſtomus.

2 Tradimus non ſemel in ſuperioribus, in eum qui malo fato *incidit in latrones, qui etiam deſpoliaverunt eum, & plagis impoſitis abierunt ſemivivo relicto*, Lucæ 10. v. 30. Quæ quidẽ imago, vt omnes omninò PP. itemque Scholaſtici DD. explicant, adũbrat ap primè Adamum, & in eo totũ hominum genus, qui à gratia Dei, & magno illo dignitatis gradu, quo cõditus fuerat, in abiectum peccati ſtatũ deſcendit, & gratia ſpoliatus, inſuperque natura ipſius per peccatum vitiata, ſeu corrupta ſemivivus relictus eſt, donec verus Samaritanus Chriſtus per viſcera miſericordiæ ſuæ viſitavit nos oriẽs ex alto, & ipſum curaturus advenit: atque inflicta vulnera vino, ideſt, ſanguine ſuo lavit, & oleo miſericordæ vnxit: Et verò vt omnes PP. hãc imaginem eleganter illuſtrent; nobis peropportuna viſa eſt elucidatio Petri Cellenſis, qua priorem felicitatis, ſeu primævæ valetudinis ſtatũ, à quo homo decidit: itidemque languores, & miſerias, in quas incidit, ſimulque diros eiulatus, & voces, quibus opem, & medicinam efflagitabat, elegantiſsimè deſcribit; imò graphicè depingit: Quoniam verò ipſius verba pluſcula ſunt, nec tamen vllum debet omitti, dabimus ea per partes: & primũ, priſtinum illum felicitatis ſtatum, atque animæ pulchritudinem, hunc in modum delineat. *Anima à Deo facta, & à Deo regenerata Regis filia nuncupatur; pulchra, generoſa, tenera, delicata, formoſa, & candida, ignara doli, laboris inſueta, virtutum capax, dominatrix vitiorum, artium inventrix; conſtans in amore, verax in promiſſione, larga in donatione; ſocialis ad cives, affabilis ad omnes*: deinde verò inflicta illi vulnera, & ab illis miſerandum ſtatum, ita tragicè deplorat. *Denique rapitur puella. O crimen! generoſitas ancillatur. O pudor! Delicata laceratur, ò pietatis naufragium! Formoſa denigratur, ò damnũ pulchritudinis! Obſcuratur candida, ò gloriæ convitium! ignara doli fraude ſeducitur, ò inſtitiæ exitium! Inſueta laboris, laboreatteritur, ò miſerationis exſilium! Capax virtutum virtutibus evacuatur, ò excuſio bonorũ! Vitiatur damnatrix vitiorum, ò commutatio dæmonũ! Inventrix artium, inventorum obliviſcitur, ò ignaviæ pabulum! in amore conſtans, inſtabilis inventus! ò naturæ lubricum! Verax in promiſſione, cottidie mentitur, ò peregrinationis invium! in donatione larga in avaritiam vertitur. O exſiccatio venarum! ſocialis ſint fœdere: ò vitæ corruptionem! affabilis infrunita redditur, ò coagulum dilectionis vaſtatum!* Ex quibus tandem Cellenſis ad opem, & curam, & benignitatem Medici implorandã, ſic pergit exclamans *O Clementia Creatoris eripe illam de ore leonis: reſtitue illi ſtatũ libertatis; repone in deliciis priſtinis reforma deformatam, renova obſcuratã libera deceptã; amove laborem, redde virtutes: cura vitiatam, doce oblitam; confirma lapſam; pone in veritatis viam; deſtrue avaritiã, fœduſque ſocietatis conſtitue; affabilem redde*: Hæc omnia ille.

Luc 10 v. 30.

Pet. Cellenſ.

Nec mora, quin ſtatim Medicus ſanaturus accurrat benè obſervãte Ambroſio ſer. 21. in Pſal. 118. litterã *ſin* propriè ſignificare *ſuper vulnus*: cumque dixiſſet: *Super vulnus quid eſt? niſi medicamentum, quo vulneris acerbitas mitigatur? ſuper vulnus oleum infunditur, vt omnis vulneris aſperitas molliatur: ſuper vulnus malagma, ſuper vulnus alligatura, à quibus omnibus vulnus foveturr*: hæc noſtro inſtituto ſic accommodat: *Medicamentum igitur ſuper vulnus eſt; quia Dominus Ieſus ipſe eſt Medicus, qui vulnera noſtra curavit, infundẽs vinum, & oleum, & alligans vulnera Adæ illius, qui deſcendens ab Hieruſalẽ à latronibus vulneratus eſt, &c. Bona alligatura, quæ fracta animæ tuæ oſſa cõnectat, & ſoliditate reparata in priſtinas vires reformet, ac diſceſſus artus ſine vlla cicatricis offenſione reſtituat.* Hæc Ambroſius ibi. Audis bonũ Medicum? bonũ Principẽ agentem curam non ſolũ honeſtæ cicatricis; ſed etiam, vt ſine vlla cicatricis offenſione ægro ſalus reſtituatur. Nec omittenda, quæ idẽ Pater habet lib. 3. de Virgin. hunc ſenſũ; Ius plus diffundẽs ait, hunc in modũ: *Omnia igitur habemus in Chriſto: Omnis anima accedat ad eũ, ſive corporalibus ægra peccatis, ſive clavis quibuſdã ſæcularibus cu-*

3 *Ambro.*

cupiditatis infixa: ſive imperfecta adhuc quidem, ſed intenta tamen meditatione proficiens, ſive multus aliqua ſit iam perfecta virtutibus omnis in Domini poteſtate eſt, & omnia Chriſtus eſt nobis: ſubijcit opportunè: *Si vulnus curare deſideras, medicus eſt: febribus æſtuas, fons eſt: ſi gravaris iniquitate, iuſtitia eſt: ſi auxilio indiges, virtus eſt: ſi mortem times, vita eſt: ſi cœlum deſideras, via eſt: ſi tenebras fugis, lux eſt: ſi cibum quæris, alimentum eſt.* Hactenus Ambroſius.

4

Cant. 1. v. 2. LXX.

Conferunt frequenter in hanc ſententiam PP. & nomen Ieſus, & verba Sponſæ, Cant. 1. v. 2. *Oleum effuſum nomen tuum*: ſive vt LXX. & cum ipſis omnes PP. & Græci, & ex Latinis nõnulli tranſtulerunt: *vnguentum exinanitum nomen tuum*: vbi ſive ex olei natura, ſive ex vnguẽti imagine Dei Filius humani generis Medicus perfectè curaturus aſſeritur, quod quidẽ ipſum Ieſu nomen ex Cyrillo Hieroſolymitano, & Epiphanio, & Bernardo latius alibi adſtruximus: nec tamẽ modo ipſorũ verba prætereunda duximus: ita ergo Cyrillus catecheſi 10. *Ieſum apud Hebræos ſignificare Salvatorẽ: lingua verò Græca Medicũ ſonare, quandoquidem & corporum Medicus eſt, & animorũ Curator; cæcorum ſenſiliũ ſanator, & mentium illuminator, claudorum curator, & peccatorum dux ad pœnitẽtiam.* Hæc Cyrillus, quæ ſic præſtrinxit Epiphanius: *Ieſus Hebraica lingua Curator appellatur, aut Medicus, & Salvator*: At enim verò illud maximè obſervandũ; vnguentũ non ſimplex medicamentum eſſe, ſed compoſitum docta videlicet manu, & arte medica mixtis ſimplicibus herbis, ſeu ſpeciebus; quod ad præſens divinum vnguentum beliſsimè docuit Tertullianus lib. 2. adverſus Marcionem cap. 27. inquiens: *Miſcente in ſe ipſo hominem, & Deum; in virtutibus Deum, in puſillitatibus hominem, vt tantum homini conferat, quãtum Deo detrahit totum, ergo Dei mei pœnes vos dedecus Sacramentum eſt humanæ ſalutis*: Hæc ille; quæ poſtmodũ expendemus: modo huius vnguenti ad ſanandum, necnon ad obducendã cicatricẽ efficaciam accipe ab Ambroſio lib. 5. in Lucam elucidante ea Domini verba: *Nõ egent, qui ſani ſunt medico; ſed qui malè habent*, hunc in modum: *Novum medicamentũ, novus Magiſter advenit. Hoc de terra non pullulat: imprudens eſt enim omnis creatura huius confectionis: Venite ergo omnes, qui incurriſtis peccatorum varias paſsiones vtimini peregrino medicamento, quo venenũ ſerpentis excluditur, quod non ſolùm paſſionum abſtulit cicatricem, ſed etiam cauſam diri vulneris amputavit.* Hæc Ambroſius: de quo multus etiam eſt Bernardus ſerm. 18. in Cant. vide ibi.

Cyrill. Hier. Epipha. Tertull. Ambroſ. Luc. 5. v. 31. Bernar.

Ex quibus iam rimari licet, quod tractandum propoſuimus de cicatrice peccati; quam Dominimedicamentũ, & curat, & obducit; imò vero & quod non obducatur, ſignatè ipſe queritur, per Ieremiam cap. 8. v. 22. inquiens: *Numquid reſina non eſt in Galaad, aut Medicus non eſt ibi? Quare igitur non eſt obducta cicatrix filiæ populi mei*: Quod ſanè optimè explicuit Hugo Victorinus adnotat. in Pſal. cap. 46. ad verba Pſalm. 37. v. 6 *Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ*: vbi dum exacta diſtinctione diſcriminat veros, & perfectos pœnitentes ab ijs, qui non plenè purgati ſunt, priores eſſe inquit, *qui poſt vulnera ſunt perfectè ſanati abſque affectu peccati, & ſine reatu eiuſdem, ita vt nihil ſint ſibi conſcij, & illis obducta ſit cicatrix perfectè*: poſteriores verò, *pœnitentes deſerentes peccatum, ſed à reatu nondum plenè purgatos per ſatisfactionem, & in quibus quaſi quædam ſigna vulnerum permaneant*: Benè quidem *ſanati abſque affectu peccati*: Quod apprimè explicavit præfato loco Vrbanus poſt illa verba: *Lava me ab iniquitate mea, & ita perfectè lava, qui imperfectionis opera nõ noviſti, vt in me peccati veſtigium non relinquas*: Subijcit. *O humilis ſublimitas! & ſublimis humilitas, quæ ad deſignandam illam lotionem interiorum animæ, quam requiro, vſque ad lavacrum pedum Diſcipulorum tuorum tuam altitudinem inclinaſti, lava me, vt in æternum habeam partem tecum: lava non ſolùm pedes affectuum meorum, ſed etiam, & manus operum, & caput ſenſuum*: Pergit ſtatim: *Et quoniam anima mea vilis facta eſt, iterans peſsimas vias ſuas, lava à malitia cor ipſius, vt in ea cogitationes noxiæ non morentur: lava lachrymarum lixivio calido, & amaro per ſingulas noctes conſcientiæ meæ ſtratum, lava pedes interioris mei hominis butyro devotionis, & renova Sacramẽtis:*

5

Ieremi. 8. v. 22. Hugo à S. Vict.

& poſt nonnulla: *Et vt hic ſanari valeam, & mundari, hic vre, hic ſeca, hic fiat expiatio mei, hic emundatio mei, vt cum in tuo diſtricto examine aream tuam ventilare veneris, & mundare animam meam, pœnitentiæ veræ ſcopis mundatam invenias, & ornatam.* Hactenus Vrbanus.

6 Sed iam hæc omnia ad Virginem omninò pertinent; quippè ipſa huius medicamenti pars magna fuit; quæque tam ſalutari operi manum ſingillatim admovit: Audi Vatem Pſalm. 102. verſ. 20. de Verbo Dei ad ſalutem humano generi dandam à Patre miſſo: *Miſsit Verbum ſuum, & ſanavit eos*: ſed quo modo? qua ve ratione? audi Paulum ad Galat. 4. verſ. 4. *Cum venit plenitudo temporis, miſsit Deū Filium ſuum factum ex muliere*: preme *factum ex muliere*, ex præfatis verbis Tertulliani *miſcente in ſe ipſo Deū pariter, & hominem, &c. totum ergo Dei mei penes vos dedecus Sacramentum eſt humanæ ſalutis*: vt ab hac divina mixtura ſalutare medicamentum conficeretur præbente Maria puriſsimam, & velut divinam mixturæ carnē: Pro qua cogitatione fideiubet opportunè Baſilius Magnus homilia de *humana Chriſti generatione*, hoc humanæ ſalutis Sacramentum, ſic explicans: *Ideò Deus in carne, quod maledictam carnem hanc ſanctificari, debilitatam corroborari; alienatam à Deo reconciliari oportebat: ſed quæ huius diſpenſandi negotij officina? Virginis corpus: Quæ principes cauſæ generationis? Spiritus Sancti, & virtus Altiſsimi*, vt videlicet in carne, & ex carne à Virgine ſumpta; humanæ carni infirmæ, & ad mortem ægrotanti ſalutarem medicinam Dei Filius exhiberet; pulchrè id cōfirmante Ambroſio in Pſal. 37. *Antidotum facta eſt caro, quæ erat venenum antea peccati, quia erat illecebra peccatorum. Audi quemadmodum antidotum, caro. Dei Verbum factum eſt caro: miſsit manum in cavernam aſpidum, venenum evacuavit*: Audis, Mariæ carnem, ſive à Maria carnem ſumptam factam Antidotū contra venenum peccati? audi modo Philippum Abbatem hāc cogitationem, ſic diffundentem, vt divinam mixturam, doctam manum, artemque medicam; qua ſalutare, hoc antidotum, & vitæ medicamentum confectum fuit, ſimul exprimat: ergo lib. 1. in Cant. cap. 8. ſic inquit: *Denique in thalamo Virginis velut in mortariolo convenerunt, & conventu glorioſiſsimo vnguentum, vel vnguenta ſatis vtilia confecerunt Patris præceptio: Verbi præſentia: Vmbramen flaminis: auris obediens, & fides conſtantior, & caro Virginisi, ſtarum ſpecierum in vaſe fictili ruſticana confuſio non fit, ſed contuſio quædam docta manu, & arte medica, quibus in numero, & menſura, & pondere congruo diſtributis vnguenta pretioſa, & dolorum mitigatoria, & reparatoria ſunt ſalutis*: Hæc Philippus: Obſerva, & oſculare hæc, *docta manu, & arte medica*, quæ omninò ad Divinum Spiritum, & ad Mariam referenda ſunt: eam nobis medicinam, & antidotum conficientibus, qua maledicta caro ſanctificari, debilitatam corroborari, alienatam à Deo reconciliari poſſet. Quid verò fuerit docta manus, & ars medica huic antidota adhibita? niſi talis ſalus infirmo præſtita, vt nec infirmitatis veſtigium; nec vulneris cicatrix in eo remaneat.

7 Concinit perbellè his Eccleſiaſticus cap. 36. verſ. 27. inquiens: Vbi non eſt mulier, ingemiſcit egens, ſive vt alij legunt *æger*, & cap. 38. verſ. 4. *Altiſsimus de terra creavit medicamenta: in his curans mitigavit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta ſuavitatis, & vnctiones conficit ſanitatis*: appoſitè hæc verba in Virginem paraphraſticè inflectente Richardo à S. Laurētio lib. 1. de Laud. Virgin. cap. 4. hūc in modum: *Altiſsimus de terra carnis virgineæ creavit Medellam, ideſt, corpus Chriſti* Medicina omnium in feſtinatione nebulæ (Eccleſiaſt. 43.) *Hæc medicina profluxit nobis ex plenitudine Mariæ*. Vnde Chriſtus dicit: Ego quaſi fluvius Doryx, *quod interpretatur medicamentum generationis, quia ipſe ſanat infirmitates noſtras*, & quaſi aquæductus exivi à paradiſo, *ideſt, Virginis vtero*: Hæc ille: Cui adſtipulatur Abbas Vverricus ſerm. 1. *in Annunciatione*, cum ait: *Quàm beatus ille venter eburneus: vnde caro eburnea ſumpta eſt Redemptoris, pretium animarum, miraculum Angelorum; ſolium ſummæ Maieſtatis, thronuſque poteſtatis, cibus vitæ immortalis, medicina peccati, reſtitutio ſanitatis*. Quotquot (*inquit*) tangebant

Pſ. 102 v. 20.

Galat. 4 v. 4.

Tertull.

Baſil. Magn.

Ambroſ.

Philipp. Abb.

Eccl. 36. v. 27.

Rich. à S. Laur.

Eccl. 43

Eccl. 24

Vverri.

eum ſanabantur à languoribus ſuis: *nam virtus de illo exibat, & ſanabat omnes*: ſubijcit ad rem: *Beatus igitur venter, qui te Domine Ieſu portavit: felix caſtitas uteri virginalis, quæ huic operi materiam miniſtravit.* Hæc Vvericus felicem appellans carnē eburneam Virginis, à qua caro eburnea Salvatoris ſumpta eſt, itidemque Mariæ caſtitatem, quæ huic medicamento, quod ſanitatē reſtituit, materiam miniſtravit, vt iam deinceps anima ſit corpore, & ſpiritu immaculata: in quem ſenſum Anſelmus iterum, atque iterū ratiocinatur: nam primum lib. de Excellentia Mariæ cap. 4. ſic inquit: *Salutare mirabile, quod non ſolùm, Domina, te inæſtimabili ſalute ſublimavit, ſed & totum mundum peccatorum vulneribus putridum ex te prodiens mirabili diſpenſatione ſanavit*: Sic ille: nota Verbum *ex te prodiens* ſalutem videlicet allaturus carne à te ſumpta, quæ carnem ægram ſanaret: Rurſum vero eodem lib. cap. 1. ita animoſe huic rationi innixus Deiparam allocutus: *Si propter peccatores facta eſt Dei Mater, quomodo immanitas peccatorum meorum cogere poterit deſperare veniam, cum tam ineſtabile bonum factum eſt ex ea ob curationem eorum*: Ita Anſelmus: Vim rectè faciens in eo quod medicamentum ex Virgine ad curationem peccatorum factum fuerit.

8 Ecce ergo tibi Mariam *ſpongiam nequitiæ noſtræ*, quæ non modo abſtergit peccatorum crimina, ſed etiā humani ingenij commenta, vt dicebat Geometra; mentes noſtras à propenſione in vitiū repugnantes, vt ex Elia Cretenſi ſtatim videbimus: vnde Richard. à S. Laurentio variata ſpongiæ in ignis imagine lib. 11. de Laudib. Virg. de ipſa dicebat: *Et benè Maria dicitur ignis, quia illuminat cæcos, calefacit frigidos, decoquit carneos, purgat fætulentos, incinerat duros, quia cinis mollis reſolvitur de dura materia, denigrat candidos, deſſecat humidos, reſtringit fluidos, diſſoluit ſolidos*: Ita ille: Eccleſia verò Græca in Menæis die 11. Aprilis in veſperis de S. Martyre Antipa ipſam, vt multiplici miſerationis abyſſo peccata noſtra abſorberet, ſic orabat: *O apud Deum vnicè Gratioſa! Tu multiplici erga homines Miſerationis abyſſo circumfluis. Per iſtam igitur ſine fundo Miſericordiam Tuam peccata mea abſorbe, vnaque omnes illic maculas elue à me non attendente cōtractas, vt ſic ab omnibus negligentiæ meæ damnis ereptus, Divinæ exiſtimationis tuæ Magnitudinem perenniter celebrem*: Sic ibi. Sanctus quoque Theophanes in iiſdem Menæis eodem dictu Mariam deprecabatur, inquiens: *O intaminatiſſima Genitrix Dei! animæ meæ vulnera, & inflictas à peccato cicatrices emūda fontibus è Filij tui latere profluentibus abluens, & tuis ex illo gratiæ fluentis eaſdem abſtergens: Ad te enim exclamo: ad te quoque confugio. Te denique vt gratia plenam imploro*: Sic ille vulnerum, & cicatricum comminiſcens: eaſque & emundari, & abſtergo exoptans.

Sed pro coronide audi S. Damaſcenum in Menæis die 11. Februarij in veſperis de S. Nicephoro Mariam, ſic orantem: *Me dæmonum latrocinātium inſidijs vulneratum, & omni benè operandi facultate deſtitutum in huius ſemper inſtabilis vitæ ſemita humi iacentē, & magna valdè miſericordia indignum celeriter, ò intaminatiſſima! intuere, vinū, & oleum diſperatis vulneribus meis affundēs, meque ad bonam animæ valetudinem revocato*. Sic Damaſcenus.

9

EXEMPLA.

SIT vtcumque obvium; mihi tamen omninò neceſſarium videtur mirandum illud errantis ovis, & diſperſæ Beatricis exēplum afferre, quo Sanctiſsima Deipara maximè cōmendat charitatem ſuam, dum æternæ ſaluti, & incolumitati; & honori inconcuſſo perditæ fœminæ, ita conſuluit, vt nullum vulneris, ſeu cicatricis in ea remanſerit veſtigium: Ergo Cæſarius Ciſtercienſis lib. 7. rerum mirabilium cap. 35. & ab eo Bzovius ad annum 1203. ſic habent. *Erat verò Beatrix in obſequio Dei genitricis ferventiſsima, quam cum Monaſterij portæ præpoſita eſſet, Clericus quidam deperiit, & ita libidinum flammis incendit, vt victa furore claves Oratorij ad altare Virginis detulerit, & Virgini commendavit. Clericum ſecuta ſecretò, à quo corrupta abiecta eſt, & coacta meretricem agere*

per

Lucæ.

Anſelm.

Theoph.

Damaſ.

Rich. à S. Laur.

Eccleſia Græca.

Cæſar Ciſterc.

per quindecim annos. Demum rediens ad Monasterium, sed in habitu sæculari; mirum dictu! reperit Deiparam, quæ per quindecim annos, & ore, & habitu Beatricis; Beatricis fecerat officium; à qua Beatrix blandissimè correpta, monita est de excessu pœnitentiam agere, & magna fiducia sub tutela Virginis in dies proficere, & suum antea relictum officium diligenter obire, quod & re ipsa graviter præstitit. *Hæc ibi*; quæ si aliquis in dubium vertere voluerit, ego quidē cōtra dixerim de ijs testimonia tua credibilia facta sunt nimis, *quæ tantam Virginis erga eos, qui ipsius obsequio olim addicti fuere charitatem, benignitatem, patientiam, & de bono eorum nomine curam manifestant.* De ipsa quidem Salomon Sapientiæ 8. vers. 3. inquit: Generositam illius glorificat, contubernium habens Dei, sed & omniū Dominus dilexit illam: *quæ sic effert Richard. à S. Laur. lib. 2. de Laud. Virginis.* Generositatem Mariæ glorificat; id est, quantum potest magnificat, & exultat vir iustus. *Quid enim generosius? hoc Virginis facto excogitari potest?*

Gononus in Chronico Deiparæ ad annum 1058. refert de Sanctimoniali quadam; *quæ carnis fragilitate, & malo lenocinante dæmone in stupum prolapsa est, & ab eo gravida facta: iam vero intumescente utero ad Beatam Virginem pœnitens facti, & dolens de fama peritura confugit, emendationem proponens, simulque exorans, vt pia Mater honori suo consuleret. Quod & factum est mirabili sanè virtute: nam post orationem detumuit uterus: unde & ipsa ad præstanda, quæ promisserat pœnitentiæ opera tadra sanè non fuit.*

Quod vero Deipara à Ioanne Geometra spongia nequitiæ nostræ appelletur, vt sæpiùs vidimus ipsamet Domina firmare videtur; *quæ B. Godrico solitariam vitam agenti, in Deiparam propensissimo aliquando apparuit; ipsi cum Sancta Maria Magdalena iucundissimè hæc verba cantans, quæ iussit, vt retineret memoria, & ore frequentaret, tanquam præsentissimum contra tentationes, & tristitias amuletum.* Sancta Maria, Christi thalamus, Virginalis puritas: Matris flos: dele mea crimina: regna in me, duc ad fælicitatem cum solo Deo. *Hæc vbi inculcavit Virgo signum crucis clienti suo impertiens, & suavem odorem spirans in cœlum ascendere visa est. Hæc ibi, vbi observa illud spongiæ munus.* Dele mea crimina.

MARIA perfectissima Advocata, quæ deletionem chirographi, tam in scientia Iudicis, quàm in conscientia peccatores perficit.

ADNOTAT. XXII.

HOrremus (& optimo quidem merito) *chirographum Decreti, quod est contrarium nobis*; sive illud in Dei iudicis decreto peccatorem ob mortale facinus in ignem æternum damnantis: sive etiam in conscientia nostra cum in illa manu nostra peccata conscribimus consideramus: Quis enim non horreat, & semetipsum damnationi obnoxium, propter commissa crimina, quæ nec sibi dimissa esse, nec se illa omninò purgasse novit; itidemque & iudicem iniuriarū suarum non penitus oblitum? Pupugit quidem hoc tenacis memoriæ in Deo iudice, & in peccatoris conscientia acumen Venerabilem Pontificē Maximum Vrbanum IV. in perpulchra Metaphrasti in Psalm. 50. cum ad ea verba *secundum multitudinem miserationem tuarum dele iniquitatem meam*: signarè affirmat: non fuisse contentū Davidem, si prioribus Psalmi verbis: *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam* gravissimi criminis veniam à Domino postulasset, nisi etiam notanter addidisset, vt etiam à divina memoria, ita deleretur, vt mādaretur oblivioni: huc revocans totam miserationum Dei magnitudinem, & inexhaustum pelagus; vt in oblivionem coram ipso tantum sceleris iret: Nimirum cum Vrbanus Davidem primum, his verbis loquentem fecisset: *Dele obsecro, omnipotentissime, illud, quod adversum me est chi-*

ro-

Sap. 8. v. 3.

Rich. à S. Laur.

Gonon.

Geome.

1

Vrban. Pont. Psal. 50 v. 2.

rographum Decreti tui. Decreveras enim Pater, vt ſi vellem mortem evadere, non peccarem, & quia ego infelix contra tuum decretum indiſcretè corpore, & corde peregi ad inſipientiam magnam mihi: tu qui ſcientiarum es Dominus, inde chirographum memoriæ in tua ſcientia, & me à conſcientia conſcripſiſti, vt cum ſederet tremendum iudicium tuum magnum, aperirentur iſti ſcientiæ tuæ, & cõſcientiæ meæ libri, & alius ille liber, quẽ habet contra me humani generis accuſator: & ex ijs, quæ inveniretur in illis codicibus iudicarer. Sed ne tunc inveniatur in me iniquitas, amator hominũ Deus dele iniquitatem meam, ſubinde ſtatim premens ſequentia Vatis verba: *Amplius lava me ab iniquitate mea*, pergit indicare conſcientiæ peccatoris notas, ſeu litteras chirographarias magis, magiſque delẽdas, vt anima omninò munda permaneat, quin vllum priſtinæ iniquitatis veſtigium in ea ſuperſit: ſic inquiens: *Sed Domine, qui non deſpicis gemitus contritorum, tu noſti, quod ſuper deletas litteras, quædam ex ipſa litura remanet turpitudo, per quam adhuc perpendi poſſint ipſarum deletarum veſtigia, & ſignificatio litterarum, niſi ipſæ litteræ, & litura penitus eradantur, ita vt delera à te iniquitas in anima mea, quamdam deformitatem relinquit per quã à te, qui ſolus es inſpector cordium, & conſcius ſecretorum, & ab illo, qui eſt animarum improbus accuſator, poteſt adhuc perpendi, quanta fuit iniquitas mea, niſi poſt deletionẽ à te amplius abluatur, & ideò peto humiliter*: Amplius lava me ab iniquitate mea, & *ita perfectè lava, qui imperfectionis opera non noviſti, vt in me peccati veſtigia non reliquas.* Hactenus ex Vrbano: apud quẽ vnam, & alteram habes deletionem, ſeu abraſionem chirographi, miſericordi Dei manu perficiendam: illam vt à Dei memoria; hanc vt in hominis conſcientia, omne peccati veſtigium deleatur.

2 Et verò, adeò ad perfectam peccati remiſsionem hæc iniuriarum oblivio ſpectat, vt non aliter immunis à vindicta, ſeu indignatione reus eſſe videatur: vti infero illo Principe Tiberio obſervatum, ſic Cornelio Tacito lib. 4. Annalium eſt *in animo retinente iram, & ſi impetus offenſionis elanguerat, memoria valebat*: & in Rege regiæ benignitatis immemore Homerus Iliade prima dicebat: *quamquam diſsimuler, bilemque moleſtam, concoquat, & pœnam præſens in tempus omittat. Non tamen imbibitæ ſemel oblivi ſcitur iræ. Supplicio dum facta gravi commiſſa rependat.* Quo facere videtur, quod queribundus, ſed humili animo Deo ſuggerebat Sanctus Iob capite 7. verſ. 21. *Quare non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam?* reponentibus pro his verbis LXX. *Quare non feciſti iniquitatis meæ oblivionem? & purgationem peccati mei*: Scitè hæc verba elucidante Sãcto Cyrillo Alexandrino in Apologetico ad Imperatorem Theodoſium Auguſtum in fine Concilij Epheſini, vt ex Divino exemplari Princeps ille inclytus, non ſolùm remitteret iniurias, ſed & illarum oblivi ſceretur: Etenim Cyrillus, cum dixiſſet: *Cum optimus quoque Iob à diabolo tentatus, cum acerbiſsimis, atque ſæviſsimis ærũnis teneretur ad Deum clamabat.* Quare non feciſti oblivionem iniquitatis meæ? Iob 7. Subijcit: *Sed ſtatim opinor dicet hic quiſpiam. Quid igitur, ò generoſiſsimè athletarum? Tunc? ob id legislatorem ſtatim inſimulas; quod peccata non oblivi ſcitur? Nè (inquit ille) qui enim natura ſua miſericors eſt, neque vulgarem inde gloriam obtinet, cur non etiam talem mihi ſe præbet? Si enim fieri poteſt, vt humana mens nullo pacto prolabatur, exactiſsimè in illum iudex inquirat, obſignet iniquitates velut in ſacculo, deneget oblivionem ijs, qui ipſum, vel inopinatò interdum offenderunt: Si verò in multis offendimus omnes, omnique vacare culpa in ipſum ſolum convenit, delicta eorum libens oblivi ſcatur, qui imbecilles eſſe ſolent*: Concludit Cyrillus: *Decet itaque excellentes, præſanteſque naturas, vt ſereno, placidoque ſint animo*: Hactenus Cyrillus.

Sed & huius cogitationis guſtum habere, quidem videtur triſtitia illa, quæ Petrum ſignatè affecit, cum à Domino poſt paſsionem ſuam ter interrogatus fuit: *Petre amas me?* ſic id teſtante Ioanne, qui teſtis interfuit cap. 21. verſ. 15. *Cum ergo prandiſſent, dicit Simoni Petro Ieſus, Simon Ioannis diligis me plus his, dicit ei. Etiam Domine: tu ſcis, quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Ioannis di-*

3

ligit

Homer.

Iob. 7. v. 21.

LXX.

S. Cyril. Alex.

Iob. 7.

Iob. 21. v. 15. & ſeqq.

Corn. Tacit.

git me? Ait ille: etiam Domine: tu scis, quia amo te, dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio Simon, Ioannis amas me? Contristatus est Petrus: quia dixit ei tertio amas me? Nimirum, vt omnes omninò Auctores obseruant: propterea Christus ter Petrum interrogauit, quia ter Petrus antea negauerat, vt triplicem negationem, triplici singularis amoris professione deleret, sic S. Cyrill. Alex. Leontius, Theophylactus, Maximus serm. de pœnit. Petri, & vterque Theodorus in Ioannem itidemque, August. ad ea Ioannis verba, & Ambros. in Apologia de David c. 9. Beda in Comment. eius loci, & Nicephor. lib. 1. cap. 35. multorum obseruationem fuisse tradunt, & à Cyrillo, sic inquit August. *Redditur negationi trinæ trina confessio, ne minus amori lingua seruiat, quàm timori, & plus vocis elucuisse videatur mors imminens, quàm vita præsens.* Pergunt verò Chrisostomus, Theophylact. & Euthymius, & tristatum Petrum aiunt, quod ex trina interrogatione in mentem illi venerit trina negatio sua: vnde hæc illi suggerit August. serm. 149. de tempore: *Quid contristaris Petre? Medicus est, qui te interrogat: ad sanitatem pertinet, quod interrogat. Noli tædio affici. Expecta: impleatur numerus deletionis, vt deleat numerum negationis.* Benè hæc omnia: Sed vt ad rem ex ijs præstrictis mentem Petri conieceris: ideo quidem contristatum dixeris, quod ex trina interrogatione animadverterit, adhuc Dominum trinæ negationis suæ meminisse: ac quasi indicasse videretur se illum suspectum habere (sic omnino Theodorus Heracleota probatus Maldonato) quasi non omninò sanus, sive nõ omninò in gratiam rediisse, cum Domino existimaret, cum ipse peccati nõ fuisset oblitus: vt tacitus cum Iob dixerit: *Quare non fecisti oblivionẽ iniquitatis meæ?*

Vnde quidem, vt huic timori, huic tristitiæ bonus Dominus occurreret; signatè tunc maius illi munus commisit, quam antea commisisset, inquiens: *Pasce oves meas*, adnotante ibi Chrysostomo hom. 87. tam magnifica Christum promissione insinuasse, iam fuisse veterum negationum oblitum: sic enim ille: *Vt ei ostenderet, iam sibi fiduciam habendam; tanquam enim negationis oblivisceretur fratrum curam ei committit, neque negationis meminit, neque exprobrat: tantum dicit. Si amas me, fratrum curam suscipias, & quam in omnibus dilectionem ostendisti, & qua delector, nunc ostende, & animam, quam pro me posituram dixisti; hanc pro ovibus meis trade:* Hæc Chrysostomus omninò ad mentem Domini tanta benignitate peccata condonantis, vt eorum se obliviscì testetur: ita prorsus Ierem. 31. vers. 34. & ad Hebr. 8. vers. 26. *Quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius*: & Ezech. 18. vers. 22. *Omnium iniquitatum eius non memorabor amplius*: Cuius loci elegans est P. Prado commentarius iste: *Mira pœnitentiæ efficacia, quæ non tantùm è conscientiæ tabella peccata delet, sed etiã ex breviculis diuinæ iustitiæ, in quibus gestorum omnium rationes continentur; de quibus in Deuteronomio 32. vers. 34.* Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? & iterum Recensui: *veteres commentarios scrinij mei reuoluens*, quæcumque fecit Amalech. 1. Reg. 15. v. 2.

Pulvere qui lædit, scribit: sed marmore læsus.

Pœnitentia verò peccata in marmore stylo ferreo exarata excidit, excauat, atque omninò delet: Sic Prado.

Notantissimè verò alibi id ipsum promittit Dominus: ita enim per Isaiam cap. 43. vers. 26. attestatur: *Ego sum: ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor:* Preme obsecro accuratissimum dicendi modũ: *Ego sum: ego sum ipse*: qui sensum videtur habere communem, cum ipsismet verbis, quibus interrogatus Dominus de nomine, & subsistentia sua respondit Moysi: *Ego sum: qui sum*, Exod. 3. vers. 14. Vt videatur Dominus totam suam Diuinitatem, & essentiam pro condonatione, & oblivione iniuriarum suarum interponere: & seipsum sponsorem dare: signatè subdens *propter me*: vt vndique sponsio subsistat, quæ ipsimet Deo innititur: Verũ enim verò: quid statim, quasi conditione huic promissioni apposita addiderit Dominus obserua: sic namque inquit: *Reduc me in memoriam, & iudi-*

S. Cyril. Alex. Leont. Theop. Max. Theod. August. Ambros. Beda. Niceph.

Chrysost. Theop. Euth.

August.

Ier. 31. v. 34.

P. Prad.

Deu. 32 v. 34.

1. Reg. 15. v. 2.

Isai. 43. v. 30.

Exod. 3. v. 14.

4

Chrysost.

LXX. cemur simul: vbi LXX. reponunt: *Tu verò memento, vt iudicemur: Dic tu iniquitates tuas primus, vt iustificeris*: Quæ verba Chrysost. hom. 31. in epist. ad Hebræos optimè illustrat: nam cum dixisset: *Eum qui agit pœnitentiam, nunquam non oportet suum prodere peccatum, sed Deum quidem rogare, vt ne eius meminerit*: Subijcit: *Si enim nos eius meminerimus, Deus eius obliviscetur*: ita ibi: & sermone de pœnitentia tomo 5. ad eadem verba: *Vides?* nunquā memorabor: *Hoc misericordia fuerit: Tu autem memor esto, vt emendationis capias argumentum: Hoc, vt audivit Paulus, quod Deus peccatorum non sit memor, ipse continuò memor fuit, dicens.* Non sum dignus, qui vocet Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam, &c.

Chrysost.

6 Ambros. Firmat præfatum sensum Ambrosius serm. 14. in Psalm. 118. ad ea Vatis Verba: *Hæreditate acquisivi testimonia tua*: quæ cum pulchrè, sic explicasset: *Remissio peccatorum hæreditas Christi est*: inde divitem, inde Regem, inde Patris hæredem, Christum faciens, quod hominum peccata suo sanguine, vsque ad oblivionem deleverit; iuxtà eiusdem Summi Patris promissionem: *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam*: Psalm. 2. vers. 8. vt hæc confirmet; affert præfata Ieremiæ verba 31. vers. 33. *Hoc est pactum, quod feriam cum domo Israel, &c. quia propitiabor peccati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius*: observans LXX. pro illis verbis, *hoc est pactum meum* legere: *Hoc autem testamentum, quid testabor ad illos*: sub hoc sensu: vt non modo pactum: sive etiam firma constāsque promisio, sed (quod plus plus rem auget) testamentum sanguine, & morte Domini firmatum sit, vt bonus Dominus peccata sic deleat, vt ipsorum omninò obliviscatur: Audi Ambrosium, hæc prius dicentem: *O verè testator æternus, qui nostris cordibus leges affligit suas, & scribit in sensibus, vt nihil aliud cogitare, nisi divina præcepta possimus, nihil aliud sentire, nisi Dei oracula debeamus.* Deinde ad rem subdentem: *Dedit gratiam, reformavit naturam: sibique comminiscens, qui obliviscinihil solet, memoriam meorum abstulit delictori*: Hæc Ambrosius: ò aureaque opportuna verba: *Qui oblivisci nihil solet, memoriam meorum abstulit delictorum*: quæ eadem sunt, cum illis ipsius Domini: *Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me*: idest, vt mihi consulam, vt meo genio, & benignissimæ naturæ indulgeam, vt meæ benignitati satisfaciam; volo quodammodo in meam memoriam prævaricari: & non nosse quæ novi, & oblivisci eorum, quæ non possum, non in thesauris memoriæ habere. Quod si sacris prophana misceri fas sit opportunè hic advocari potest admonitio illa, qua apud Procopium lib. 4 de bello Persico Germanus Iustiniani Imperatoris belli Dux milites, qui aliquando rebellaverāt, sic allocutus dicitur: *Peccatum semel admissum, nullo vnquā tempore efficies, vt sit infectum; quod autem bonis actionibus corrigitur, illius auctoribus favet, pristinamque famam oblivione erroribus sempiterna restituit.*

Ps. 2. v. 8.

Ier. 31. v. 33.

LXX.

Procop.

7 Sed iam tandem, vt quod nostri instituti est, hæc Deiparæ aptemus; quamvis ad alteram thesim, quam proposuimus spectet spongiæ appellatio, quam Virgine ex Ioanne Geometra Hymno 3. & 4. frequenter tribuunt interpretes; non possumus, nō ijs quæ diximus hucusque accommodare: Ergo dum Geometra Mariam esse ait: *Nostræ spongiam nequitiæ; quæ abstergit vitij commenta*: sic modo capimus, vt è breviculis divinæ iustitiæ, sive è Dei memoria nequitiæ nostræ commenta, & scripta omninò deleat, imò abstergat, & radat, vt criminum nostrorum deinceps obliviscatur: Ecce tibi spongiam aceto plenam Christo datam; vt peccata ipse nostra portaret: vt lætale Adami chirographum rescinderetur: Iam ne dubita animā, seu Spiritum huius spongiæ Mariam fuisse, quæ Christi in Passione coadiutrix peccata nostra ipsi ebibenda, atque abstergenda dedisse: de quo multi sunt PP. sic dicebat Richardus à S. Laurentio lib. 4 de Laud. Virgin. *Impetrat deletionem chirographi diaboli signata per Esther, quæ litteras Aman fecit irritari. De quo chirographo dicitur*, ad Colloss. 2. Delens, quod erat adversus nos chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, *quod fecit Maria filio mediante*: Sic itidem B. Laurentius Iustinianus lib. de casto

Geomet.

Rich. à S. Laur.

Coloss. 2.

Laur. Iustin.

con-

connubio cap. 9. *Hæc est Virgo pudicissima, quæ chirographum abolevit decreti, & protoparentum abstulit opprobrium, quæ pereunti mundo, & aquarum diluvio inundanti partum salutis aperuit:* Vnde pro semetipso, signatè S. Ioseph. S. Ioseph in Menæis Græcis die 16 Aprilis Ode 3. de S. Irene Deiparam precabatur: *Rumpe Domine scelerum meorum chirographum. Tu quæ partu Virginali vincula quoque inferorum solvisti:* Ab omnibus vero omninò generaliter decorandam Deiparam, vt eius intercessione malorum nostrorum schedula frangatur, sic monebat Euthymius in Encomio de Zona Virginis cap. 19. Euth. *Sine impedimento clamemus ex corde: Ne assiduas nostras preces repudies, ò intemerata! Defende nos secundum magnam, & copiosam misericordiã tuam, ò Domina! Frange schedulam immensorum malorum nostrorum tuis, quæ nunquam dormiunt intercessionibus, ò optima! Nos ante finem concilia tuo Misericordi, & iusto iudici Filio tuo, & Deo:* Hæc PP.

8 Et verò, vt ab hac divina spongia acetum peccatorum nostrorum Christo Domino propinatum videmus, vt ipsa deleret, facta Deipara *spongia nequitiæ nostræ*: ita etiam ab ipsa vinum dilectionis suæ datum novimus, vt eius suavitate velut inebriato ipsorum itidem oblivisceretur: in hunc sensum inflectente Richardum à S. Laurentio lib. 2. de Laud. Virginis ea verba, Cãt. 7. vers. 2. *vmbillicus tuus crater tornatilis*, hunc in modum: *Lacte virgineo, quod habebat in se proprietates vini potavit Filium, & inebriavit, quare dicitur crater: vt nostrorum peccatũ faceret oblivisci:* Rich. à S. Laur. Cant. 7. v. 2. Sic Richard Equidem, quoniam à Maria Dei Filium eam humanitatem suscepisse novimus, quæ cum blandissima morum suavitate coniuncta esset, ac propterea supremum iudicandi tribunal à Summo Parente accepisse, ad id sanè pertinere existimamus, vt in iudicio extremo, in electis, nec criminũ sordes, nec maculæ, aut cicatrices vulnerum animæ conspiciantur, vt omninò in iudice æquè impetus offensionis, ac memoria elanguisse videatur: de quo bonos Auctores vide apud P. Franciscum Suarez tomo 2. in 3. part. disp. 57. sect. 7. satis ad mentem Gre- Suarez.

A gorij Magni hom. 19. in Evang. dicẽtis: *Quia omnipotens Deus, dum libenter nostram pœnitentiam suscipit, ipse suo iudicio hoc, quod erravimus abscondit.*

EXEMPLA.

DIvæ Virginis patrocinium; quo chirographum peccatorum, & in sententia iudicis; & in conscientia ipsiusmet peccatoris fuerit deletum, omninò expertus est pertinax peccator, cuius historiam, sic refert Cæsarius Cistercien. lib. 7. cap. 8. *Canonicus quidam S. Cumberti in Colonia nomine Henricus vitæ satis sæcularis, cum die quadam solus equitaret nubecula lucida, viam ipsam ipso intuente transvolavit, vocemque clarissimam de ipsa nube audivit dicentem.* Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra. *Eratque vox tantæ dulcedinis, vt quoties eius postea recordaretur lachrymis infunderetur. Erat quippe vox Beatæ Virginis orantis Christum, vt sicut voluntas eius fit in cœlo, ita fieret in illo iuvene, tunc peccatore. Cumque vocem hanc cœlitus demissam minus ille attenderet, vel potiùs non intelligeret, nocte quadam per visum se stare vidit in capella domus suæ ante Altare coram imagine Dei Genitricis Mariæ. Quam cum verbis Angelicis de more salutare, respondit illa.* Vt quid me salutas, qui homo perditus es: & nisi vitam emendaveris, citius peribis: Ego enim & S. Benedictus intercessimus pro te. *Qui cum secundam hanc admonitionem, dulcedine vitæ sæcularis abstractus negligeret, circa tempus sex hebdomadarum, tam gravi infirmitate correptus est, vt nulla esset spes vitæ eius. Tunc demum ad cor reversus, & quid videret, quid audierat recordatus; fratribus Cistercien. sibus ad se vocatis se reddidit, qui in proximo Pascho monachus factus est; meritisque, & precibus B. Virginis Mariæ se illuminatum vsque hodie gloriatur.* Hæc Cæsarius. Cæsar. Cister.

Sed & aliũ tibi exhibemus Theophylum apud Abrahabum Bzovium in annalib. anno 1230. num. 9. Ægidiũ videlicet Lusitanum, & in nequitia insignem, & in arte magiæ egregiè exercitum: *Huic Dei beneficio miles armatus apparuit, vt ad frugem rediret ad-* Bzov.

monuit. At (malum) ſyngraphum ipſe proprio cruore ſcriptam dæmoni tradiderat. Quæ ergo, tam potens, & benigna ſimul manus à tam feroce hoſte ſyngraphã extorqueret? Adfuit quidem pientiſsima Deipara; & tam beneficio, quàm potenti auxilio Ægidio adiuvit, vt malam cartam omninò recuperaret, necnon vt ſubinde tringinta, & quinque annos duræ, & ſingularis pœnitentiæ in Religione S. Dominici tranſigeret, & in ipſa tandem feliciter diem clauſerit extremum.

MARIA optima Advocata, quæ ægris peccatoribus, non tãtum ſanitatem, ſed etiam pulchritudinem, & decorem reddit.

ADNOTAT. XXIII.

1 VIdimus ægram illam Regis filiam à regio ſplendore deturbatam auxiliarem manum, & opem à cœleſti Medico petentem; itidemque illum Maria adiutrice opem illi liberaliter præbentem: audi modo; quid Sancta Eccleſia: quid anima à Deo curata, & ſanitatem adepta clamet, cum Cant. 8. verſ. 1. inquit: *Quis det te fratrem meum ſuggentem vbera matris meæ, vt inveniam te foris, & deoſculer te! & iam menemo deſpiciat:* Quæ verba, ſic elucidat Ambroſius lib. de inſtitutione Virginis cap. 1. *Foris oſculatur Eccleſia Chriſtum, & ab eo in cubiculum introducitur. Oſculatus eſt eum foris, quando* tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, exſultavit vt gigas ad currendam viam: *Foris ergo factus eſt, qui erat intus. Vide illum intus, quando legis, quod* in ſinu eſt Patris: *Cognoſce illum foris, quando nos quærit, vt redimat. Foris ſibi factus eſt, vt mihi intus eſſet, & fieret Medicus noſter.* Hæc Ambroſius conſentanea iis, quæ in ſuperioribus dedimus de omnimoda ſanitate ægris reddita; quod Mariæ Matris vbera ſuxerit; de quo ſtatim redibit ſermo: vt modo pendamus, quod ſubijcit: *Et iam menemo deſpiciat;* quod nimirum peccator, quantavis criminum mole preſſus à Deo ſanatus, quin peccatorum veſtigia, aut cicatrices ei permaneant; nulla ratione à nemine deſpiciendus ſit, imò verò ſuſcipiendus, quod & Chriſti ſanguine mundatus, & à virgineo lacte formoſus Chriſti frater factus fuerit: ita premente hac verba Venerabili Guillielmo apud Delrio ſub ſponſæ perſona: *Iuveniamus te foris in veritate carnis noſtræ viſibilem, & deoſculemur te in perferendis paſſionibus pro nobis amicum mitem: Quis autem deſpicere nos poterit te invento, & deoſculato à nobis? Quis poterit deſpicere homines in Deo homine facto? Quis vilem iudicabit hominem pretio ſanguinis tui pro hominibus dato? Nemo ergo nos deſpiciat, nemo planè, quia nec Deus, nec Angelus, ſive bonus, ſive malus: non Deus: quia propter te hominem, & in te (Chriſto) homine curabit homines: Angelus bonus, non quia & ipſe propter te hominem homines amabit, eorumque ſaluti, quantum in ipſo eſt, hilariter miniſtrabit: porrò Angelus malus invidebit quidem, ſed tamen timebit homines propter hominem: vnde nec ipſe deſpicere poterit homines, te propter homines homine facto:* Hæc multa Guillielmus: ex quibus ſumo expendenda illa: *Quis vilem iudicabit hominem pretio ſanguinis tui pro hominibus dato:* itidem, & illa *non Deus, quia in te homine curabit homines:* vt nimirum homo Chriſti ſanguine redemptus, & à Deo curatus nulla ratione deſpiciendus, ſed ſummo afficiendus honore fuerit.

Quo referas opportunè Lazarum primo defunctum facie ſignatè obvelata; deinde verò à Chriſto Redemptore, & Medico ad vitam ſuſcitatum, velamine à facie ablato, ſic enim Ioan. 11. verſ. 44. *Et facies eius ſudario erat ligata: dixitque Ieſus ſolvite:* vt inde noveris defunctum peccatorem vitæ à Chriſto reſtitutum, minimè fore deſpiciẽdum; cui nulla quidem mortis, ſeu peccati veſtigia inſunt, ſed vitæ ſplendor ſubeſt, atque ideò auferri ab eius facie velum iubetur; quod nullus rubor, verecundia nulla vultui eius debeatur: opportunè hæc omnia adnotante Ambroſio lib. 2. de

Cant. 8. v. 1.

Ambroſ.

Guilliel.

Ioan. 11 v. 44.

Ambroſ. Pœnitentia cap. 7. tom 4. Vbi cum premẽs Domini vocem *exi foras* præmiſiſſet: *Quid iaces in tenebris conſcientiæ? & delictorum tuorum ſordibus quodam reorum carcere?* exi foras: *delictum proprium prode, vt iuſtificeris*: Ore confeſsio fit ad ſalutem. *Si confeſſus fuerit à Chriſto vocatus, clauſtra rumpentur, & omnia ſolventur vincula, etiamſi corruptelæ corporeæ fætor gravis ſit*: poſt nonnulla hæc ſubiungit: *Quãtuslibet ergo mortui fætor ſit, aboletur omnis, vbi ſacrum redoleverit vnguentum, &c. tollitur velamen de facie eius, quod veritatem gratiæ, quam acceperat, obumbrabat. Sed quia venia donatus eſt, revelare faciem, aperire vultum iubetur*: vnde opportunè concludit. *Non habet enim, quod erubeſcat; cui peccatum remiſſum eſt.* Hæc Ambroſius, & quidem rectè: cur enim erubeſcat, aut vultum non aperiat; imò non altius ſupercilium tollat? cui vera, & ſplendens pulchritudo ſubeſt? Audi Vatem Pſalm. 95. verſ. 6. *Confeſsio & pulchritudo in conſpectu eius*: & ibi Auguſtinum hæc verba ſic diffundẽtem: *Pulchritudinem amas? vis eſſe pulcher? confitetere: Non dixit: pulchritudo, & confeſsio: ſed* confeſsio, & pulchritudo: *Fœdus eras confitere, vt ſis pulcher. Peccator eras, confitere, vt ſis iuſtus: fœdare te potuiſti; formoſum te facere non potes. Qualis autem eſt Spõſus noſter, qui fœdam amavit, vt pulchram faceret: Quomodo (ait aliquis) fœdam amavit?* Non veni (*inquit*) vocare iuſtos, ſed peccatores: *Et quomodo non erunt peccatores?* Confeſsio, & pulchritudo in conſpectu eius. *Confitentur enim peccata ſua, vomunt mala, quæ avidè voraverũt. Nõ redeunt ad vomitum ſuum, ſicut canis immundus, & erit confeſsio, & pulchritudo.* Hæc Auguſtin. à quo ferè eadem habet Bernard. epiſt. 113. ad Sophiam Virginẽ: ſed nõ ideò omittenda: *Iucundare* (inquit) *filia Sion: exſulta ſatis filia Hieruſalem, quia concupivit Rex ſpeciem tuam: ſi tamen confeſsionẽ, & decorem induis amicta lumine, ſicut veſtimento: Nempè* cõfeſsio, & pulchritudo in conſpectu eius *cuius? ſpecioſi forma præ filijs hominum: ipſius, in quem deſiderant Angeli proſpicere: Audis, cui places ama vnde placcas: ama cõfeſsionem, ob quam amaris: ama confeſsionem, ſi affectas decorem: confeſsioni iungitur decor, iungitur pulchritudo*: cõfeſsio, & pulchritudo in conſpectu eius: *Re vera vbi confeſsio, ibi pulchritudo, ibi decor*: Sic Bernard. qui pergit multis.

Bernar.

Eſt quidem is ſenſus verborum Pauli ad Epheſios 1. v. 5. & 6. vbi divitias nobis à Chriſto Domino advenientes, ſic explicat: *Qui prædeſtinavit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum, in ipſum ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ in laudem gloriæ gratiæ ſuæ, in qua gratificavit nos in dilecto filio ſuo: in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, remiſſionem peccatorum ſecundum divitias gratiæ eius*: Egregia quidem, & peropportuna noſtro inſtituto verba: ſed ſignatè preme illa: *gratificavit nos* ex Græco fonte, & Græcis PP. apud quem eſt *gratioſos nos fecit*: vt quotquot Græcè norunt, omninò legunt, vt quàm longè fugias à malis doctoribus Calvino inquam, & eius aſſeclis, qui vt prava ſua dogmata obtrudãt de iuſtitia imputativa non verentur leporem verborum Pauli obtundere legẽtes *gratioſos nos habuit*: cum Apoſtolus his verbis veram, intrinſecam, & inhærentem nobis iuſtitiã adſtruat; oſtendens admirandam efficacitatem medicinæ ſanguinis Chriſti, qui nos è ſordibus, & luto peccati velut mortuum, & præpudore obtecta facie Lazarum, vitæ & luci, & ſplendori reſtituit: Sic hæc auro orationis decurſu exponente Chryſoſtomo ibi, *gratioſos nos reddidit: hoc eſt, non ſolùm à peccatis liberavit, ſed & dilectos effecit: ſicut enim ſi quis ſcabroſum quemdam peſte, morbo, ſenio, paupertate pariter, ac fame corruptum nactus, formoſum mox adoleſcentem reddat, qui quoſvis venuſtate ſuperet vehementem ſplendorem ex genis emittat; ipſaque fulgura oculorum repercuſsionibus obſcuret, quem deinde, & in ipſo ætatis flore conſtituat; atque inſuper, & purpura, & omnigeno mundo veſtiat, atque exornet, non aliter animam noſtram Deus, & elaboratam, & pulchram, & deſiderabilem, ac dilectam reddit.* Hæc Chryſoſtomus, quibus nihil aptius, opportunius nihil dici potuit: Quæ & ſapiẽter confirmat Auguſtinus lib. de vera religione cap. 28. ſic monens: *De peccato noſtro, quod in homine peccatore ipſa*

Rom. 10 v. 10.

Pſal. 95 v. 6.

Auguſt.

Chryſoſt.

Auguſt.

natura noſtra commiſit, & genus humanum; factum eſt magnum decus ornamentumque terrarum, & tam decenter divinæ Providentiæ procuratione adminiſtratur, vt arte ineffabilis medicinæ ipſam vitiorum fœditatem in neſcio, quam ſui generis pulchritudinem vertat. Hæc Auguſt.

4 Sed quid iam moramur Virgini ſanctiſsimæ id omne aptare; cum ipſi magnopere hæc animæ pulchritudo hic ſplendor debeatur: ita quidem per ipſam, & peccatores nigros, vt Æthiopes in candidiſsima lilia; ſive carbones igni deputatos in pretioſiſsimas gemmas commutatos videris: Audi Iſaiam cap. 6. verſ. 1. *Vidi* (inquit) *Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & elevatum, & ea, quæ ſub ipſo erant replebant templum, &c.* vt prophetico ſpiritu viderit Vates Dei Filium cum Virgine Matre ſaluti humanæ intẽtos, vt S. Methodius M. Sermone *de Simeone, & Anna, & Sancta Maria* meditatur, hunc in modum: *Ecce enim ibi, tanquam thronus ſublimis, atque elevatus ob gloriam illius, qui eum eſt fabricatus Virgo Mater Regi Domino Sabbaoth palam inſtituitur? Super illum nunc mente tibi Dominum carne indutum publicè prodeuntem imaginare: ſuper illo inquam Virginali throno eum, qui ad te novam hanc laudibuſque omnibus celebrãdam profectionem adornavit, venerare.* Sic ille. Sed reconditum ibi myſterium, & hominis renovationem; & in divinũ ſtatum mutationem attende: ſubijciente Vate: *Et volavit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari:* Sed quis is calculus? quid ve ſignificet? vide res diverſiſsimas in vnũ omnimodis coeuntes: quippè tam in Hebræis, quàm in Græcis LXX. Codicibus pro calculo redditur *carbo* reponentibus LXX. *& in manu eius carbo*: Hieronymus verò, & ab eo frequenter Interpretes de carbunculo gemma pretioſiſsima, & fulgentiſsima exponunt: iam ſi ambigas, quid nigris, ſive fædo carboni cũ fulgido, & pretioſo lapidi cõmune ſit? ad manum ex dictis eſt reſponſio, dum videmus Lazarum è ſepulchri fœtore prodeuntem vitæ luci, & pulchritudini reſtitutũ: ideſt, fœdum, & nigrum peccatorem in ignem pœnitentiæ in-

Iſai. 6. v. 1.

S. Met.

LXX.

A miſſum, ſplendentẽ, & pulcherrimum commutatum: de quo rurſum audi præfato loco Chryſoſtomum poſt adducta verba: *Cupiunt enim Angeli talem aſpicere animam, Archangeli omnes Sancti. Ita nos fecit gratioſiſsimos, & ſibi deſiderabiles. Concupivit enim, inquit, Rex tuam pulchritudinem.* Hæc ibi. Quod alibi pulchra imagine ſic illuſtrat. *Vt ſtatuam auri metallo confectam aliquanti temporis metis fumo, & pulvere, & æruginis ſordibus coinquinatam, cum artificis manus acceſſerint, renovant fornacis ardore, & ſplendidam, lucidamque demonſtrant: ita & noſtram naturam Deus æruginatam mole peccati, & malorum geſtorum fumo violatam, & omni pulchritudine, quam primo ei donaverat denudatam, in illos aquarum fontes, tanquam purgatorium mittit, & pro flamma ſpiritus gratiam ſubminiſtrat, & exinde Solis radijs elevat clarius lucentem, veterem hominem conterens; novum autem oſtendens longè meliorem:* Sic Chryſoſt. homil. *ad baptizandos*: Quod quidem ex præfata in ſuperioribus Theophyli hiſtoria, cuius occaſione hæc ſumus meditati facilè confirmes; dum ibi poſt factam ab ipſo pœnitentiam dicitur: *Solis inſtar Theophyli facies palam collucere viſa eſt toti populo.* Retulit id omne ad Mariam eleganter Richard. à S. Laurentio lib. 2. de Laud. Virg. inquiens: *Diligenda eſt Maria, quia per ipſam facti ſumus de nihilo aliquid, novi de vetuſtis, & de dãnatis, & mortuis beati, & æterni*: Subdit: *Et propter hoc comparatur ipſa Auroræ, quæ conſurgens omnibus rebus reddit colores proprios; quia omnia in nocte, quaſi vnius coloris ſunt; ſic & in ortu Mariæ meliorari inceperunt omnia.* Hæc Richard. Vt huic animæ à Deo Virgine adiutrice renovatæ convenienter aptaveris, quæ de auro in fornace exacto, ſic eleganter diſſerit Caſsiodorus libro 9. epiſt. 3. *Vincitur natura, dum eam meliorat induſtria. Pulchrior eſt, dum arſerit: potior dum decoxerit, quia tantum creſcit ad præmia, quanta fuerit ſinceritate mundata. Origo quidem nobilis, ſed de flamma ſuſcipit vim coloris, vt magis credas, inde naſci, cuius ſimilitudine videtur ornari.* Ita ille: dixerit preſsius, & opportunius; plus flammæ, quàm origini debere.

Chryſoſt.

Theoph.

Rich. à S. Laur.

Caſsiod.

Quo

5 *Lucæ 6 v. 19.*

Quo denuo referre placet verba Lucæ cap. 6. v. 19. de Domino omnes omninò ægros varijs morbis, & languoribus vexatos ſanãte, vbi cum dixiſſet: *Qui venerãt, vt audirent eum, & ſanarentur à lãguoribus ſuis, & qui vexabantur à ſpiritibus immundis curabantur*: reddit rationẽ: *Quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes*: obſerva *virtus de illo exibat*: En Medicinã ſanantem: ſed quæ virtus hæc? Quis dubitet? virtus planè Spiritus Sancti: ſed quæ priùs in Virgine ſupervenit, vt vnguentum divinum ad ſanandum ægros conficeretur: vt nimirum à tactu virtus ſanans oriretur; à *carne*, videlicet, *eburnea* à Virgine ſumpta, *quæ medicina peccati, & reſtitutio ſanitatis eſſet*; humanas infirmitates, carnales affectiones, & lubricas in vitium propenſiones velut aurum in fornace excoquens, & purgans, & ſpirituales affectus, & puras in bonum propenſiones ingenerans: hæc omnia ſapienter docente Elia Cretenſi in orat. 4. Nazianzeni ad eius guſtum ſic dicente: *Elias Cret.* *Mihi verò illud perſuaſum eſt, Chriſtum quoque vnguentũ eſſe, præcellentem quẽdam in modum flagrans per ſpirituales propenſiones mentem noſtram à propenſione in vitium repurgans, ac divina lætitia cumulans: vnguentum (inquam) nõ ex ſenſibilibus aromatibus, nec arte humana, verum Deitate, ac puriſſimis, & virgineis ſanguinibus magni vnguentarij arte, ac ſolertia conflatum*: Subijcit omninò ad rem: *Ac ſermonis huius teſtis eſt Gabriel ad Virginem dicens*: Spiritus Sanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi vbumbravit tibi: Hæc Elias: Vbi duo obſerves velim; quibus tam vnguenti huius natura, & medicinales partes, quibus conſtat, quàm ſalutares ipſius effectus mirè explicantur: Alterum de vnguẽti huius ratione: *Non ex ſenſibilibus aromatibus, nec arte humana, verum ex Deitate, ac puriſſimis, & virgineis ſanguinibus magni vnguentarij arte, ac ſolertia conflatum*: quibus firmatur opportuna illa Vverrici theſis: *Vverri.* *Quam felix caſtitas vteri virginalis, quæ huic operi materiam miniſtravit*: quaſi à puriſſima Mariæ carne Deitati aptata: & eo modo admixta, quo dicebat Tertullianus miſcẽte in ſe ipſo Deũ, & hominem ſalutaris huius vnguenti *Tertull.*

A confectio, & efficacitas coaluerit: vt non dubitaverit Elias aſſerere hanc curandi, & ſanandi rationem, & modum, vt ab omnimoda Dei benignitate, atque ſapientia profectam ad leges artis, & ad perfectæ medicinæ normã excogitatam fuiſſe: vti in ſuperiori adnotat. adductus dicebat Ambroſius: *Ambroſ.* *Antidotum facta eſt caro, quæ erat venenum ante peccati: audi quemadmodum antidotum caro, quia Verbum factum eſt caro*: antidotum, ſcilicet, non arte humana, verum ex Deitate, & puriſſimis, ac virgineis ſanguinibus divina magni vnguentarij arte confectum.

Audi & alterũ in Verbis Eliæ obſervatu dignum de vnguẽto hoc: *Per ſpirituales propenſiones mentem noſtram à propenſione in vitium repurgans*: vt ab illo non modo à peccatis liberatio, & ſanitatis reſtitutio, ſed etiam quaſi mutata natura nova indoles, & ſpiritualis propenſio in bonum, & virtutes homini ingeneraretur: magni, ſcilicet, vnguentarij arte, & ſolertia cõfectum: quippè & ſi potuerit Deus ſola Deitate integram homini ſanitatem reſtituere; quis enim id ambigat? at vt antidotũ, & ſanandi, & curandi ratio ad leges artis, & medicinæ normam ſubſiſteret, caſtitas vteri virginalis huic operi materiam opportunè miniſtravit, vt caro, & Deitate hinc; illinc caſtiſsima Mariæ puritate, & omnimoda ſanctitate plena in hominum animos expurgatis carnalibus affectionibus ſpirituales, & divinas propenſiones infuderit: vt nunc tum illud Tertulliani, ſive Novationi axioma toties à nobis decantatum ſubſiſtat: *Tertull.* *Si nihil à Maria acceperit, quid mihi ſolidum poſſum repromittere*: tum etiam verax inveniatur Ildephonſus ſerm. 1. de Nativitate Virginis (ſi tamen ipſius, & non potiùs Auguſtini, aut antiquioris alicuius Patris hic ſermo eſt) qui cum de Virgine præmiſiſſet. *Tantum ſe ad cœli faſtigium ſublevavit, vt Verbũ in principio apud Deum, ideſt, Dei Filiũ de ſummæ arce ſuſciperet, cumque ſemper myſticũ Divinitatis arcanum carnis noſtræ fragilitatemque commiſiſſet, latuit in homine Divinitas, vt Divinitati humanitas non periret*: ſubijcit ſapienter, & opportunè: *& ſub velamento aſſumptæ carnis*

abſconditus pretioſius redemit perditos, quàm ſi defendiſſet ab imminente hoſte captivos: Hæc ille: Sed ſtatim ambigis: qui dici poſsit, vt recuperatæ ſanitatis, ſeu novæ libertatis ſtatus pretioſior, aut felicior, quàm incolumitatis, & incõcuſſæ ſalutis fuerit? Reſpondebimus à Dei Filio, carne puriſſima à Maria accepta, pretioſius redemptor, atque ſanator peccatores, quod ab illa non modo vegetior, ſolidior, atque diuturnior ſalus obvenerit, ſed ſplendidior à virtutibus, & divinior à conſortio divinæ naturæ fuerit: monente Petro epiſt. 2. cap. 1. v. 4. *Per quẽ maxima, & pretioſa nobis promiſſa donavit, vt per hæc divinæ efficiamur conſortes naturæ*: vt merito hinc Bernardus ſerm. de verbis Apocalypſis dixerit: *Vehementer nobis vir vnus, & vna mulier nocuerunt, ſed per vnam mulierem, & vnum virum omnia nobis reſtaurantur, non ſine magno fœnore gratiarum.* Non enim ſicut delictũ, ita & donum ad Roman. 5. verſ. 15. *Excedit enim damni æſtimationem beneficij magnitudo.* Hæc Bernardus. Quem imitatus Richardus à S. Laurentio lib. 12. de Laud. Virg. Deiparam compoſuit cum libro illo, quem ſcripſit Baruch, ex ore Ieremiæ, vt habetur Ieremiæ 36. v. 32. *Ieremias tulit volumen aliud, & dedit illud Baruch filio Neviæ Scribæ; qui ſcripſit in eo ex ore Ieremiæ omnes ſermones libri, quem cõbuſſerat Ioachim Rex Iuda; & inſuper additi ſunt ſermones multò plures, quam antea fuerant,* hunc in modum: *Quaſi diceretur à tota Trinitate in Beata Virgine bona nobis data deſtructa per Ioachim Regẽ Iuda, ideſt, per Adam reperta ſunt, & etiã plura, & meliora bona, quàm priùs. Multò enim beatior fuit Maria, quàm Adam, & quidquid per Adam amiſimus, nobis per Mariam reſtitutum eſt, cum multo fœnore gratiarum.* Sic ille.

2. Pet. 1 v. 4.

Bernar.

Rom. 5. v. 15.

Rich. à S. Laur.

Ier. 36. v. 32.

7 Ildephõ.

Quo refero pulchram theſim S. Ildephonſi ſerm. de Nativit. & parturitione Virginis dicentis. *Per Mariam pretioſius redemit perditos, quàm ſi defenderet ab imminente hoſte captivãdos:* quãdoquidẽ per Deiparam, & ſortem cum vſuris, & fœnore gratiarũ accepimus: ſed hac de re elegantiſsimè diſſeruit Chryſippus presbyter Hieroſolymitanus orat. de *S. Maria Deipara*: in qua infelicẽ dæmonem de hac hominis felicitate complorantem, & ſeſe diſcruciantem facit: nimirum cum alluſione ad Evam, ſic illum loquentẽ de Maria inducit *Qui fit? vt inſtrumentum, quod in principio cooperabatur mihi, nunc mihi adverſetur? Mulier mecum effecit, vt in genus humanum tyrannidem occuparem, & mulier me à tirannide deturbavit. Antiquam Evam me erexit in altũ, & nova deiecit:* & poſt nõnulla: *Profectò præſtabat mihi, vt Evam illam antiquã non inducerem in dolum: ſatius mihi erat, eam per ſerpentem non decipere. Nam quid mihi lucri acceſsit ex circumventione? ſiquidem eos, quos in ſervitutẽ redegi, modo video priſtinam libertatem recipere; imò verò vna cũ præcedente libertate, etiam ipſum regnũ cœlorum hæreditario iure poſsidere.* Hæc Chryſippus; quæ quod optima ſunt: in ſeqq. rurſum expendemus: nam decus repetita placebunt.

Chryſip.

EXEMPLA.

FVerit pro hoc inſtituto peropportunum exemplum, quod ex optimis auctoribus nobilis Scriptor Magiſter Pater Antonius de Yepes Benedictinus tom. 7. hiſtoriæ S. Benedicti refert hunc ad modum. *Eſkilus adoleſcens in Academia regni Daniæ, quæ celebris illis temporibus erat litteris operam dabat: nullam quidem habita ratione timoris divini, vnus, ſcilicet, ex illis, quibus corporis ſumma cura, virtutis ſumma incuria eſt: ſed cum eius ſalus Deiparæ curæ eſſet, vt à via ſalutis aberrantem ad bonam frugem reduceret; ſtatuit, vt in lætalem morbum incideret, & iam iam moriturus in exſtaſim ſocijs adſtantibus raperetur: in qua ille ſeſe in ardentem fornacem flammarũ globos vndequaque ſcintillantem coniectum vidit: ſed cum ſimul in ea vidiſſet anguſtiſsimam ſemitam flãmis non obnoxiam, per ipſam non ſine ingẽti metu ire perrexit, donec perveniret ad Beatiſsimæ Deiparæ conſpectum in throno regiæ Maieſtatis conſidẽtis, cui aſtabãt Archiepiſcopus Daniæ, & Decanus, alijque illius Eccleſiæ Canonici: Ergo cũ ſanctiſsimã Virginẽ Eſkilus vidiſſet eius opẽ, & auxiliarẽ manũ magnis gemitibus deprecari cœpit: quibus Deipara aures nõ præbebat, ſed ſolo fixos oculos*

te-

tenebat aversa: cumque ille preces multiplicaret, & adstantes misericordia commoti pro illo intercederent *Diva* subirata vultu severo ei inquit: Quid tu in conspectu meo stare, & me invocare audes? qui erga me nunquam benè affectus; nec vnam omninò salutationem Angelicam mihi recitasti: *Vbi obiter observa sapienter à S. Bonaventura Deiparæ dictum.* Non solùm in te peccant, ò Domina! qui tibi iniuriam irrogant, sed qui te non rogant: *Digni*

S. Bon. in Spec.

*mus ergo his flammis es patere iam, quod meruisti. Ad quod fulmen tremefactus Es Kilus novis precibus, eiulatus, & lachrymas miscens, vexatione intellectum dante, Virgini suggerebat: ita Domina: ita planè est: si iustè iudicas, gehennam mereor: at Tu Regina non iudicare, sed misereri suevisti. Quid enim Advocatæ hominum cum supplicijs, & igne gehennæ? Summus Pater, vt Filio suo dedit iudicium facere, ita tibi, & thronum gratiæ dedit, & abyssum misericordiæ te cõstituit, vt esses Refugium miserorũ: Hæc cum suppliciter, & dissertè dixisset; turbatus orator balbutiem insulsam addidit. Pater meus, inquit, prædires es, magnam auri, & argenti vim habet, ex ea quantumcumque volueris dabo tibi Domina: vt è tanto discrimine eripiar. Tũc Deipara, quæ nolebat mortem peccatoris, sed vt converteretur, & viveret, gemitibus Es Kili delinita, est enim grandis misericordiæ ictus miserum videre: vultu, quo cœlum, tempestatesque serenat Es Kilo subridens dixit: Equid ergo à bis prætij? Cui ille omnem omninò partem substantiæ, quæ mihi contingit. Tum Virgo: Eia inquit, sanus, & salvus factus es: vide, vt deinceps errata emmendes, & veræ virtuti incumbas: & pro salutis prætio, quinque tantum variorũ seminum modijs contenta ero. His inter Deiparam, & Es Kilum, in hunc modum transactis, ipse ad se reversus cuncta, quæ viderat sanus, & incolumis adstantibus renunciavit. E quibus vnus sanctitate, & dono propheticæ præditus illi dixit: Hinc vides, te & Decanum, & Archiepiscopum Daniæ futurum, & pro modys Virgini promissis quinque Monasteria in ipsius honorem constructurum. Quæ sanè omnia procedente tempore, ita prorsus evenerunt: Et quod præcipuum fuit, tanta ex eo die in Es Kilo vitæ mutatio visa est, vt pietatis, & sanctimoniæ haberetur exẽplum, quippè qui totus in Deiparæ amorem concessit: vnde ob præclara merita Archiepiscopus, & Primas Daniæ factus vitam zelo iustitiæ, & virtutibus Apostolico viro dignis vsque ad senectã, & senium duxerit: ac tandem feliciter obdormiret in Domino. Vbi omninò vides divinas Deipara artes ad adducendos, & deducendos peccatores in viam iustitiæ, dum suavitatem cum severitate coniungit, & in eculeo primum positos, subinde blandissimè consolatur, & fovet, & salutem tandem cum decore reddit.



LIBER QVARTVS.

DE MARIA ADVOCATA

CLIENTES SVOS E MARIS FLVCTIBVS AD PORTVM PERDVCENTE.

PROOEMIVM.

S. Theophan. PVlchrè quidem S. Theophanes in Menæis Græcis die 23. Februarij, Ode. 6. de S. Polycarpo in clausula Deiparam, sic orabat. *Vt ignis columna præfulgens, ò Virgo! atque vt lucida Nubes me, qui in huius vitæ solitudine cum viarum erroribus luctor proficiscentem antecede, vsque dum ad cœlestem hæreditatem pertingam*: Ita ille: & quidem rectè: Quid namque vita nostra sit? quam errabundos vagari, & cum erroribus vndique luctari? cum nos vndique mala nostra circumdent: cum tentationum fluctibus attrociter agitemur; imò inter Carybdim, & Scyllam, non modo fluctuemus, sed peccatorum pondere obruamur: vnde opportunè Georgius Nicomediensis oratione de Præsentatione Virginis ipsam sic affatur: *Tu ò Dei genitrix, ne despicias preces eorum, qui semper petunt: præbe manum laborantibus, opem fer eis, qui agitantur tempestatibus*: sanè cum ea Vatis verba Psalm. 22. vers. 5. *Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt*: ad Beatam Virginē, sic inflexerit Hugo Card. *Virga dicitur B. Virgo, quæ consolatur nos in omni tribulatione nostra* eo liber iste iverit, vt ostendamus Deiparam, non modo in omni animæ discrimine opem suis clientibus ferre dispersos colligere, desperatos in veniæ, & salutis spem adducere, atque etiam lætalia ipsorum chirographa delere, sed tādem perseverantem in Dei servitio famulatum ipsis impetrari, vt dicant cum S. Ephrem orat. ad Virginem. *Tu portus procella vexatorum; solatium mundi. Tu meus portus, ò Virgo inviolata, & præsens auxiliatrix.*

Georg Nicom.

Psal. 22 v. 5.

S. Ephrē

MARIAM OPTIMAM Advocatam, quæ clientibus ſuis pro re ſalutis litigantibus expenſas gratiæ à Deo obtinet, & indeſinenter diſtribuit.

ADNOTATIO I.

1 CVM Solemnis PP. & interpretum explicatio accipiat verba Domini docentis nos à Deo *panem cottidianum petere* de gratia divina, quæ auxilia nobis ad benè operādum præbet; affinis erit hæc adnotatio illi, quam de Deipara *panem ſuum* Euchariſtiæ fidelibus liberaliter diſtribuente in ſuperioribus dedimus. Nimirum hic Mariam panem gratiæ ſuperſubſtantialem clientibus ſuis impetrantem, & dividentem, vt ipſi ad viam ſalutis ſe conferant, vel in ipſa permanenter ſubſiſtant; facimus: Ergo cum oramus: *Panem noſtrum cottidianum da nobis hodie*, Lucæ 11. verſ. 3. ſive apud Matth. 6. verſ. 11. *Panem ſuper ſubſtantialem*, vel vt vertit Syrus interpres *panem indigentiæ noſtræ*, vel vt alij apud Maldonatum *panem ſubſtantiæ noſtræ alendæ accommodatum*: perinde eſt, ac ſi petamus à Deo (inquit Maldonatus) *ne patiatur noſtrum Diarium nobis deeſſe; loquimur tanquã filioli, qui manè in ſcholam proficiſcentes primo loco eius dici ſtatutũ panis petimus*: Sanè ac ſi dicamus Eccleſia nos manuducente: *Domine Deus omnipotens, qui ad principium huius diei nos pervenire feciſti, tua nos hodie ſalva virtute, vt in hac die ad nullum declinemus peccatum, ſed ſemper ad tuam iuſtitiam faciendam noſtra procedant eloquia, dirigantur cogitationes, & opera*: Quæ optimè diffundit Titus Boſtrenſis ad hæc verba Lucæ, hunc in modũ. *Panis animarum eſt Divina virtus afferens futuram vitam perennem, ſicut panis ex terra prodiens vitam temporalem conſervat. Cum autem ſuper* ſubſtantialem *dixiſſet, divinum, qui advenit, & futurus eſt ſignificat, quem hodie nobis præſtari requirimus, poſcentes quoddam eius principium, ac guſtum, quando Spiritus in nobis inhabitans virtutem operatur, quæ ſuperat omnem virtutem humanam, puta caſtitatem, humilitatem, contemptum divitiarum, magnanimitatem, diſpicientiã honoris, ac ipſiuſmet vitæ, fidem firmam, ac ſtabilem per omnia, indubitatam ſpẽ futurorum tanquam præſentium, amorem cœleſtium; ita vt in terra verſantes ſint, quaſi non ambulantes in terra*: Hæc omnia luculentiſsimè Titus; panem indigentiæ noſtræ; ſeu ſubſtantiæ noſtræ alendæ accommodatum exponens.

Sed *indigentiam noſtram*; quæ non niſi hoc pane gratiæ ſublevari valeat fortius vrgent PP. & primum S. Cyrillus Alexandrinus lib. de *adoratione in ſpiritu* non longè à principio hæc dicere, ſic diſſerit: *Inopia enim divinorum bonorum, nihil aliud eſt, quam boni deſperatio, infirma enim eſt hominis natura per quam facilè; nam in quodvis abſurdum prolabitur, niſi contineat illã Salvatoris gratia cœleſtibus bonis ſuis locupletans. Nutritenim robur ſpirituale panis vivus, hoc eſt Verbum Dei ſcriptũ eſt enim*: Panis cor hominis confirmat: *Pſalm. 103. verſ. 16. Liberatque à ſervitute, & affectionibus, & gloria libertatis ſupra modum ornat*: Hæc Cyrillus: Ne verò exiſtimaveris; myſticè tantummodo; ſed propriè omninò fuiſſe locutum de divina gratia, quæ indigentiæ noſtræ ſubveniens auxiliarem manum porrigit, vt hominem in officio contineat, & eum ad benè operandum excitet, & vrgeat, ita proſequitur. *Cæterũ vbi Deus, manum quaſi contrahit, & auxilium ſuum ſuppeditare nobis ceſſat neceſſarium, quodammodo eſt, nos etiam in mala involuntaria incidere, & omni virtute excidere, & ſubire, quaſi alterius iugum, & in tanta pervenire mala, vt propè neceſſarium ſit, etiam intellectum, qui nobis ad omne opus bonum ſervit, & intra nos habitat, diſperire, divinaque Sapientia vacuum oſtendi cor eius, qui paſſus eſt illud proſtitui Sathanæ, illiuſque libidini, & contumelijs ſubiici.* Hactenus S. Cyrillus ad cuius guſtum Chryſoſtomus hom. 23. in Matthæum occaſione piæ illius Chananææ, hunc panem gratiæ

2 *Cyrillus Alex.*

Luc. 11 v. 3. Mat. 6. v. 11.

Pſ. 103. v. 16.

Titus Boſtrenſ.

S. Cyril.

à Domino opportunè, importunè petentis, ad ipſius imitationem, ſic etiã nos opportunè importunè vrget: *Accedamus igitur ad eum, atque dicamus:* Etiam Domine: nam & canes edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum: *Accedamus, inquam, ad eum opportunè, & importunè, imò verò, nunquam contingit importunè accedere, importunum quippè eſt, ſi non aſſiduè eum adeamus; eum enim qui cupit ſemper largiri, ſemper opportunè oramus: ſicut enim reſpirare importunè omninò, nunquam eſt, ita etiam non quidem petere, ſed non petere potiùs importunum eſt, ſicut enim reſpiratione hac iugiter indigemus, ita etiam eo, quod à Deo præſtatur auxilio:* Sic Chryſoſtomus, panẽ indigentiæ, cum reſpiratione, qua ad vivendum omninò indigemus pulchrè componens: Nec omittenda obſervatio Hugonis Cardin. ad hæc Dominicæ orationis verba, dum ipſa cum præcedentibus: *Fiat voluntas tua,* ſic componit: *ſed quia voluntati tuæ per omnia obedire non poſſumus; niſi viaticum habeamus: panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie.*

Hugo Card.

3 *Auguſt.*

Appoſitè verò hanc indigentiam panis auxiliorum divinæ gratiæ expreſsit Auguſtinus ſerm. 15. de *Verbis Domini*; cum nos Deum pro animæ ſalute orantes, cum mendicis cõponit; imò, & mendicos appellat, ſic enim ait: *Omnes enim quando oramus mendici Dei ſumus: ante ianuam magni Patris familias ſtamus, imò, & proſternimur, ſupplices ingemiſcimus, aliquid volentes accipere, & ipſum aliquid, ipſe Deus eſt. Quid à te petit mendicus? panem & tu quid petis à Deo, niſi Chriſtum? qui dicit ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi:* Hæc Auguſtinus, quæ in hunc ſenſum, quem perſequimur ire videntur: Quid enim fuerit? Chriſtum à Deo petere, niſi ipſum, tanquam panem, quem Deus mendicis largitur; tam filiis, quàm catellis, qui de micis menſæ eius aluntur; ab ipſo efflagitare: nimirum per Sapientiam Dei, hoc eſt per Chriſtum omnia bona gratiæ, & miſerationum ſuarum Deus hominibus diſtribuit: dicente de divina Sapientia Salomone in libro Sapientiæ cap. 7. vers. 25. *Vapor eſt enim virtutis Dei, & emanatio quædam eſt ſanitatis omnipotentis Dei ſincera,* & vers. 27. auctо cenſu: *ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis*: ſed obſerva ex alibi à nobis adductis circa priora verba: Auguſt. lib. 1. de Incarnat. Verbi c. 13. & Orig. lib. 1. Periarc. c. 2 pro voce *vapor* legere *vigor virtutis Dei*: deinde in illis *ſpeculum Dei maieſtatis* pro *maieſtatis* Ianſenium, & alios reponere è græco fonte *energiam*, ſive *efficaciam* Auguſtinum verò, & Origenem *operationis*, ſive *inoperationis*: Quod vterque, ſic exponunt: *Inoperatio eſt vigor quadam, vt ita dixerim per quem inoperatur Deus, vel cum creat, vel cum provider, vel cum iudicat, vel cum ſingula quæque in tempore diſponit, atque diſpenſat:* Quæ quidem verba, tum vocem, & ſenſum energiæ exhauriunt, quippè hæc vox (vt alibi vidimus) eã apud Rethores vim habet, cum ea quæ dicuntur, non otioſe, & languido influxu, ſed cum efficacia, & exoptato affectu pronunciantur; tum vel maximè ſenſum communem habere videntur, cum verbis Pauli ad Philipp. 2. vers. 13. de Deo beneficam manu gratiam, & dona ſua ad benè operandum largiente *Deus eſt, qui operatur in vobis velle, & perficere pro bona voluntate*: vbi pro verbo *operatur* græcè eſt *energon*; è quo energia: de quo vide, ſi placet noſtrum commentarium: vt ego noſtro inſtituto iam proximus, & attentus obſervem totum Id ad Deiparã referre Richardũ à S. Laurentio lib. de Laud. Virginis, vt ipſa ſit *virgo virtutis Dei*, & *ſpeculum ſine macula illius energiæ, & efficaciæ Dei*; quod non vtcumque ſit, *cum ipſo cuncta componens*, Prov. 8. vers. 30. ſed itidem ea ipſi potentia, & efficacia adſit, vt per eam omnia ſua dona beneficia, & gratias hominibus largiatur: & cum ſingula quæque in illis ſalutariter, & beneficè diſponit à Mariæ meritis, & interceſsione ipſis adveniant; quin Dei potentia, & voluntas ineffícax, & ſuo fine fruſtrata in benefaciendo ſit, ſed potius *operetur* in ſervis Deiparæ *velle, & perficere pro bona voluntate.*

Auguſt. Origen. Periarc.

Phil. 2. v. 13.

Rich. à S. Laur.

Prov. 8. v. 30.

Sap. 7. v. 25.

4 *Bonav.*

Quæ omnia breviſsimè, & belliſsimè dixeris expreſsiſſe S. Bonaventuram in Speculo Virginis cap. 8. cum inquit: *Ecce Maria, quantus Dominus eſt, qui potentiſsimus Dominus eſt, qui tecum eſt, & qui Dominus potentiſsimus,*

potentissimus tecum est: ideo tu es potentissima secum: Sic S. Doctor: vt dixerit peropportunè ad verba Salomonis, non sine grandi emphasi, Dominum licet in se potentissimus semper sit, attamen nō semper potentiæ suæ nervos intendere, vt hominibus benefaciat, & gratiæ suæ dona largiatur, sed cum Mariæ interceſsio intervenit, & eius preces accedunt; potētissimū potētissimè operari, vt ipsa Dei ipsius vigor efficacia, & energia esse videatur, cū singula quæque pro hominū salute in tempore disponit, atque dispensat: Enim verò, cum sub hoc sensu Deiparam appellaverit David arcam sanctificationis, Psalm. 131. vers. 8. inquiens: *Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ*: sic explicante hæc verba Richardo à S. Laurentio lib. 10. de Laud. Virginis. *Quia hoc sine condita est, vt in ea reponeretur nostræ liberationis pretium*: & post non nulla: *Quia per eam sanctificamur in præsenti, & glorificamur in futuro*: observa Chrisostomum, & alios pro *arca sanctificationis* legere *arca potentiæ, & fortitudinis tuæ*, vt in Maria, & pro Maria Deus sic fortiter, & potenter operetur, vt potentiæ vires, & nervos intendere videatur.

Ps. 131. v. 8.

Rich. à S. Laur.

Chrysost.

5 *Philipp. Abb. Cant. 4. v. 5.*

Inflexit appositè in hunc sensum Philippus Abbas verba, Cant. 4. vers. 5. *Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis*: nam dum ipse prius, non sine acumine dubitat; cur non superfluum fuerit: duo signatè vbera nominare, cum cuivis fœmine duo necessario vbera sint? & *ideò si dixisset tantum* vbera *tacens* duo, *nullus non rectè sapiens intelligeret nisi duo*: Scitè statim occurrit ex Mariæ sententia alibi iam expēsa ad similia de vberibus verba: *materna mea pietas, quos nutrit, etiam munit*: non otiosè nominari duo vbera, vt vnicuique suum munus assignetur, & nutriendi, & adiuvandi, vt Virginis cliētes eius manu, & auxilio ducti in Dei obsequio proficiant, & egregios virtutum fructus proferāt: Audi Philippum: *Amat* (inquit) *talibus Virgo vber tenerum immulgere, affectuque benevolo invalidos promovere ad quælibet fortia: Sed quoniam vber istud, & affectus benevolentiæ insufficiens haberetur, si benigno affectui non iungeretur validior effectus, habet Virgo à Filio, & obtinere efficaciam, ve effectum. Cui enim affectuosa solicitudine miseretur, huic efficaci potentia subvenit; & vno quasi vbere ad compatiendam se inclinat miseris, altero verò auxilium necessarium præbet.* Hactenus Philippus. Observa illa affectu benevolo invalidos promovere, vt viam mandatorum Dei currant: Vnde ipsam Deiparam, sic salutabat S. Sabbas in Menæis Græcis die 22. Ianuarij in vesperis de S. Timothæo M. *Tu sola Deum omni loco maiorem, sine vlla eius coarctatione deportasti in vtero. Proinde enixè te rogo, vt à coartantibus me calamitatibus liberes, quo scilicet per arctam viam recta proficiscens ad amplitudinem perveniam Beatitatis æternæ.*

S. Sabb.

Ecce tibi, ò mendice Dei; qua ratione, & modo panem Christum eiusque gratiam, & auxilium petere debeas; cum nosti huius cœlestis annonæ distributionem per Mariæ manus fieri: sic id monente Salomone, Prov. 31. vers. 14 *Facta est navis institoris, de longè portans panem suum: deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis*: quæ de Deipara concors PP. ex Spiritu Ecclesiæ hausta explicatio fert: cui adstipulatur Lectio LXX. quæ pro illis verbis, *portans panē suum* habet: *Congregat autem hæc vitam*, & in hunc sensum, sic inflectit Richard à S. Laurentio lib. 11. de Laud. Virginis, inquiens: *Notabiliter dicit* panem suum, *Christus enim verè panis noster est: vnde Matthæi 6.* Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie, *quia isto pone vivit anima in præsenti per gratiam*: & eodem libro sub titulo *institor* subijcit, *& quia non possumus habere eum, nisi ab ea, & per eam, dicendum est ei tota devotione, & desiderio mētis. Mater nostra, quæ es in cœlis, panem nostrum supersubstantialem, vel cottidianum da nobis hodie*: Hæc ille pulchrè illud, *Mater nostra*, tanquam filioli ad scholas, & pensum disciplinæ Christianæ ituri à Matre diarium, & annonam flagitantes. Congruit perbelle David, Psalm. 122. vers. 3. affirmans: *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ; ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.* Vbi observa, Vatem signatè in Deiparæ manus intendere, dum oculos ad Deum levat, & in eum figit, quod cum pa-

6

Prov. 31. v. 14

LXX.

Rich. à S. Laur.

Ps. 122. v. 3.

nem

nem gratiæ à Deo petimus; omninò novimus per manus Mariæ nobis fore diſtribuendum; opportunè id conſiderante Bonaventura in Speculo cap. 3. hunc in modum. *De hac Domina in Pſalmo dicitur*: Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ. *Ancilla Dominæ Mariæ, eſt quælibet animo fidelis, imò etiam Eccleſia vniverſalis. Oculi huius ancillæ in manibus Dominæ ſuæ ſemper eſſe debent, quia oculi Eccleſiæ, oculi omnium noſtrum ad manus Mariæ ſemper debent reſpicere, vt per manus eius aliquid boni accipiamus, & per manus eius quidquid boni agimus, Domino offeramus.* Pergit omninò ad rem. *Per manus enim huius Dominæ habemus, quidquid boni poſſidemus teſtante Bernardo, qui ait. Nihil nos Dominus habere voluit, quod per manus Mariæ non tranſiret*: Hæc Bonaventura innixus Bernardo: qui indidem, hoc eſt in ſerm. *de Nativitate Mariæ*, ſignatè addit. *Neque enim impotens erat Deus, nec ſine hoc aquæductu infundere gratiam provt vellet, ſed tibi vehiculum voluit providere, ideoque modicum iſtud, quod offerre deſideras gratiſſimis illius, & omni acceptione digniſſimis Mariæ manibus offerendum tradere cura: ſi non vis ſuſtinere repulſam*: Hæc ille ſæpius, iam à nobis appicta.

7 Cant. 4 v. 4. Porrò vt nemo non Deiparam appellet Eccleſiæ collum ex Verbis, Cant. 4. verſ. 4. *Sicut turris David collum tuum*, quod ipſa capiti Chriſto fideles, tanquam ipſius membra connectat, & ſalutares huius capitis influxus in iſta membra tranſmittat: egregiè mihi præ omnibus hunc ſenſum videtur illuſtraſſe Cancellarius Pariſienſis, Gerſon tractatu 9. ſuper *Magniſicat* Mariam, ſic piè, & reverenter allocutus. *Tu collum Eccleſiæ firmiſsimū, & candidum, tanquam turris eburnea: tu connectis Eccleſiæ membra ſuo capiti Chriſto tuo: tu ſuſtentas: tu vitales hauſtus prima ſuſcipis, & refluis: tu aſpiras, & reſpiras in Eccleſiæ corpus vniverſum*: Sic ille: & quidem rectè illud: *Vitales hauſtus ſuſcipis, & refluis, aſpiras, & reſpiras*: vt per Mariæ interventionem vitalis influxus gratiæ nobis adveniat. Nec ab hoc ſenſu variata licet imagine iverit, Bernardinus tomo 3. ſerm. 11. art. 2. cap. 3. Vbi dum adſtruit Deiparam eſſe fornacem Spiritus Sancti, & officinam ſtupendæ ſuæ operationis, ſubijcit. *Spiritus Sanctus oſtendit electis expreſsè, quod in hac officina; ideſt, in B. Virgine, & per eam fabre fecit, quidquid in gratia mirificū operatur, & quod in hac totum ignem operationis incluſit, quem vnquam dare diſpoſuit creaturæ rationali.* Hæc Bernardinus ſatis dilucidè; quæ omninò cōcinunt præfatis Salomonis verbis: *deditque prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis*: ſed vide quid ad hæc moneat Richard. à S. Laurentio lib. 2. de Laud. Virginis, his verbis: *Supradicta ergo cibaria dat B. Virgo ancillis ſuis, ideſt, humilibus ei ſervientibus: Ancilletur ergo, & ſerviat B. Virgini, qui talibus cibarijs deſiderat enutriri.* Ita Richard.

Rich. à S. Laur.

Fuerit verò opportuna eiuſdem Richardi obſervatio lib. 10. componentis Deiparam, cum illa porta templi, quæ dicebatur *Speciosa*, ad quam mendici ſedebant, vt ad inſtar eorum in ipſius manibus intendentes Dei gratiam mendicemus, nam cum prius dixiſſet: *Benè Maria porta orientalis, quia per eam ingreſſus eſt in mundum verus Oriens, ideſt, Chriſtus, & per eam oritur in nobis gratia*: Subdit: *Item ipſa eſt porta ſpecioſa, ad quā debemus ſedere, & mendicare*: Habet autem multum leporis, & gratiæ, quod qui cœleſtem panem à Deo ſpectat, ad hanc portam, ſicut mendicus ſedeat: atque etiam ſi fortè repulſam ſuſtineat ad ipſam, tanquam ad feneſtram demue inclamet: Audi: ſanè ſæpè ſæpius, malo criminum noſtrorum fato, eveniſſe novimus, vt divina annona, quæ filijs, & domeſticis Dei tantummodo diſtribuitur, nos ingrati indignos reddamus: monente, & comminanti Domino per Iſaiam cap. 59. verſ. 2. *Iniquitates veſtræ diviſerunt inter vos, & Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret*: quid ergo tunc conſultius? quid ſalubrius? aut opportunius? quam nullis nobis ſuffragantibus meritis à Matre miſericordiæ gratiæ annonam exſpectare, & ſubmiſſo animo petere, vt filijs licet indignis miſereatur: Ergo portæ imagine in feneſtram pro rei opportunitate commutata inquit Richard. lib. 2. *Ipſa eſt domus refugij, vt ſalvos nos faciat: Chriſtus enim dicitur oſtium*

8 Richar.

Cancell. Pariſ. Gerſon.

Bernar.

Iſai. 59 v. 2.

pa-

paradiſi, quo ad paſtum vitæ intrãt oves,
Ioan. 10. *Ioan. 10. Beata autem Virgo feneſtra eſt cœli: ſicut ei canit Eccleſia:* intrent vt aſtra flebiles, cœli feneſtra facta es. *Soletautem contingere in quibuſdam conviviis, quod pauperes timentes iracundiã ianitoris clamant ad feneſtrum, vt eis aliquid iaciatur; modo autem diſcumbunt Angeli, & ſancti in convivio cæleſti,*
Iſai. 25. *de quo habetur Iſaiæ 25.* Faciet Dominus convivium, &c. *Vbi Chriſtus oſtium; ianitor iuſtitia eſt, quam ſi reformidas, clama ad feneſtram, quæ eſt Maria, orando, & pauperiem tuam allegando, vt ſaltem de micis illius convivij, vbi ſunt plena fercula, iaciat tibi aliquantulam conſolationem aliqua fragmẽta gratiarum:* Sic ſcitè Richardus: alioquin infeliciter perire neceſſe eſt: nam *vbi non eſt mulier ingemiſcit egens:*
Eccl. 36 v. 27. Eccleſiaſtici 36. verſ. 27. ad Mariam hæc ita referẽte eodem Richardo lib. 6. *Maria mulier, quæ vbicumque non eſt, non eſt niſi gemitus, & egeſtas: vbicumque enim non eſt Maria per gratiam, non poteſt eſſe niſi miſeria, & egeſtas:* Benè quidem.

EXEMPLA.

SCiant verò, quicumque in Deiparam propenſi ſunt: Velle omnino ipſam clientes ſuos non ignavam, ſed valdè diligentem operam in Dei obſequium navare; alioquin illis ſubiraſci: ita quidem in annuis noſtris anni 1599. de Anicenſi Collegio: ſcribitur: *Quidam adoleſcens vitandi peccati remedia, aut negligebat vecordia, aut certè non ea, qua par erat cura, eadem adhibebat, alioquin ad pietatem vtcumque propenſus. Huic adſtitit de nocte B. Virgo, & gravi oratione caſtigavit, quo novo ſpectaculo territus de lecto deſilijt, & ab illa minas niſi reſipiſceret intentante provolutus in genua veniam provolutus poſtulavit. Tum Miſericordiæ Mater placari viſa ſubito diſparuit, ac iuvenem magno amore virtutis incenſum, fiducia plenum, & ſui tenacem propoſito reliquit.*

Illud autem valdè mirandum, quod hac ipſa de re Erneſto Sanctiſsimo Archiepiſcopo Pragenſi accidiſſe dicitur in eius vita. *Namcum adoleſcens in Glatzenſi vrbe litteris operam impenderet, & in ſanctiſsimam Virginem eſſet propenſus, ab ipſa de ſuo in eius obſequium ſocordia admonitus eſt: ſcilicet imago Deiparæ ante quam cum reliqua ſcholaſticorum turba Sabbato effundebat preces viſa eſt, cum indignatione oculos ab ipſo avertere, quos prius non reduxit, quã maioris diligentiæ, & melioris vitæ propoſitum Erneſtus concepiſſet: ſub inde verò magna fuit ſanctitate præditus ad miracula vſque progrediente: ſignatè verò rapidiſsimo in Deiparam amore, quẽ in pluribus egregiè factis oſtendit; præſertim verò dum præter Eccleſiaſticum officium itidem, & Virginis officium cottidie perſolveret: denique voluerit in eo ſacello ſepulturæ mandari, in quo Virginis correctione ad meliora vocatus eſt:* Sic Touſſanus Bridoul in triumpho Virginis die 31. Iunij.

At enim benè erit, vt pijs in Deiparam officijs peculiaria ab ipſa auxilia promereamur. Porrò in hiſtoria Vrginis Carnotenſis à Sebaſtiano Roulliat conſcripta cap. 9 num. 23. mentio fit de Scholaſtico Anglo, *qui eum dono dediſſet in honorem Virginis torqueum aureum; poſtmodum cum non longè eſſet à Caleto de nocte Deiparam ſibi apparentem aſpexit ornatam illo torque, & ſibi viam virtutis commendantẽ pollicentemque peculiare ſubſidium, qua invitatione ille animatus in ſolitaria inſula totum ſe Dei, & Virginis cultui dedidit:* Vt videris in iſto torque Deiparam, torque vincientem; & torque victã.

MARIAM hominum Advocatam, & Patronam eſſe; quæ à Deo auxilia gratiæ congrua, & efficacia ſingillatim impetrat.

ADNOTATIO II.

QVæſita quidem locutione Vates, Pſalm. 9. verſ. 12 non ſolùm magnam Dei curam in
Pſalm. 9. 12.

ſalu-

ſalutem hominibus afferendam, ſed peculiarem etiam modum in alliciēdis ad ſe eorum animis ſic expreſsit: *Annunciate inter gentes ſtudia eius*: nam præterquam, quod *ſtudium* diffinivit Tullius lib. 2. de inventione: *Animi aſsiduam, & vehementem ad aliquam rem applicatam magna cum voluptate occupationem*, Chryſoſtomus in hunc locum legit: *machinamenta, molitiones*, Symmachus, *artificia*, Hieronymus *cogitationes*: & quidem vox Hebræa, vt obſervat P. Lorinus hæc & plura comprehendit: nempè *cōſilium, occaſionem, cauſam, modum, eventum, conſequentia omnia, quæ non temere, nec caſu fiunt*; vt quod alicubi dixit Tertullianus videris totum homini Deum occupatum, ac deditum ſenſu, opere, conſilio, ſapiētia, providentia, & ipſa in primis affectione, vt illi opē ferat, & feſsis rebus ſubveniat. Vnde ad gētiū vocationem, hæc referens Theodoretus, ſic inquit. *Re vera mutatio fuit omnium maxima per adventum Chriſti: qui quondam inimici erant, amici ſunt: longinqui proximi: ſervi filij: qui in ignorantia erant, in cognitione ſunt; qui in tenebris in luce, in ſpiritu vitæ, qui mortui erant: pauperes hæredes regni cælorum: & hæ Salvatoris artes ſunt decoræ.* Pergit ſtatim: immortalitas pro mortalitate *donata eſt, & pro morte vita; per dedecus decus: benedictio pro maledictione: Hæ ſunt artes hæc ſunt Salvatoris noſtri ſtudia*: Hæc omnia Theodoretus: quæ de Maria ſigillatim dicta eſſe affirmat Richard. à S. Laurentio lib. 4. de Laudibus Virginis, hunc in modum: *Annunciate inter gentes ſtudia Mariæ, quomodo miſereatur in gratis, & indignis benignitas ſtudioſa*: Pulchrè; quid enim annunciandum, laudandū, prædicandum tanto eloquentiæ, & orationis impetu, quam Mariæ erga homines ingratos, & indignos benignitas ſtudioſa! aſsidua, ac vehementi ad opem ferendam, & feſsis hominū rebus ſubveniendum magna cum voluptate occupatione, cunctis machinamentis, molitionibus, artificijs, & cogitationibus inſtructa; vt occaſionem, cauſam, modum, & eventum illis feliciorem conſequatur? Recogita ergo totam Mariam in ſalute hominum occupatam, ac deditam manu ſenſu, opere, conſilio providentia, & ipſa in primis affectione præeunte, dirigente, perficiente: quid namque affectione ingenioſius? vigilantius? artificioſius? attentius ad inveniendum! providendum! occurrendum, & ſuccurrendum: Sed iam hæc tam Filij, quàm Matris ſtudia, artificia, & machinamenta ad hominum animos ad ſe alliciendos, vt ſalutem conſequantur, explicatius evolvere erit operæpretium.

M. Tul. Chryſoſt. Symma. Hieron. Lect. Heb. Tertull. Theod. Rich. à S. Laur.

Sanè id omne appoſitè ſignificavit ipſemet Vates, Pſalm. 67. verſ. 7. de Deo ſervatore benignis, & decoris artibus homines à dæmonis ſervitute, & peccatorum nexibus eripiente, inquiens: *Qui educit vinctos in fortitudine: ſimiliter eos qui exaſperant, qui habitant in ſepulchris*, ideſt, qui manu valida, & forti miſeros homines *compeditos catenis ſuorum peccatorum* (ſic ait Didymus) ſive (vt Theodoretus) *qui vndique peccatorum vinculis circumdati ſunt*, liberos dimittit, & à duriſsimis peccatorum nexibus in libertatē filiorum Dei aſſerit. Nimirum ſi benè æſtimas, & Origenes conſulis: illud *in fortitudine*, non eſt referendum, vt perperam aliquibus videtur ad immediatam vocem *vinctos*, vt perinde ſit, ac fortiter vinctos, & fortiſsimis catenarum nexibus religatos; ſed omninò coniungendum eſt, cum verbo *educit*; vt tam PP. Græci; & Latini; quàm explanatores frequenter intelligunt, vt inteprete Augiſtno valētiſsima Dei dextera, cuius miſericordi ſtudio nulla valeat obniti adverſaria poteſtas, eo dicendi modo ſignificetur: vt hoc ſenſu, & hac pœne locutione, & ſub eadem captivitatis imagine Iſraelitis à Deo deſcedentibus, & abipſo ad ſe trahendis, & ad bonam frugem reducēdis apud Ezechielem 20. verſ. 33. ſub Domini perſona inquit Propheta: *Vivo ego dicit Dominus Deus, quoniam in manu forti, & brachio exſtento, & in furore effuſo regnabo ſuper vos*: quæ verba ſic effert ibi Hieronymus: *Non vos reliquam, neque contemnam, vt fugaces ſervos domini negligentes ſolent contemnere, ſed ad meum retraham imperium*: Quem ſenſum idemmet Dominus, ſic paulò poſt (verſ. 37.) aperuit: *Et ſubjiciam vos ſceptro meo, & inducam in vinculis fœderis*: vbi Hebræa Lectio, & LXX. habent:

Pſal. 67. v. 7. Ezech. 20. v. 33. Hieron. Heb. Lect. & LXX.

bent: *Et transire faciam sub virga mea, & introducam vos in numero*: ideſt, vt explicat bonus Scholiaſtes P. Prado: *Ac ſi dicat veſtri curam gerã ſingularem nullũ patiar in deſerto perire; omnes innumerato habebo, & ex nomine appellabo quaſi diligens paſtor, qui magni vos duco, & magni facio*: Cum quibus ſenſum communẽ habet explicatio, quã his verbis educit vinctos in fortitudine, ſic adhibet: *Solvit enim grãtia vincula peccatorũ, quibus impediebãtur, ne ambularent in via mandatorũ*; Quæ ſic diffundit Card. Bellarminus in Commentario, *Declarat magnam pietatem Dei, qui non ſolũ vnanimes habitare facit in domo, ſed etiam* educit vinctos in fortitudine, *ideſt, ligatos vinculis peccatorũ educit de captivitate in fortitudine brachij ſui; & quod magis eſt admirandũ eos, qui exaſperant per incredulitatẽ ipſum Deum*, & qui habitant *quaſi iam mortui* in ſepulchris *reducit ad vitam*, & habitare facit vnanimes in domo: Pergit ſtatim diſcriminans ex Auguſtino vinctos à ſepultis, *quaſi vincti dicantur, qui ligati ſunt vinculis concupiſcentiæ, & in peccatis hærent; ſed cupiunt liberari, & petunt auxilium: Sepulti autem dicuntur illi, qui cum in profundum malorum venerint, contemnunt ſalutem*: poſt quæ ſubijcit. *Et tamen vtroſque interdum magna Dei pietas emollit ad pœnitentiam, & liberat à miſeria illa diabolicæ captivitatis, qua maior non invenitur.* Hactenus Card. Bellarminus.

Prado. Bellarm. Auguſt.

3 Sed iam quænam ſit ingens hæc Dei fortitudo, qua educit vinctos? quæ manus illa fortis? & exſtentum brachium, itidemque furor effuſſus, quo validè peccatores ſuo imperio ſubijcit; videre oportet: Pro quo obſerva Caietanum pro educit in fortitudine ex Hebræo legere, *Qui educit vinctos in congruentijs*: ideſt, congruo tempore, & modo; congruis, ſcilicet, & opportunis artibus; nẽpè idonea, & congrua vocandi ratione, vt Deus tũc valida, & forti manu vti perhibeatur cũ homines in congruentijs ad ſe vocat *attingens à fine, uſque ad finẽ fortiter, & diſponit omnia ſuaviter*, Sapient. 8. v. 1. Quid tandem verò hæc ſibi velint, ſic explicat Auguſtinus lib. 1. ad Simplicianũ q. 2. *Cuius miſeretur Deus ſic eum vocat, quomodo ſcit ei congruere, vt vocantem non reſpuat*: Quod plus

Caietan. Lect. Hebr. Sap. 8. v. 1. Auguſt.

A plus explicat lib. de dono perſeverantiæ cap. 14. & lib. 1. ad Simplicianum q. 1. vt in præcedentibus vidimus modo vide vinctum inſignem a Deo *in fortitudine*, ideſt, *in congruentijs* eductum, nempè Davidem non ſtatim cum peccavit correctum: nec vulgari modo, & ſtylo, ſed peculiari, & decenti, vt regi congruebat caſtigatũ: & de tempore quidem Chryſoſtomus hom. 5. de *Pœnitentia*, ſic inquit: *Peccavit Davit, mulierque concepit, vtero geſtavit, & peccatum nulla correctio ſecuta eſt. Quare autem protinus peccantem non correxit? Quoniam vidit in ipſo peccati origine obcæcatũ peccantium animum, & obduratas eorum aures in peccato merſorum: differt ergò turibundæ paſſioni auxilium addens: tantumque poſt temporis correctio procedit, vt vno temporis momento, & pœnitentia ſit, & remiſſio*: Sic ille notanter ad temporis congruentiam efficax auxilium referens. De modo verò opportunè Baſilius Seleucienſis orat. 17. quæ eſt de David, & Caſſio dorus libro de amicitia loquuntur: Prior enim Prophetæ Nathan induſtriam laudans, ſic inquit: *Aſtu, non vi proſtratus eſt, & ſenſum fallit, vt ſenſum emittat: vt ad ſenſum redeat ænigmate ſenſum decipit.* Poſterior verò: Certè cum Rex David adulterio proditionem, & homicidium *adieciſſet correpturus Prophetã Nathan, regiæ tamen deferens maieſtati non ſubitò, nec mente turbata tanti ſceleris crimẽ impegit, ſed congruaſi mulatione præmiſſa, & propoſito ænigmate competenti ſententiam contrà ſe iudicantis extorſit.* Sic Caſſiodorus æquè, ac alij PP. efficaciam vocationis ad cõgruitatem referentis.

B C D

Chryſoſt. Caſſiod.

Iterum verò hæc omninò ſenſu opportunè confirmat, idem Chryſoſtomus hom. 30. in Ioannem; tunc ſignatè opportunum auxiliatorem Deũ faciens, cum ſingulos ſecundũ ipſorum cõditionẽ, captum, propenſionẽ congrua ad ſe vocatione trahit; adductis pro hac cogitatione exẽplis vocationis Nicodemi, & mulieris Samaritanæ; dum illum, qui vir ſapiens, & Magiſter in Iſrael erat, per Scripturæ myſteria, & eruditionem in ſplendore Sapientiæ ad fidem illuſtravit: Samaritanam verò myſterio-

E

4 Chryſoſt.

rum rudem blanda pollicitatio aquæ, quæ pro re nata fœminæ ingenio opportunior erat ad veram fidei cognitionem, necnon ad pœnitentiam, & anteactæ vitæ maculas eluendas adduxit: audi Chryſoſtomum: *Et quanam gratia* (inquit) *his mulieri rationibus non perſuaſit Chriſtus, vt Nicodemo; cui in medium ſerpentem attulit, & Nathanael, quem prophetiæ admonuit? Quoniam hi, viri erant, & in huiuſmodi verſati: Samaritana rudis, & abiecta mulier expers omnium litterarum erat, idcò nullum cum ea de Scripturis Verbum facit, ſed aquæ tantum pollicitatione, & prophetia eam allicit; ideòque in ſui mentionem illam adducit, & ſe iam, qui ſit manifeſtat, quod ſi ab initio, & non rogatus feciſſet; creditus eſſet delirare, & ſe iactare: nunc pedetentim, & modeſtè nactus occaſionem opportunè ſe ipſum manifeſtavit.* Hæc ille opportunè: ideò pende id *pedetentim nactus occaſionem*, vt videris remedia congrua, & pro re nata appoſita.

5 *Sap. 8. v. 9.* Quoniam verò de Deipara ſæpius à nobis adductus dicebat Salomon Sapientiæ 8. verſ. 9. *Erit allocutio cogitationis, & tædij mei.* tanquam efficax, & opportunum remedium laborioſæ, & periculoſæ infirmitatis, quæ eſt tædium: de quo David *Pſ. 118. v. 28.* Pſalm. 118. verſ. 28. *Dormitavit præ tædio anima mea*, vel vt Ambroſius, *Ambroſ. Hilar.* & Hilarius legunt: *Stillavit præ tædio anima mea*: quæ verba ſic effert Lorinus ex Hebræo: *Solvitur mihi animus præ anxietate: ſtillatim perit vita mea; animæ meæ vires paulatim defluunt; agonizat anima mea*: De quo *Bernar.* Bernardus lib. de Paſsione Domini, ſic ait: *Tantum quippè aſſligitur hoc vitio aliquando anima bonorum, vt etiam omnem eſcam, ideſt, omne exercitium ſpirituale abominetur, vt nec orare, nec legere, nec meditari, nec opus manuum libeat exercere; imò etiam appropinquant vſque ad portas mortis, ideſt, vt etiam ipſius vitæ faſtidium habentes morte finiri deſiderent cum Sancto Iob dicentes: Tædet animam meam vitæ meæ*: Hæc Bernardus ibi: Quod quidem ipſum, quæ Bernardi humilitas fuit, ſibi aliquando contigiſſe: ita planè fatetur *Bernar.* ſerm. 54. in Cantica: *Superbia inventa eſt in me, & Dominus declinavit in ira à ſervo ſuo. Quomodo ita exa-*

A *ruit cor meum: coagulatum ſicut lac; factum eſt ſicut terra ſine aqua: Nec cõpungi ad lachrymas, quæ tanta eſt duritia cordis; non ſapit Pſalmus, non legere liber, non orare delectat meditationes ſolitas non invenio: vbi illa inebriatio ſpiritus? vbi mentis ſerenitas? & pax, & gaudium in Spiritu Sancto? ideò ad opus manuum piger, ad vigilias ſomnolentus, ad iram præceps, ad odium pertinax, linguæ, & gulæ indulgentior, ſegnior, obtuſiorque ad prædicationem. Heu omnes montes in circuitu meo viſitat Dominus,* B *ad me autem non appropinquat. Nam alium quidem intueor ſingularis abſtinentiæ; alium verò patientiæ admirãdæ, & ego autem qui horum in me invenio nihil, quem me alium putem, quam vnum de montibus Gelboe, quẽ præterit in ira, & indignatione ſua ille cæterorum omnium benigniſsimus viſitator.* Hactenus de ſuo tædio Bernardus. Quem ſubinde, quàm alium, quam mutatum ab C hoc, quem depinxit, inveneris! quantum orationi, & contemplationi deditum, quantum devotioni, & internæ meditationi addictum, vt vix ſenſibus, niſi ad officia pietatis vteretur: Quanta illi promptitudo animi ad vigilias? quantum mentis ſtudium, quæ illius compũctio? quæ lachrymæ? quæ alacritas ad ſuſcipiendos labores pro animarum ſalute. Quod ſi vnde tanta hæc mutatio? aut quo de fonte hæc lachrymarum compunctionis, & devotionis abundantia requiras? incunctãter reſpondebo ab allocutione lactatione, imò & lacte Mariæ in Bernardi os; imò verò in animum ingeſto; quo in humanarum rerum oblivionem, & ſomnum inductus cœleſtibus omninò inhæreret; nec aliud niſi divina cogitaret: vti ipſemet proximè in calce adnotationis de Maria cœleſtis poculi calice ſuos inebriãte dicebat: *Inebriat* E *ad cõtemptum mundi, caleſacit, quia ſerventes facit, acuit, quia erudit, audaces facit contra adverſas ſortes: invincibiles à carne, mũdo, & dæmonibus: obliviioſos, eorum, ſcilicet, quæ retro ſunt, & in futura exſtenſos, diſcretos, quia erudit ad iuſtitiam, ſomnolentos ad tẽporalia, & tædioſos: ad inviſibilia verò contemplanda pronos, & prõptos*: Hæc Bernard. quibus ſe ipſum feliciori, & vivaciori penicillo viſus eſt depinxiſſe. In quibus preme hęc *ſomnolẽtos ad tẽporalia, & tædio-*

ſos

ſos componens cum illis allocutionis Deiparæ; quibus tædium ablatura dicebatur à Salomone: *Et erit allocutio cogitationis, & tædij mei*, vide vt contraria contrarijs Virgo opponat; & pro tædio ſpiritualium rerũ, tædium temporalium ſubſtituat, & quos ad inviſibilia pronos, & promptos: ad temporalia tædioſos, & oblivioſos faciat: & cui antea non ſapiebat Pſalmus: iam eloquia Domini dulciora ſuper mel fuerint ori eius. Quippè *dona Dei* (vt dicebat in ſuperioribus dulcis Bernardinus) *per manus Mariæ collata dulcius ſapiunt*: illa verba ſubijciens, quæ decies repetita placebunt: *Et ſi mihi à Deo daretur, an vellem dona ab ipſo fonte, ſic immediatè haurire, vt non per preces, & manus Mariæ ad me deſcenderent, ſed ſoli Deo debitor fierem, vel potiùs vellem eadem dona per hunc cœleſtem aquæductum accipere, & Virgini debere id, quod gratia Dei eſſem ego fateor genibus flexis inſtantiſsimè à Deo peterem, vt per hoc cœleſte collum divinæ influentiæ ad me deſcenderent, vt per eam poſſem aſcendere ad Deum, per quam Deus deſcendit ad nos.*

Bernardin. ſer. de B. Maria.

6 Sed vt annunciavimus Dei ſtudia, & benignas artes, ita etiam Deiparæ ſtudia, cogitationes, & artificia in alliciendis ad Dei timorem, & amorem hominum animis annunciemus: & quidem illis explicandis vix aliud opportunius inveneris, quam id, quod ſanctiſsimæ Virginis ſtudioſiſsimus P. Ferdinandus de Salazar excogitavit in expoſitione Verborum Salomonis de muliere forti, Proverb. 31. verſ. 16. *Conſideravit agrum, & emit eum, de fructu manuum ſuarum plantavit vineam*: Nimirum eum primum Cardinalis Caietani verſionem, & ſenſum attuliſſet: *Conſideravit agrum ſuum, & accepit eum*, & ſecundum germanum ſenſum litteræ, ſic hæc verba interpretatus eſſet, vt non vtcumque illis innuatur, robuſtam hanc fœminam agrum emiſſe, ſed etiam accurata conſideratione animadvertiſſe, illum potiùs vitibus ferendis aptiorẽ eſſe, vineam in eo ſuis ſumptibus plantaſſe Quod plus plus, ſic diffundit: *Vel aliter huius fœminæ prudens conſilium inſinuatur, quæ agrum macrum, & gracilem emit, & quidem eo conſilio comparavit, vt poſteà in vineam conſtis vitibus commutaret, his enim aſſerendis habilior erat, ex quo accidit, vt breviſsimo intervallo feraciſsimam vineam exiguo diſpendio poſſideret. Itaque non ſolùm mulieris iſtius diligentia, & labor commendatur, ſed etiam ſolertia, & induſtria.* Hæc ille, quæ poſtmodum Deiparæ, & noſtro inſtituto aptiſsimè, hunc in modum accommodat, vt ipſa ad excollendas ſuorum clientum animas congruis remedijs vtatur, illis videlicet, quæ ipſorum ingenijs, & moribus aptiora ſint, quæque cum illis opportuniorem cõſonantiam habeant, vt ad virtutem alliciantur. Audi illum: *Si agri nomine animam quamlibet Virginis ſtudioſam capiamus, iuxtà priùs Caietani commentarium.* Conſideravit agrum ſuũ, & accepit eum, *ſic licebit Virgini tribuere. Nimirum apud ſe Virgo ſanctiſsima meditari cœpit, animam ſibi iam pridem addictam ob incuriam & culturam neglectam parum vberes bonorum operum fructus reddere, atque adeò, vt ipſam mitiorem, & feraciorem redderet, vineam plantavit, ad ea videlicet exercitamenta, & opera illam convertit, quæ ingenio, ac moribus illius magis accommodata forent, vt feliciorem, atque vberiorem bonorum operum proventum ageret.* Hæc P. Salazar Salomonis verba huic cogitationi accommodans: quæ ex ſuo ſenſu ſic omninò firmat, atque diffundit. *Et quidem ita exiſtimo inter alia officia, quibus Virgo de ſui ſtudioſis benè meretur, hoc nobiliſsimum eſſe, quod illos ad ea potiſsimum operã transfert, quæ ſecundum eorum propenſionem ſunt, vt facilius, atque promptius illa exſequi poſſint, atque adeò vberiores fructus reddant: Ita docuit D. Damaſcenus in orat. 2. de Aſſumptione* ſimilitudine aquæ, & ſolaris actionis, quæ cũ vnicæ ſint, variè tamen, ac congruenter ad plantarum graminumque naturam accommodantur, quæ his alũtur, & foventur: Hactenus Salazarius ſatis ad rem. Ne verò Damaſceni verba deſideres; ſunt iſta quibus ipſummet Deiparæ ſepulchrum Mariæ nomine omnia omninò animæ, & corporis hominibus bona offerens, ſic inducit: *Qui morborum ſanationem, vitioſarum animi affectionum depulſionem, peccatorum oblitterationem, calamitatum omnium ſubmotionem regni*

Salazar

Prov. 31 v. 16.

Caietan.

Damaſc.

cœlorum quietem sitit, cum fide ad me veniat, gratiæque donum magnopere efficax, & vtile hauriat. Quemadmodum enim aquæ, terræ, aëris, ac splendidissimi Solis actio, simplex licet, atque vna sit, variè tamen, atque accommodatè ad earum rerum, quæ ipsius participes sunt, naturam immutantur, sitque in vinea vinum, in olea oleum, ad eumdem modum gratia quoque, quamvis simplex, & vna sit; variè tamen, ac congruenter ad vniuscuiusque voluntatem, eos à quibus percipitur beneficio afficit. Ita ibi. Ad rem autem, quam persequimur omninò facit; tum MARIAM cum primum peperit filium suum reposuisse ipsum in præsepio, Lucæ 2. vers. 6. tum etiam de ipsa dixisse Salomonē: *Quoniam dignos se ipsa circuit quærens*, Sapient. 6. vers. 17. sed ne longiores simus in seqq. adnot. transferimus.

Lucæ 2. v. 6.

Sap. 6. v. 17.

EXEMPLA.

Eusеb. Nier.

DE Michaele de Ponte narrat Eusebius Nirembergius lib. 4. vitarum signatè à Deipara in viam salutis adductum: *nam cum adolescens Valentiæ de nocte cum gladio, & parma per vicos deambularet vox de cœlo tertio repetita*, Quo vadis miser? *corripuit: indeque pœnitentem tota reliqua nocte devotio mixta lachrymis in sacello Virginis, apud S. Franciscum detinuit postulantem ab eadem Deipara auxilium, & sese ei offerentem: à qua inspiratus Societatem Iesu ingressus est, itidemque vt ad Barbaros in India meridonali iret: Quod ipse egregiè præstitit: indefessa cura Christianæ fidem, mysteria infideles edocens; signatè verò Rosarium Deiparæ, & eius cultum in ipsorum animos infundens. Quapropter multas à Virgine gratias in hac vita recepit, atque illam singillatim, vt ab ea spectaculi forma apparente animatus sit ad perferendos, non leves obedientiæ labores promissione, non incurrendi in purgatorias pœnas: itidemque vt moriens ab ipsa felicem animam corona præcingente in cœlum fuerit perductus, vt revelatum fuit Guardiano S. Francisci, qui tanti beneficij fidem fecit.*

Sed & Treberi puella quædam devota singulariter in Virginem à teneris annis, invitata à parentibus suis, vt sibi sponsum deligeret; sæpius invitata, sæpius distulit; remque Virgini commendabat, vt quod ipsi placitum esset disponeret: tum visa est Virgo Virginum monens, vt in Barvvich se conferret ad festum Conceptionis: ibi intellecturam, cui marito iungenda foret. Ivit ipsa dicto die Sacerdotemque de Societate invenit, à quo edocta est Dei Matrem velle, illam Virginem castam desponsare Christo: Cui consilio Virgo illa omnino obsecuta est. Sic habetur in Annuis domus Probationis Trevirensis.

Est id præsenti instituto peropportunum, quod de Patre Nicolao Pimenta Societatis nostræ narrat P. Eusebius Nirembergius in vita S. P. N. Ignatij cap. 17. Nimirum cum is adhuc adolescens ad quoddam Religionis Monasterium habitum petiturus campanulam ianuæ pulsaret. Imago B. Virginis, quæ ad limē adstabat eam illi vocem emisit. Non hìc Fili, non hìc tuæ est vocationis Scopus, sed in Societate Filij mei, eas illuc: *Quod ipse præstitit; & in Societatem admissus, & in Indiam missus egregia virtutis exempla in proximorum salute procuranda dedit, & cum Visitatoris officium semel, & iterum perfunctus esset de suæ mortis obitu à Deipara admonitus sanctissimè mortuus est: Vbi illud pro re, quam persequimur maximè observandum; eam, quam vir hic Religionem ingredi priùs volebat, non minus sanctam, atque perfectam esse, quàm ipsam Societatem, in quam exceptus est; sed ideò à Deipara hanc illi præpositam fuisse, quod illius genio, & vocationi opportunior, & congruentior esset, quippè Pimentæ Scopus erat, non solùm saluti propriæ cum divina gratia vacare, sed cum eadem impensè in salutem proximorum incumbere.*

EIVSDEM argumenti.

MARIA Dulcis Advocata hominum, quæ occaſiones, & opportunitates ſalutis ipſorum obſervat.

ADNOTATIO III.

PErſequimur annũciare ſtudia Virginis: cum auctore Richardo à S. Laurentio lib. 2. de Laud. Virginis, *Summum eius ſtudium eſt, Filio ſuo pacificare peccatores*: his ſubijciente. *Roganda eſt aſſiduè, vt doceat nos vias ſuas, & faciat ambulare in ſemitis eius*: Perſequimur verò explicare opportunam illam, & mentibus, & animis congruam Dei vocationem, & illuſtrationem: & verò cum Auguſtinus referat auxilia gratiæ ad ſuaſiones illius ſcholæ, in qua Pater auditur, & docet: ſic enim ille lib. de Spiritu, & littera cap. 34. *His ergo modis, quando agit Dominus cum anima rationali, vt ei credat, neque enim credere poteſt, ſi nulla ſit ſuaſio*: & eodem ductu Damaſcenus, *non violentia ducens ad virtutem, ſed manſuetudine ſuadens diligere virtutem*: itidemque Chryſoſtomus hom. 46. in Ioan. inquiens: *Neque electio eius violenta eſt, ſed ſuaſoria, &c.* poſſet quidem non nemo ambigere, non adeò firmam vocandi, & alliciendi animos hanc rationem fore: cum non ſemper, qui ſuadet perſuadeat, dicente Quintiliano lib. 2. inſtitution. Oratoriarum cap. 16. *Non perſuadet ſemper Orator*: & ſanè Laodicenſi Epiſcopo dixiſſe Dominum novimus, Apocalyp. 3. vers. 18. *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum*; quin illum huic ſuaſioni noverimus aſſenſum omninò præbuiſſe. Reſpondet tamen Auguſtinus hãc de qua ipſe loquitur ſuaſionem; non ſuaſionem tãtum, ſed perſuaſionem fuiſſe: ſic enim ille lib. de gratia Chriſti, diſputans cũ Pelagio: *ſed nos eam gratiam nolumus iſtam aliquando fateatur, qua futuræ gloriæ magnitudo, non ſolùm promittitur, verum etiam creditur, & ſperatur, nec ſolùm revelatur ſapientia, verum etiam, & amatur, nec ſuadetur ſolùm omne, quod verũ eſt, ſed & perſuadetur*: Ita Auguſt. Audis ſuaſionem perſuaſionem? ſed quare? quia videlicet Deus mentem illuſtrat, & voluntatem allicit certo quodammodo, tempore, & opportunitate, vt non ſecus ovis ramo viridi, & eſca hamo ſuperpoſita piſcis; voluntatem aſſenſum præbituram noverit, quod cum illa virtus propoſita congruentiam, & conſonantiam habeat: de quo multa ex eodẽ Auguſt in ſuperioribus diximus: ſignatèque illud, *cuius autem miſeretur, ſic eum vocat, quomodo ſcit ei congruere, vt vocantem non reſpuat.*

Quo mirè facit expoſitio, quã reddit Catena trium Patrum illis Sponſi verbis, quibus Eccleſiæ, & animæ fideli ab ipſo interrogãti: *Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie*; ipſe reſpõdet: Si ignoras te, *O pulcherrima inter mulieres*, Cant. 1. v. 7. nimirum ipſi opportunè obſervant hanc Sponſæ pulchritudinem iis congruẽtibus modis à Deo inditam fuiſſe: ſic quippè inquiunt. *Reſpondens igitur ad hanc ex gentibus collectã Eccleſiam paſtor bonus, & ſpõſus ipſius*: Si te (inquit) ipſam non noſti; ſi ignoras te ipſam, *in qua ego, qui circumſcribi nequeo, deſcriptus ſum, & ſicut in imagine archetypum cernor, & à ratione alienos ſenſus tuos corrigo, & comminatione quaſi virga, promiſſaque tanquam fiſtula ad æternas te caulas duco*: Hæc Catena: Obſerva virgæ, & fiſtulæ imagines, & in ipſis congruentes vocationum modos, iam timoris incuſsi; iam blãdæ promiſsionis; quæ cum animi propenſione, & affectione concinnitatẽ, & conſonantiam faciat, non ſecus ac fiſtula cũ ſenſu auditus, vt vel hac de cauſa dixerit Auguſtinus lib. 1. ad Simplician. quæſt. 1. *An fortè illi, qui hoc modo vocati non conſentiunt, poſſent alio modo vocati, accommodare fidei voluntatem, vt eo illud verum ſit*: Multi vocati, pauci electi: *vt quamvis multi vno modo vocati ſunt, tamen quia non omnes vno modo affecti ſunt; illi ſoli ſequantur vocationem, qui ei capiendæ reperiuntur*

1 *Rich. à S. Laur.* — *Auguſt.* — *Damaſ.* — *Chryſoſt.* — *Quintil.* — *Apoc. 3. v. 18.*

2 *Caten triũ PP.* — *Cant. 1 v. 7.* — *Auguſt.*

idonei: & illud non minus verum ſit: Igitur non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei, *qui hoc modo vocavit, quomodo aptum erat eis, qui ſecuti ſunt vocationem: ad alios autem vocatio quidem pervenit, ſed quia talis fuit, qua moveri non poſſent, aut eam capere apti eſſent, vocati quidem dici potuerunt, ſed non electi.* Hæc Auguſt.

3 Cyrill. Alex. Levit. 26. v. 3. & 4. Lect. Heb. LXX.

Sub quo planè ſenſu capienda fuerit cum Cyrillo Alexandrino lib. 16. in Leviticum illa à Domino populo ſuo facta promiſsio, Levitici 26. v. 4. *Si in præceptis meis ambulaveris, dabo vobis pluvias temporibus ſuis* (vbi Hebræa, & LXX. *pluviam veſtram tempore ſuo*) *& terra gignet germen ſuum, & pomis arbores replebuntur*: vbi obſerva pluviam, & illam *tempore ſuo* datam: & pluviam hanc eamdē omninò dixeris; quam ijs qui educendi erant in congruentijs, vt adnotatione præced. vidimus largiendam à Domino aiebat Vates eo in loco Pſal. 67 verſ. 10. inquiens: *Pluviam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ*: quæ ex antiquo Anonymo Agellius, & ab vtroque Card. Bellarminus, ſic explicat: *Hæc pluvia gratia eſt Spiritus Sancti, quæ voluntaria, ſive ſpontanea dicitur, quia non deſcendit ex meritis operis quaſi vaporibus terræ ſurſum elevatis, ſed ſponte ſua Spiritus Sanctus infundit corda fidelium aqua cœleſti: & dicitur ſegregata hæreditati, quia bona temporalia ſunt communia fidelibus, & infidelibus, ſed gratia Spiritus Sancti ſegregata eſt, vt detur ſolum fidelibus in Eccleſia, extra quam non eſt ſalus.* Hæc ſuculenter Bellarminus, datam verò hanc pluviam gratiæ *in tempore ſuo*: ſic explicat Cyrillus. *Ne crapulato & ebrio Verbum Dei ingerant, ne occupato in alijs animo, cum attentus eſſe non poteſt, vel eum alicuius vitij languore conſtrictus eſt, & non Doctori, ſed morbo interior præſtatur auditus.* Sic ad mentem Oraculi Cyrillus: itidemque vt explicet, quod res eſt, opportunitatem videlicet, ſuaſionis, & vocationis: cum animus vacuus eſt, & ſuaſioni divinæ accommodatus, & benè diſpoſitus, vt ipſi illa, tanquam pluvia terræ congruat, vt ſuum effectum ſuaviter & efficaciter ſortiatur. vnde mire concinit, quod ſequitur, *& terra gignet germen ſuum, & pomis arbores replebuntur*: tanti quippè eſt gratian dari in tēpore ſuo, vt interior ei præſtetur auditus.

Bellarm. Pſal. 67 v. 10.

A B C D E

Et quidem (ſi magnis parva componere fas eſt) hæc etiam prorſus eſt humanæ conditionis & naturæ conditio, & frequens rerū eventus: quippè quicumque negotium aliquod obtinere, ſeu rem præſertim arduam alicui perſuadere nititur, non quoquo modo cum eo agit, ſed vt voti compos evadat, ſignatè omnes animi aditus, omnes rimas quibus ſeſe in illum inſinuare, ſive illabi valeat, diligenter quarit; loci, temporis; ac modi opportunitates obſervans, & captans; nam de modo Pindarus in Olympiacis Ode. 13. 4 Pindar.

Conſentaneus eſt autem in quacumque re modus,
Quem intelligere opportunitas eſt optima:

de tempore verò proverbio illud ceſsit,

Omnia ſuo præcepta recreant tempore:

vnde callidus ille Syrus, apud Comicum dicebat: Plautus

In tempore ad eum veni, quod rerum omnium eſt primum:

Iam de tempore, & modo, magnus poeta; primùm inducens Æneam rem omnium difficillimam aggreſſurum, nimirum, vt expugnaret Didonis animū infeliciter amantis, vt bona eius venia inde proficiſceretur ſic de illo inquit, Virgil.

Tentaturum aditus, & quæ molliſſima fandi
Tempora? quis dexter modus?

deinde verò cum ex eiuſdem Reginæ perſona vehementer cōcupiſcentis mutare ipſius Æneæ animum, & ad id ſororem, qua ſemper, tanquam curarum interprete vſa fuerat, advocaret: ſic illam alloquentem facit,

Te colere, arcanos etiam tibi credere ſenſus
Sola viri molles aditus, & tempora noras;

Vbi habes opportuna noſtro inſtituto inſculpta monita vnum: *Quæ molliſſima fandi tempora quis dexter modus*: alterum: *Sola viri molles aditus, & tempora noras*: Quibus adſtruitur à temporis opportunitate, & modi dexteritate totam in perſuadendo vim, & efficacitatem ſubſiſtere; nam quæ

vix,

vix, aut ne vix quidem alieno tempore, & incongruo modo dicta suadent, eademmet suo, sive accõmodato tẽpore proposita, non magno negotio persuadent. Sic Suetonio in Vespasiano cap. 1. observatum; illum Principem nullo alio tempore, quam cum in triclinio, aut balneo divertiretur, comiorem esse, eaque de causa hæc momenta à domesticis ad petendum aliquid magnopere captata: Ad quem etiam modum Sidonius Apollinaris lib. 1. epist. 1. eum Regem Theodoricum, sesseris ludentem, & victoriam de ludi collega obtinentem inducit; subdit: *Quodque mirere sæpe illa lætitia minimis occasionibus veniens ingentium negotiorum merita fortunat, tunc petitionibus diu ante per patrocinium suffragia iactatis absolutionis subitæ portus aperitur*: Pergit Sidonius: *Tum ego etiam aliquid obsecraturus feliciter vincor, quando ad hoc mihi tabula perit, vt causa salvetur.* Ita ille bellissimè: Sed & hoc itidem sensu M. Tullius lib. 11. epist. 16. necnon Horatius epist. 13. in reddendis epistolis, quibus inciunda esset Principis alicuius gratia, temporis & loci opportunitatem captandam monent: similiter Ovidius lib. 1. de tristibus elegia 1.

Si poteris vacuo tradi, si cuncta videbis
Mitia: si vires fregerit,

vnde lib. 7. Metamorph. timens ille aiebat.

Forsitan, & missi sit quædam culpa ministri.
Non adiit apte, non legit idonea, credo,
Tempora, nec petiit horam, animumque vacantem.

5 Pudet quidem tamdiu per externas litteras fuisse divagatum, sed qui de opportunitate ex professo agebã, opportunitati cedere, non omnino otio me abuti censebã, vt vt sit; hæc Mariæ hominum saluti invigilanti, iam non vno, sed pluribus modis aptaveris: Nam in primis observa; ipsam, cum primum Filium suum ad salutem nostram peperit; in præsepio de industria eum reposuisse dicente, Luca cap. 2. vers. 7. *Et peperit Filium suum primogenitum, & pannis eum involvit, & reclinavit eum in præsepio*, vbi notanter quidem dixeris Dei Filium in præsepio inclinatum, sive semel, & iterum reclinatum à Maria fuisse. Casu ne? aut frustra. Audi Nazianzenum orat. 1. *Idcirco generatio, & Virgo: idcirco præsepium, & Bethlem: generatio propter fœcundationem: Virgo propter mulierem: Bethlem propter eadem: præsepium propter paradisum*: Hæc Nazianzenus: expende singula, quibus Theologus vitam homini à Filio Dei per Mariæ manum datam singillatim opponit morti, quæ nobis in paradiso ob prævum Evæ gustum lethale pomum concupiscentis advenit: ergo observa illa *Virgo propter mulierem: præsepium propter paradisum*, vt singula singulis Maria Evæ, præsepium paradiso respondeant: quod si ambigas, quid præsepio, & paradiso? Dixerim? Sane vt quemadmodum, tùc in paradiso mors inventa, seu reperta est, dum à pomi illius pulchritudine, & suavitate allecta mulier, & sibi, & nobis mortem infeliciter attulit, maligno sub herba angue latente: ita modo Maria, vt homines ad Christum volentes, & hiantes ducat eum in præsepio eorum gustui aptum, & accommodatum ipsis offert: Sed qua ratione?

Nonne (vt vidimus) ea debet esse ad alliciendum gustum apta esca, quæ feræ, aut piscis naturæ, & gustui consona sit: nam si pisci paleas: equo ossa, aut carnem obieceris: oleum, & operam perdes: idcirco cessit Proverbio, cuius meminit Adagiographus: *Canidas paleas: asino ossa*: quod ipse, sic explicat: *Cum res præposterè distribuuntur, veluti si quis indocto munus mittat litterarium: erudito flosculos, aut gladium: militi librum. Siquidem munera hoc ipso sunt ingrata, quod aptæ non sunt.* Ecce ergo munus, gratum homini; nempè præsepium ipsius gustui accõmodatum: Maria mensam hanc instruente: Audi Hesychium hom. 2. de Deipara, sic loquentem: *Libens recondidit in præsepi, vt qui sunt pecuihi, accurrant, & reperiant legem, idest, sermonem, & rationem in præsepio constitutum, vt ex eo recipiant dignitatem rationalem, vt qui currunt ad paleas, frumentum nanciscantur, vt bestiarum more festinet, arbitrantes se in præsepio inventuros manipulos hordei, panem verum manducaturos*: sic Hesychius: Audis egregias Mariæ artes, quibus opportuno modo homines ad Deum adducat? ipsique volentes, & libentes divinis inspira-

tio-

Sueton.
Sidon.
M. Tul.
Horat.
Ovidius
Luc. 2. v. 7.
Nazian.
Hesych.

tionibus aſſenſum præbeant, dum ſingulorum captui, & guſtui ſeſe accommodat: Vnde Abſalon Abbas ſerm. 31. qui eſt de *Annunciatione* poſt alia, ſic inquit: *Sicut ſtella hæc in mari navigantibus rectæ viæ indicium eſt, ſic eſt Maria in hoc mundo tortuosè viventibus: alijs rectam viam bonæ operationis; alijs rectam viam humilitatis, alijs regiam viam caſtitatis oſtendit*: Nec à præfata præſepij imagine, vel hilum iverit altera, cum qua Richardus à S. Laurentio lib. 12. de Laud. Virginis Mariam componit: nempè cum virga piſcationis: quippè ipſe dum (vt alibi vidimus) capit de Deipara illud Domini apud Marcum 6. v 8. *Nequid tollerent in viam niſi virgam*; quaſi nihil ad ſalutem animarum opportunius concionatoribus commendetur, quã pietatem & ſtudium Mariæ in animos hominum ingenerare, ſic inquit: *Hæc eſt virga piſcationis, quâ, ſcilicet, mediante extrahuntur piſces, ideſt, homines de* luto aquarum multarum, *Abacuc* 3. *ideſt, mundanarum, & carnalium voluptatum, quæ multæ ſunt, & quicumque peccatores de profundo peccatorum, & de mari, ideſt, de amara delectatione mundi, & c. linea, qua ferrum virgæ adhæret, totus proceſſus vitæ eius; hamus aduncus oratio eius: ineſcatio vniverſa bona, quæ nobis per eius miſericordiam miniſtrantur*: Hæc Richardus: Pende extrema verba pro re nata, vt ſicut piſcibus peculiaris eſca ipſius guſtui opportuna apponitur; ita Deiparam hamum ad capiendos homines pro ipſorum palato adornare: ſed de hoc ſtatim.

Modo cum eodem Richardo lib. 9. apta Virgini fluvium Philon, qui Geneſ. 2. verſ. 11. dicitur circuire terram Hebilath: ſic enim ibi: *Philon, ipſe eſt, qui circuit omnem terram Hebilath: vbi naſcitur aurum*: & de quo Eccleſiaſticus 24. verſ. 35. *Qui implet quaſi Philon Sapientia*: Sic namque Richardus. *Philon circuit terram Hebilath, quod interpretatur vel dolens, vel parturiens, & B. Virgo circuit dolentes per contritionem ad conſolandum eos, maximeque parturientẽ peccata ſua per confeſſionẽ bona opera per ſatisfactionẽ*: Ita ille: vbi primo obſerva, quod de Maria dicitur: *circuire parturientes peccata ſua*: quaſi fiat alluſio ad illam in hiſtorijs, ſive fabulis decantatam Dianam; quæ ad partus adhibebatur, vt ipſius auxilio matureſcerent, vt inquit M. Tullius lib. 2. *de natura deor.*: Dein de preme verbum *circuire*, ſimilitudine ſumpta à belli duce, qui dum munitiſsimas arces oppugnat, & obſidione cingit, eas indeſinenter vndequaque perluſtrant, vt qua via opportunius in illam valeant irruere animadvertãt: quo omninò ſenſu de malo dæmone dixit, Petrus 1. ep. c. 5. v. 8. *Adverſarius veſter diabolus circuit quærens, quem devoret*, vt noveris Deiparã peccatorem vndequaque perluſtrantem, & circumdantem, vt tentet aditus, & molliſsima tempora, quibus ipſum ad pœnitentiam moveat, & iam iam dolentem conſoletur, & aſperam viæ ſpeciem ad virtutem vitãque ducentis, quam timor, aut pudor experiri impediunt, emolliat, ſignatè verò, *vt parturientes* peccata ſua per confeſsionem, ſic adiuvet, vt verecũdiam confitendi peccata ſolvat, quin ab ea prohibeantur: vt *commiſsione quaſi virga, promiſsiſque tanquam fiſtula ad æternas caulas ducat*: Quod appoſitis exemplis videre eſt.

Huc opportunè faciunt verba, Cant. 4. verſ. 8. quæ de Virgine dicuntur. *Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce*: vbi primum, cum pro *vitta* in Hebræo explicatius ſit *funiculus*, omnino dixeris, eam in labijs Virginis fortem, & efficacem ſuaſionem eſſe, quæ hominis animũ, tam arctis conſtringat nexibus, vt velut manibus, pedibuſque ligatis vinctum, victum ſe dedere neceſſe ſit. Deinde verò, obſerva, omnes expoſitores, *eloquium dulce* Virginis (vt inquit Gislerius ibi) ad ingentem perſuaſionis vim fore referendum, eodẽ planè ſenſu, quo ſub fiſtulæ imagine dicebatur, Deiparam clientum ſuorũ animos, aptè; concinnè, & ſuaviter ad virtutis ſtudium allicere, talem videlicet vocationis modum proponendo, qui interioribus eorum auribus placidè inſonet, & cum ipſorum guſtu conveniat: Vnde ibi P. Martinus Delrio, inquit. *Quis vnquam tam dulci fuit eloquio, quàm Mater dulcedinis. Si ex abundantia cordis os loquitur; quid poterat cor dulcedinem redundãs eructare, niſi verbum dulce? Quid poterat nubes*

illa

Abbas.

Rich. à S. Laur.

7 Richar. Gen. 2. v. 11.

Eccl. 24 v. 35.

M. Tul.

1. Petr. 5. v. 8.

8 Cant. 4. v. 3. Lect. Heb.

Gisler.

Delrio.

illa dulcedine gravida stillare, nisi dulcedinem? nisi mel, & favum: Quod opportunè ad internam locutionem, qua Deipara animos ad Dei obsequium blandissimè allicit retuleris, sicut & quæ ad hæc verba Canticorum habet translatio Caldæa, dum de Sacerdotis oratione, sic accipit: *Et labia Sacerdotis magni deprecabantur in oratione in die propitiationis coram Domino, & verba eius avertebant peccata Israel, quæ similia erant vittæ coccineæ, & dealbabant eam, sicut lanam mundam.* Quod sanè munus dealbandi ad Deiparam proprius pertinet.

EXEMPLA.

IN oppido S. Agathæ apud Mamertinos (vt habetur apud Beretariũ in annuis Societatis anno 1598. *Sororis necem quidam cogitabat, ægrè ductus ad concionem audit de iniurijs condonandis, aliquantulum movetur, & spondet se postridiè rediturum. Noctu per somnum ab Æthiope terretur, nisi conceptum scelus animo eijciat: terrorem Virgo blando eloquio abstergit, & vt scelus deponat mansuetè admonet. Mane in templum petit, sed duo truculenti Æthiopes, cum districtis gladijs aditu eumdem prohibent. Territus ille spectaculo concidit, & tunc implorata Virgine importuna spectra evanescunt. Quare ille templum ingressus voto se obstringit deponendi sceleris: vitamque in melius mutandi: Quod re ipsa præstitit*: Tanti est à Virgine blando eloquio, & mãsuetè admoneri.

Lenissimè item, nec sine energia Hugonem Marchionem Hetruriæ liberioris vitæ B Virgo corripuit, *quæ venatione impedito, & fame propemodum enecto optima cibaria in fœdissima lance proposuit, edocens eum, vt si vellet sibi grata præstare, non ex fœtida cordis lance, sed pura, & sancta procederent*: Sic Ioannes Baptista Laurus Perusinus in historia de annulo pronubo Beatissimæ Virginis: qui apud hunc Hugonem aliquandiu fuit.

In Annuis Societatis anno 1599. sic habetur: *A venione quidam Virginis cliens, cui negotium erat magni momenti adeundum Divam Dominam Donorum* (eo nomine ibi Deipara nuncupatur, & colitur) *adijt consilij expetendi gratia. Recitanti Rosarium somnus irruit, in quo somno Virgo optima, quid sit faciendum admonet: quis? quando adeundus? Quod iterum nocturno in somno repetijt. Vnde bonus cliens sequitur datum consilium, & ita à certa, præsentique ignominia, quam maximè timebat fortunatè omninò ereptus est.*

Persimile id, quod est in litteris annuis anni 1604. de Collegio Augustano. *Puella quatuordecim annorum patrem habens hæreticum, ac Lutheranum, ingredi in sacrarum Virginum Collegium, & in eo vitam ducere religiosam constituit. Dum furit pater, & omnimodo, quo potest puellæ propositum impedit B. Virgo eam admonet, qua arte incipiat illud, atque perficiat, quid, & quibus, & quando scribat, sicque res fœliciter absolvitur.*

Sed quoniam signatè diximus ex Richardo Mariam veram, & cœlestem parturiẽtium peccatorum obstetricẽ vndique circuire, vt peccata cõfiteantur; eisque pudorem, & verecundiam solvere: *Audi quid nostris in Annuis anni 1610. referatur: Melitæ quidã gravissimis sceleribus oneratus, cũ paulo negligentius examinãdæ conscientiæ pro facienda confessione vacaret, intempestæ noctis silentio repente expergefactus, & vigil vidit Beatissimam Deiparã mira suavitate singula ordine peccata, quæ memoriam suam effugerant numerãtem, quæ deinde ipse expositi Sacerdoti, non sine magna vitæ in melius mutatione.*

Sed de Deipara blandè arguente, monente, & demulcente, vt devians ad viam reduceret opportunam narrant historiam Annuæ anni 1581. hũc in modum: *Apud Residentiam Iulienſem in Peruana Provincia Mulier alioquin pia in scelus tamen prolapsa cõfiteri erubescebat non sine mentis molestia, quam vt finiret iam parabat laqueum. Misera Virgo est, & spectabilis facta, ac filiam illam compellans arguit, monuit, & docuit, cuinam confiteretur; Virginis beneficium mulier agnoscens ad vitæ viam ex homologesi rediit.*

Annuæ etiam anni 1590. in Missione Vratislacensi referunt conversionem *Lutherani adolescentis pertinacissimi; cui niveo amictu apparens Vir-*

go, & dextera caput demulcens, ac veluti coronam Sacerdotalem digito imprimens meliorem animum inſpiravit.

MARIAM opportunam hominum Advocatam, quæ ipſos ad ſalutem conſequendā tanta benignitate allicit, vt alacres, & læti in Dei obſequium currant.

ADNOTATIO IV.

EST hæc mira Mariæ benignitas, & ſuavitas, vt fidelium animos tanta dulcedinis efficacia emolliat, vt ad ipſam pœnitentiam peccatorum, & virtutis aſperitatem alacres, & gaudentes venire faciat: Benè quidem Auguſtinus à nobis adductus de hominibus à Summo Patre ad Filij cognitionem, & amorem attractis; objicienti alicui. *Quomodo voluntate credo, ſi trahor?* dicebat: *Ego dico parum eſt voluntate: etiam voluptate traheris: eſt quædam voluptas cordis, cui panis dulcis eſt ille cœleſtis:* Quod ſi ad Virginē refers, noli mirari, vt enim ſtatim inquit Auguſtinus *ramum viridem oſtendis ovi, & trahis eam*, ita etiam ramo huius divinæ olivæ benignitatem, & ſuavitatem ſpirantis cuilibet quantumvis duro propoſito, non dubites, fore pertrahendum; ſic ſapiens Idiota lib. *Contemplationis de B. Maria*, cum alluſione ad verba, Cant. 1. verſ 3. *Trahe me poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum*, vt hanc Deiparæ in trahendo efficaciā, cū ſuavitate cōiunctā explicaret opportunè dicebat. *Trahe me poſt te, ò benedicta Virgo Maria: Benedicta ante ortum, in ortu, & poſt ortum, ante ſæculum, in ſæculo, & poſt ſæculum. Trahe me poſt te, vt curram in odorem vnguētorum tuorum.* Trahe me poſt te, *quia me retinet peccatorum ponderoſitas.* Trahe me poſt te, *quia me colligat carnalis concupiſcentiæ voluptas.* Trahe me poſt te, *quia decipit me hoſtium perverſorum maligna callidiras.* Trahe me poſt te, *vt perveniendi ad te, augeatur mihi celeritas:* Et ſtatim illuſtrans Chriſti verba, Ioan. 6. verſ. 44. *Nemo venit ad me niſi Pater qui miſit me traxerit eum* (quæ Auguſtinus explicabat) atque Deiparæ ſuo modo accommodans ſubijcit: *Sicut enim nemo venit ad tuum Filium ſuperbenedictum, niſi Pater traxerit eum: ſic etiam quodāmodo auſim dicere, quod nemo venit ad Filium tuum glorioſiſſimum, niſi tuis ſanctiſſimis ſubſidijs traxeris eum:* Vnde legitimè infert, quod nos non ſemel ex ipſo attulimus: *Trahe igitur me torpentem, vt me reddas currentem. Trahe me peccantem, vt me reddas pœnitentem. Trahe me ignorantem; vt me reddas ſcientem, vt curram in odorem vnguentorum tuorum, ideſt, fragrātiam ſanctarum virtutum tuarum, quæ velut vnguenta redolent, & fragrant, dolores mitigant, & vulnera ſanāt:* Hæc ibi ſapiens iſte: Quæ ſic denuo cap. 5. confirmat, & explicat. *Tanta eſt virtus tui ſacratiſſimi Nominis, ò ſemper benedicta Virgo Maria, quod mirabiliter emollit, & penetrat duritiam cordis humani: ideò ſcribitur Lucerna* Domini ſpiraculum hominis, quæ inveſtigat omnia ſecreta mētis, *Prov. 20. verſ. 27. Sic etiam dicere tibi poſſumus: lucerna Dominæ, ideſt, Mariæ, quæ ductrix, & ſtella maris interpretatur: ſpiraculum hominis: quia peccator per te reſpirat in ſpem veniæ, & gratiæ, quæ inveſtigat, ideſt, inveſtigare facit omnia ſecreta mentis, ideſt, abſcondita cordis:* Hæc ille: Quæ omninò tranſcripta videris apud Richard. à S. Laurentio lib. 12. de Laud. Virginis illis de ſuo tantum præmittens: *A Maria trahi expoſtulat fidelis anima propter tria, aut quia eam retinet propria ponderoſitas, aut quia eam retrahit mundi huius ſuavitas, vel vt ei augeatur perveniendi celaritas:* Hæc ille: vides à ſuavitate vnguentorum benignitatis, & ſuavitatis Mariæ emollitam cordis humani duritiem, & intima mentis penetrata, vt abiecto peccatorum pondere non invitus, aut reluctans, ſed lætus, & alacer in Dei, & Virginis obſequium homo trahatur: Quod ſanè adeò planum ſit; vt vel nomine Mariæ audito nullus omninò, tam

Auguſt. — Cant. 1. v. 3. — Ioan. 6 v. 44. — Pro. 20. v. 27. — Rich. à S. Laur.

agre-

aggressus, & fœtus peccator sit, qui non statim emollitus ei reverentiam exhibeat.

2 Concinit Philippus Abbas premens præfata Canticorum verba, dū cap. 13. in Cantica, sic primum ait de Maria: *Philip. Abbas.* *Ipsam specialiter eligendo in Matrem Dei Filius ad se traxit: sed ipsa sibi sola non contraxit fructum huius operis: ex eo enim quod est sublimata ad prærogativam Matris, sequentibus adolescentulis non est parva collata vtilitas, dum eamdem imitari dignè Virginem studeat, & ad diligendum Sponsum pro suo quæque modulo currunt:* deinde verò; quanta animi lætitia, & alacritate in cursum ipse effundant, ex verbis illis *in odorem vnguentorum*, sic elucit. *Odor vnguentorum suavitas est spiritualium donorum, quam cum electi quique sagaci perceperunt odoratu, non eam cæteris invidentes, sed comitatu potius gaudentes ad eam, vel magis in eam festinant cursu alacri devenire moram non ferentes, & vix differentes, quod invenire præsenserint:* id quod statim Philippus sumpta à venaticorum canum imagine, sic pulchrè illustrat. *Nostis canibus naturaliter convenire, vt quod etiam oculis non vident, concedatur præsentire naribus, & si fuerint vsu venatorio dignè instituti discurrunt, festinat, latrant, clamitant, donec assecuti fuerint, qualibus Paulus dicit:* sic currite, vt comprehēdatis 1. Cor. 9. vers. 24. *Quod si quis nare sagacior vnguentum hoc senserit, tanta aviditate hausti odoris blandimentum sequitur, vt ab eo non promissiones, non minæ, non mors denique revocet, neque vita, sed cuncta pro damno reputet, vt solum Christum lucrifaciat:* Hactenus Philippus appositè expendens; qualis, & quanta sit Deiparæ in attrahendo in Dei obsequium efficacitas; itidēque blandissima suavitas; accepto nimirum à Filio suo dulcissimo illo Spiritu, de quo ipse Eccl. 24. vers. 27. *Spiritus meus super mel dulcis*: Vnde Augustinus serm. 21. de tempore ait: *Musicum Maria inter iuvenculas melos exerceat, quia dulce Verbum plectris Sancti Spiritus modulantibus parturivit,* quo nimirum animæ dulciter attractæ in Dei mandata currant, festinent, atque lætæ involent: vnde benè Richardus à S. Laur. lib. 10. de Laudibus Virginis, ipsam cum Vate musico compo-

1. Cor. 9. v. 24.

Eccl. 24 v. 27.

Rich. à S. Laur.

A nit, *quæ sanctam delectationem infundat:* Quibus omninò concinit; quod S. Arnestus in Mariali cap. 64. de affectu Mariæ omnia suavia, & iucunda reddente, sic dicebat. *Ex bonitate Virginis est, quod si studeas, aut legis, si conferas, aut doceas, nihil palato sapidius lectoris, Doctoris, aut auditoris, quam sermo de ea factus: quidquid vbique emerserit, erit quasi condimentum omnium, quæ dicuntur.* Sic optimus Archiepiscopus. *Arnest.*

Ita quidem ipsemet cœlestis Spōsus, cum Cant. 8. vers. 8. dixisset de ijs, quos ad se trahere decreverat: *Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius*: notantissimè de Maria subdidit. *Et erunt vbera tua, sicut botri vineæ, & odor oris tui, sicut malorum:* vbi si meritò ambigas, quid palmæ & vberibus? quid Cruci Christi, quam palma præfert, & odori oris Virginis commune fuerit? facilè dixerim cum huius loci sensum esse, ac si dixerit Dominus; vt crucis, & Passionis meæ fructus; hoc est peccatores ad me traham; ipsos per palmæ asperitatem, quæ trunco subest conscēdere faciens; vtar quidem opportuno hoc instrumento suavissimi odoris, & cœlestis halitus Matris meæ, quæ hominum cordibus eam delectationem inspirabit, qua læti, & alacres currant in viam mandatorum Dei: Ergo vt palmæ truncus asper, & spinosus, atque aculeis instructus est: eaque ratione cum cruce Christi, & Christianæ disciplinæ tigida observantia aptè componitur; ita ascendenti per eam à fructus suavitate labor iste minuitur; dicente ad hæc verba Hugone de S. Victore lib. de institut. monastica cap. 2. *Minuitur ascendentis labor, dum fructus in arbore sentitur odor, difficultatem ascensus aufert dulcedo gustus*: Ecce tibi, quanti sit ad viam virtutis in eundam Mariæ interventio, & efficacitas, cui mira suavitas, & dulcedo adiuncta est; cum ab ea crucis asperitatis labor, non minuitur modo, sed etiam in gaudium vertitur. Quo primum retulit Richardus à S. Laurentio lib. 1. de Laud. Virgin. cap. 2. Mariæ nomē; quod solummodo auditum ferorum etiam animos demulceat; Sic enim ille: *Maria interpretatur mare amarum, quia mundanas delitias amaras reddit amatoribus*

3 *Cant. 8. v. 8.*

4

Hugon.

Rich. à S. Laur.

suis

ſuis, & amaritudines præſentes, dulces facit gratiam eis ſubminiſtrando. Vides palmæ truncum ſuavitate perfuſum: Sed deinde eodem libro parte prima: huic inſtituto ſcitè accommodat ea Ægyptiorum verba ad Ioſephũ Pharaonis nomine tributa non levia imponentem: *Salus noſtra in manu tua eſt, reſpiciat nos tantum Dominus noſter, & læti ſerviemus Regi*, Gen. 47. verſ. 25. hunc in modũ: *Salus noſtra in manu Mariæ eſt, vt ei dicere multò verius paleamus nos Chriſtiani, quam dixerunt Ægyptij Ioſeph.* Salus noſtra in manu tua eſt. *Reſpiciat nos tantum Domina noſtra, & læti ſerviemus Filio eius*: Sic Richard. vt dixerit: Et ſi Crucis aſcenſus aſperſit, & ſenticoſus; nec levia appareant Chriſtianæ diſciplinæ onera, & quæ ei tributa pendimus; ſi tamen Mariæ odor adſit, nihil non facilè, ac proclive, imò, & ſuave fuerit: Imponat ergo nobis quæcũque præceptorum tributa velit Deus; reſpiciat nos tantum Domina noſtra, & *læti ſerviemus ei.*

Gen. 47 v. 25.

4 Nec libet, nec licet diſcedere à ſuaviſsimo odore oris Mariæ, cui vt multum gratiæ, & decoris, ita energiæ, & efficacitatis plurimum ſubeſt. *Odor* (inquit) *oris tui ſicut malorum*: ad quæ verba Guillielmus apud Martinum Delrio ait: *Sanè odora quædam inſipida ſunt; at malorum non tãtum odor, ſed & ſapor bonus eſt, cum ergo odor oris eius odori malorum comparatur, os eius non tantum odorum, ſed & ſaporum demõſtratur*: Hæc ille. Sed quò (inquis) hæc eunt? Eumdem (rogo) Sponſum audi alibi dicentem: *Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum, cum pomorum fructibus*, Cant. 4. verſ. 13. vbi, quod alibi ad aſſerendam immaculatiſsimam Deiparæ Cõceptionẽ obſervaſſe me memini Hebræa vox, quæ reſponder voci *emiſſiones* propriè ſignificat *Halitus*: à qua lectione illud ſignatè monemur: cum dicitur *Halitus tuus paradiſus*, omninò innui, Halitum oris Mariæ cœleſtem eſſe, & à paradiſi delitijs allatum, qui ſalutem, & vitam inſpiret: vt cũ alluſione ad peſtiferum illum primæ mulieris halitum omnem mortalium maſſam, cum pomo læthali corrumpentem dixerit cœleſtis Sponſus Quam alius eſt, ò Maria halitus tuus ab Evæ halitu, licet vterque halitus pomorum odor ſit: dum illa mortem: tu paradiſum, & vitam annuncias. Sanè vt pictoribus humani generis tragediam noſtris oculis proponere ſolemne eſt, irretitum arbori malí ſerpentem depingere læthale pomum mulieri porrigentem, vt ipſa nos eius halitu inficeret; ita quidem feliciori, & vivaciori penicillo, Crucis palmæ per cuius aſcenſum pertingimus, ſive trahimur ad vitam, Mariam adhærentem depinxeris: cuius odor malorum, ſit cuius halitus paradiſum annunciet, quo homines attracti alacres, & currentes in viam mandatorum Dei pergant.

Guillie. Delrio.

Accinit his Iſaias cap. 2. verſ. 2. quæſita, & difficili locutione haſce adoleſcentulas, ſive peccatores à Maria in odorem vnguentorum in Chriſti obſequium fæſtinopaſſu attrahendas, ſic prænunciãs: *Et erit in noviſsimis diebus præparatus mons Domini in vertice montium, & elevabitur ſuper colles; & fluent ad eum omnes gentes; & ibunt populi multi, & dicent, venite, & aſcendamus ad montẽ Domini.* Ad quæ verba non leve negotiũ faceſsit, quod de gẽtibus, quæ arduum, & difficilem mõtem, in acclivium montium vertice collocatum erant conſcẽſuræ; & quaſi pedibus, & manibus reptantes illuc evaſuræ dictum fuerit: *Et fluent ad eum omnes gentes*: locutione deſumpta ex aquis, ex alto in præceps decurrentibus: cum potiùs fuiſſet dicendum reptabunt, nec ſine labore aſcendent ad montis altitudinem gẽtes: Sed enim ex palmæ aſcenſu optimè ſubſiſtit Vatis locutio, cui mira ſubeſt elegantia ex Gregorij Magni explicatione de Maria ſermonem facientis: ſic dicente Gregorio lib. 1. in cap. 1. Regum: *Poteſt autem huius montis nomine beatiſsima ſemper Virgo Maria Dei genitrix deſignari. Mons quippè fuit, quæ omnem electæ creaturæ altitudinem electionis ſuæ dignitate tranſcendit. Huius enim montis præcellentiſsimam dignitatem Iſaias vaticinans ait. Erit in noviſsimis diebus præparatus mons Domini*: Sic ille: quippè ſignificat Vates tantam Mariæ in pertrahendis ad Deum hominum animis efficacitatem, cum ſuavitate, & dulcedine coniunctam eſſe, vt quamtumvis difficilè, & arduum virtutis iter ſit; & quamvis

5 *Iſai. 2. v. 2.*

Gregor. Magn. Gregor.

pec-

peccatorũ ponderositas illos retinere obnitatur, in odorẽ tamen vnguentorũ Mariæ adeò læti, & alacres in Dei obsequium veniant, vt non secus, ac aquæ, quæ decurrũt in præceps fluere videantur: Hæc rursum præfato loco, sic firmante Philippo Abbate. *Philipp. Abb.* *Quanta illo ũ (vnguentorũ) plenitudo reficit iam præsentes, quorum odor foris manans in tantum reficit hurientes, vt pedum hastibus solidatis, nõ solùm venientes, sed gravi moræ odio faciat, & currentes.*

6 Quoniam verò Deiparã cum monte sublimi eõposuimus; & ipsius efficaciã cum mira suavitate coniunctam in pertrahendis ad se animis talẽ esse diximus; vt ipsi velut aquæ, quæ fluũt in præceps montem hunc conscẽdant: placet huc accõmodare colloquium illud, quod dissertissimus Socrates cum Castilla impudica fœmina habuit, apud Plutarchum in Apotegmatibus: etenim cum illa ei insultaret. *Plutarc.* *Tu neminem ex amatoribus meis vnquam valebis à me alienare: at ego quoties lubet, omnes auditores tuos à te avoco, & ad me traho*: ille scitè, & opportunè respondit. *Mirum hoc non est: tu siquidem ad declivum voluptatis tramitem omnes rapis, & trahis: Ego verò ad arduum virtutis colem cogo, & impello*: Sic ille, & quidem rectè illud: *Mirum hoc non est*: ego verò hoc mirabilius dixerim Deiparam ad arduum virtutis montem clientes suos velut ad declivum deliciarum, sic trahere, & rapere, vt læti, & alacres post illam currant. Vnde rursum indidem Philippus, sic devotè suspirat. *Philipp.* *Quis nobis procul positis sentire donet, vel ad modicum hunc odorem? quis pedibus infirmatis? quis debilitatis genibus? gressum fortiorem tribuat, vt miserante gratia quandoque inveniamur, etiam nos currentes? Felices illæ, quibus suum consortium Sponsa Mater innuit se daturam*: Ita ille: Quò opportunè advoces sapiens illud de Deiparæ devotis loãnis Gersonis iudicium: dum tractatu 3. super Magnificat littera Y. sic suavissimè ratiocinatur. *Gerson.* *Istos non possum, non beatificare, neque sufficio, quos ò Beata. Tibi feceris esse devotos, quos traxeris post te, postque Iesum benedictum fructum ventris tui in odorem vnguentorum tuorum. Quomodo non beati? quibus vbera charitatis lactanda, quibus os pietatis osculandum non dedignata fueris ostendere. Ergo iam oleum effusum nomen tuum. Ergo Tu fons hortorum ad emundationem simul, & recreationem cum delectatione mirabili mundo datus. Tu puteus satietatis aquæ viuæ salientis in vitam æternam. Puteus aquarũ, quæ fluunt impetu de Libano candido Paradisi*: Hæc & plura, quæ omitto, vt expendas singillatim hæc quæ dedimus.

Iam verò cum tractus, vt ex Aristotele lib. 3. Physicorum alibi vidimus fit species motus violenti: observa modo; vt Filium à Matre velut hamum esca contectum ad capiendas hominum animas; ita etiam Mariam à Filio itidem propositam ad eosdem vi suaui alliciendos, & pertrahendos. Porro; si attendis, frequentiori imagine in Canticis Maria, vt columba adumbratur cap. 2. vers. 10. *Columba mea*: itidem vers. 14. & cap. 4. vers. 1. *Oculi tui columbarum*, cap. 6. vers. 8. *Vna est columba mea*: in quæ verba cõmunis interpretum explicatio est Mariam ob fœcunditatem columbam dici, quòd ipsa plures Deo pullos pariat, nec proprios solùm, sed alienos etiam nutriat; benè id expendente Philippo Abbate in Cant. lib. 6. cap. 8. *Alienos pullos nutrit columba. Virgo quidem in huius vitæ salo, tam serenum animum retinet, vt etiam & indignis clementer subvenire; alienum non putet.* Verum enim verò, duo in hac præclara imagine placet observare; alterum Hebræam vocem *Ionah*, de qua columba nominatur, propriè significare *deprædatricem, vim inferentem, opprimẽtem, rapientem* à verbo *Ianah*, quod significat rapere deprædari, opprimere, vim inferre, sic Ieremiæ 25. v. 38. vbi nos habemus *à facie iræ columbæ* in Hebræo est, *à facie iræ depopulantis*, seu *vim inferentis*; & in eodem Vate cap. 46. vers. 16. *à facie gladij columbæ* in lectione Tigurina, & Pagnini, & Vatabli habetur *à facie gladij opprimẽtis*; vt hinc egregiã Mariæ energiam, & efficacitatẽ observes, qua hominũ corda rapit, deprædatur, suavem illis vim inferens: Quod videris odoratũ à Bernardo serm. super Salve Regina Deiparã, sic reverenter alloquente: *Bernar.* *O dulcis Domina, cuius sola memoria affectum dulcorat; cuius magnitudinis meditatio mentem elevat, cuius pulchritudo*

7 *Aristot.* *Cant. 2. v. 10. & 14. Cant. 4. v. 1. Cant. 6. v. 8.* *Philipp. Abb.* *Ierem. 25. v. 38. & cap. 46. v. 16. Lect. Heb.*

oculum interiorē exhilarat, cuius amœnitatis immenſitas cor meditātis inebriat. O Domina, quæ rapis corda hominū dulcore! Nonne cor meum Domina rapuiſti? Vbi quæſo poſuiſti illud? vt ipſum valeā inuenire? O raptrix cordium! quādo mihi reſtitues cor meum? Quare ſic corda ſimplicium rapis? Quare violentiā facis amicis? Hæc opportunè Bernardus ad illuſtrādam columbæ imaginem, ſub qua Deipara hominum animos trahere, rapere, & deprædari dicitur.

8

Iam alterum in hac columbæ ſimilitudine à qua, quæ diximus plus plus explicantur, obſerva. Nimirum, eum eſſe egregium aucupādi colūbas modum, quem Baſilius Magn. epiſt. 173. ad Iulianum, ſic deſcribit. *Aves quædam vt aucupandi columbas, vbi vnam ceperint, qui capiendis alys ſtudent, cicurem illam reddunt, & ad humanū convictum aſſuefaciunt: deinde vnguento alas illius perungunt, ſinuntque coniungi aggreſtibus; illa verò per vnguenti fragrantiam aggreſtem illum, & liberi paſtus gregem, ad poſſeſſionem transfert eius, cuius ipſa eſt domeſtica; benè olentem nāque ſequūtur, & reliquæ, atque ita in poteſtatem columbarij veniunt:* Quæ facilè inſtituto noſtro aptaveris: hanc omninò Dei artem conſiderans, qua Mariam montē ſuum præparavit, vt per eam in Dei mandata fluerent gentes: cum nimirum in odorem vnguentorum eius currunt aggreſtes columbæ, & à ſuavitate Mariæ allectæ in poteſtatē columbarij veniūt: vt iam deſinat mirari Bernardus, qua ratione, & modo Virgo ſimplicium corda rapiat: itidēque vt hinc poſsimus, quodammodo Deo gratulari, quod nunquā ipſe amicis, & cultoribus carere poſsit, tam opportuno inſtrumento ad animos ſibi alliciēdos vſurus: dicebat quippè ſapienter amico cuipiā ſuo S. Iſidorus Peluſiota lib. 4. epiſt. 51. *Amicis nunquā carebis; callidum enim, ac peritum huius rei venatorē te præbes, vt qui pro retibus mores habeas:* Quanto opportunius, quāto verius Mariæ, dixeris; amicis non caſſuram, quæ pro retibus ſuavitatem benignitatem, & beneficentiam habeat. Nec omiſerim dicere ſubeſſe plurimum decoris & gratiæ huic aucupandi arti, qua cœleſtis colūba vtitur, vt & proprios, & alienos pullos, quos è vnguibus draconis eadē arte ab ipſo malo fato devoratos, feliciter nutrit: quippè S. Ephrem homil. de recta vivēdi ratione malos dæmonis artes deſcribens, cum dixiſſet: *Quæ primū capta fuerit anima ad alias decipiendas fit quaſi laqueus, vt voluntati amici obſequātur, ineſcarque animas, potiſſimum illas, quæ nondum draconis acerbitatem ſunt experte;* ſubdit perſimilem imaginem: *ſicut perdix comprehenſa pro eſca illis proponitur, quæ nondum laqueo captæ ſunt, circa illā enim auceps laqueos figit, vt voce ſua perdix reliquas circumvolantes ad eaſdē pelliciat:* Hæc S. Ephrē; quæ poſſis aptare infelici Evæ, quæ primum à dracone capta ſubinde ad decipiendos nos omnes quaſi laqueus effecta eſt, dū dulcibus voluptatibus ineſcati ad inſtar illius volūtati inimici inſerviamus: & Deo gratulare, & gratias age, qui fallaci huic perdici laqueos inſtruenti pulcherrimā, & divinā apposuit colūbam, non retibus, ſed odore ſuaviſsimarum virtutū animas capiētem, & in ſuū columbarium allicientem: Vnde quidē cum ipſum dicētem audio: *Vna eſt columba mea,* Cant. 6. v. 8. perinde dictū ab ipſo cēſeo. Multis ſanè perdicibus draconi opus eſt, vt quam cupit animarū prædam aucupetur, mihi vna ſufficit colūba, vt totum aggreſtium columbarum gregem in meā ditionē trāsferā: hæc enim colūba, & proprios, & alienos pullos nutrit.

S. Ephrē

Cant. 6. v. 8.

Baſilius

Peluſiota.

EXEMPLA.

PVlchram Eccleſiaſtici ſentētiam inducentis Mariam dicētem, *Spiritus meus ſuper mel dulcis,* Eccleſ 24. v. 27. Pulchrè confirmat Cæſarij Ciſtercienſis hiſtoria lib. 7. cap. 50. quam ſic refert. *Iuxtà Eccleſiam S. Severini Coloniæ, quidam olim Epiſcopus, & ab Alexandro Papa depoſitus vitam ſolitariam incluſus trāſegit nomine Marſilius: hic audiens à quadam Matrona, quæ ei confitebatur, & cōmittebat interiora ſua in recitatione ſalutationis Angelicæ ſe ſolitā perfundi mira ſuavitate ſaporis, cauſam ſciſcitatus ab eadem accepit, conſueviſſe eam ſingulis diebus in honorem B. Virginis quinquaginta Ave Maria cū totidē veniys dicere per quæ, inquit, tātā dulcedinē merui, vt omnis oris mei ſaliva orationis tēpore in mel vitietur cōverſa. Hoc ille audito, idē piū exercitiū frequentavit,*

Eccl. 24. v. 27.

&

& vix ſex hebdomades effluxerunt, & ecce tantam dulcedinem ſentire cœpit in illius dulciſſimæ ſalutationis prolatione in ore, & in gutture, vt millis dulcedinem longè tranſcenderet ipſa dulcedo. Sic Cæſarius; qui eamdem quoque mellea dulcedinem exemplo ipſius ſolitarij expertum fuiſſe Monachum quemdam Ciſcertienſem; indidem affirmat.

Nec fuerit abs re, quod referunt Annuæ Societatis anno 1612. hunc in modum de Virginis ſodali: *Ducenſis ſodalis voce abſonus, & linguæ aſper nunquam loqui audiebatur ſine cachinnis, aut commiſeratione aliorum: confugit ad Virginem remedium petens: Nec vana fides. Nam conſecutus ab ea eſt, vt omnis linguæ aſperitas abeſſet; & melle dulcior ab ore eius flueret oratio:* Ia ibi: *Vides ſpiritus Virginis ſuper mel dulcem?*

Illud verò vtilius, quod in iiſdem annuis: ſic habetur anno 1607 Redonibus: *Libidinum ſervus quiſpiam, ac verè carnis mancipium, hoc tamen præclarum habebat, vt Roſario recitato Virginem cottidie ſalutaret. Accidit aliquando cum iam in viam pravam, & meretriciam diverteret, venit cogitatio nondum decurſi Roſarij, redit in cubiculum Roſarium recitat, in qua recitatione larva terretur apparente; qua Virgine invocata evaneſcente, fruitur Deiparæ aſpectu tantaque animi ſuavitate, & dulcedine perfunditur, vt ſtatim non potuerit ſeſe cohibere, quin concepto caſtitatis voto, ſe Deo Deiparæque obtulerit, magna ſubinde vitæ mutatione.*

Sed & id mirabilius in hiſtoria Miraculorum S. Mariæ de Monſerrato miraculo 123. ita relatum. *Cum quidam Maurus cum domino ſuo fortè coram aram Virginis adſtaret, tanta repente ſenſit præcordia ſua ſuavitate demulceri, vt quem antea nulla monita, nullæ rationes, nullæ minæ, nulla promiſſa, nullæ preces ad fidem Chriſti amplectendam movebant, ſubitò tanta ſua vitas ad Baptiſmum traxerit: quare ipſum appellarunt Ludovicum de Monſerrato.*

A

MARIA fidelium Advocata, quæ in illos divinæ gratiæ radijs illuminandos Solem iuſtitiæ opportunè, & directè inflectit.

B

ADNOTATIO V.

EST quidem illa firma, & indubitata gnome Sanctis Patribus aſſerta, Deum, vt primam gratiam, qua hominum volũtates, & ſtudia prævenit nullis eorum ſuffragantibus meritis. Imò quam ſæpius pro multis meritis malis nobis impertit, ita ſubinde in elargiendis donis, & gratiæ ſuæ auxilijs promovendis nobiſcum agere, vt provt à nobis tractatur; ita & ipſe nos tractet. Tractavimus & nos hoc argumentum non ſemel, nec ſtrictim præſertim in cap. 1. epiſt. ad Philip. v. 6. adnot. 3. & 4. & tom. 2. v. 13. adnot. 5. ex quibus locis nonnulla extrahere; atque illis plura addere neceſſarium pro re nata eſſe videtur: & verò præfatam theſim diſſertiſsimè propoſuit Gregorius Nazianzenus vno in loco, & in alio opportunè explicatius firmavit: ſic enim primum orat. de ſe ipſo ad finem operum adiecta, & à Iacobo Bilio è carmine ad ſolutã orationem reducta: *Cæterum Deo, tanquam certiſsimo funi* (imago eſſe videtur, cymbæ quam remiges per medium flumen dirigunt, fortiſsimo funi ab vna in aliam ripæ partẽ protenſo firmiter inhærentes) *omnes tam ſapientes, quàm fortes, tam divites, quàm pauperes hæreant: vt enim Dei menſuram vitæ noſtræ menſura ſequitur, ita vitæ noſtræ menſura Dei reſpondet:* Ita ibi. Quæ rurſum in carmina ſic coegit, carmine 8. *de vita humana:*

Nam vitæ menſurã comes velut eſſe ſupernæ
Certa ſolet: ſummi quoque ſic cenſurã Monarchæ
Menſurã noſtrã comitatur congrua vitæ.

Vbi tres omninò vides menſuras: prima eſt Dei, qua ipſe gratis, & liberali-

I

Naziã.

ter hominum mentes illuminat cũ sit *lux vera, quæ illuminat omnẽ hominem venientem in hunc modum.* Ioan. 1. v. 9. Secunda verò nostra, qua divinum lumen excipientes aut strenuè cũ ipso laboramus, aut pœne in vacuum recipimus segniter, & remissè operãtes: eo sensu quo dicebat Paulus 1. ad Cor. 10 v. 15. *Gratia eius in me vacua non fuit, sed abũdantius omnibus laboravi,* & 2. ad Cor. 6. v. 1. *Exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis*: vbi Primasius, & Anselmus aiunt: *In vacuum gratiã Dei recipit, qui cum gratia Dei non laborat, nec adiungit studium suum: In vacuum recipit hanc gratiã, qui bonis operibus eam implere non satagit.* Ad quẽ modum Faustus Rhegiensis lib. 1. *de libero arbitrio* cap. 7. cum de prima gratiæ mensura differuisset; de hac secunda ex hisce Apostoli verbis, sic ait: *Sequentis verò temporis gratia redemptis, ablutis, innovatis sedulitatẽ operis, & curam laboriosæ servitutis indicit, vt quod sine labore recepimus, opitulante adiutorio cum labore servemus, Apostolo commonente: Videte inquit, ne in vacuũ gratiam Dei recipiatis?* Iam tandẽ Tertia illa mensura Dei est; qua ipse hanc nostræ operationis mensurã remetitur: sive vberiora gratiæ auxilia strenuè laborantibus subministrans; sive negligẽtibus, & otiosis auxiliarem, & beneficam manum contrahens dicẽte Bernardo serm. 1. *in capite ieiunij*, in hãc rem: *Gratiarũ cessat decursus, vbi recursus nõ fuerit: nec modo nihil augetur ingrato, sed & quod acceperat vertitur ei in perniciẽ*, & Chrysostomo hom. 34. in epist. ad Hebræos: *Nam sicut in velũ laxum ventus incidens nihil operatur, sic etiã Spiritus Sanctus in anima remissa, & segni permanere nõ sustinet.* Sic Chrysostomus: servata verò mẽsuræ imagine S. Isidorus Pelusiota lib. 3. epist. 271. hæc ita confirmat: *Etsi enim gratia sit, non tamen temere, ac citra discrimen vllũ effunditur, sed mensuras ab ijs, qui eam accipiunt sumens, tantum influit, quantũ fidei vas sibi oblatũ invenerit:* Ita Isidorus. Ad quẽ modum omnes omninò PP. & spirituales Magistros loqui mirandũ non est; fuerit autẽ admiratione dignũ hæc ipsorum sensa, sic expressisse gentilem Senecam ep. 41. *Sacer intra nos Spiritus sedet, bonorũ, malorumque nostrorum observator, & custos; hic prout à nobis tractatus est; ita ipse nos tractat:* Sic ille: quæ sic elucidat eius Scholiastes Iustus Lipsius: *Si benè, honestè; habuimus, habet; si æstimavimus, sustulimus, attolit; negligit etiã neglectus.*

Concinit sibimet Paulus ad Hebræos 12. v. 12. primùm monẽs: *Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, vt nõ claudicans quis erret, magis autem sanetur:* deinde subdens: *Cõtemplantes, ne quis desit gratiæ Dei!* Opportunissima omnia omninò verba: quibus fideles ad indefessum bonorũ opere rum studiũ vrget Apostolus: observa illa *soluta genua erigite*, & hæc, vt non claudicans quis erret: quę benè capies ex Bernardo in allegoriis Gotfrigi Tilmani ad cap. 12. Ioan. vbi cum de studio, & modo sequẽdi Christum dixisset. *Quidam sunt, qui non sequuntur Christum, sed fugiunt; alij non sequuntur, sed præeunt: Nonnulli sequuntur, sed non assequũtur:* de his sic inquit: *Sequuntur, sed non assequuntur, qui segniter, ac remissè agunt, vel vsque in finem non perseverantes de medio itinere revertuntur: de talibus dicit Apostolus genua soluta erigite:* Cui sensui hæret claudicãdi metaphora; & accurata locutio, quæ sequitur: *ne quis desit gratia Dei:* nimirum Græcè pro his habetur, *ne quis sit deficiens à gratia Dei:* & quidem Græcum verbum propriè dicitur, *de eo, qui in cursu defecit, nec præeuntem assequitur:* vt toto hoc verborum circuitu dixerit Paulus cum gratia Dei cottidianos in virtute progressus facere indesinẽter vobis inspiret; ita strenuè cũ illa vos comparate, vt in cursu non cõsistatis: nam ipsa tardos vestri gressus non patietur; sed vos pertrahet. Quo iverit tum PP. Riberæ, & Iustiniani expositio, *quasi dicat, ne quis deseratur à gratia Dei:* scilicet, propter segnitiem, & tardos gressus: tum illa Bernardi sententia serm. de triplici custodia: *Omnes nobis causamus deesse gratiam; sed iustius forsitan ipsa sibi quęratur gratia, deesse nõnullos.* Pro tota verò thesi observa quid de pedibus; hoc est, de iustis in via Dei ambulãtibus dicatur Cãt. 5. v. 15. idest: *Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas:* docente inibi Venerab. Guillielmo; per crura significari eos, in quibus, vt in mẽbris suis Sponsus currit ad bravium superæ

Ioan. 1. v. 9. — *1. Cor. 10 v. 15.* — *2. Cor. 6 v. 1.* — *Primas. Anselm.* — *Faustus.* — *Bernar.* — *Chrysost.* — *S. Isid. Pelus.* — *Senec.* — *Iust. Lips.* — *Heb. 12 v. 12.* — *Bernar.* — *Lect. Græca.* — *Ribera. Iustinia.* — *Cant. 5. v. 15.* — *Guillli.*

næ vocationis: ſic enim ille: *Ipſe vt Deus eſt bravium benè currentiũ, ad quod dum currunt eius membra, ipſe vt homo currit in eis. Bravium quidem vnum eſt, quia Deus vnus eſt, ſed tamen non eſt vnius. Non enim ſicut in ſtadio ſæculari* omnes quidem currunt, ſed vnus, qui primus ad calcẽ pervenit *accipit bravium, etiamſi alius alium ſubſequatur. Paulus autem ad crura ſponſi ſe pertinere inſinuans ait*: Ego ſic curro, non quaſi in incertum; *& quia volebat omnes homines eſſe, ſicut ſe ipſum, aliis quoque dicebat*: Sic currite, vt comprehẽdatis. *Quid eſt*, ſic curro: *&* ſic currite? *vt ego cõſtanter, & directè curro; ſic vos, nec curſum abrumpite, nec à recto deviate: hoc decet columnas marmoreas; quid columna rectius? quid marmore fortius?* & ſtatim: Qui *per diverticula currunt, vel in curſu lapſi, aut deſides ſubſiſtunt, non niſi difficulter, & ſerò ad metã perveniunt: Electi ergo currũt indefeſſe, & indeflexè.* Hæc omnia Vvillelmus de colũnis marmoreis, quæ cũ genuis debilibus, de quibus Paulus, cõponẽda ſunt.

1. Cor. 9 v. 14. & v. 24. & 26.

3 Pſal. 27. v. 25.

Appoſuit quidem, atque explicuit præfatam regulam, atque menſuram diſſertiſsimè Regius Vates, Pſal. 27. v. 25. vbi cum primũ, de ſecunda menſura, de qua diximus humanã cooperationẽ divinæ gratiæ opportunè reſpondere, dixiſſet: *Et ero immaculatus cum eo, & obſervabo me ab iniquitate mea*: & ſtatim, tertiã Dei menſuram; bonã hanc hominis menſurã benignè rementientẽ ſic poſuiſſet; *& retribuet mihi Dominus ſecundũ iuſtitiam meam, & ſecundum puritatem manuum mearũ in conſpectu oculorum eius*; tandem hypotheſi ad theſim revocata generalẽ regulam, de qua agimus, ita præſcribit: *Cum ſancto ſanctus eris; & cum viro innocente innocens eris, & cũ electo electus eris, & cum perverſo perverteris*: Digna planè verba, quæ penſiculatius explicentur: & verò ad illa benè primũ monet Agellius; id eſſe quaſi pactum conventũ inter Deum, & homines, vt ſi hi bona fide, & liberaliter cũ Deo agant, ipſum liberalẽ, & munificum datorẽ experiantur: *Videtur quidem quodãmodo Deum, & homines* (inquit ille) *quandam quaſi contractus ſpeciem inter ſe inyſſe; ſi hi bona fide agunt, ille, qui ab eo ſperãtur bona fide perſolvet*: eoquidem modo, quo dicebat Seneca

Agellius

Seneca.

A de ſacro ſpiritu: *hic prout à nobis tractatus eſt, ita ipſe nos tractat*: & quemadmodum ſanctiſsimus noſter Parens Ignatius, cum nos filios ſuos admoneret, vt conſtanti animo in Dei obſequium incumberemus, & liberaliter cum ipſo ageremus, ſapiẽter ſubijciebat, *vt quantò aliquis arctius ſe ipſi adſtrinxerit, eò liberaliorem experietur, & ipſe in dies magis idoneus erit ad gratias, & dona ſpiritualia vberiora recipienda*: B ſic Sanctus Pater 3. par. ſuarum Cõſtitutionum cap. 1. §. 22. Quem omninò ſenſum reddit Agellius ibi illis verbis, *cum electo electus eris*, inquiens: *Et qui nitet, ac ſplendet innocentis vitæ merito, te non vulgarem remuneratorem, ſed electum, ac ſpectabilem præbebis.*

S. Ignat.

4 Vel contemplare, ſi vales, immenſum ſplendorẽ, & ſublimiſsimum locum, in quo proximi Dei throno ſtare dicũtur Seraphim, Iſai. 6. v. 1. *Vidi Dominũ ſedentem ſuper thronum excelſum, & elevatum, & ea, quæ ſub ipſo erant, replebant templũ: Seraphim ſtabant ſuper illud.* Audis? quanta excelſitas? quam inenarrabilis gloria illis ſubſit; qui & in ipſomet Dei ſolio; & toti Solis divini lanceæ, ſive rotæ expoſiti, adeò immenſo illius lucis, & ſplendoris pelago immerſi eſſe videntur, vt tanto fulgori impares faciem ſuã ipſiſmet alis velare ſtudeant: *Vt radiũ* (ſic Chryſoſt. hom. 1. de Ozia) *excludant è throno procedentẽ, eò quod ferre non poterant immenſam gloriã*: Sed iam, rogo, quæ tanta Seraphinorum erga Deũ exſtitere merita, vt illis adeò cumulata, & velut immenſa menſura reſpondeat? Vis noſſe? audi quid ſubijciat Vates: *Sex alæ vni, & ſex alæ alteri: duabus velabant faciẽ eius; & duabus velabant pedes eius; & duabus volabant*: vt dixerit; minimũ ſibi ipſis inſumebant, vt plurimum Deo darẽt, & ſecum parcè, liberaliter verò cũ Deo agerent; quatuor videlicet alas in ipſius obſequiũ explicantes, vt ſeſe totos divino ſervitio manciparent, nec vna illis, ne dum ala, ſed nec pluma eſſet otioſa, quin Deo volaret: *Quia inexplicabilẽ erga Cõditorẽ reuerentiã* (ait Chryſoſt.) *exhibere ſtudebãt ipſo habitu, voce, aſpectu, ſtatione*: Quæ in noſtrũ inſtitutũ, moreſque formãdos, ſic ſcitè inflexit inibi Oleaſter. *Duabus alis faciem eius operiunt; duabus pedes integunt, & duabus volant*

Chryſoſt.

Oleaſter.

Quatuor ergo alis ſerviunt Domino, & duabus ſibi, vt nos doceant, omnibus fere noſtris Deo adminiſtrare, & pauciſſima nobis relinquere: Pergit verò; & eos cum quibus Deus perverti dicitur, quod perverſi ſint, ita deſignat. *Qua in re taxantur omnes illi, qui multa ſecum expendunt; & pauca cum Deo ſuo*: Ergo cum iis, qui manus, pedes, vocem, & quidquid illis ineſt, in Dei obſequiū explicantes *ad anteriora* extendunt ſe ipſos, vt de ſe dicebat Paulus ad Philip. 3. verſ. 18. iure Dominus benigniſsimum, ac liberaliſsimū ſe oſtendit *conferam, & coagitata* lucis *menſuram in ſinum* eorū ingerens (Lucæ 6. verſ. 38.) ſecus quidem ſe gerens cum perverſis, *qui multa ſecum expendunt, & pauca cum Deo ſuo.*

Philip. 3 v. 18.

Lucæ 6 v. 38.

5 Sed quid iam tandem fuerit? *& cum perverſo perverteris*: explicat id Agellius, hunc in modum: *Longè aliū te oſtendes, quam ille putat, ac ſperat; illius ſpem, opinionemque fruſtraveris, & alium te exhibebis, quam antea te oſtenderas: priùs enim beneficia in illum contuleras multa, & maxima: ille perverti maluit, non ea agnoſcens, nec tibi gratias agens: conſequenter; & tu perverteris; quia mutas gubernandi rationem*: Ita ille: Notanter id: *mutas gubernādi rationem*: Sed quæ hæc mutatio? *Dextera* quidem *hæc mutatio* eſt: non quidem in bonum, vt Pſalm. 76. verſ. 11. ſed cum Deus benefaciendi manum contrahit; & lucis auxilia imminuit: Quod lectio Tiguria horum verborum, ſic innuit: *Cum eo, qui curvus incedit: tu quoque perverſe incedis.* Quibus is prorſus ſenſus ſubeſt; vt boni Auctores exiſtimant, ac illis Domini, Levitici 26. verſ. 23. eum populo ſuo ſic agentis. *Quod ſi nec ſic volueritis recipere diſciplinam, ſed ambulaveritis ex adverſo mihi: Ego quoque contra vos adverſus incedam*: vbi obſerva LXX. hæc verba legere: *Si non eritis caſtigati, ſed ambulaveritis erga me obliqui ambulabo, & ego vobiſcum furore obliquo*: Sanctum verò Clementem Romanum lib. 7. Conſtit. Apoſtolic. cap. 47. & Origenem hom. 1. in Cant. omninò ſic reponere: *Si ambulaveritis erga me obliqui: ego quoque cōtra vos obliquè ambulabo*: Iam obſerva accuratam locutionem, ſive comminationē, qua opportunè ſignificatur anguſta, & parca ingrati hominis in Deū menſura, itidemque menſura Dei ſeverè, & acriter remetientis. Enim verò, ſi benè æſtimas: *obliquè cum Deo ambulare* ad eum ſtatum vitæ referri debet illius, qui vt inquit Hieronymus in Iſaiam *inter virtutes, & vitia medius fluctuat*, aut illius Imperatoris Galbæ, de quo Tacitus lib. 1. hiſtor. *magis extra vitia, quam cum virtutibus*: ſunt quippè plerique, qui & ſi nō vndequaque dorſum vertāt Deo, vt ij, de quibus ipſe Ieremiæ 2. verſ. 27. dicebat: *Verterunt ad me terga, & non faciem*: attamen in eius faciem non intuentur fixis oculis; mundo, ſcilicet, corde (vt beati dicantur Matth. 5. verſ 8. *Beati mundo corde, quia Deum videbūt*) qui nec de profectu in virtute nihil curant, ſed *multa ſecum expendunt, & pauca cum Deo ſuo*: de quibus Bernardus ſerm. 6. de Aſcenſione *invenire eſt homines puſillanimes, & remiſſos deficientes ſub onere, virga, & calcaribus indigentes, quorum remiſſa lætitia, puſillanimis triſtitia eſt, quorum brevis, & rara compunctio, animalis cogitatio, tepida converſatio, quorum obedientia ſine devotione, ſermo ſine circūſpectione, oratio ſine cordis intentione, lectio ſine ædificatione, quos denique vt videmus, vix gehennæ metus inhibet, vix pudor cohibet, vix fræuat ratio, vix diſciplina coercet.* Enim verò ei, qui ſic obliquè incedit, itidem Deus obliquè incedere dicitur; dum lucis, & caloris ſui radios quāvis ab ipſo non omninò ſubtrahat, at non è directo, & ad libram in illum dirigit, ea videlicet peculiari cura, & paterna providentia, qua eos qui bona fide, & corde perfecto cum ipſo agunt, fovet, favet, illuminat: Quod opportunè dixeris eſſe; *obliquè cum illis ambulare*, & obliquè eos aſpicere. Ita quidem Origenes hom. 1. in Cant. hanc cogitationē explicat, atque diffundit, inquiens: *Sol iſte quidem viſibilis ea corpora, quibus à ſummo libramine inſederit, infuſcat, & vrit; ea verò quæ procul ſunt, & ab iſta libratione longiùs poſita conſervat in candore ſuo; nec omninò vrit ea, ſed illuminat. Sol verò ſpiritualis, qui eſt Sol* iuſtitiæ in cuius pennis ſanitas eſſe *dicitur Malach. 4. verſ. 2. E contrario eos quidem, quos recti cordis invenerit, & ad libram ſui ſplendoris conſiſtentes illuminat,*

Hieron.

Tacitus

Ierem. 2 v. 27.

Matt. 5 v. 8.

Bernar.

Origen.

Malac. 4. v. 2.

Pſal. 76 v. 11.

Leu. 26. v. 23.

LXX.

Clement.

minat, & omni fulgore circumdat, eos autem, qui obliqui inceduntcum eo, neceſſariò ipſe obliquè non tam reſpicit, quàm deſpicit, hoc eis præſtante inconſtãtia ſua, & inſtabilitate. Quomodo enim qui perverſi ſunt, poſſunt ſuſcipere, quod rectum eſt: Hæc ibi Origenes.

6 Vnde indidem ipſe ſub hoc ſenſu capit ea Sponſæ verba Cant. 1. verſ. 5. *Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decoloravit me Sol*: ſecutus lectionẽ LXX. & Symmachi, qui tranſferunt; *quia torve, ſive obliquè aſpexit me Sol*: quaſi obliquus Dei aſpectus magis ad deſpectum, quam ad benignum reſpectum pertineat, cum ab eo decoloratio, ſeu optimi coloris infuſcatio proveniat: Pro qua expoſitione invitus, nec ſine pudore affero, quæ Lucanus lib. 1. Pharſaliæ Neronem Principem vaniſsimis, & inſaniſsimis illis adulationibus demulcens *iuri tuo natura reliquit; Quis Deus eſſe velis*, dum locum in cœlo dare illi pergit; notanter ſubdit, ne in parte ſedem eligat,

Vnde tuam videas obliquo ſydere Romam.

quaſi is aſpectus, vt minus capax luminis Divinitati benignis oculis aſpicienti minus opportunus ſit: Vt his in verbis is Sponſæ ſenſus fuerit; ipſam quod non rectè, ſed obliquè cum Deo egerit viciſsim ab Sponſo obliquè aſpectam, ſive deſpectam fuiſſe; ipſoque ab illa lucis, & favoris ſui radios deflectente, antiquum candorẽ, & colorem perditum iri. Quæ ſic expreſsit Origenes. *Non puteris, ò filiæ Ieruſalem, quod naturalis eſt iſta nigredo, quam videtis in vultu meo, ſed ſcitote, quoniam deſpectu Solis eſt facta. Sol enim iuſtitiæ, quia me non invenit rectè ſtantem, nec ipſe in me rectos direxit lucis ſuæ radios*: Pergit multis in hanc ſententiam Origenes; poſtquæ ex perſona Sponſæ, ſic concludit. *Cum verò rectè ſteterò ante eum, & non fuero obliquus in aliquo; neque declinavero ad dexteram, neque ad ſiniſtram, ſed fecero rectas ſemitas pedibus meis è regione Solis iuſtitiæ incedens in omnibus iuſtificationibus ſuis ſine querela; tunc & ipſe me rectus aſpiciet, & nulla erit obliquitas, nec cauſa deſpectus, & tunc reddetur mihi lux mea, & ſplendor meus*: Hæc Origenes opportuna noſtro inſtituto, & ſalutaria ad pungẽdos tepidorum, & obliquorum animos.

Vidiſti, opinor, firmam regulam illuminandæ, atque illuminatæ à Deo mentis, vt vitæ noſtræ menſura Dei reſpondeat: accipe iam novam regulam, ſive exceptionem à præfata regula, & novam lucis diſce menſuram, confertam quidem, & coagitatam, quam in ſinum tuum dabit ipſe fons lucis, ſi Mariæ cliens in ipſam oculos, & animum intenderis, quin deinceps deſpondeas animum, quod præ animi infirmitate non rectus vndique, ſed obliquus erga Deum inceſſeris: ea ſiquidem Mariæ dignitas, & dignatio eſt, vt cum Solem ſuum oriri faciat ſuper bonos, & malos; itidem ab eo rectos lucis tuæ radios in obliquum immittere impetret; pulchrè pro hac cogitatione fideiubẽte Abſalone Abbate ſerm. 28. qui eſt de Nativitate Virginis, hunc in modum: *In iſtis tenebris tuis eo, quo potes reſpectu Beatam Mariam intuere; in lectulo tuo illam cogita, & tene in memoria cordis tui, quoniam & res, inquam directè radius Solis non dirigitur, ex percuſsione luminis quãdoque irradiatur, & infirma conſciẽtia, quæ radio aſpirantis gratiæ non tangitur per vitam iuſtorum, & exempla bonorum operum quandoque mutatur in melius*: Ita ille opportunè: obſerva illa de reſpectu in Mariam: *Res in quã directè radius Solis non dirigitur ex repercuſsione luminis quandoque irradiatur*: vt dixerit: etiamſi in te radius Solis directè non dirigatur; dum tamen in Mariam totus ipſe fons lucis dirigitur; ab ipſa denuo radium Solis non obliquè, ſed directè in te fore dirigendum ſperare potes; quippè ipſa eum Solis radium fovebit, & accẽdet, vt ab ea rectus te aſpiciat, foveat, faveatque. Nimirum Mariæ figura eſt ſpecioſiſsima illa Abiſag Sunamitis, de qua 3. Reg. 1. verſ. 1. dicitur: *Et Rex David ſenuerat, habebatque ætatis plurimos dies, cumque operiretur veſtibus non calefiebat. Dixerunt ergo ei ſervi ſui. Quæramus domino noſtro Regi adoleſcentulam virginem, & ſtet coram Rege, & foveat eum, dormiatque in ſinu ſuo, vt calefaciat dominum noſtrum Regem. Quæſierunt igitur adoleſcentulam ſpecioſam in omnibus finibus Iſrael, & invenerunt Abiſag Sunamitidem.* Quid

7

Abſalon Abb.

3. *Reg.* 1 *v.* 1.

nam-

namque opportunius portendat Davidis imago calore deſtituti, quam Dominum Deum à noſtræ frigiditatis, & obliquitatis tepore, & frigore ad auxiliatrem manum nobis dandam frigeſcentem; gratiarum enim ceſſat decurſus, vbi recurſus non fuerit, & vt in velum laxum ventus incidens nihil operatur: ſic etiam Spiritus Sanctus in anima remiſſa, & ſegni permanere non ſuſtinet. Quid itidem adeò ad vivum exprimi valeat, quã divina Abiſag Maria? quæ vt illa Davidem, ita ipſa Deum, qui primum ad benefaciẽdum ingrato frigeſcebat; ſuis meritis, & ardentiſsima ſupplicatione ad auxiliatrem manum calefaciat, & inflectat: audi Richardum à S. Laurentio, id diſſertiſsimè affirmantem his verbis. *Abiſag Sunamitis fovebat pedes Dauid frigeſcentes, ſic Maria calefacit affectus Filij ad amorem noſtrum, quando ſentit eos frigeſcere, quoad nos propter peccata noſtra*: Ita Richard. vt iam radius Solis non obliquè, ſed rectè in nos dirigatur: & ad libram ſui ſplendoris illuminans foveat, faveatque. *Rich. à S. Laur.*

8 Præfatæ autem cogitationi Abſalonis Abbatis de repercuſione luminis, qua clientes Mariæ illuminantur, omninò congruit Dioptræ imago; quã ex Andræa Ieroſolymitano afferunt, quotquot in Deiparæ Laudes operam ſtudioſè navant, quin vereamur in ea elucidanda nos actum agere, quod non nihil lucis illi allaturos ſperemus. Ergo ait Andræas: *Salve Dioptra perſpectiva, per quam qui in triſti peccatorum vmbra ſedebant, recipientes deſuper cum gloria venientem ortum iuſtitiæ Solem mirabiliter illuſtrati ſunt*: & verò Dioptræ ſignificatio, & ſenſus ad novas, & abſtruſas cogitationes ſtabiliendas velut machinis, & funibus (vt dicitur) eò frequentius trahitur; quaſi per id inſtrumentum altitudo, & longitudo ex longinquo proſpiciatur; cum tamen Andreæ mens alio quidem iuxta ea quæ diximus ire videatur, nempè vt proſpectus, cui intenditur, non ex directo, ſed peculiari, & quæſita linearũ tranſpoſitione fiat: quippè ipſe Auctor ſe explicat, eum agens de S. Tito, inter cæteras appellationes illuſtres ei tribuit, quod eſſet: *Myſtica fidei Dioptra repercuſſis radiorum fulgoribus adverſariorum pupillas verberans*: Ex qua notione facilè vides velle Andræam ſignificare, eam divinam lucem, cui ob infelicem peccatorum noſtrorum vmbram impares ſumus ab hac cœleſti Dioptra nobis illuceſcere, cum per ipſam divini Solis radios ex repercuſione luminis accipimus; ſive cum Sol iuſtitiæ, non directè librato lumine, ſed ad largam benignitatis ſuæ menſurã, illuſtrationem mentibus noſtris Deipara interpoſita diſpenſat: *Quoniam in rem, in quam directè radius Solis non dirigitur* (vt dicebat Abſalon) *ex repercuſſione luminis, quandoque irradiatur*. A quo ſenſu non longius ire videtur, S. Ioſephus Conf. in Menæis die 12. Aprilis Ode. 1. de S. Theodoro Virginem, ſic affatus: *Tuæ miſericordiæ guttis mentem irriga meam ardore peccati contabeſcentem ex adverſo lucernam cordis mei exſtinctã reaccende, ò ianua lucis!* ita ille. Apud quem pendet illud *ex adverſo*: vt videlicet ex reflexione luminis exſtincta cordis lucerna reaccendatur. *S. Ioſep.*

Nec me temperem, quin quæ hucuſque diximus firmẽ ea Beatæ Gertrudi reuelatione à Deo facta, quæ lib. 4. Reuelationum cap. 17. ſic refertur. *Sub matutinis in feſto Dominicæ Annunciationis, dum in Monaſterio monialium, in quo degebat Gertrudis cãtaretur*, Ave Maria, *vidit ipſa tres rivulos fulgẽtiſsimos procedentes à Patre, & Filio, & Spiritu Sancto cor Virginis Matris ſuaviſsimo impetu penetrare, & è corde ipſius rurſum efficaci impetuoſitate ſuam originem repetere; & ex illo influxu Sãctæ Trinitatis, hoc Beatæ Virgini donatum fore, quod ipſa eſt potentiſsima poſt Patrem; ſapientiſsima poſt Filium; & benigniſsima poſt Spiritum Sanctũ*. Obſerva Divinæ Potentiæ, & Sapientiæ, & Benignitatis rivulos cor Virginis primum penetrare, & deinde de corde Mariæ *efficaci* adiecta *impetuoſitate* ſuam originem repetere. Sed cur in Virgine permanere non dicuntur? nonne ibi tanquam in ſuo centro cõmodè conquieſcerent? Non equidẽ. Nam Mariæ Potẽtia, Sapientia, & benignitas, non vni ſibi, ſed hominum ſaluti operantur. Ideò opportunè ad locum, *vnde exeunt flumina revertuntur*, non equidem, vt inibi permaneãt, ſed vt in nos, *iterum fluant*, Eccleſiaſtes 1. verſ. 7. notanter quidem, vt *Andræ. Ieroſoly.* *S. Tito.* 9 *B. Gertr.* *Eccl. 1. v. 7.*

rum fiant: quaſi quodammodo ipſamet Patris Potentia, Sapientia Filij, & Spiritu Sancti benignitas à corde Mariæ nouam potentiam, ſapiẽtiam, & benignitatem in homines; ſiue peculiare ad opportunè benefaciendum robur accipiant; vt quibus antea Dominus ob eorum ingratitudinẽ obliquus, & rigidus, ſiue frigeſcens erat, ipſos iam rectus, & calens reſpiciat. Vnde pergit Beata Gertrudis & hos riuulos in Mariæ famulos *efficaciori impetu* ad ſalutis æternæ profectũ denuo refluxiſſe, ſic omninò affirmat. *Cognouit etiam, quod quotieſcumque illa ſaluratio Angelica, ſcilicet*, Ave Maria, *cum deuotione à fidelibus recitatur, in terris prædicti riuuli efficaciori impetu ſuperabundante circumfluunt Betiſsimã Virginem, & ex altero latere reinfluunt cor ipſius ſanctiſsimum, ſicque cum mira delectatione repetunt fontem ſuum, vt ex illa redundatione venæ quædam gaudij, delectationis, & æternæ ſalutis reſpergũtur in omnes perſonas ſanctorum, & Angelorum, & inſuper aliorum qui in terris commemorant eamdem ſalutationem, per quas renouatur omne bonum in ſingulis, quod vnquam per ſalutiferam Incarnationem Filij Dei ſunt adepti.* Hæc ibi obſeruanda, premenda, & oſculãda: quod vera, ſalutaria, & ad ædificationem, & conſolationem fidelium mire faciant.

EXEMPLA.

FVerit in primis huic adnotationi conſentaneum exemplum, quod in ſuperiori adnotatione dedimus de B. Arneſto Pragenſi Archiepiſcopo cui in Glatzenſi vrbe litteris operam danti, & ante B. Virginis aram preces fundenti: *Ipſa Virgo velut ſubirata faciem auertiſſe dicitur; quod minus diligenter in eius ſeruitio ſe gereret, & obliquè cum Deo ageret: Quæ tamen ſupplicibus ſubinde Arneſti precibus, & pœnitentia cum eo in gratiam rediit; quod ipſe in atteſtatione, quam poſtea Archiepiſcopus factus publicam fecit; ſic teſtatur* proceſsi in oratione ad Virginẽ gloriosam, vt vultum ſuum ad me conuerteret. Cum ſic orarem per morulam competẽtem lento modo, & aliquantulum moroſo, quaſi non benè contenta ad me vultum ſuum conuertit in eum ſtatum, ſicut videram ante auerſionem, & indignationem. Quo facto gratias ipſi Virgini glorioſæ egi. *Videſis P. Balbinum in vita Arneſti plura in hanc rem ſcitè obſeruantem.*

Itidem apud ipſum in hiſtoria S. Montis lib. 4. cap 7. referentem de Georgio quodam opilione ad aram S. Virginis, *non tam pietate, quàm caſu accedente, & ſe ad montem quemvis, vt oves paſceret credente; qui vt primum ante ipſam imaginem genua flexit, Diuæ Virginis ſtatua cubito manus inflexo arcenti ſimilis caput auertere, & denique nolle ſe aſpici manifeſtè ſignificauit: tunc ille è prophano religioſus factus multis profuſis lachrymis interius ſatis admonitus templo exceſsit, vocatoque confeſtim Sacerdote conſcientia benè expiata rediit audaciter ad aſpectum Virginis, & eam faventem, & proclivem inuenit.*

Lovanis (vt referunt Annuæ Societatis anni 1604.) Sodalis Virginis morti vicinus; *noluit antea confiteri, quam de negligentijs ſuis petita eſſet vniuerſæ Sodalitati venia; pia aliquatenus; ſed indiſcreta ſanè cogitatio, cum eo in articulo prius curandum eſſet de Sacramẽtis quantocyùs percipiendis. Quod & ſucceſſus commonſtrauit: nam interim febris ardor rationẽ infirmi euertit. Deſperãtibus verò Medicis Sodales, qui aderant vix ad preces Virgini Protectrici fundendas confugerant; quam æger ad lumen mentis ex repercuſſione diuinæ Dioptræ rediit, riteque confeſſus, & Sanctiſsima Euchariſtia munitus placide mortuus eſt.*

Nec omninò ab hoc inſtituto iuerit, quod refert Petrus de Natalibus lib. 1. cap. 14. de quodam Aulico Regis Hungariæ aſſueto B. Virgini: *Officium horarum perſolvere, qua die ſuarũ, cum honeſta adoleſcentula nuptiarum, quando recitabat hoc Reſponſorium* Pulchra es: *ſubitò Deipara apparens Angelis ſociata, ſi pulchra ſum (inquit) quid eſt? quod dimittis me, vt ſponſam aliã habeas. Perſuaſit etiam cœlibem vitam in Monaſterio arriperet, præcepitque, vt Cõceptionis feſtum annuatim octavo Decembris ſolemniter celebraret, & celebrandum prædicaret. Quod ille præſtitit præſertim poſtea Epiſcopus Aquileienſis factus:* Sed id fuſsius refert P. Spinel-

lus

lus in tractatu de festis Deiparæ num. 1. & Franciscus Vannes in Compendio Virorum illustrium S. Benedicti

Pro ea verò thesi, quam de Deo proposuimus, ita nos quidem tractare provt à nobis tractatur: appositum est exemplum, quod Ludovicus Richeomus lib. de miraculis Sanctorum cap. 35. de Medico quodam Lugdunensi refert, *qui cæcus effectus concepit votum eundi Lauretum, & sacratam ædem purgatis primum per exomologesim peccatis. Quo pio voto concepto statim visum recepit: proinde Lauretum venit, & sacram cellam penetravit; sed (audi mirum) cæcitatem pro visu iterum incurrit. Nimirum promissis non steterat, nec peccata per Confessionem deterserat. Ergo illis ablutis recuperato visu lætus exsilyt, & quam plurimas Deiparæ gratias rependit.*

Enim verò itidem iuveni obliquè incedenti ex repercussione, imò, & percussione rectum lumen à Deipara impertiente videris in historia, quam P. Ioannes Bonifacius lib 5. cap. 1. refert de suavi punitione; quam Virgo intulit cuidam Scholastico Hispalēsi, *qui cum iuvenili furto surripuisset unum è calamis scriptoriis ad usum Sodalitatis Deiparæ destinatis, eoque voluisset litteras conscribere ad mulierem, cuius amore impediebatur ne divinam inspirationem de libello repudij sæculo renunciando admitteret: statim vt calamum manu sumpsit, sensit sibi colaphum excussissima palma infligi, cum hac sonora voce, etiam ne sceleste rem mihi dicatam temerare audes impuro ausu? Qua quidem pronunciatione, ac verbere, vt se collegit iuvenis revertit ad calculos, quos pæne abiecerat, vt amplecteretur institutum Religionis S. Francisci, sed tamen mansit ad aliquot dies memor notæ plagæ acceptæ, vt appareret ab aliqua vi quadam, maiore, quam ab humana impactam.*

Iuvat tandem obliquum Mariæ lumen ab ipsa in rectum, & salutare in Duaci vrbem cōmutatum; afferre rem referēte Bugelino in Annalibus Gallo Frandriæ. *Nam cum Duaci quidam pueri circa Divæ Virginis imaginem irreverentius luderent; animadverterunt. Imaginem tum severiore diducto digito aspere comminantem; tum etiam puerum Iesum ex vno, quo tenebat brachio, atque sustentabat, in aliud mutantem. Vnde stupefacti pueri procurrentes ad suos, magnam hominum excitere admirationem. Quid inde? Reddita in primis debita veneratio, & obsequium imagini Deiparæ: Deinde ipsa ante subirata Virgo severitatem in benignitatem commutata Vrbem ingentibus beneficijs cumulavit, quæ in suis malis præsentissimum auxilium experta est.*

MARIA Sapiens hominum Advocata, quæ vt illos ad virtutem alliciat; decipere, ac incantare ipsos quodammodo videtur.

ADNOTATIO VI.

NIhil novi speciosus iste, sive insolens titulus habet, quod non sit in præcedentibus explicitum: Verum enimverò maioris explicationis gratia: hoc est, vt *annunciemus inter gentes studia*, & benignitatis artes, quibus Sanctissima Virgo hominum saluti invigilat: non dubitamus affirmare ipsam illos salubriter decipere vtilissimo seductionis genere vtens: Nec te turbet deceptionis locutio, seu doli nomen, & sensus, dum sub eo, & Deum, & Mariam decipientes facimus hominum mentes, & animos: nā si sapis, non omnis dolus malus est; sed est etiam dolus, qui bonus, & salutaris censetur: Sic omninò censentibus Iureconsultis, & quod plus est Apostolo Paulo: ita enim illi dolum, in bonum, & malum dividunt apud Vlpianum in lege prima *D. de dolo malo: Non fuit contentus Prætor, dolum dicere, sed adiecit malum*: Quoniam veteres dolum etiā bonum dicebant, & pro solertia hoc nomen accipiebant: & Paulus quidē, cuius ingenua, & mira sinceritas omnis fraudis expers erat, Corinthios dolo cepisse, sic sibi gratulatur, & plaudit 2. ad Corint. 12. vers. 16. *Cum essem astutus, dolo vos cepi*: quæ verba à S. Thoma 2. 2. q. 55. art. 4. ad 1. de dolo bono, ideſt, de artificiosa solertia, &

1

Vlpian.

2. Cor. 12. v. 16.

S. Tho.

cauta

cauta prudentia, qua Paulus mortalium ſapientiſſimus, & ad animarum ſalutem maximè attentus, & intentus Corinthios à noxio, & ſuperſtitioſo idolorum cultu ad verā Chriſti fidem traduxit: ſcitè accipiuntur: Quod cultiſſimus Iureconſultus Papinianus egregiè videtur confirmare in lege: *Cum pater* 31. §. *Si Titio* D. *de legatis* 2. vbi adducto ſalutaris, & boni doli caſu reſpondet. *Neo videbitur dolo facere, cum fraudem excluſerit:* Vnde quidem Bernardus ſerm. 1. *In die ſancto Paſchæ*, cum incidiſſet in illa verba quæ apud Matthæum 27. verſ. 63. impii Iudæi ingerebant Pilato, vt Chriſti ſepulchrum cōmuniret: *Seductor ille dixit adhuc vivens*: non eſt veritus eadem, cum illis voce: ſenſu verò maximè diſcordi conſentire in quiens. *Seductor pius, non malitioſus.*

Bernar. Matth. 27. ver. 63.

Iam ad rem audi bonum dolum Dei apud Oſeam cap. 2. verſ. 14. de ſumma benignitate, qua plebem ſuā à infelici, & ſordido idolorum cultu in ſui obſequium eſſet adducturus inquiens: *Ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius*: vbi expreſſe LXX. habent: *Ecce ego ſeducam eam*: & Lectio Hebræa apud Pagninum Vatablum, & Tigurinam: *Ecce ego ſeduco eam*: & hanc omninò ſignificationem ineſſe Verbo Latino *Lactabo*: benè oſtēdit P. Ribera ibi productis poetæ Comici teſtimonijs: qui primum *in Andria* iuvenem ſub hoc ſenſu, ſic loquentem facit: *Nonne tibi ſatis eſſe, hoc viſum ſolidum gaudium, niſi me lactaſſes amārem, & falſa ſpe produceres*: & indidē: *Solicitando, & pollicitando eorum animos lactas*: Quod itidem confirmat Auctor Theſauri Linguæ Latinæ, qui cum dixiſſet: *Lactare perinde eſſe, ac lac præbere* ſubijcit: *& per translationem ſignificat idem, quod allicere, atque decipere per blanditias*: Subſiſtit ergo bonus dolus: quo benigniſsimus Dominus, cum hominibus agit, vt ipſis ſalutem & vitam etiam renuentibus afferat: vnde ſubdit: *Loquar ad cor eius*: quæ verba in Hebræis Codicibus eadem ſunt, cum illis Vulgati, Geneſ. 34. verſ. 2. *Triſtemque delinivit blanditijs*: nam ibi Hebræa ſonant: *locutus eſt ad cor eius*: Vnde prædicta Domini verba apud Oſeam, ſic effert Theophylactus: *Blandiar illi vt ad me convertatur*: Nec aliter Hieronym. inquiens: *Loquitur verba mollia, & conſolatoria*: Quæ mirificè firmat Gregorius Nazianzenus commonſtrans ſingularem modum, quod bonus Dominus homines ad ſe allicere conſuevit pulchris ad id imaginibus vſus: Sic enim ille orat. 42. quæ eſt 2. de Paſchate: *Hanc in eo reſtaurando rationem initam eſſe exiſtimamus, vt acriore, ac aſperiore medicina improbata, leni ac facili medicamēti genere ipſius reſipiſcentia procuraretur, neque enim plantam incurvam ſubitam inflexionem, manuſque erigentis violentiam ferre: ſic enim potius fore, vt lædatur, & infringatur, quam vt erigatur, neque equum præferocem, & iam ætate aliquanto provectiorē frœni tyrannidem perferre, niſi blanda quadam, & adulabunda manu permuleeatur.* Hæc Gregorius: Obſerva in equi imagine extrema hæc verba *blanda, & adulabunda manu*: ideſt, vt alibi explicui, blādo oris equiſonis ſono, & leni manus contactu, delinitus, quo vt eius naturæ congruit, ita illo manueſcens decipitur: Quare, ſic omninò efferenda ſunt Domini verba: *Ecce ego lactabo eam*; vt vis fiat in pronomine *ego*: ac ſi dixerit: ego qui molles viri aditus introſpicio: *Ego* qui molliſsima fandi tempora agnoſco: *Ego* qui dextrum modum omni rei gerendæ ſcio: *Ego* qui hominis naturam, ingenium, procivitatem, & animi propenſionem percalleo; *ego* qui vivaciſsimū penicillum ſuis coloribus res omnes velut de facie cognoſcendas propono, *ego* qui verbi mei gladium per animæ compages, & internodia erudita ſciētiæ meæ manu circumferre novi; tota hac blanditſimorum armorum congerie, & blanditiarum, & popyſmorum phalange *lactabo eam*, atque pelliciam quin amplius obnitatur: imò verò, amore ſuccenſa omnibus carnis voluptatibus, & ſæculi pompis nuncio miſsis toto animi impetu me ſequatur.

Gregor. Nazian.

2 Oſeam 2 v. 14. LXX. Lectio Hebr. P. Rib. C D E

Conſentit huic cultiſsimæ locutioni de Deo per blanditias hominis animum demulcentis, & decipientis, tam rudis, quàm eruditi vulgi ſenſus: nam ſi aliquando opulentum, & regia fortuna ſubnixum Principem, vel iu-

3 Gen. 34 v. 2.

venem

venem magnis ſpebus ſuffultum; aut Virginem ingenris ſpeciei, & magnifica dote præditam mundi pompis renunciaſſe, & intra religionis aſperrimæ clauſtra, imò carcerem ſeſe abdidiſſe; & divitiarum ſplendorem, cum ſqualore paupertatis, vitæ luxū, ac delitias, cum aſperitate & inedia, & (vt ſemel dixerim) vitā cum morte commutare videmus; quid aliud id eſſe dicimus? quam felici, & bono dolo à Domino iſtos fuiſſe lactatos, & in ſolitudinem deductos obtemperātibus illis cœleſti inſpirationi: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviſcere populum tuum, & domum patris tui*, Pſalm. 44. verſ. 11. quod ad Chriſti Virginis, ſic referebat indidem Paſchaſius inquiens: *Quæ putaſtis vis eſſet? quæ ratio? abiectis parentibus, & amicis fratribus, & propinquis, & omni nobilitate generis, quæ vos traheret ad tam laboriosæ vitæ faſtigia? Ita vt pro Domino magis placeat, laboribus affligi, quam in ſæculo honoribus, & oblectamentis variis extolli* Notanter: *quæ vis? quæ vt ratio?* vt dixerit: Vana quidem, & prorſus inefficax humana quævis ratio fuiſſet ad animos veſtros permovendos, niſi ijs boni doli velatis inſidijs adornaretur: Sed iam opportunum Patris Riberæ commentarium huius Oſee loci audire fuerit operæpretium: Etenim cum allata verſione illa *Pelliciam eam vobis* dixiſſet: *Hoc Deus fecit per prædicationem Evangelij, & per internam locutionem, qua ita animam inescat, & blandè allicit, vt vltro omnia contemnat, & ſe totam Deo dedat*, pergit præfatam imaginem, & ſenſum, ſic illuſtrans: *Metaphora igitur deceptionis à ſermone vulgi deſumpta eſt, quod cum videt divitem bona ſua deſtribuere pauperibus, & à deliciis ad ieiunia, & ad auſteritatem tranſire; idque nulla ſpe boni ſæcularis, quaſi deceptum eum putat, & vocat: ſi quis multis imperabat, omnibus ſe ſubijciat in religione: ſi pulcherrima Virgo, & nobiliſſima parentes, patrimoniumque ampliſſimum, & ſponſum paratum, & purpuram aurum, gemmaſque contemnat, vt Chriſto ſerviat, inſanire vulgus putat, & deceptos ab alijs dicit: ita lactatus erat ille, qui dixit*: Quid mihi eſt in cœlo? & à te quid volui ſuper terram? Defecit caro mea, & cor meum Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum, *Pſalm. 72. verſ. 25. & qui ait.* Verumtamen exiſtimo, omnia detrimētum eſſe propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti Domini mei propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam ad Philipp. 3. verſ. 8. Hæc P. Ribera & alia; omnia quidem ad mentem Gregorij Magni lib. 10. Moral cap. 16. affirmātis nihil mundi amatoribus inſanius, & ſtultius videri, *quam paupertatem quærere, poſſeſſa relinquere, rapienti non reſiſtere, percutienti alteram maximam præbere*, quæ vt in Chriſtiana diſciplina veræ ſapientiæ elementa exiſtimātur, ita à Deo interna allocutione inſpirantur, & perſuadentur.

Pſal. 44. v. 11.

Pſ. 72. v. 25.

Phil. 3. v. 8.

P. Rib. Gregor. Magni.

Nec progrediar vlterius, quin vt bonum dolum confirmem, malū dolum (de quo edictum dedit prætor) tibi oboculos ponam: dicente Salomone: *Creaturæ Dei in odium factæ ſunt, & in tentationem animabus hominum, & in muſcipulam pedibus* inſipientium, Sapient. 14. verſ. 11. Audiſti muſcipulam? intellexiſti ergo deceptionē: vidiſti dolum malum? audi Baſilium hom. 23. ad Iſaiæ verba cap. 40. verſ. 6. *Omnis caro fœnum: & omnis gloria eius, quaſi flos agri*: Sic capiētem, quaſi ſub floris delectatione mortis laqueus deliteſcat: Sic enim ait: *Sub his namque omnibus ita iucundis latebras ſuas habet noſter hoſtis expectans; numquid obiectorum ſpectacula illecti relicta regia via ad ipſius aliquando inſidias ipſi vltro declinemus. Et plurimum ſanè timēdum eſt, ne quo pacto illis incautè adcurremus, & oblectationem illam, quam vſurpantibus offerunt, nihil habere periculi putantes primo ſtatim guſtu abditum hamum voremus.* Hæc Baſilius. Vnde quidē, cum Ambroſius lib. de Abel, & Cain cap. 4. Sic diſſertiſsimè inducit voluptatem invitantem incautos. *Spargit odores ſuos voluptas, quia Chriſti odorem non habet, theſauros demonſtrat, regna promittit, amores ſpondet continuos, inexploratos concubitus pollicetur: ſine pædagogo diſciplinas, ſine monitore ſermones vitam, ſine ſollicitudine, mollem ſomnum, inexplebiles cupiditates*: crede muſcipulam, crede dolum malum: Audi S. Paulinum epiſt. 2. ſe vero ſuggerentem, *excipit nos mundus*

Baſilius Iſai. 40. v. 6.

Ambroſ.

Paulin.

iſte

iſte variis voluptatibus florens, & fallentibus venenatus illecebris: excipit nos innumeris anguis inſidijs; cui nomina mille, mille nocendi artes. Audi itidem
Chryſoſt. Chryſoſtomum oratione *de divitijs, & paupertate*: opportunè exclamantem. *O magnum ſtuporem! non advertimus dolum malum diaboli, qui parvorum objectu magna nobis adimit? Lutum dat, vt cœlum rapiat, vmbram oſtendit, vt veritatem excludat in ſomnis imagines objicit: hoc enim ſunt præſentes divitiæ, vt adveniente die pauperrimos omnium oſtendat*: Hæc Chryſoſtomus dolũ malum adſtruens, & muſcipulam indice oſtẽdens cum Seneca egregiè admonente epiſt. 8. *Vitate quæ vulgò placeat, quæ caſus tribuit: ad omne fortuitum bonum ſuſpicioſi, pavidique ſubſiſtite. & fera, & piſcis ſæpe aliqua oblectante decipitur. Munera iſta fortunæ putatis inſidiæ ſunt: Quiſquis noſtrum tutam agere vitam volet, quàtum plurimũ poteſt, iſta viſcata beneficia devitet; in quibus hoc quoque miſerrimi fallimur, habere nos putamus; habemur*: Sic ille.

Seneca.

5 Sed vnde diſceſſeram reverto ad noſtrum inſtitutum, quo bonũ dolum præteximus, tam in Deo, quã in Dei para: & ſi quidẽ vt vidiſti mortaliũ ingeniũ ad hamũ peccati dulcedine inſtructũ convolantium, vide modo benignas Dei, ac Deiparæ artes, itidẽque retia, & hamum inſtructũ, vt homines è peccati luto, & rerũ mundanarũ fæcibus exſtractos ad ſe perducat: Sunt ſiquidem homines, illimet piſces, ſive apud Lucam 5. v. 6. ſive apud Ioan. 21. v. 11. Petri retibus in felici illa *captura, qua concluſerunt piſcium multitudinem copioſam* deſignati, nam *piſciculi ſumus, qui in aqua naſcimur* dixit Tertullianus lib. de Baptiſmo: ad ea verò Lucæ verba, ſic inquit Ambroſius: *O vacua præſumptio! O humilitas fructuoſa! Qui nihil antea ceperant, magnam in Verbo Domini concludunt piſcium multitudinẽ. Non hoc humanæ facundiæ, ſed ſupernæ vocationis eſt munus*: Sed quis huius vocationis eſt modus? diſce ex Domino, ſic Petrũ pro hominibus ad virtutẽ alliciendis dicente: *Ex hoc iam homines eris capiens*: quod expreſsiùs extulit lectio Syriaca, quæ habet: *Poſthac piſcaturus es homines advitã*: Vnde ad hunc locum benè obſervat Card. Toletus, Græcũ Verbum ampliorem

Luce 5. v. 6. Ioan. 20 v. 11.

Tertull. Ambroſ.

Card. Toleti.

A ſignificationẽ habere, quam Latinũ, quod videlicet nõ ſimpliciter capere, ſed vivum, ſeu ad vitã capere ſignificat: ideò Iuſtinum Martyrẽ legere ad vitã capiens: alios verò vivos capiens. Quod ſic expendit Toletus. *Recte igitur dictum eſt, eris ad vitam capiens. Quod ſi ſequamur expoſitionem* eris homines vivos capiens, *ſententia eſt, non ſic capiens eris homines, ſicut capiuntur feræ cædibus, vel vulneribus, ſed ſicut piſces, qui illæſi capiuntur: non enim armis attrahendi ſunt homines, ſed ſpiritus virtute*: Ita ille: vt dixerit: quaſi piſces eſca hamo impoſita, adulabunda manu, vt dicebat Nizianz. vel vt Damaſcenus non violentia, ſed manſuetudine, vt alibi vidimus.

Græca Lectio. Iuſtin. M.

B Fuerit verò operæpretium penitus noſſe, quo piſcium imago, & captura eat? & id quidem ex primæva piſciũ formatione facilè noverimus canẽte Eccleſia in Hymno, *Qui ex aquis ortum genus partim remittis gurgiti, partim levas in aëra*: cuius formationis ſpiritualis ſenſus is eſſe videtur, vt homines è ſæculi fluctibus, ideſt, caducis rebus emergentes ſeſe ſupra terram efferant, & ad ſuperna aſpirantes converſationem, ſive municipatũ in cœlis habeant: nẽpè hac de cauſa ſignate de Divino Spiritu dicitur Geneſ. 1. v. 2. *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*: ſive vt in textu Hebræo notante Hieronymo, omnino habetur, vt obſervat Hieronymus, & nemo nõ *Spiritus Domini incubabat aquas* inſtar avis ſuper ova: quod omninò ſignificavit Dominus, Matthæi 23. v. 37. cũ ad Hieruſalẽ gemebunda voce dicebat: *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alis*: ſic explicante hæc verba Hilario canone 24. in Matthaũ: *Pullis alia naſcendi ratio eſt, alia vivendi. Nam primũ ovorũ teſtis, tanquã clauſtro corporis cõtinentur: dehinc poſteà parentis ſedulitate confoti exeunt in volatum. Huius igitur familiaris, ac pœne terrenæ avis nova cõgregare eos intra ſe voluit, vt qui cõditione naſcẽdi editi iam fuiſſent, nũc alterius generationis ortus, & calore foventis renati in cœleſte regnum, tanquam pennatis corporibus, & evolarẽt*. Ita Hilarius: ac ſi dixerit, vt terreni homines è luto emergentes, tanquã pennati piſces in aëra, ſive cœleſtia levarẽtur: Quod

Geneſ. 1. v. 2.

Hieron.

Matth. 23. v. 37.

Hilar.

6

planè arcano ſenſu cautum fuit, Leviticí 11. v. 9. præſcribente Oraculo: *Omne quod habet pinnulas, & ſquammas, tam in mari, quàm in fluminibus, & ſtagnis comedetis*: vbi LXX. pro *pinnulas* reponunt *alas*: ſimiliter Chaldæus, & Biblia Regia *pennulas*. Quid autem pinnulas, *& ſquammas non habet eorum, quæ in aquis moventur, & viuunt, abominabile erit vobis*: *execrandumque erit*, vt nimirum ſignificetur execrabiles Deo eſſe, & reprobos haberi qui huic ſæculo, & terrenis voluptatibus adeò ſunt addicti, vt nihil de cœleſtibus cogitent, nihil ſapiant: ij vero è contra mundi, & electi piſces à Deo cenſeantur, qui & ſi corpore in terra verſentur, animo tamen cœlo hærent: deſignante vtroſque Paulo ad Philipp. 3. v. 20. cum ait: *Multi enim ambulant, quos ſæpè dicebam vobis (nũc autem, & flens dico) inimicos crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt, & gloriam in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt. Noſtra autem converſatio*; Græcè *Municipatus in cœlis eſt*. Hæc omnia confirmante Gregorio Magno lib. 5. Moral. cap. 6. eum piſcibus hiſce ſenſum reddente: *Hinc per Moyſen dicitur, vt piſces, qui pennulas non habent, non edantur. Piſces namque, qui habent pennulas ſaltus dare ſuper aquas ſolent. Soli ergo in electorum corpore, quaſi piſces tranſeunt, qui in eo, quod imis deſerviunt, aliquando ad ſuperna conſcendere mentis ſaltibus ſciunt, ne ſemper in profundis curarum lateant, & nulla eos amoris ſummi quaſi liberi aëris aura contingat.* Hæc & alia Gregorius ibi.

Age iam: quid moramur? hæc omnino ad Deiparam referre? quam opportunè Richard. à S. Laurentio Virgam piſcationis appellavit lib. 12. de Laud. Virg. hoc eodem ſenſu, quem perſequimur, inquiens: *Hæc eſt virga piſcationis, qua ſcilicet mediante extrahũtur piſces, ideſt, homines de luto aquarum multarum (Abacuc 3.) ideſt, mundanarum, & carnalium voluptatum, quæ multæ ſunt, & quicumque peccatores de profundo peccatorum, & de mari, ideſt, de amara dulcedine mundi, quando ſcilicet exemplo Mariæ contemnentes divitias paupertatem amplexantur: linea, qua ferrum virgæ adhæret; totus proceſſus vitæ eius: hamus aduncus, oratio eius: meſcatio; univerſa bona, quæ nobis per eius miſericordiam miniſtrantur*: Hactenus Richardus: Sed enim, cum non ſine deceptione capiantur piſces, eſca nimirum propoſita & ſpe illius oblectante vti dicebat Seneca, *& fera, & piſcis ſpe aliqua oblectante decipitur*; quo ſanè modo, & decipi, & capi exorabat David, Pſal. 118. v. 122. cũ dicebat: *Suſcipe ſervum tuum in bonum*: ſive vt alij legunt apud Lorinum: *Oblecta ſervum tuũ bono: dulce fac ſervo tuo id, quod bonũ eſt*; ac ſi peteret adorna hamum tuũ ea eſca, quæ palato meo cõgruat, vt dicebat Auguſt. lib. 1. ad Simplicianũ: *Cuius miſeretur, ſic eum vocat, quomodo ſcit ei congruere*: Videlicet Deiparam opportuna eſca homines alliciente, & illiciente: nã ipſam hoc modo ſalutabat Chryſippus orat de Deipara: *Ave vitis uvas pulchras producens*: Notãter *uvas pulchras*: Sed cur, inquis, dixit *pulchas*, & non potiùs, ſalutares, & vivificatrices, quod magis è re, & vſu noſtro, & congruentius imagini Chriſtum exprimenti eſſe videbatur? eſt ſanè ad manum ex ſenſu, cui inhæremus reſponſio: alluſum videlicet acutè à Chryſippo ad id, quod Plinius lib. 35. cap. 10. de avibus per picturam à Zeuſi pictore deceptis, ſic refert: detulit *uvas tanto ſucceſſu pictrix, vt in ſcenam aves advolarent*: ſignificãte hac imagine Chryſippo Deiparam Filij ſui ſuavitatem pulchritudinem, & dulcedinem hominũ animis tanto ſucceſſu obijcere, & repræſentare; vt eius *ſpecie*, & pulchritudine allecti peccatores ad ipſum advolent.

Cui ſententiæ affinis eſt illa Eccleſiæ Græcæ in Menæis die 3. Aprilis, Ode. 9. de S. Nizeta Deiparã, ſic alloquentis. *Quem tu imbrẽ de cœlo, vt vellus excepiſti in vtero, eum ita dulcem peperiſti, vt ille omnibus Ambroſiam, ſeu Nectar quoddam exhiberet omnibus, qui illum adorant: & te ceu Genitricem illius divinam, omnium linguis collaudatam magnificant*: Sic ibi: & quidem eleganter dum adſtruit: divinum Imbrem Filij Dei à Virgine in vtero exceptum, ab eo adeò dulcem, & ſuavem exhibitum, vt hominum palato omni Ambroſia, & Nectare ſuavior eſſe foret; atque hac ratione ipſam ceu illius genitricem omnium linguis eſſe collaudandam, cum tanto

ſuc-

Levit. 11. v. 9. — *LXX.* — *Bibl. Regia. Chaldæ.* — *Philipp.* 3. v. 20 — *Gregor. Magn.* — *Seneca.* — *Pſ.* 118 v. 122. *Lorinus* — *Auguſt.* — *Chryſip.* — *Plinius.* — 7 *Rich. à S. Laur.* — *Abac.* 3. — 8

ſucceſſu illum depinxeris, vt ad eam tanquã aves advolemus: ſed enim cũ hanc Dei gratiam ſub imbris imagine adumbravit, compone cum illa ea Davidis verba, Pſal. 67. v 10. quorum ſupra meminimus pro donis divinæ gratiæ: *Pluviam voluntariã ſegregabis Deus hereditati tuæ* iunctis lectione Caldæi, quæ habet *pluvias vivificationis*: & obſervatione Agelij, *qui cum dixiſſet, cum enim multæ ſint pluviæ; aliæ ledant ſata, & vineas, quia cum impetu deſcendunt; aliæ etiam deſtruant, & torrentium inſtar terram ipſam cum ſatis abripiant; aliæ non ſuo tempore fiant*: de his pluvijs vivificationis ſubijcit: *Aliæ ſenſim decidãt, & in medullas terræ leniter influant, has quaſi eximias ſegregaſti, quas huic hæreditati dares.* Vt velut indice deſignatum prædulcem hunc divinum imbrem à Virgine nobis exhibitum videris, qui præ ſuavitate medullas animæ leniter influat, & è nolente volentem faciat dulciſſima eſca attractam.

Pſal. 67 v. 10. Caldæus. Agelius.

9

Iam verò Chriſto Domino familiare eſſe Maria Matre, vt eſca hami ad peccatores attrahendos vti ipſemet ſponſis ſuis Catharinæ, & Birgittæ manifeſtè aperuit: ſic enim Catharinæ apud Bloſium in Monili aureo cap. 1. locutus dicitur: *Maria eſt à me electa, parata, & poſita tanquam eſca dulciſſima ad capiendos homines, & præcipuè animas peccatorum*: & eodem dicendi modo; Birgittæ in revelationibus ſic loquentes: *Mater mea eſt eſca dulciſſima, qua homines ad me traho*: Hinc S. Epiphanius orat. de Deipara, & ab eo S. Bruno, & Innocentius III. Põtifex vterque ſermone *de Nativitate Virginis*: ipſam hacmet appellatione ſalutare conſueverunt: *Ave gratia plena, hami eſca ſpiritualis: in te ſiquidẽ hamus Divinitas.* Pulchra, pulchra locutio, quæ Divinitatem ad capiendos homines eſca prædulci Mariæ vtentem facit; vt piſcator hamo eſca inſtructus piſces exſpiſcatur; quæ ſi abſit inquit Idiota piſces non capiuntur. *Nemo* (inquit ille in Contemplat. B. Mariæ ex perſona Domini) *poteſt venire ad me, niſi Mater mea traxerit eum*: At enim, nemo, opinor, tam inſipiens erit, vt dubitet poſſe Deum quando, quomodo, & quos voluerit ad ſe voluntatis ſuæ hamo, abſque vlla alia eſca ad ſe adducere: *Sed præterquã quod hamo, & eſcæ Divinitatem adiunctam vides hæc eſt* (inquit Bernardus ſerm. de Nativitate Virginis) *voluntas Domini, qui totum nos habere voluit per Mariam*: & indidẽ: *Altiùs ergo intueamini, quanto devotionis affectu à nobis eam voluerit honorari, qui totius Boni plenitudinem poſuit in Maria, vt proinde ſi quid ſpei in nobis, ſi quid gratiæ, ſi quid ſalutis ab ea noverimus redundare, quæ aſcendit delicijs affluens.*

Bloſius. Brigitta. S. Epiph Bruno. Innocẽt. Idiota. Bernar.

Concludam ſi obſervavero cum Card. Hugone eos, qui à ſuavi Mariæ illecebra, & dulci eſca, qua hamus inſtruitur ad Chriſtum trahuntur, tam Filio, quàm Matri prædulcem ad guſtum cibum eſſe in hunc ſenſum illo inflectẽte verba, Proverb. 8 verſ. 31. *Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum*, hunc in modum. *Potiùs ſunt ei delitiæ in filijs hominum, quàm in Angelis, quia de ijs, quæ aucupatio, aut venatione capiuntur, fiunt deliciæ, non autem de domeſticis: Angeli autem ad domeſticas res pertinent; homines verò venatione prædicationis, & aucupatio crucis capit*: Sic Hugo ſuavi, ſcilicet, illecebra nos trahente Deipara.

10

Prov. 8. v. 31.

EXEMPLA.

NOSTER P. Bohuslaus Balbinus æquè pius, ac diſſertus, & elegans Scriptor in libro de B. Virgine Sancto Montana Regni Bohæmiæ lib. 5. capite 14. duo hæc adducit exempla, quæ ipſiſsimis eius verbis referre placet, quia elegantiſsima, & plena decoris, & ſalis ſunt; & quia liber hic, quod recens ſit, paucorum adhuc manibus teritur: & priori quidem hoc anteloquium affingit pro reverenti Confeſsionis ſecreto.

Bousla.

Ars oblivionis ſi poſſet inveniri Sacerdotibus eſſet condiſcenda: proximum oblivioni eſt, ſilere, aut Socratem imitari, qui nihil ſe ſcire, adeòque nec ipſum hoc ſcire, quod nihil ſciret, dicere ſolebat. Pauca tamen ex arcanis innumeris afferemus, quandoquidem ij, quorum intererat, ea vt prudenter proderentur, voluerunt.

Erat igitur illuſtris Matrona, quæ

plurimorum temporum conjuctionе adeò impuris amoribus irretita tenebatur, vt expedire se omninò non valeret : fortè etiam non vellet; professa enim erat, discipula, sed occulta voluptatis. Fortè evenit, vt ad S. Montem ex itinere nescio quo, adveniret.

Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido.

Quos illa levissima oculorum in Imaginem sacram conjectio tumultus in animo excitavit! quant vberes lachrymas expressit! ea prorsus accidebant, quæ D. Augustinus in Confessionibus suis sibi commemorat evenisse. Obstabat tamen omnibus corroborata cõsuetudo, quæ quasi abtorto collo trahebat in servitutem, in rudentes excreverant, quæ tenuissima quondam licia videbantur, neque fieri posse Matrona credebat, vt hoc venenum (nisi venas omnes, & fibras suo corpore exstraheret) exspiraret

Ovidius — Omnes humanos sanat Medicina dolores
Solus Amor morbi non habet artificem.

in hac infelicitate cõsilij peracta peccatorũ confessione æstuans, & perturbata ad Divæ Virginis Imaginem recurrit, & per Iesum filium, per quidquid dulce, & divinum Virgini sanctissimæ fuisset vnquã, obsecrat, obtestatur, vti Virgo æterna de Virginitate aliquid sua delibatum impartiretur, captivã se esse, nihil adversus cupiditates posse movere; circumscriptã se, vt ferã teneri, denique nisi divinitus Diva opituletur, certissimè sibi pereundum. Delectari huiusmodi precibus cælites solẽt, quibus vires (vt par est) extenuamus nostras, & cœlestes advocamus. S. Philippum Nerium heroibus Sanctorũ merito adscriptũ mane cottidie Iesum Christum intuentẽ orare solitum accepimus.

In eius vita. — Domine video quinque vulnera tua: sed nisi gratia tua hodie me præveniat, sextum à me tibi erit vulnus exspectandũ. *Finitis precibus tantũ odium voluptatis in animo illustris Matronæ natum est, vt explicare sit difficilè: sordebant priora illa, & ipse Amor, vt*

Virgil. — Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.

turpissima specie offerebatur: tum quasi Diva Virgo cœlesti manu linteolum aliquod per memoriam animumque duxisset, repente omnes earum rerũ, quas amaverat, aut offendere timuerat Imagines deletæ sunt ex animo, audacia quadam, & securitate virium succedente. Leucata Petra dicitur in fabulis, à qua qui se demittunt, amoris insania liberantur: ita tũ ex S. Monte Matrona descendit. Vide verò cœleste miraculũ: ex eo momento beneficio Divæ Virginis ita cupiditates omnes fractæ, & domitæ fuerunt, vt non modo, non repeteret, quæ semel planxisset, sed nũquam per septẽ continuos annos, ne cogitatione quidẽ, earum rerum, quibus assueverat, pulsaretur, nulla vnquam imagine prioris vitæ ad memoriam occurrẽte: Hoc ipsa ad S. Montem ex intervallo reversa post tot annos sanctissimè omni asseveratione confirmavit. Quantũ verò miraculũ ea res contineat, omnes (probi & mali) sciunt æstimare: quis enim affectiones omnes (quæ etiã in innocentia virtutum timeri debent) in potestate semper habet? quis ne exsurgant vnquam, ne recurrant animo, ne moveantur potest præstare? at qui hoc fieri in ætate bona, innutrita vitijs, obvia & offerente se omni copula voluptatũ? Nobilis Artifex dormientẽ deam Venerem pinxit, adscripsitque Carmen.

Plutarc. in Cyll.

Cave Viator, excites somno deam
Tua namque claudet, sua si aperiet lumina.

Quod pictura illa exhibuit Diva Virgo ostendit, æternoque amores priores omnes veterno sepelivit. In Dianæ Ephesiæ tẽplo in aẽre medio per Magorum artem suspensam fuisse sagittam scribunt, qua victoria Diana (Virginitatis deæ) de Cupidine arcu significabatur: similem sagittam Matrona illustrissima ad aras Divæ Virginis appendere meritò potuisset. Hactenus prius exemplum referens Scriptor: Nec minore elegantia, & eruditione posterius, sic enarrat. De viro illustri stratagemate, & dolo bono à Virgine à vitijs abducto.

Quod nunc ad feram nobile stratagemma continet, quo veluti admota esset decantata illa Demetrij Poliorcetæ machina Helepolis dicta, cuiusdam Magni viri expugnatus est animus, & cœleste admisit præsidium. Placuerat rem omittere, nisi me scribere, cuius res agebatur voluisset: ita calamum attemperabo, vt nemo possit notari. Veritas (ait Typotius) Virgo formosa, sed pudica est, quæ neque tota tegi, neque tota retegi debet: *Anno 1661. ad Montẽ Sãctum venit mulier, quam forma commendabilis, tam ægra animo, de qua illud: lis*

est

est cum forma magna pudicitiæ *puella dixisset: pulchro hoc, & lucente maculis veneno, aut potiùs formæ veneficio, si aliquis magni nominis, & gloriæ Vir captus olim est, vt Dei, hominumque oblitus hanc pro vxore plurimis annis aleret, ex qua etiam proles suscepit. Misera mulier, cum in amoris rota (vt ille dixit) versari se videret, neque tantum animi haberet, vt posset dignitatem illam, & magnitudinem amantis, tum etiam spes suas, & voluptates contemnere, à Diva Virgine in sancto Monte extremum consilium pœnitẽs petit. Ingeniosa Virginum, ac præcipuè Virginis Virginum Mariæ inventa sunt (ait Anselmus Boetius in symbolis) vel argumento* Palladis ex capite nascẽtis: *occurrit protinus consilij, quod velut ab imagine Divæ Virginis procedere fulguris in morem videbatur, vt Beatissimæ Virginis nomine litteræ ad amatorẽ scriberentur: cætera Sacerdoti nostro curæ fore. Ergo Sacerdoti rem Mulier aperit, qui paucissimis verbis litteras cõcipit, in quibus Beatissima Virgo sancti Montis Dominum salutabat, vnicamque illam petebat gratiam, vt si æternum se in cœlo amare vellet, Amicam sibi donaret, & à se amandaret, famæque suæ, ac salutis curam susciperet, se gratiam reddituram pro gratia, & in hora mortis non defuturam. Traditæ sunt amanti ab ipsa Muliere à S. Monte redeunte litteræ; quibus ille sic permotus est, vt non modo, quod petebatur à Diva, concesserit, mulierẽque benè dotatam dimiserit, suasque sibi res habere iusserit, sed protinus ad S. Montẽ veniens, responsi loco se ipsum Divæ Virgini præsentarit: ibi peracta Confessione peccatorum, omnique Peregrinis vsitata pietate, iam abiens cum risu in aurẽ Sacerdoti nostro, qui Divæ interpres fuit insusurravit.* Mi bone Pater dicito Beatissimæ Virgini, quòd à me petijt, obtinuisse: amica illa non est apud me, nec erit in posterum: *illustre, & dignũ profectò magnitudine illa familiæ, rerũque gestarum decretum; quippè* plus est (*vt Agesilaus Magnus Imperator dicebat*) tales vincere cupiditates, quam populosissimam hostium repugnantium vrbem capere. *Sed iam quam illustre, quam dignum! à Regina cœli litteras accipere, quibus illa cœlum promisit?*

Suavem itidem Deiparæ artem semel, & iterum devotum sibi servum demulcentis videris apud Vincentiũ Bellovacensem lib. 7. cap. 87. scribit quippè *Adolescentem quemdam donatum fuisse annulo à puella, quæ ipsum mundano amore diligebat, veritumque ne pilæ plausu, quo ludere solebat, eumdẽ discerperet; immisisse in digitum Statuæ Virginis Mariæ cum voto se ei consecrandi, & servata castimonia eamdẽ desponsandi. Hoc dicto Statuæ digitus inflexus est, & retinuit annulum, non sine spectantiũ admiratione incredibili: Et quidem merito: quid enim benignius? quid amãtius? quid suavius? sed tamen vide immanẽ adolescentis ingratitudinẽ; quippè ipse non tam voti immemor, quam & Virginis beneficij, & sui in ipsam officij contẽptor; coniugem imprudenter, & perfide accepit: debuerat sanè, & ipse à cœlesti Sponsa contemni, vt post desideria sua ambulans infeliciter periret: at enim verò benignissima Domina beneficio malefactum rependens ipsamet nuptiarũ nocte minaci vultu ei appareus terribiliter admonuit: tantũ non dicens. Dissimulare ne etiam speraſti perfidè tantum posse nefas? Nec te noster amor, nec te data dextra quondã à mundano coniugio deterruit? Qua Deiparæ admonitione, & interiori illustratione statim ille in bonam frugem se recepit; & sæculo, & acceptæ vxori repudij libellum mittens ad eremum profugit; & in eo sanctè vitam peregit.*

Adiungimus his exemplis aliud de annulo, quod ad rem salutaris incantationis videtur pertinere *ex Annuis anni 1612. referentibus in agro Bohemico esse templum Virginis, quod vocant* Brandeis. *Vbi ex veteri ritu solent fideles annulos ex digitis exstractos offerre Deiparæ. Adfuit aliquando nobilis adolescens hæreticus, qui istum morem cum dicterio irrisit: & domum reversus gravissimo animi angore, corporisque tremore cœpit perurgeri diris conscientiæ stimulis irrisionis suæ compunctus. Quare conscenso equo ad ædem Virginis iter remetiens advolat, & eximium annulũ, quem dono acceperat ab Episcopo Ratisbonensi Deiparæ offert; A qua liberalius oblata sibi dona remunerante, nec in benefaciendo vinci patiente; efficax propositum amplectendi fidem Catholicam accepit.*

MARIA Sapiens hominum Advocata; quæ ipſis inimicorum animæ dæmonis, mundi, & carnis fraudes detegit, & eorum animos contra eas munit.

ADNOTATIO VII.

I Llud notantiſsimè in Advocatæ noſtræ patrocinio, & favore, quo ſuos tuetur, & in viam ſalutis dirigit; quodque ijs, quæ modo diximus proximum eſt; maximè obſervandum; quod vt ea, quæ ſuis ſalutaria proponit, facilius apud eos locum habeant; cuncta quæ adverſantur, & ab Adverſario deceptore objiciuntur propulſet; malignas illius artes, & fallacias detegens; & ipſum tanquam malefi-cum; illuſorem, qui faſcinare velit vera bona, & innocentes oculos decipere manifeſtè traducens. Nimirum Salomone monitore Sapientiæ 4. v. 12. *Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona: & inconſtantia concupiſcentiæ tranſvertit ſenſum*: vbi cum Græcè pro *nugacitatis*; ſit vox, quæ ſignificat *vilitatem, ineptias quiſquilias*, proprijſsimè verò *parvitatem*: contra verò voci *bona*; reſpondeat illa, qua ſignificantur *ea, quæ pulchra, & verè formoſa ſunt*; valdè opportunè ſapiens ea phraſi faſcinandi occurrit perplexæ illi dubitationi, qua cordatus quiſque ambigit; quid ſit, quod in negotio ſalutis æternæ, quo nihil maius, & pretioſius quidquam poteſt excogitari; res viliſsimæ nugaces, & infimæ parvitatis; bona virtutis, quæ reapſe pulchra, & formoſa ſunt adeò obſcurare, & obfuſcare valeant, vt illis prævaleant; & veris contemptis, falſa pluris fiant, & eligantur? Sicuti ad miſerandum Iſraeliticæ plebis lapſum, vehementer mirabatur Philo lib. 3. de vita Moyſis: *Repente cæcatum eſſe totum populum, qui paulò ante perſpicatior, ſapientiorque fuerat omnibus alijs gentibus; deinde vaniſsimam fabulam potuiſſe tantam lucem veritatis exſtinguere, quæ nec Solis, nec vniverſorum ſyderum obſcurari poteſt deliquio*: cum reapſe Critolai libra, quam memorat M. Tullius, omninò præponderare deberet dicente illo Tuſculana 5. *Quo in loco quæro, quam vim habeat libra illa Critolai? qui cum in alteram libra lancem animi bona imponebat, in alteram corporis externa tantum præponderе illam boni lancem putat, vt terram, & maria deprimat.*

Subſiſtit ergo Salomonis aſſertio: *Faſcinatio nugacitatis obſcurat bona*: quæ ſic effert P. Delrio agens de faſcinatione lib. 3. diſquiſitionum magicarum part. 1. quæſt. 4. ſectione 1. *Hoc voluit Sapiens, nos à vilisſimis, & minimi prætij quiſquilijs terrenis, ſic præſtringi, & ludificari, vt ad vera bona prorſus cæcutiamus, vt bona pro malis: mala pro bonis habeamus, terrena cœleſtibus, ſempiternis interitura præferamus* Huic quidem malo initium dante prima muliere; quam malus ſerpens faſcinavit: *hæc prima mali labes*: quippè à Deo ſub ſevera mortis comminatione obteſtata, ne de fructu arboris ſcientiæ boni, & mali comederet: itidemque Spiritu Dei communita: *Nam inſpiravit in faciem hominis* Dominus *ſpiraculum vitæ*, Geneſ. 2. verſ. 7. monête Ambroſio ad ea verba in enarratione in Geneſim. *Nunc intelligo, qua cauſa Dominus Deus inſufflavit in faciem hominis; ibi enim ſenſus omnis: ibi ſedes, atque illecebra delectationis in oculis, auribus, naribus, atque in ore, vt ſenſus noſtros adverſus delectationes fortiores faceret: & tamen cum vidit mulier, quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile*, Geneſ. 3. verſ. 6. tam ipſa, quàm vir eius, faſcinatione nugacitatis oculos, & animos obſcurante, à voluptatis delectatione allecti mala pro bonis habere, & terrena cœleſtibus, interitura ſempiternis præferre non dubitaverunt. Tanta faſcini nugacitatis noxia, & læthalis vis eſt: ſcitè id expendente S. Gregorio Nyſſeno orat. de SS. Quadraginta MM. *Fructus ligni (quid miſerius? quid vilius?) ligni fructus coloris quadam bonitate, & ſuavitate ſaporis commendatus, effecit, vt amœnitas, atque commodi-*

tas

Sap. 4. v. 12.

Gen. 2. v. 7.

Gen. 3. v. 6.

Tullius.

P. Delr.

Nyſſen.

Philo.

tas paradiſi parvi fieret, & negligeretur: A *Quid dicit Scriptura de Eva (provehor enim longius, etiam quam res poſtulat percurrere facta primorum parentum:)* Vidit (*inquit*) quod eſſet oculis, & guſtu pulchrum, & maturum, *deinde illorum fructuum gratiam, atque illecebram cũ paradiſo commutaverunt:* Hæc Nyſſenus. Nec minus eleganter, & *Ambroſ.* opportunè Ambroſius in enarratione de arbore interdicta tomo 1. vbi cum dixiſſet: *Stetit homo inter Deum factorem, & diabolum deceptorem: nam Deus mortem minatur, ſi arboris fructus tangatur: diabolus deos futuros eſſe promittit, ſi arbor illa violetur:* Subijcit: *Appetita eſt tandem venenoſa dulcedo mortis, & contempta eſt ſalubritas perpetuæ vitæ.* Sic Ambroſius.

3 Vidiſti primam mali lubem: inde catenatam, vſque in præſens faſcinationum mala animadverte ex Propheta Nahum cap. 3 à verſ 1. Mundum, & quæ in eo ſunt in imagine civitatis Ninivè graphicè depingente: *Nahũ 1 à v. 1.* *Væ civitas ſanguinum, vniverſa mendacij, dilaceratione plena: non recedet à te rapina.* quæ de mundi conditione, & genio tum ex ipſa voce Ninive, quæ ſignificat *pulchra* eadem ſignificatione, quam habet Mundus, qui & ob munditiem, ſic appellatur, & Græcè dicitur *Coſmos*, ideſt, *pulcher, & elegans:* tum ex Gloſſæ commentario capienda ſunt: Sic enim ibi: *Gloſſa.* *Mundus qui in maligno poſitus linguis ſuis homines interficit Civitas ſanguinum dicitur; qui eſt mendax perverſitate doctrinarũ, quibus multos dilacerat, & rapit: In mundo etiam eſt vox flagellorum, ideſt, tribulationum, quibus iuſti afflicti clamant, quãdo alius ira, alius libidine, alius odio, vel invidia torquetur: eſt in mundo etiam impetus rotæ, cum homines ignari vbi ſalus, vbi periculum, huc, & illuc diſcurrunt, &c. eſt & quadriga fervens, quæ cum Pharaone ſubmergitur, quæ quatuor equis trahitur, ideſt, quatuor animi paſſionibus: vnde: Hi cupiunt, metuuntque, dolentque, gaudentque:* Hæc Gloſſa: Iam obſerva, vnde hæc malorum labes adveniat: ſubijciente ſtatim Vate: *Propter multitudinem fornicationum meretricis ſpecioſæ, & gratæ, & habentis maleficia, quæ vendidit gentes in fornicationibus ſuis, & familias in maleficijs ſuis.* Sed quid portendit, meretricẽ hanc, *Verſ. 4.*

gratam, & ſpecioſam eſſe? reſpondet Theophylactus ibi: *Quod excellentiæ gloriæ, opum, aliorumque bonorum cauſa præclara ſit, nec paucis amabilis, & vrbanis rebus exuberet.* Iam quæ tandem hæc bona, quæ habet, & offert, audi: *habẽtis maleficia:* ſive vt legunt LXX. *dux maleficiorum:* vt omninò innuatur, *faſcinario nugacitatis;* quæ bona nullo modo vera, & ſolida, ſed plena doli, atque fallaciæ offerat; quibus oculis noſtris illudat: fuerit verò operæpretium, vt illuſtris locus, illuſtrior fiat. audire Sanctum Pagninum in Lexico in radice *Caſaphar* ex Hebræorũ doctiſsimis vocem *maleficia*, ſic explicantem: *Rabbi Abraham dicit: Sephim à radice Caſaphar, præſtigium inde præſtigiator, qui eſt levis, ideſt, agilis manibus ſuis, qui tenet oculos: eſt enim præſtigiator, qui circumſtantibus ita oculorum aciem præſtingit, ideſt, valdè ſtringit, claudit, obtenebrat, vt non advertat dolum, vt res aliter videri faciant, quam ſint: vnde præſtigium, incantatio, deluſio, falſa oſtẽtatio.* Et ſtatim: *Rabbi Abraham ſcribit in commentarijs, quod malefici aut præſtigiatores ſunt, mutantes aliquid naturale ad adſpectum oculi, res, ſcilicet, naturales aliter obijcientes, quam pro ipſarum natura.* Hæc omnia Sanctus Pagninus. *Theoph.* *LXX.* *Pagnin.*

Ecce tibi mundi ingenium ſub perſona meretrices habentis maleficia graphicè depictum: qui videlicet impoſtor, præſtigiator, atque incantator ſit, dum ſæculi bona, quæ Ioannes, ſic enumeravit ep. 1. cap. 2. verſ. 16. *Omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorũ, & ſuperbia vitæ, quæ non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt:* aliter oculis noſtris obijciat, quam pro ipſorum natura: de quo pulchrè gentilis Seneca epiſt. 115. caſtigans noxiam inſipientiam noſtram, qui ſcientes, & libentes faſcinari, & decipi gaudemus: *Miramur parietes tenui marmore inductos: cum ſciamus quale ſit, quod abſconditur oculis noſtris imponimus, & cum auro tecta perfundimus, quid aliud quàm mendacio gaudemus? Scimus enim ſub illo auro fœda ligna latitare. Nec tantum parietibus, aut lacunaribus ornamentum prætenditur: omnium iſtorum, quos incidere altos vides, bracteata felicitas eſt: inſpice, & diſces ſub iſta tenui membrana dignitatis,* 4 *1. Ioan. 2. v. 16.* *Seneca.*

quan-

quantum mali lateat: Ita ille: Pende Verò faſcini virus, dum hiſce nugis hominum libertas, & quod caput eſt anima ipſa deperditur: benè ſiquidem ad ea verba, *quæ vendidit gentes*, & familias in maleficijs ſuis obſervat Ribera: *Vendere ſive venundare ſignificat libertatem alicui adimere, atque alteri in poſſeſſionẽ traderet: id enim quod venditur, penitus tranſit in poteſtatem ementis*, Deuter. 32. Nonne ideò, quia *Deus ſuus vendidit eos*, Iudith 7. *Propter hoc vendidit nos Deus in manibus eorum*. Sic Ribera, vnde inibi Gloſſa, *eſt autem in Niniue meretrix ſpecioſa, & grata, quæ ad amorem ſui pæne cunctos diuerſis maleſtijs trahit: Hæc vendit gentes in fornicationibus, dum amore temporalium, & tædio bonorum, qui fuerant membra Chriſti, fiunt membra meretricis.* Hæc Gloſſa: *Nonne venditum*, & ſeruituti miſerrimæ obnoxium dixeris Dauidem totos novem ad minus menſes artiſsimis peccati vinculis religatũ, quin de ſua ſalute cogitans, vel tantillum ad ſuperna oculos elevaret, cui, *nec ſpes libertatis erat, nec cura peculij* faſcino in oculis eius prævalente, donec caſtigatus à Nathã dixit: *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco*, Pſalm. 50. verſ. 5. preme *ego cognoſco*; & ſi ambigis: quare dixerit ſe tunc cognoſcere, quaſi non antea cognoviſſet homo alioqui ſciens, & prudẽs? occurrit opportunè Agellius in commentario *impetu quodam, & æſtu concupiſcentiæ raptus animus, quantum mali perpetraret non agnoſcebat, & velut faſcino, quodam voluptatis conſopitus erat*: Heu! Sed quam appoſitè exclamat Venerab. Drogo Hoſtienſius ſer. de Dominicæ Paſsionis Sacramento Domino ſuggerens. *Quam cito claditur oculus, ne te videat, collabitur pes noſter in hoc maremagnum, & ſpatioſum manibus, vbi ſunt reptilia; quorum non eſt numerus, quæ ſomniorum ſuorum phantaſijs intentam ludificant animam, & trahunt in cor maris*: Sic Drogo obſerva hæc *ſomniorum phantaſijs intentã ludificant animã*. Quid nãque fuerit à ſomniorum phantaſijs animã alioqui intentã ludificari? quam veneficis præſtigijs oculos faſcinari, vt quod coram oculis habet non videat, imò verò, quod ante oculos nõ habet, videre ſe exiſtimet, & mala pro bonis habeat.

Deut. 32

Iudith 7 Gloſſa.

Pſal. 50 v. 15.

Drogo.

Sed qui mundi maleficia, præſtigias, & incantationes, tam longè ſumus proſecuti opportuna, iam contra hæc remedia; & bonum incantatorem cõtra malum videamus, itidemque Mariam præſtantioribus artibus animas demulcentem, & incantantem: Quare primum obſerva præſtigias illas, & incantationes Ægypciacas, quibus Magi Pharaonis Moyſi ſeſe inverecundè oppoſuerunt; ſimilia, ac ille prodigia facere conati, nec gravabor penſiculatius id referre, atque expendere: Ergo cum Sacer Scriptor dixiſſet. *Tulitque Aaron virgam coram Pharaone, & ſervis eius, quæ verſa eſt in colubrum*, ſubijcit ſtatim: *Vocavit autem Pharao Sapientes, & maleficos, & fecerunt etiam ipſi per incantationes Ægypciacas, & arcana quadã proiecerintque ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones*: vnde Paulus 2. ad Titum 3. verſ. 8. hos magos, (quos nobis ipſe ſolus de proprijs nominibus cognoſcendos dedit) Moyſi reſtitiſſe, ſic affirmat: *Quemadmodum Iames, & Mambra reſtiterunt Moyſi; ita & hi reſiſtunt veritati*: ſapienter affirmans Apoſtolus hos magos Moyſi reſtitiſſe, quod nugacibus præſtigijs vera illius prodigia obſcurare, ac proinde divinæ virtutis, vim eludere conati fuerint: Ad cum quidem modum, quo *faſcinatio nugacitatis obſcurat bona, & inconſtantia concupiſcentiæ tranſvertit ſenſum*: itidemque Ninive *meretrix ſpecioſa, & grata vendit gentes in maleficijs ſuis, & ſomniorum ſuorum phantaſijs intentam ludificans animam*: Verum enim verò, vt pergit Apoſtolus *vltra non proficient: inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus: ſicut & illorum fuit*. Sed qua ratione inquis manifeſta magorum inſipientia fuit? Pergit Sacer Scriptor ibi v. 12. *Sed devoravit virga Aaron virgas eorum*. Quod Philo lib. *de vita Moyſis*, ſic egregiè diffundit: *Cum ſuam quiſque virgam proiecisſet multi dracones circa primum illum volvebantur ſinuoſis orbibus: at ille arrecta cervice immanique hiatu non aliter, quam obiectos piſciculos circumquaque poſitos abſorbuit, atque ita deglutitis in priſtinam virgæ naturam redijt*. Hæc Philo. Iam quid hæc portendant; aut quorum ſint ænigmata facilè addiſces ex PP hæc Chriſto

5

Exod. 7 v. 11.

2. ad Tit. 3. v. 8.

Philo.

Domino, & Deiparæ accommodantibus; quod incantationum mundi doloſas præſtigias, & venena evacuent, & ipſius fallacias hominis aperiant, & noxia maleficia ſalutari incantatione deludat: audi Ambroſium lib. 4. Hexameron cap. 8. ſic monentem: *Multi tentant Eccleſiam: ſed magicæ artis camina ei nocere non poſſunt. Nihil incantatores valent, vbi Chriſti Canticum cottidie decantatur: Habet incantatorem ſuum Dominum Ieſum, per quem magorum incantantium carmina, & ſerpētum venena vacuarit, & ipſe ſicut ſerpens exſaltatus devorat colubros Ægyptiorum. Ferale licet carmen murmurer, hebetatur in Chriſti nomine.* Sic Ambroſ. *Ambroſ.*

6 Obſerua illa *habet incantatorem ſuum Dominum Ieſum*: illum, ſcilicet, de quo David, Pſalm. 57. verſ. 6. *Venefici incantantis ſapienter*: ſive vt legunt Aquila Symmachus, & Theodozion: *docti incantare incantationem*, qui nimirum maleficia, & incantationes mundi deludat, & animarum ſibi addictarum aures ſapientibus monitis, & artibus auxiliorum gratiæ adverſus venenata carmina communiat: Qui quidem ſenſus eſt promiſionis illius ab Sponſo animæ, ſibi devotæ factæ: *Murenulas aureas faciemus tibi*, Cant. 1. verſ. 11. quibus verbis tum ſpiritualia aurium ornamenta opportunæ, ſcilicet, & congruentes inſpirationes ſignificantur, vt inquit Bernardus, tum etiam alluſio fit ad murenæ piſcis imaginē, ſic inibi adnotante Philippo Abbate, quæ perfectæ *obedientiæ charitatis* (de qua Petrus epiſt. 1. cap. 1. verſ. 22.) typus eſt quippè Ambroſius lib. 5. Hexamer. cap. 7. de ipſa viperæ ſibilo obediente inquit. *Murenæ maritimæ notam ſibi requirit conſortium* (vipera) *progreſſaque ad littus ſibilo teſtificata præſentiam ſibi evocat: murena autem invitato non deeſt*, &c. Ecce tibi à ſapiente incantatore incantatas, & eluſas incantationes malas; dum illæ beneficio, & ſalutari ſibilo eluduntur: promittente Domino *ſibilabo eos, quia redemi eos*, Zachariæ 10. verſ. 8. vbi Ribera Verbum *ſibilare* effert, *exiguo, & pœne inſenſibili ſono evocare*: & Galfridus in allegorijs Gotfridi Tilmani explicat, *quaſi ſolo Sibilo opus ſit, non prædicationis tuba*: Ea verò huic ſibilo epitaſis ineſt, quæ invenitur in verbis Plinij lib. 32. cap. 2. *Licinius Mater murenas tantum fœminini ſexus eſſe tradit, & concipere è ſerpentibus ob id ſibilo à piſcatoribus, tanquam ſerpentibus evocari, & capi*: Vt perinde ſit *ſibilabo*, ac *murenulas aureas faciemus tibi*, vt bono ſibilo malus incantatoris ſibilus excludatur, imò, & eludatur verſio beneficio in beneficium; dum detectis inimici fraudibus, & technis, vni Deo præſtetur auditus, & obedientia, malis incantationibus excantatis; atque deluſis. Quod vel in pſeudopropheta illo Baalam obſerves, cum Theodoreto, quæſtione 40. in Numeros, qui cum à prophano Rege ad maledicendum populo Dei evocatus in flagitium, & gladium præceps ruerer, à Deo ſibilo præoccupatus benedictionem pro maledictione, & pro crimine egregium opus exhibuit; & qui falſos deos, ſive dæmonem conſulerat à vero Deo edoctus ſalutare reſponſum accepit, & dedit: Sic enim ibi Theodoretus. *Ille quidem non verum deum interrogabat, reſpondit tamen ei Deus, non is, qui rogatus fuerat, ſed quem ignorabat.* Ita Theodor.

7 Nec omiſerim, quamvis longior videar id confirmare verbis, Iſaiæ 3. verſ. 20. quibus Deus Hieroſolymitanis infenſus, murenulas, & inaures ab illis fore ablaturum, ſic minatur: *Pro eo quod elevatæ ſunt filiæ Sion, & ambulaverunt extento collo, &c. auferet Deus ornamentum calceamentorum, & murenulos, & olfactoriola, & inaures*: Vbi maximè notanda Hebræa vox *lachaſim*, quæ voci *inaures* reſpondet à verbo *laſach* de quo, ſic Sanctes Pagninus in Lexico: *Significat muſſare, & ſummiſſa, & occulta voce loqui, & conceptis verbis, quod animo conceperis ea arte proponere, vt obtineas, & evincas, vt vnctores ſolent incantatores, & exorciſtæ: vnde ad incantatores refertur*: Pergit Pagninus ad rem noſtram, & dum ex hoc verbo Hebræo deducit nomen *inauris*, ideò deduci inquit, quod ornamentum auris ſit, cuius eſt *audire muſſitationem, ſive incantationē*: deinde verò, eamdem inquit eſſe vocem, qua eodem Iſaiæ cap. verſ. 3. minatur etiam Dominus ſe ablaturū à Hieruſalem *prudentem eloquij myſtici*, quod ipſe effert *intelligentem locutionis occultæ*:

Plin. *Theod.* *Iſaiæ 3. v. 20.* *Pagnin.* *Iſaiæ 3.*

Philipp. Abb. *Z char. 10. v. 8. Ribera. Gotfrid.*

cultæ : Ex quibus omnibus liquido conſtat ; murenularum ſive auriummunus, quod animis ſibi gratis Deus pollicetur, & quod iis, quibus infenſus eſt denegat, perinde eſſe, ac ſuaviter, & efficaciter ad cor loqui, & animum ſic illuſtrare, vt falſas mundi præſtigias cognoſcat ; & vera virtutis bona amplectatur, vt tanquam ſapiens incãtator, quidquid velit obtineat, atque evincat : Iam verò hæc accipe à Hieronymo ibi, qui dum legit *auferam prudentem eloquij myſtici, ſive incantatorem* (ſic enim legit Theodozion probatus Hieronymo) ad ſapientem verbi Dei præconem, ſic refert : *Incantator in Eccleſia eſt vir eruditus, & exercitatus, tam in lege, quã in Evangelio, & Apoſtolis, qui poſsit ſingulas animi perturbationes ſua ſanare doctrina, & ad ſtatum mentis reducere; dum & ſcortator recipit caſtitatem, & ganeo frugalitatem, & quondam avarus dat eleemoſynam* : Hæc Hieronymus: Enim verò hac divina medendi, ſeu incãtandi arte primævos Chriſti diſcipulos hominum ſaluti occurriſſe, & medicinam præſtantiorem ipſorum morbis ſpiritualibus curandis exhibuiſſe ſic à Philone Hebræo tradit Euſebius lib. 2. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 16. *Profitentur Eſſeni* (de hoc nomine appellabat ille Chriſtianos) *medicinam præſtantiorem, quam ſit illa vulgata per oppida omnia: hæc enim medetur ſolis corporibus: illa & animos liberat morbis gravibus, & adverſus medellas contumacibus, quos irruere fecerunt voluptates, dolores, timores avaritiæ, inſipientiæ, iniuſtitiæ, & cæteræ perturbationes, vitiorumque agmen innumerabile*: Hactenus Philo. Nec dubium, quin hæc omnia depeculiaribus Dei inſpirationibus, & auxilijs, quæ ipſe media miniſtrorum ſuorum voce impertitur capienda ſint : Nam *neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus*, 1. Cor. 3. verſ. 7. Ergo quod de magorum veneficijs, & incantatione, dixit ille.

Fervet avaritia, miſeraque cupidine pectus
Sunt verba, & voces, quibus hunc lenire dolorem
Poſsis, & magnam morbi deponere partem

Hieron. — Philone — 1. Cor. 3 v. 7.

Veriſsimè, & opportuniſsimè Divino incantatori, & Mariæ interventioni apraveris. Nec minus appoſitè, quod de auribus Æneæ Dei munime contra Didonis illecebras cuſtodis excogitavit magnus poëta : nam cum dixiſſet de Anna ſorore ea de re illum, cum fletibus orante.

Talibus orabat, taleſque miſerrima fletus. — Virgil.
Fert, refertque ſoror; ſed nullis ille movetur
Fletibus, aut voces vllas tractabilis audit

Subijcit ad excuſationem mitiſsimi animi Æneæ.

Fata obſtant, placidaſque viri Deus obſtruit aures

pulchrè adſtruẽs placidas quidem illi, & pronas alioqui precibus illis aures eſſe, ſed quas Deus monitis, & inſpiratione obſtruens intractabiles fecerat adverſus Syrenis blanditias, vt proinde non humanæ, ſed divinæ virtuti egregium illud facinus foret adſcribendum. Sed eamus ad Deiparã.

EXEMPLA.

FVerit illud opportunum exemplum pro divina Virginis Mariæ in detegẽdis inimici technis, & fraudibus ſolertia, quod de S. Vincentio Ferrerio Sanctitate, & prodigijs mirabili refert Surius die 5. Aprilis: *Nempè cum ille multas gratias, & viſitationes ſpirituales à Deipara accepiſſet, & per eamdem à difficillima dæmonum aſtutia ſæpius fuiſſet liberatus, ſignatè cum aliquando Vincẽtius ſuam virginitatem Deiparæ commendaret, delapſa vox ad eum fuit: Non omnes poſſumus eſſe virgines: Hærenti & anxio ſpectandam ſe Deipara præbuit, & delapſam vocem ab inimico eſſe docuit: ſperaret in Domino; quamvis enim impugnaretur, hoc bellum in bonum ceſſurum ſperaret in ſe, & in Deo.* — Surij.

In annuis litteris Societatis anno 1604. habetur : *Beneventi : quemdam Zelotypiæ furijs in coniugem agitatum conſuluiſſe dæmonem, vt verum reſciret; dæmonemque illi de coniuge, quæ in Deiparæ honorem cottidie Roſarium, & bis ieiunabat in hebdomada; fuiſſe locu-*

tum

tum mendacia, & nefaria: Beatam verò A
Virginem miseratam vtriusque coniugis miseriam virum in somnis arguisse, & certiorem reddidisse de integritate coniugis: id auxilium à Deipara ob devotionẽ in ipsam obtinentis.

Sed id magis mirandum, quod in Annalibus Cappuccinorum ad annũ 1552. num 69. refert Boverius de quodam Advocato, *cui dæmon in simiæ specie multimoda obsequia præstabat: nã mensam sternebat, mantilia crispabat, calices, & cyathos lavabat, orbes in suis* B *locis collocabat, fores venienti aperiebat, & similia multa. quæ omnia inscienter narravit Advocatus ille P. Matthæo Baslo Cappucinorum generali viro omnium virtutum: qui divino ductus spiritus simiam ad se adduci iubet, imò verò ad reluctantem progreditur; & adiurat in nomine Dei, vt quis sit, edicat: fassa illa est se dæmonem esse, animam Advocati in* C *tartara rapturum, si vel semel ante somnum prætermisisset Deum, ac Deiparam invocare. Quo dicto non ante abijt, quam signum fugæ suæ foramen in pariete daret, & sic Advocatum meliora spondentem, & de Virginis auxilio sibi merito gratulantem liberrimum reliquit.*

Noster Ioannes Franciscus Carretonius Scriptor optimæ fidei, & exquisitæ elegantiæ in Annuis litteris Societatis anno 1592. sub finem Missionum Provinciæ Lusitaniæ hoc refert. *In agro Eborensi duo Sanctæ Virginis effigie impressa numismata Senatori cuidam ex diuturno morbo in delirio versanti, memorabile sanè dederunt præsidium contra dæmonis fraudes. Cum enim* D *ob lucida, quæ nonnunquam habebat intervalla relictus esset solus à suis, hunc dæmon adorsus est, & primo instigavit, vt in viam lapide stratam se præcipitem ex alto proijceret, sed sic præceps deiectus non læsus est: ergo rursum dæmon instigat,* E *& specie humana illi iterum apparens vrget, vt sese profundum in puteum immergat; sed super aquam Numismata sustinent, & Deipara iuvans conspectu suo exhilarat, donec post duas horas exstractus, exinde est cupidissimus Deo, & Deiparæ placendi liber ab insania, & à pristina ægritudine, atque à præsenti periculo.*

CONTINVATIO eiusdem argumenti.

MARIAM Sapientem Advocatam, quæ vt homines salvet contraria veneficia per contraria sanat.

ADNOTATIO VIII.

SEd iam tandem ad Mariam Sapiẽ- 1
ter animos incantantem, & præstigias ab illis excantantem stylum convertamus: & verò hac ratione virgã Aaron, quæ magorum virgas devoravit, & omnem Ægypti sapientiam, & incantationes eluſit merito Mariam appellant PP. Audi primum Venerab. Absalon Abbas serm. 31. de *Assumptione Virginis*, sic loquẽtem. *Virga quoque Moysis per quam fecit signa in Ægypto Maria est; per eam enim Deus fecit miracula in mundo, è quibus vnum de maximis est, quod versa in colubrum dracones Ægyptiorum devoravit, quia cum de se Christum in similitudinem carnis peccati genuit, omnia crimina, omnes hæreses impiorum, quæ Ægypto huius mundi illudebant, cum virtute prolis tum exemplo suæ sanctitatis delevit:* Ita ille: Benè quidem *omnia crimina delevit*, quæ salutaribus sibilis fidelium aures communivit: mundi suggestionibus eas obstruens, & Divinis inspirationibus aperiens: In quem quidem sensum optimè inflexit Richardus à S. Laurentio lib. 2. de Laudib. Virginis sub titulo *Maria comes* egregia Salomonis verba de Dei Sapientia, itidẽque de Deipara, Sapientiæ 8 vers. 9. vbi cum dixisset: *Proposui ergo hanc adducere mihi ad convivendum, sciens, quoniam mecum communicabit de bonis:* Subijcit: *& erit allocutio cogitationis, & tædij mei*, vbi primum obiter observa pro ijs verbis *mecum communicabit de bonis* Græcè haberi, vt legit Ianse-

Absalon Abbas.

Rich. à S. Laur. Sap. 8. v. 9.

Ianſen.

nius:

nius: *Erit mihi consultrix bonarum rerum*: Quod opportunè de Maria accipimus, cum eodem Richardo, de ipsa capiente Dominum apud Ieremiam 15. vers. 19. *Si separaveris pretiosum à vili, quasi os meum eris.* Sic enim ille eodem lib. part. 2. *Maria, cum sit quasi os Domini (Ierem. 15.) pretiosum separat à vili, animam, scilicet, à dilectione mundi*: quippè quæ sustudiosis inter vtenda, & fruenda intimo quodam mentis sapore discernere doceat, vt transitoriè, & ijs duntaxat, quæ ad vitam transigendam necessaria curent, æterna autem desiderio amplectantur æterno, nimirum virtuti studiosissime operam navando bonisque actionibus constanter inhærendo. vt dicere valeant *ordinavit in me charitatem*, Cant. 2. vers. 4. Quam ratiocinationem apud Bernardū ser. 50. in Cant. invenies.

Illud verò omninò è re nostra est: quod dixit Salomon, *& erit allocutio cogitationis, & tædij mei*: quæsitis quidem, & significantibus vocibus: nam *cogitatio ibi* Græcè (si advertis) non significat qualem cumque cogitatū, sed *cogitationem anxiam, sollicitam*: itidemque *dubitationem, qua mens hinc illinc que distrahitur, & quam more fluctuum variæ cogitationes hac, illac impellunt*: quod non solùm capias, cum *inter virtutis, & vitia medius quis fluctuat*, vt inquit Hieronymus in cap. 51. Isaiæ vers. 20. sed cum vitium hominem reddit inconstantem: nam Seneca auctore lib. de tranquil. animi cap. 2. *Vnus effectus vitij displicere sibi*: & epist. 20. *Maximum indicium malæ mensus est fluctuatio, & inter simulationem virtutum, & amorem vitiorum assidua iactatio*: *Sic maximè coarguitur animus imprudens, alius prodit, atque alius, & quo turpius nihil iudico, impar sibi est*: & indidem. *Modo frugi tibi videbimur, & graves, modo prodigi: & vani: mutamus subinde personam, & contrariam, & suminus, quam exuimus*: vnde sapiens eumdem sensum amplificans subijcit, *& tædij mei*: voce gæca *lipes*, quam vertas: *doloris animi, molestiæ, ægritudinis, tristitiæ, detrimenti, mœroris exsiccantis, macerantis, & lædētis corpus, animumque in lachrymas, gemitusque solventis*: Quæ omnia cogitationibus illis anxijs, & dubitationibus animum distrahentibus adiuncta sunt: ideò præfato loco libri *de tranquilitate animi* Seneca exprimēs ipsam vocem *tædij* inquit: *Omnis in eadem causa sunt; & ibi, qui levitate vexantur; ac tædio, assiduaque mutatione propositi; quibus semper magis placet, quod reliquerunt: & illi qui marcent, & oscitant*: Quibus verbis, & sensui mirè quadrat accurata vox *allocutio* ad significandum sermonem, qui levandi, & minuendi alieni doloris gratia habetur, vt ex plurībus auctoribus Latinis ostendit Lorinus ibi, quibus adiunge Agrestem insignem Grammaticum inter hæc verba, sic distinguentem: *Vt loqui est hominis; eloqui Oratoris: obloqui obtrectatoris: sic alloqui est suadentis, hortantis, & blandientis*: à qua significatione, non it ille Canticorum locus, in quo de sponsa in matrimonium locanda; qui quidē sermo fœminis gratissimus esse solet, dicitur *in die quando alloquenda est*, Cant. 8. vers. 8 Cui imagini illa subest ad rem nostram epitasis, quod in alloquijs de matrimonio, sive simulationis, sive dissimulationis; extenuationis, sive amplificationis aliquid doli esse soleat: quò non absre referas, quod de dando colore deformibus, suasionibus monebat Quintilianus. *Si quis bono inhonesta suadebit, meminerit, non suadere tanquam inhonesta (vt quidam declamatores Sextum Pompeium ad pyraticam propter hoc ipsum, quod turpis: ac crudelis sit impellunt) sed laudus illis deformibus color, idque etiam apud malos, neque enim est quisquam, tam malus, vt videri velit*: Sic ille lib. 3. instit. orat. cap. 10. Quibus adde allocutionem itidem signatè referri ad consolationem; quæ allocutio, cū corde est frasi Hebræa, & Syriaca: nam Ioann. 11. vers. 19. vbi de Domino dicitur, *vt consolaretur eas de fratre suo*, Lectio Syriaca habet: *Vt loqueretur cū corde earum propter fratrē suum*: & 1. ad Thessalon. 2. vers. 12. *deprecantes vos, & consolantes*: Syriaca Lectio: *loquentes eum cordibus vestris*, & cap. 5. vers. 14. *Consolamini pusillanimes* Syriacè *condificate pusillo animo*: & 2. Reg. 13. vers. 2. *Facere sorbitiunculas*, sive *cordialia* ad reficiendū, & erigendū animū iacentē, & pro mœrore pœne exstinctū; Hebræa habēt *cordificare*.

Ier. 15. v. 19.

Cant. 2. v. 4. *Bernar.* 2

Hieron

Agrestis

Cant. 8. v. 8.

Quint.

Ioan. 11. v. 19.

Thessal. 2. v. 12. *Lect. Syriac.*

2. *Reg.* 13. v. 2.

3

Vide iam ex his, quam opportunè inducatur à Salomone Deipara *allocutio cogitationis, & tædij*: anxijs, ſcilicet, cogitationibus, & perplexis dubitationibus occurrens: itidemque tædio, & animi ægritudini blandiſſimâ, & opportuniſſimâ medicinâ adhibens: nutantẽ fulciens, vacillantẽ, & lapſantẽ confirmans, mœrentẽ recreans, deſperabundũ animans, pœne exſtinctũ præanimi debilitate, & carnis fragilitate cordificans, & ad futuras cũ Filio ſuo nuptias ineundas alloquẽs, & invitãs, virtutis ſuavitatẽ repræſentans; aſperitatẽ abſcõdens, ac dæmun velut blãda nutrix, aut indulgentiſſima mater, quæ filio, vt quietẽ, & ſomnum conciliet, lac præbet, ſic blandicijs, & benignitate animũ lactat, & delinit, vt ſæcularium voluptatũ, & mundi rerũ oblivionẽ inducat. Hęc pœne omnia complectente Richardo lib. 1. de Laudib. Virg. ea verba Deuteronomii de benedictionibus Zabulõ, & Iſſachar cap. 33. v. 19. *Qui inundationẽ Maris quaſi lac ſugent, & theſauros abſcõditos arenarũ*: quæ dum Mariæ accõmodat obſervat ipſam eſſe Mare inundans, & proprios limites excedens; quæ & iuſtos, & peccatores ſuavitate lactis, & inſpiratione paſcit, quo *ipſi ab vberibus conſolationis replẽtur*: Sic enim ille primũ: *Dicitur etiam Maria mare amarũ, ſicut dicit Beda, ideò quod mare, ideſt, mundum per gratiã ſuam nobis amaricat, & vniverſas mundi delitias convertit in amaritudinẽ de ſe fideliter cogitanti, & inũdationes amaritudinis ſuis imitatoribus dulces facit reputari*: Deinde hærens imagini inundationis maris ſubijcit: *Inũdationes Maris, quaſi lac ſugent imitatores Mariæ. Proprior enim alveus huius maris ſanctitas eſt, & ſi tantũ ad ſanctos reſpiceret, in ſuo alveo claudereetur, ſed pervenit in eam Spiritus Sanctus, vt eam faceret inundare. Inundat autẽ quaſi propriũ excedens alveum, cum ipſa licet ſine peccato, nihilominus tamen peccatoribus condeſcendit; quæ inundatione, tanquam lacte ſuos paſcit: Et hæ inundationes, illæ ſunt emiſſiones paradiſi, de quibus agitur Cant. 4.* Hactenus Richard. Ecce tibi Deiparam iuſtis faventẽ, & peccatoribus condeſcendentẽ, imò & bono dolo lactantẽ abundantia pietatis ſuæ lactantẽ, vt ipſi noxias mundi voluptates, & delitias amariſſimas reputent, & virtutis amaritudines velut ſuave lac ſugant. *Nec videbitur dolo feciſſe, cũ fraude excluſerit*: vt dicebat Conſultus Papinianus. His omninò ſubſcribit Albertus Magnus lib. 1. in Lucam: monens hunc in modũ. *Si illecebræ carnis te trahant, & ſuperantes iam ad illicitas delectationes te propellant, baptiza te in amaritudine Maris, & nomina Mariã, & ſic pro certo in te ipſo experieris, quod iuſtè vocatum eſt nomen Virginis Maria, ideſt, mare amarum*: Hæc Albertus. & quidẽ notanter: vt quod alia medicamenta lenire, ſive curare animũ non valent, quia in cordis humani penetralia irrumpere nequeunt; id vel ſolius invocationis Mariæ pharmacũ, ſeu cęleſtis incantatio perficiat, quaſi peculiarẽ cum corde hominis ſympatiam, & cõſenſum habeat. Vnde opportunè Damaſcenus in Menæis Ode. 3. & 4. de B. Virg. ad ipſam ſic exclamat. *Quæ ſuper omnes rerum creaturarum divitias veriſſimo dominatu potiris, me prægravi paupertate oppreſſum gratiæ divinæ largitionibus dignare: & ſimul cor meum maleſico ſerpentis veneno infectum potẽti Pharmaco tuo, ne perimatur conſerva.* Hæc ille valdè ad rem.

Vnde denuo redeo ad proximè adducta verba Richardi: *Et hæc inundationes illæ ſunt emiſſiones paradiſi, de quibus agitur Canticorum 4. v. 19.* Et expendo in his Salomonis verbis vocem *emiſſiones*, quæ opportunè vertitur *Halitus*, & ſic effertur *Halitus tuus paradiſus*, qua locutione præter id, quod in ſuperioribus obſervavimus Mariæ halitum cœleſtem eſſe, & à paradiſi deliciis hauſtũ, vt non ſine alluſione ad peſtiferum Evæ halitũ, quo ob infelix illud pomũ totã humani generis maſſam infecit, dixerit Sponſus aliũ omninò Mariæ halitum à primæ mulieris halitu eſſe, licet vterque malorum halitus ſit, quando hic mortem attulit; ille vero vitam inſpirat præter hanc inquam ſententiam, illud etiam innuitur huic Mariæ inſpirationi, ſive halitui divinum quid im ineſſe, quod incantationis modo, tam ſuaviter, & efficaciter animos demulceat, vt ipſos ad virtutem libenter capeſſendam, & peccatũ odio habendũ abſque vlla difficultate trahat. Certè Paulus ad Galatas 6. v. 1. aliorum monitor es ſic ipſe monebat:

Rich. à S. Laur. Deut. 33 v. 19.

Beda.

Cant. 4.

Albert. Magn.

Damaſc.

4

Galat. 6 v. 1.

Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: vbi notanter dixit Apostolus: *Vos qui spirituales estis*, hoc est divino spiritu præditi, ac proinde non homines, sed dij censendi: ita id adnotāte Hieronymo: spirituali autē non additur vox homo, sed quasi Deo præcipitur, vt hominē præoccupatū in delicto instruat. Sed quod ad rem nostram magis accedit, notāter textus Syriacus hunc lenitatis spiritū, qui lapsum erigit de halitus nomine, sic expressit, huiusmodi instruite *in halitu lenitatis*: planè ni fallor, vt cum allusione ad eos, qui virtute plusquā naturali morbos sanant, quos vulgò dicimus *Saludadores*; quibus is curandi mos est, oris halitu inspirare, seu inhalare; moneat Paulus, peccatoribus facilem, leuem, & suavem, & velut melle conditam admonitionis castigationem adhibendam: Quod sanè in Deiparæ admonitionibus inspirationibus, & medicamentis animo applicitis, ita experimur, vt non curare, sed incantare: imò verò quod magis mirere ipsas mundi incantationes incantare, & eludere, dicamus: vt hac ratione cum virga, qua Moyses pisces fluminis occidit meritò composuerit Richard. à S. Laurentio lib. 2. de Laudib. Virg. hunc in modum: *Maria est virga Moysis*: virga percussit Moyses aquam fluminis coram Pharaone, & servis eius, & versa est aqua in sanguinem, & pisces, qui erant in flumine mortui sunt, *Exodi 7. Similiter Maria precibus suis, meritis, & exēplis conversis peccatoribus, maximè dilectoribus suis mundanas, & carnales delectationes, quæ cito præterfluunt, vt aqua convertit in abominationem, & amaritudinē*: Hæc Richard. Sed vt videris incātantē Mariam incantationes, & veneficia sæculi: observa; quod cū ex parte nihil sit piscib⁹ gratius: nihil sive eorū gustui delectabilius, sive ipsis enutriēdis accommodatius, quàm sanguis: ex alia verò ipsemet sanguis illis maximè cōcupitus; amaritudo, & mors ipsis fuerit, cum in sanguine mortuos fuisse dicatur optimè ostēditur Mariæ efficacia, & incantatio, dum ipsasmet carnis delectationes amaras, & abominabiles reddat, vt ab ipsamet amaritudine homines resipiscant, & ad bonā frugem se convertant: & eodē ductu virtutis asperitas, & amaritudo dulcis fiat, vt insit ipsis illa *voluptas cordis, cui panis ille cœlestis dulcis est*, vt dicebat August. tract. 26. in Ioan. *Nec voluntate tantū, sed voluptate trahātur*, dum versa rerū vice allicit magis homines tristis hamus virtutis Mariæ esca contectus, quæ ad præsens influit, & impinguat videntis affectum, quā dulce peccati, quod iam velut quodā cortice amari laboris involvitur. Habuisse quidē hæc ob oculos dixeris Simeonem Metaphrastē in Menæis Græcis die 1. April. cū Deiparam talibus exorans: *Animā meam, ò Mater, & Virgo! à passionibus servitute oppressam in libertatē assere. Tu quæ rerum omniū Dominū in lucē edidisti*. Subijcit: *Vnaque suavi nos illecebra trahe, vt subesse velimus iugo divinorum Filij tui mandatorum*: Sic ille: vbi vides à Deipara suavi illecebra homines trahi, vt velint.

Rich. à S. Laur.

Exodi 7

August.

Simeon. Metrap.

Redeo ad Mariæ halitum; quo dæmonem, & peccatū excantat ad instar Salutatorum, qui halitu ægritudines sanare dicuntur: pro quo vide ipsam salutātē Elizabeth, & salutationis suæ halitu originariam Baptistæ Ioannis ægritudinē, & labem depellens, dicēte Luca: *Et factum est, vt audivit Salutationem Mariæ Elisabeth exsultavit infans in vtero eius, & repleta est Spiritu Sancto Elisabeth*: audis Mariā salutatione sanantē; sive ad instar Salutatoris non adhibitis remedijs, nō vocibus præsignatis, sed oris halitu curantem Ioannem, & instituentē. Dixeris odoratū id Bernardum in serm. de Nativ. Ioan. Baptistæ: vbi cum dixisset: *Singulariter Apostolis, & Apostolicis viris dicitur* Luceat lux vestra corā hominibus, *dictum est, & Ioanni; sed illi in aure audiunt; Ioannes in Spiritu*: Subijcit: *Neque enim Ioannem prædicatio, sed inspiratio docuit, quem replevit Spiritus in vtero matris suæ*. Sic Bernard. Benè illud *inspiratio docuit*: Deipara videlicet inspirante, & halitu oris salutem, & spiritum tribuente: Sed & Bonaventura in Meditationibus vitæ Christi cap. 5. omninò ad rem, inquit: *Vide quanta virtus sit in verbis Dominæ, quia ad eorum pronunciationem confertur Spiritus Sanctus; sic enim abundanter ipsa erat plena, quòd eius meritis ipse Spiritus Sanctus alios replebat.*

5

Lucæ 1. v. 41.

Bernar.

Bonav.

Hæc

Bonav. Amedæ. Hæc S. Bonav. Sed Amedæi verba homil. 7. de Laud Virg. vt elegantiſsima ita opportuniſsima ad explicandam Virginis efficaciam in excludēdis venenatis artibus inimici, quamvis multa omittenda non ſunt: ſic enim ille primum de ſolo Virginis intuitu: *Denique Virgo mater, omnium in ſe chariſmatum commertia deferebat. Prima náque viſione ſcintillans ſacri amoris ignibus, proximorũ pectora ſuaviter exurebat, animis fidem ſuggerebat, ſuadebat verecundiam, honeſtatem venuſtabat inflectens ad pietatem: ſpirabat florẽ virginitatis, ferebat novale caſtitatis, depingens oculis habitum humilitatis, & præferens indiciũ veritatis*: deinde de ipſius fortitudine in expugnandis animarum hoſtibus, tam oculis, quàm halitu hæc addit: *Splendor indeficiens in conſpectu eius: & ignis exardeſcens à facie eius, fluvius igneus, rapiduſque egrediebatur ab ea, qui hoſtes ſuccenderet, amicos confoveret, iuvaret proximos, cõcremaret inimicos. Fertur ab ijs, qui norunt naturam animantium, quod ſolo viſu, & flatu mortifero vicina quæque ſibi Regulus venenatus interimat: ſic illa è regione ignis divini calore vehementer accenſa, & verbi flammigerantis ſparſa incendijs odorẽ reſuſcitantis gratiæ ijs, qui longè, & ijs, qui propè permanebant exhalabat*: Ita ille: preme extremũ hoc verbum exhalabat; & imaginem Reguli viſu, & habitu virus infundẽtis; & veneno mundi, & bonorũ, ac voluptatum eius accõmoda; quod Deipara intuitu, verbo, & halitu excludat: oppoſitas vitijs virtutes exhalans.

6 Sed & puriſsimus corporis, & animæ Deiparæ odor hùc mirificè facit: de quo animæ Virginis ſtudioſæ dicebant: *Trahe me poſt te: curremus in odorem vnguentorum tuorum*, Cant. 1. verſ. 3. de ipſo corporis odore piè cõiectante Dionyſio Carthuſiano lib. 1. de Laudibus Virginis: *Cur non putetur credibile, quod virginea eius caro dulcem ſit ſortita odorem?* de virturum verò fragrantia monente Ambroſio lib. de inſtitutione Virginis cap. 13. *Deſcendat iſtud vnguentum in animæ præcordia viſcerumque ſecreta, quo non deliciarum Sancta Maria, ſed divinæ gratiæ ſpiramenta redolebat*: Sanè vt mundum immundum tetro peccatorum odore mundaret eodem Ambroſio ſerm. 1. in Pſalm. 118. dicente ad hæc verba: *Totus immundus impuritatibus diverſorum facinorum fatebat hic mundus: nunc ſpirat vbique ſuavitas pudicitiæ flos virginitatis*: Sic Ambroſius: noſtro autem inſtituto Venerabilis Alanus apud P. Martinum Delrio: *Curremus non ſtabimus delectatione in via mundi ſub vmbra ſæculi, aut phantaſia terreni oblectamenti, ſed curremus benè operando, & de virtute in virtutem benè aſcendẽdo*: & ſanè hùc aſpiciens Damaſcenus in Menæis 9. Ianuarij, Ode. 4. de S. Polyeucto Virginem orabat. *Dirige greſſus meos, ô Domina! vt recto tramite ad Filium tuum per laudabilem vivendi modum proficiſcar.*

Alanus. *Damaſc.*

Tandem obſerva præfatam mundi faſcinationem, præſtigias, & incantationem frequentius etiam ab Scriptoribus ſacris ſub ebrietatis imagine ſignificari, quod vitijs, & deliciis de ſtatu mentis homines deijciantur: Sic Iſaiæ 28. verſ. 1. *Væ coronæ ſuperbiæ ebrijs Ephraim*, & ſæpius, ſignatè verò Ioel 1. verſ. 5. *Vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam periit ab ore veſtro*: vbi & inanitas ſæcularium bonorum, quæ vix veniunt cum tranſeunt (pulchrè appellante ea *temulenta* Iſidoro Peluſiota; quod vt temulentus nullo impellente cadit ita terrena bona, & ſi nihil extra laceſſat, & quatiat, ſe ipſis, & ſua ſponte corruunt, ſic enim Iſidorus libro 2. ep. 126. *Temulentum eſt quodammodo inter mortales bonum, ac nemine etiam concutiente vix conſiſtit*:) itidemque noxius eorum effectus ſignificatur: dum hominum cerebrum movet, & à ſe ipſo alienum, & exſulem facit: vnde Seneca lib. de Providentia cap 4. *Cum omnia quæ exceſſerunt modum noceant; periculoſiſſima felicitatis intemperantia eſt. Movet cerebrum in vanas mentem imagines vocat, multum inter falſum, & verum media caligine fundit*: Ecce tibi à temulentis bonis ſæculi temulentos etiam homines: Vide iam Deiparam incantationes incãtantem. & militem in ſuis caſtris (vt eſt in proverbio) iugulantem, dum ſobria ſpiritus ebrietate ad Dei amorem ſuorum animos accendit: *Et contemptum mundi inſpirat, quippè ipſa in manu ſua habet calicem vini, quod germinat virgines*, Zachar. 9. verſ. 17.

7

Iſai. 28. v. 1. *Ioel. 1. v. 5.* *Iſidorus Peluſ.* *Seneca.* *Zach. 9 v. 17.*

Cant. 1. v. 3. *Dionyſ. Cart.* *Ambroſ.*

opportunissimè hæc verba, in hunc sen- A
Bernar. sum inflectente Bernardo serm. 4. in *Salve Regina*, hunc in modum: *Defecit vinum in cadis nostris, vinum, scilicet,* lætificãs cor hominis, *de quo Propheta,* quod germinat Virgines, &c. *Huius pincerna tu: vexilli fera tu: vexilla Regis prodeunt in nobis, te agente pro nobis: Calix in manu tua vini meri amoris divini: Calix huius vini inebrians, quàm præclarus est? inebriat ad contẽptum mũdi; calefacit, quia ferventes facit, acuit, quia erudit; audaces facit cõtra adversas sortes, invincibiles à carne, mundo, & dæmonibus: oblivioſos eorum, scilicet, quæ retro sunt, & in futura extẽsos: discretos, quia erudit ad iustitiam: somnolẽtos ad temporalia, & tædioſos: ad invisibilia verò contemplanda prono s, & promptos. Per te panem speramus, qui cor hominis confirmat, de quo Scriptura,* Panem Angelorum mãducavit homo: Hæc omnia Bernardus: de quibus dixerim non sunt longa, quibus nihil demere possis. Sed his adde, quod de B. Godricio Virginis devotissimo in superioribus adduximus ex Gogon in vitis
Gonon. PP. Occidentis, & in Cronico ad annum 1173. nimirum apparuisse ipsi Deiparam, cum S. Maria Magdalena hæc verba cantantem, *Sancta Maria Christi thalamus, Virginitatis puritas, matris flos, dele mea crimina: regna in me; duc ad felicitatẽ cum solo Deo.* Quæ iussit, vt retineret memoria, & ore frequentaret, tanquam præsentissimũ cõtra tentationes, & tristitiã amuletũ.

EXEMPLA.

EST illud in primis peropportunum pro divina Deiparæ arte cõtra malas mundi, & dæmonis incãtationes exemplum, quod à bono Auctore Gregorio Naziãzeno habemus
Gregor. Nazia. orat. 18. in laudẽ S. Gypriani M. Quãvis in ipso historiæ limine, illud fuerit omninò obſervandum; imò dolẽdum, tantum Doctorem Nazianzenũ, vel calore scribendi (quod diligẽtissimis etiã scriptoribus sæpiùs evenit) vel memoriæ lapsu, vel mala historiarum fide deceptum; sanctissimum Martyrem Cyprianum Carthaginensem Episcopum cum Cypriano Mago (quãvis posteà inclyto Martyre) confundere, & quæ huius sunt propria in hac historia, illi Sancto tribuere. Sed vt vt fuerit; res sic se habet: *Sanctissimam Virginem Iustinam (posteà Martyrem, quod iuvenis quidam eius pulchritudine accensus vehementer amaret, Cypriano mago suasit, vt eam cantionibus, ac veneficijs ad eius libidinis assensum allicere conaretur; cumque ipsa ardentibus mali amoris facibus exagitaretur,* B *ad Deum, signatèque verò ad Virginem supplex accurrit, vt in præsentissimo castitatis discrimine auxiliarem manum ei daret: Quid tum Virgo Deipara? Vinci ne eius famulam veneficijs passa est? Audi: veneficia quidem sua salutaria; & incãtationes fideles; magicis cantibus opponens, non modo clavum clavo trudit, sed primùm Iustinam inter Scyllam, & Carybdim navigantem in castitatis portum incolumem eduxit, deinde magum illum* C *Cyprianum, & Christianum, & illustrem Martyrem simul cum ipsa Iustina effecit, vt ars arte, & veneficium veneficio, & incantatio incantatione vinceretur. Sed hæc à Nazianzeni aureo fluxu decurrentem orationem audi: & illud in primis de mago Virginem exagitante:* Cæterum ipse quidem eam solicitabat, ac pro lenone, non vetula quadam muliercula ad huiusmodi res idonea, sed dæmone quodam corporum, ac voluptatis amante vtitur. Rebelles quidem, & invidæ potestates ad obeunda huius generis ministeria celeres esse solent multos nimirum ruinæ suæ socios quærentes: *subinde* D *verò Iustinam ad Beatissimam Mariam castitatis perfugium accurrentem obsecrantem, & supplicantem, sic facit.* At puella simul, atque malum persensit, atque insidias intellexit quid facit? aut quid adversus vitij opificium molitur? Desperatis alijs omnibus re- E medijs ad Deum confugit; atque adversus detestabilem amorem, sponsum suum, patronum, ac defensorem assumit. Virginemque Mariam supplex obsecrans, vt periclitanti Virgini suppetias ferat: *tandem de præsentissimo auxilio à Deipara Virgini præstito, à quo malus dæmon excantatus aufugit, sic concludit* à Virgine quidem non secus, ac bellica quædam maquina à firmo, & valido muro repellitur sermone, ac precibus fugatus:

Hæc

Hæc Nazianzenus. Qui pergit multis hiſtoriâ referens, & affirmans dæmonem tandē in ipſummet Cyprianum ingreſſum Dei, ac Deiparæ benignitate, vt reſipiſceret, & facti pœniteret: vnde concludit. Mali depulſionem quærit, & invenit. Ad Virginis Deum, quemadmodum Saul ad Davidis cytharam fidiumque pulſus confugit; ad huius paſtorem ſe confert, atque vt amore per acceptā plagam, ita malo ſpiritu per fidem in Chriſtum purgatur amoremque cōmutat. Magicos enim libros publicè proponit, deque pravi theſauri imbecillitate triumphum agit, amentiā prædicat, ingentem ex illis flammam excitat, & diuturnam impoſturā, quæ ne vni quidem carnis flammæ opē afferre potuerat igne abſumit, à dæmonibus ſecedit, Deo adiungitur; atque (ò mirificam gratiæ vim!) per improbum amorem, ac ſpiritum Deum invenit, ac ſacri gregis ovis ſacra efficitur: *Sic Theologus: Audis divinas Mariæ artes, & contra incātationes magicas, incantationes cœleſtes? audi iam, quomodo narrationem claudat opportunè Gregorius.* Divina enim Sapientia cōtraria per contraria procurare novit, vt maiorem ſui admirationem mortalibus excitet.

Nec ab hoc iverit aliud exemplū, quod à Cæſario lib. 7. cap. 27. hiſtoriæ Ciſterciēſis narrat Diſcipulus exemplo 73. *de quadam honeſta, & pia fœmina; quam dæmon in Angelum lucis trāſfiguratus per varias revelationes ſeducebat, dum ipſa illis de ſe non humiliter ſentiebat, ſed exſaltabat animam ſuam: quippè de falſæ lucis Angelo. Verè quidem dixit Ambroſius lib. 2. de interpellatione cap. 4.* Non poteſt illuminare, quia non poſsidet lucem, *ſed transfigurat ſe in Angelum lucis, vt decipiat incredulos transfigurat autem ſe ſimulatione falſæ lucis, non* ſplendore perpetuæ claritatis: *Etenim cum mulier hæc confeſſarium ſuum his de rebus certiorē faceret; ipſeque de ſolida earum veritate ambigeret; illam admonuit, vt Angelum rogaret; vt ſi quidem varias ſibi mirabiles rerum ſpecies oſtenderet itidem Deiparā, cuius ipſa valdè ſtudioſa erat ſuis coloribus depictam oſtenderet; quod cum malus ille præſtiturū promitteret Virginem miræ pulchritudinis ei ſpectandam obiecit: quam ipſa, vt vidit voce Angeli veri*

Caſar.

A Ave Maria *conſalutavit; qua pronunciata phantaſma illa illicò evanuit; & mulier ſalva facta eſt ex illa hora: Voce, & nomine Mariæ præſtigias fugante, & incantationes excantante, vt medellam ferret inde, hoſtis vnde læſerat.*

Iam verò cum Deipara à Salomone ſingillatim appelletur *allocutio cogitationis, ſeu deliberationis, & tædij: itidemque conſultrix bonarum rerū; religio quidem fuerit, denuo non facere peculiarem mentionem ſanctiſsimæ imaginis Deiparæ, quam in hoc Madritenſi Collegio Societatis Ieſu præ oculis habemus, & ad cuius aram devotiſsimè proſternimur auxiliarem eius manum in cunctis neceſsitatibus deprecantes, quamque experiētia docti à bono in arduis rebus ſucceſſu* Noſtram Dominam Boni conſilij *fidenter vocamus: Nimirum præter ea, quælib. 3. de Deipara in viâ ſalutis cliētes ſuos manuducente diximus; cum celebris hæc Virginis imago Ludovico Gōçaga anxiè cogitanti, & ancipiti conſilij lance deliberanti, quam iniret viam vitæ, quæ vera vita eſt, conceptis, & diſſertis verbis locuta Societatem Ieſu ingredi ſuaſit: excantans quidem Sapiens Virgo maleficas mundi incantationes, vt adoleſcēs ætate florens, & regio ſanguine opibus, & honoribus florentis cuncta pro Dei amore deſpicerer, & nullos aſperioris profeſſionis labores formidaret: Quo ſanè divino conſilio, ſive cœleſti incantatione ad id ſanctitatis faſtigium Ludovicus pervenit, vt iam inter cœleſtis curiæ beatos à Romana Eccleſia adnumeratur ſit. Plura ſunt exēpla, quibus manifeſtè inſtruimur, Deiparam in hoc ſancto ſimulachro cultā fidelibus in animæ, & corporis morbis medicinā afferre, ſignatè verò ijs, qui ad ipſam conſilij petendi cauſa accedunt,*

allocutionem cogitationis, & deliberationis, ac conſultricem bonarum rerum eſſe.

MARIA Optima Advocata, quæ ſibi fideles in viam ſalutis ſic dirigit, vt Donum Perſeverantiæ à Deo obtineant.

ADNOTATIO IX.

1 CVm donum Perſeverātiæ in eo omninò cardine verſetur, vt nō niſi maturo tempore, & bono fine, in ſtatu gratiæ diem quis obeat; quidquid ante hunc ſtatum conſideraveris; quantumvis perfectum fuerit, nō terminus, ſed gradus eſt; totidē verbis id, ſic aſſerente Cypriano lib. de vnitate Eccleſiæ: *Quidquid ante finem fuerit, gradus eſt, quoad faſtigium ſalutis aſcenditur, non terminus, quo iam culminis ſumma teneatur*: & in hunc ſenſum pluribus PP. inflectēribus Salomonis verba, Prov. 1. verſ. 20. *Sapientia foris prædicat*, quæ cum LXX. legunt *Sapientia in exitu canitur*: Eaque his accommodat Salvianus Maſſilienſis lib. 4. ad Eccleſiam, hunc in modum. *Quo vtique oſtenditur, licet ſalubris ſit in omni ætate ſapientia, præcipuè tamen omnes in exitu ſuo debere eſſe ſapientes, quia laudari penitus anteacta ætatis prudentia non meretur, niſi bono fine claudatur, Sapientia enim in exitu canitur*: Sic Salvianus: Ergo hoc opus hic labor eſt, vt bonus finis, bonaque clauſula anteactæ vitæ ſubſit: Sed cuius opus? Dei ne tantum? hominiſvè omninò? an & Dei, & hominis? Dubium PP. Concilij Tridentini ſeſſione 6. cap. 13. divino Spiritu afflati ſic ſolvunt. *Similiter de Perſeverantiæ munere, de quo ſcriptum eſt*. Qui perſeveraverit vſque in finem, hic ſalvus erit, *& quod quidem aliunde haberi non poteſt, niſi ab eo, qui potens eſt, eum, qui ſtat ſtatuere, vt perſeveranter ſtet, & eum, qui cadit, reſtituere, nemo ſibi certi aliquid abſoluta certitudine polliceatur: tametſi in Dei auxilio firmiſſimam ſpem collocare, & reponere omnes debent, Deus enim niſi ipſi illius gratiæ defuerint, ſicut cœpit opus bonum, ita perficiet, operans velle, & perficere. Verumtamen qui ſe exiſtimant ſtare, videant, ne cadant, & cum timore, & tremore ſalutem ſuam operentur in laboribus, & vigilijs in eleemoſinis, & orationibus*: Hactenus Cōcilium: egregia planè ſentētia; qua omnia inter Deū Perſeverantiæ largiſorem, & humanam cooperationem temperavit; vt Deū Perſeverantiæ donum omninò tribuentem faceret, quin hominem à labore, & merito excluderet: Cum vna ex parte diffiniat perſeverantiam aliunde haberi non poſſe, *niſi ab eo qui potens eſt eum, qui ſtat ſtatuere*: & ex alia humanam libertatē ad benè operandum, & ſalutem procurandam vrgeat, & ad firmiſſimam ſpem in Dei auxilio collocandam commoneat: Opportunam quidem vtriuſque theſis reddens Concilium, *quod Deus niſi ipſi eius gratiæ defuerint: ſicut cœpit opus bonum ita perficiet*: quippè vt alibi aſſerit, Deus nominē deſerit, niſi prius ab illo deſeratur.

Et verò cum Concilium pro hac ſententia vſurpet verba Pauli ad Philipp. 1. verſ. 6. *Confidens hoc ipſum, quia cœpit in vobis opus bonum perficiet vſque in diem Chriſti*: oportet modo, & quæ Apoſtolus ſubiungit, & Chryſoſtomi expoſitionem addere: ſubdit enim Paulus: *Sicut eſt mihi ſentire pro omnibus vobis*: Chryſoſtomus verò, ſic inquit: *Securus de bonitate, & iuſtitia Dei, & de eorum fide non ambigens confidit, quod Dei auxilijs adiuti perſeveraturi ſunt in fide vſque in diem Domini, in quo remunerandi ſunt perſiſtentes in fide*: Pergit omninò ad rem. *Nec aliud debuit de ijs ſentire, quos inflexibiles in devotione Dei expertus eſt, tam directum, & infatigabilem curſum eorum vidēs*: Hæc ille: ex inflexibili devotione, & infatigabili curſu, quē Deo auxiliante conficiebant, eorū perſeverantium benè ſperans, quam tamen Deo perficiente erant conſecuturi: Quare rurſus Chryſoſtomus ſubijcit: *Quamobrem cum inquit* Deus perficiet, *hoc rurſum ad eorum laudem pertinet, qui Dei gratiam, ita ſibi conciliarint, vt ipſis cooperetur ad naturæ humanæ conditionem exſuperandam*: Porrò S. Proſper lib. 1. *de Vocatione gentium* cap. vlt.

cum

Cyprian.
Prov. 1. v. 20. LXX. Salvian
Concilij Trident.
Matth. 10. v. 24.
2 Philipp. 1. v. 6.
Chryſoſt.
Proſper.

cum hoc argumentum egregiè, & multa eruditione tractaverit, ſignatè Petri verba ep.1.cap.5.verſ 10. quæ à Paulo nec hilum diſcrepant: ſic adducit. *Petrus quoque Apoſtolus.* Vnde eſſe virtutem Perſeverantiæ doceat audiamus. *Deus autem omnis gratiæ, qui vocavit vos in æternam ſuam gloriam in Chriſto Ieſu, modicum paſſos ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitque*: vbi manifeſtè Deus omnis gratiæ, & perſeverantiæ largitor aſſeritur: Sed ſtructuram Verborum Apoſtoli obſerva: qui nõ affirmat Deum vtcumque donum perſeverantiæ daturum, ſed ſingillatim ait, *modicum paſſos perficiet, & ſolidabit*, quod eò poſsis inflectere, vt coniectando, ſive his verbis inhærendo dixeris, poſt aſsiduum bonorum operum fructum, & diuturni ſpatij virtutem, & non modicos in virtutis ſtadio labores confectos (quos ſingulis pro ſuo beneplacito Deus præſcribit, qui *operetur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ*, ad Epheſ.2. verſ 11.) eam perfectionem, & ſoliditatem in virtutis via Deus dicatur daturus, ad quam ea ſolet percutiaris eius gubernatio ſequi; qua iuſtos non deſerit vſque in finem, ſed eos ſic protegit, vt vel deinceps in iuſtitia perſiſtant, vel ſi ab ea deciderint; ea ipſis donet auxilia, quibus reſipiſcant, & ad bonã frugem ſe recipiant, quod quidem inſinuare Eccleſia videtur in Miſſa Octavæ Corporis Chriſti quæſita hac oratione Deum deprecans: *Sancti nominis tui Domine timorem pariter, & amorem, fac nos habere perpetuum, quia nunquã tua gubernatione deſtituis, quos in ſoliditate tuæ dilectionis inſtituis*: quod ſi inquiras, ad quæ bona opera? aut quod temporis opatium in iuſtitia confectum hac ſoliditas comitetur; reſpondebo *quis cognovit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit?* Rom.11.verſ.34. Vnde ſignatè petit Eccleſia timorem pariter, & amorem *perpetuum*; tum quod neſcimus, quo in tempore plus placitura ſunt opera noſtra Deo, vt inquit Hieronymus ſapienter in cap. 11. Eccleſiaſtes ad finem: *Cum beneſeceris nunquam à bono opere deſiſtas. Matutinam iuſtitiam veſper inveniat, & veſperi miſericordiam Solis ortus accumulet. Incertũ eſt enim, quod opus magis placeat Deo, & ex quo tibi fructus iuſtitiæ præparetur. Poteſt autem accidere, vt non vnum, ſed vtrũque placeat Deo: aliter; & in adoleſcentia, & in ſenecta æquus tibi labor ſit. Ne dicas; dum potui laboravi, debeo in ſenectute quieſcere. Neſcis enim, vtrùm in iuventute, an in ætate longæva placeas Deo; nec prodeſt adoleſcentiæ frugalitas, ſi ſenecta ducatur in luxu. In quacumque enim die erraverit iuſtus, veteres eum iuſtitiæ à morte liberare non poſſunt*: Hæc omnia Hieronymus, tum vel maximè, quod incertum omninò ſit nobis; quot, & qualibus numeris temporis, & experimẽtorum, ſeu probationum hæc ſoliditas conſtet: qua de re appoſitè differit Gregorius Magnus lib.12.Moral.cap.13. hunc in modum: *Sunt namque nonnulli, qui poſt vitam perditam ad ſemetipſos redeunt, & accuſante ſe conſcientia perverſa itinera relinquunt, commutant opera; antiquæ ſuæ perverſitati cõtradicũt, terrenas actiones fugiunt, deſideria ſuperna ſectãtur; ſed antequã in eiſdem ſanctis deſideriis ſolidẽtur, per torporẽ mentis ad ea, quæ diiudicare cœperãt, redeunt, atque ad mala, quæ fugere diſpoſuerant, recurrunt*: Hæc ille: Notetur verbum *antequam ſolidentur*, notetur, & ſenſus Gregorij ad ſoliditatem exigentis durationem, & conſtantiam in virtute: Vnde in hãc ſententiam adducit verba, Iob 15.verſ. 32. *Antequam dies eius impleantur peribit*: Sed & homil.15. in Ezechielem eumdem ſenſum, ſub eodem dicendi modo plenius diffundit, vt in adnot. ſequenti videbimus.

Quæ ſanè omnia eo cunt, vt in virtutis ſtadio, & timore Dei, atque in bonorum operum exercitio fideles perſiſtant ſicuti dicebat Concilium: *Cum timore, & tremore ſalutem operantes in laboribus, & vigiliis, & eleemoſynis, & orationibus*, vt per hæc in virtute ſolidati divina gubernatione, non deſtituantur: In quam ſentẽtiam plura congreſsit monita Eccleſiaſticus toto cap.1 & 2. ſic enim cap.1.v. 29. *Vſque in tempus ſuſtinebit ſapiens, & poſtea redditio iucunditatis*: quod ſic firmavit cap.2.verſ.3. *Suſtine ſuſtentationes Dei: coniugere Deo, & ſuſtine, vt creſcat in noviſsimo vita tua*, &c. *Quoniam in igne probatur aurum, & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis*, & verſ.2. *Metuentes Do-*

mi-

1. Pet. 5 v. 10.

Eph ſ.2. v.11.

Rom.11 v.34.

Hieron.

Iob.15. v.32.

3

Eccl. 1. v.19. & ca.2.v. 37. & 15. & 21.

minum ſuſtinere miſericordiam eius, & ne deſlectatis ab illo, ne cadatis, & notãter verſ. 15. *Væ diſſolutis corde; qui non credunt Deo; & ideò non protegentur ab eo,* & verſ. 21. *Qui timent Dominum cuſtodiunt mandata illius, & pacientiam habebunt, vſque ad inſpectionem illius:* Quibus ſententijs vrgemur ad perdurandum in via virtutis; quin ab illa deflectamus, vt hoc nobis à Deo bonorum omnium largire donum perſeverantiæ acceteſcat, quod neminem deſerat, niſi ab eo deſeratur: & *niſi illius gratiæ defecerimus, ſicut cœpit opus bonum perficit ei, & vſque in finem:* Hæc omnia egregiè firmante Paulo ad Hebræos 12. verſ. 12. quæſitis hiſce locutionibus: *Propter quod remiſſas manus, & genua debilia erigite, & greſſus rectos facite pedibus veſtris, vt non claudicans quis erret, magis autem ſanetur:* & ſtatim: *Contemplantes, ne quis deſit gratiæ Dei.* Quæ verba, & ſi paulo ante pro re nata tractaverimus, non poſſumus, non ea leviter attingere: & hæc, *vt non claudicans quis erret magis autem ſanetur:* Sic evoluo ex græco fonte, vt ſenſus ſit: *Ne claudicatio abducat vos à via:* ideſt, ne propter torporem, & ignaviam à gratia deficientes abducamini ab ea via, quæ ducit ad illã ſoliditatem, cui Dei gubernatio, non deſtituens eos, qui in ſoliditate divinæ dilectionis inſtituti ſunt, adnexa eſt: magis autem ſani, & integri perſiſtatis in incæpto: Quod magis expreſsit Apoſtolus ſubdens *contemplantes, ne quis deſit gratiæ Dei,* ideſt, vt iam vidimus, *ne quis deſeratur à gratia Dei:* Vbi non nemo ambigat, cur homini, & non potius gratiæ Dei hominem deſerenti detur id monitum? Sed reſpondet S. Valerianus hom. 11. *Nunquam enim deſerit Dominus voluntatem religionis ſtudio florentem, nec deſunt ſolutia Divinitatis, vbi ſunt actus bonæ converſationis. Tunc ſanè nos bona deſeruntcum deteriora ſuccedunt, quia non dubiè divino auxilio deſtituimur, poſtquam iniquitatis deſiderijs occupamur:* Sic Valerianus: Quod Bernardus, eo loco à nobis adductor opportunè firmat.

Heb. 12 v. 12.

Valer.

Bernar.

4 Iam verò hæc omnia, quæ diximus, vt de duratione in virtutis ſtadio, & de experimentis quibus Deus uos probat, vt ad ſoliditatem virtutis perducat; donum perſeverantiæ, quod ſubinde largitur coniecturam aliquam facere poſsimus; mire confirmat Iſaias cap. 26. verſ. 28. ſub imagine mulieris fœtum concipientis, & vſque ad partus maturitatem vterum ferentis, hunc in modum: *Sicut, quæ concipit, cum appropinquaverit ad partũ dolens clamat in doloribus ſuis: ſic facti ſumus: à facie tua Domine concepimus, & quaſi parturimus ſpiritum:* addunt LXX. *ſpiritum ſalutis:* quà planè imagine dum tempus conceptus, & partus, & conſtantiam in perferẽdis moleſtijs, quæ prægnantes comitantur indicatur, pulchrè ſignificat Vates, quam perſeverantem conatũ in virtutis ſtudio fideles debeant adhibere; omnes difficultates, & labores, & tentationes ſuperantes: Enim verò habere videtur hæc ſimilitudo concipientis, & vterum ferentis fœminæ plus energiæ, & leporis ex verbis Plinij lib. 7 cap. 6. moleſtias haſce, ſic deſcribentis; *à conceptu decimo die dolores capitis, oculorum vertigines, tenebræque faſtidium in cibis, redundantia ſtomachi indices ſunt hominis inchoati:* Sed multo maiorem vim his addidit Dominus, cum de muliere parturiente ait, Ioan. 16. verſ. 21. *Mulier cum parit triſtitiam habet, quia venit hora eius:* Senſum verò verborum Iſaiæ noſtro inſtituto accommodatiſsimũ expreſsit Græcus auctor Euſebius in Catena Græca in Cantica Veteris, & novi teſtamenti, hunc in modum: *Propterea nos omnem laborem perferentes ſimiles fuimus mulieri parturienti, & clamores edenti, dum laborat in lucem edere, quod in vtero conceptum eſt: ſic enim nos facti ſumus tuo dilecto, quandoquidem habentes intus in anima noſtra Vnigenitum tuum Verbum, timoremque tuæ pietatis à te in nobis ſeminatum, omnes labores generoſe perferimus; calamitateſque, quæ nobis infliguntur, fortiter ſuſtinemus laborantes, ne per abortum abijciamus tuum dilectum in nobis conceptum, timoremque divinum abs te in nobis ſeminatum: etenim viriliter tolerando, ſpe non decidimus, ſed ſpiritum ſalutis perperimus:* Hæc omnia opportunè: vt à temporis diuturnitate, à laborum virtutis ſufferentia, ſoliditas Deo grata percipiatur.

Iſai. 26. v. 28.

Plinius.

Euſeb.

Obſerva ergo illa *fortiter ſuſtine-* 5

mus

mus, ne per abortum abijciamus, &c. quæ tam verbis Pauli *manus diſſolutas, & genua debilia roborate*, quã pluribus illis Eccleſiaſtici: *Ne deſecratis ab illo ne cadatis*, &c. *& patientiam habebunt vſque ad inſpectionem eius*: & *væ diſſoluto corde, qui non credunt Deo, & ideò non protegentur ab eo*; mire cõgruunt: Sed pro parturientis imagine audi Dominũ, Lucæ 2. verſ. 23. Matthæi 24. verſ. 19. *Væ illis, quæ in vtero habent*: quæ ibi Hieronymus, ſic explicat: *Væ illis animabus, quæ non in perfectum virum ſua germina perduxerũt*: Similiter verò Ambroſius lib. 10. in Lucam: aucto cẽſu, dum hæc Domini verba, cum præfatis Iſaiæ, ſic componit: *Sed nec illæ prægnantes condemnationis exortes ſunt, quæ ſunt in bonorum actuum molimine conſtitutæ, nec dum aliquos ſuſcepti operis dedere proceſſus. Sunt enim, & quæ de Dei timore concipiunt, quæ dicunt* de timore tuo concepimus, & parturivimus. *Sed non omnes pariunt, non omnes perfecti, non omnes poſſunt dicere* peperimus ſpiritum ſalutis in terrã: *Non omnes Mariæ, quæ de Spiritu Sancto Chriſtum concipiant, Verbum pariant. Sunt enim, qui abortivum excludant Verbum, antequã pariant: ſunt, quæ in vtero Chriſtum habeant, ſed nondum formaverunt, quibus dicitur Filioli, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis*: Hæc Ambroſius: Cuius verba, & laudo, & oſculor, quod ab exemplo Mariæ, & à verbis Pauli ad præſens inſtitutũ Deiparæ accommodandum nos opportunè manducant.

Lucæ 2 v. 23. Matth. 24. ver. 19.

6 Enimverò, cum hæc Pauli verba, non ſemel in Mariæ ore poſuerimus Patribus illa ipſi attribuentibus: itidemque poſituri ſumus, cum de Redemptione Chriſti ſubinde agemus; ſingillatim quidem modo de dono perſeverantiæ illud nobis ipſa Virgine procurante accipiemus: ex Vverrici ſenſu adnot. præcedenti adducto ſerm. de Nativitate, quippè ibi Pauli verba, ſic Mariæ aptabat: *Hoc ipſam, & Maria ſapere videtur, quæ dilectum votorum ſuorum inſinuare cupiens affectibus hominum, cupit formare iterum vnigenitum ſuum in omnibus filijs adoptionis, qui & ſi geniti ſunt verbo veritatis, nihilominus parturit eos cottidie deſiderio, & cura pietatis, donec formetur in illis Chriſtus, donec occurrant in virum perfectam in menſuram ætatis Filij ſui.* Hæc Vverricus, & quidem optimè, & omninò ad rem commendans peculiarẽ Virginis curam; qua novum proficiendi ſtudium in ſuis ingenerans, non quieſcit donec perfecta virtutum effigie Chriſtus in ipſis formetur, vt iuſtam ſtaturam, quã abipſis exigit impleant, eſt hæc natura Deiparæ, vt eius in homines ſibi devotos charitas mutationi obnoxia, non ſit, & illis ſemel in amorem receptis conſtantiſsimè, quæ præcipua amoris eſt laus, adhæreſcat. Itaque eum, quem ſemel occupavit amando, in quem beneficia contulit, deſere indignum exiſtimat. Hinc opportuniſsimè Venerab. Adamus Perſe in allegorijs Gotfridi Tilmani, cum dixiſſet. *A contubernio ſacræ Virginis longè procedere tutum non arbitror. Quis enim mihi providebit in talibus, ſi indulgentiſsimæ Matris miſericordiam elongarem? Tenebo eam non diſcedam ab ea*: Subijcit ad rem: *Quia ſi miſericordiæ eius ſollicitudo defuerit, facilè fecero abortivum*, ò bona verba! quibus Adamus Beatiſsimam Virginem in vtero filios habentem, vt in lucem ſalutarem emittat contemplatur: vt inde omnino moneamur officij, & obſequij noſtri erga illam, ideò ſapienter inquit: *tenebo illam*, quæſita locutione, quæ curam, & diligentiam, imo, & voces quibus manus ad rem tenaciter apprehendendam, & retinendam, ne à nobis elabatur fortiter injiciuntur: Quod benè explicavit Richardus à S. Laurentio lib. 8 de Laud. Virginis enumerans proprietates (vt inquit ille) ſervis Mariæ *convenientes*: Sic illas proponit: *Impetus fervoris, quia cum feſtinatione, & impetu rumpenda ſunt omnia obſtacula, vt ei dignè ſerviatur*: Secunda *Humilitas, quia ſola humilitate pervenitur ad eam.* Tertia: *abundantia in omni opere bono, qui eidem deſiderat famulari*: Quarta: *Vt deſideret liquiſcere in deſiderio eius.* Quinta: *permanentia. Qui enim in eius ſervitio perſeveraverit; hic ſalvus erit.* Sexta: *Profectus, vt ſervus Mariæ ſemper proficere ſtudeat de bono in melius*: Septima, *vt ſervus Mariæ aſſiduus, ſit in deſideriis, lachrymis in bonis operibus, & orationibus*: Ecce tibi quomodo teneatur Deipara.

V. Adamus.

Rich. à S. Laur.

Vverr.

Iam pende, quæ ſubijcit Adamus: *Quia ſi miſericordiæ eius ſollicitudo defuerit, facilè fecero abortivum*: Quod tam ad Matrem, quàm ad fœtum referri debet: iuxtà illud Hieronymi: *Væ illis animabus, quæ nou in perfectum virum ſua germina perduxerunt*: quod explicabat Euſebius: *Fortiter ſuſtinemus laborantes, ne per abortum abijciamus tuum dilectum*: & Ambroſius, *ſunt enim qui abortivum excludant Verbum*: Nimirum tales etiam Mater Dei in vtero habens, excludit abortivos, quod ipſi etiam: *Chriſtum in vtero Chriſtum in vtero habeant, ſed nondum formaverunt.* Vnde quidem hæc pendens S. Sabbas in Menæis ſe totum Mariæ addicebat, & eius precibus commẽdabat: ita enim ille 3. Ianuar. Ode. 4. de S. Malachia in clauſula: *Apud te omnem ſalutem meam, cuius me tenet fiducia, vitamque per te dirigẽdam depono, ò gratia plena Mater, & Virgo*: Obſerva illud, *vitam per te dirigendam depono* ex depoſiti imagine omnem ſollicitudinem proijciens in depoſitarium, qui ſtricto iure ad ſervandum depoſitum tenetur; vt nimirum Deipara vitam ſui clientis inter huius vitæ, & vitæ varietates, ſic dirigat, vt portum teneat.

S. Sabb. S. Mal.

7 S. Ioſeph. Confeſſ.

At enim; quoniam Paulus fideles *ad remiſſas manus, & genua debilia erigenda* omninò vrgebat; S. Ioſephus Confeſſor infirmitatis ſuæ conſcius vires, & robur à Maria exſpectabat: ita enim ille in Menæis 8. Ianuarij Ode. 3 de S. Dominica in clauſula ipſam deprecabatur: *Omni ex parte intemerata, ò Domina! imbecillitatem meã corrobora, vtpotè Genitrix virtutis Altiſſimi, per quem omnibus rebus exſiſtendi datur facultas*: Benè quidem ad percurrendam ſalutis viam *omnipotens auxilium* (vt alibi appellat Damaſcenus) expoſcens ab ea, quæ virtutem Altiſſimi genuit: Sed quot pericula! quot difficultates! quot rerum diſcrimina; nec ſemper abſque caſu nobis in via occurrunt? Opportunè hæc obſervans inquit Eccleſiaſtes cap. 4. verſ. 10. *Si vnus ceciderit ab altero ſulcietur: Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſublevantem ſe*: Quæ verba dum interpretes ex Hebræ vocis fœcunditate, ſive de caſu in ſiniſtram fortunam, vel ærumnoſam conditionem, vel in conſilij inopiam, ſive in quamcumque aliam luctus, & mœroris cauſam accipiunt, ad humanæ Societatis commodum referunt, dicente Seneca lib. 4. de benef. cap 18. *Hominem imbecillitas cingit, nudum & infirmum ſocietas munit. Hæc morborum impetus arcuit, ſenectutis adminicula proſpexit, ſolatia contra dolores corporis dedit. Hæc fortes nos facit, quod licet cõtra fortunam advocare*: dum autem de caſu in culpam, ſive de diſcrimine præſenti cadendi in illam accipiunt Olympiodorus, & alij, vt ſi titubantia ponat crura ſolo, præſens nemo ſit fulcire labantem: optimè ad opem Mariæ, quæ non ſolùm ad clientis ſui lapſum accurrere, & lapſum excitare, ſed erectum ita confirmare, & ſua ope fulcire ſolet, ne iterũ de lapſu pericliterur, ſed ſecurus firmiter conſiſtat, retulit Richard. à S. Laurentio lib. 2. de Laud. Virg. de Deipara capiens illud Iſaiæ 60 verſ. 12. *Gens & regnum, quod non ſervierit tibi, peribit & gentes ſolitudine vaſtabuntur*: hunc in modum: *Benè dicit* ſolitudine, *quia deſtitutæ tantæ Matris auxilio per conſequens deſtituuntur auxilio Filij, & totius curiæ cœleſtis. Sed* væ ſoli, quia cũ ceciderit, non habet ſublevantem ſe: *Servus autem Mariæ, ſi ceciderit, non collidetur*: *quia Domina miſericorditer* ſupponit manum ſuam, *Pſalm. 36 ipſa enim ſola poſt Filium comes eſt, quæ poſſit ſublevare cadentem*: *Vnde dicit cum Filio*: Væ eis cũ receſſero ab eis vaſtabuntur, Oſee 7. Hæc Richard. Quibus adnecte iſta Sabbæ in Menæis 3. Ianuarij Ode. 1. *Deipara Deo deſponſata Maria! libera me à magnis lapſibus, atq; periculis: ſimul tua interceſſione ad portum tranquilitas, atque ſalutis perducas.*

Seneca. Rich. à S. Laur. Iſai. 60. v. 12. Sabbas.

Eccl. 4. v. 10.

EXEMPLA.

EQuidem pro hac Virginis ad viã ſalutis manuductione nihil eſt adeò opportunum, quàm quod de B. Hermanno, *qui ob eximium morum* candorem, & ſingularem erga Virginem affectum Ioſeph, tanquam ipſius Sponſus dictus eſt, referunt in Actis eius vitæ Surius die 7 Aprilis, & Miræus in feſtis Belgicis: nec non

&

& Bzovius ad annum 1236. *nam cum primum adeò ſtupendam Virginis erga illum familiaritatem deſcripſerint, vt adhuc puerulus, cum ſtatua Deiparæ, & puerali Ieſu, tanquam cum perſonis vivis ageret, & bona Domina exigua Hermani manuſcula reciperet; quin & ludere cum divino infante Deipara aliquando conceſſerit, & de pecunijs pro calceis coemendis providerit, quod ſuo loco vidimus: Adhæc egregiam Virginis curam, atque induſtriam in eius inſtitutione ſignatè obſervant: quippè ipſa per ſeſe Magiſtram agens animabat, vocabat, colloquebatur, arguebat; nunc apparens ei pulchra, ac decora facie, nunc pro rei opportunitate fronte rugata, ſed, quæ ſemper cœleſtibus donis augeret: vt tandem Hermanni indies procedente ſanctitate Sanctiſsima Virgo coram Angelorum multitudine ipſum ſibi deſponſaverit, & innumeris cumulaverit beneficijs.*

Eadem benignitate Deipara Stanislaum noſtrum, qui ipſam mirificè coluit, & *nihil ferme in ore, nihil in manu, in oculis, in corde præter Deiparam habebat: ad quam aſpirabat, de qua loquebatur, legebat, cogitabat, componebat, verſus fundebat, matrem eam vocabat, vt matrem honorabat; poſt plura in eum collata beneficia: ægrotanti apparuit parvulum filium in ſinu ſuo geſtãs, quem in ipſius depoſuit lectulo, vt vberiori ſuavitate perfunderet. In digreſſu autem parvuli Ieſu, & optimæ Matris ipſa nominatim Stanislaum admonuit, vt Societati Ieſu ſe traderet: quod ipſe libentiſſimè exſecutus eſt, & in ipſo Religionis tyrocinio ex gravi morbo morti vicino Sanctiſsima Virgo ſeſe præſentem obiecit, vnde leniſsimè, & ſumma pace velut in ſinu Matris quieſcens exſpiravit, & ad gloriam æternam felix tanta duce, & tanta Patrona pervenit.* Hæc fuſsius videris 3. tomo hiſt. Societatis lib. 4. num. 25 & ſeqq.

Sed illa fuerit peropportuna, & immortali memoria digna hiſtoria de Principe Regni Fezij in Africa à facie Deiparæ concipiente, & parturiente ſpiritum ſalutis, & in perſeverãte famulatu Dei à primo Chriſtianæ vitæ limine vſque ad vltimum ſpiritum perſiſtente, quam hoc ipſo anno, in quo ſcribimus auribus noſtris audivimus, & oculis noſtris inſpeximus: & eſt eiuſmodi: *Fuit Mulei, Mahamet, Atahaſti, Xeicife primogenitus Regis Fezij in Africa: & egregius planè miles, qui finitimis regulis debellatis Regnũ Marrochiũ ſubiugavit, & paternæ ditioni adiunxit: is, cum falſo prophetæ pro victorijs adeptis gratias agere vellet pro more gentis ſuæ vſitato errore ad Arabiæ Mecham falſiſsimi magiſtri ſepulchrum veneraturus nauigationem paraviſſet, feliciſsima infelicitate à Melitenſi equitũ claſſe occupatus Melitam deductus eſt: ibi ingenti pro libertate lytro perſoluto, cum denuo iter ſuum continuaturus eſſet, in ipſo procinctu, nocte profectioni proxima, ſive in corpore, ſive extra corpus ecce illi viſio oblata eſt horribilis maris flammas evomentis, quibus ille ſic circumquaque circumcingeretur, vt nullus exitus, nec evadendi vlla ſpes foret. Conſternatus animo, tam terribili, & atroci ſpectaculo vix reſpirabat; cum ſubitò Maria Mater miſericordiæ ingenti pulchritudine prædita; & ijſdem met oris lineamentis, quibus poſteà in imagine depictam Romæ vidit ſe ipſam conſpiciendam dedit, & quaſi auxiliarem manum daturam: Quam ille tantiſper animatus, ſic affatus eſt, ò Domina; quæcumque tu ſis; dicito ſi placet, quo modo ab hoc igne eripi valeam? Cui ipſa placidiſsimo vultu reſpondit: Hic ignis non alia ratione exſtingui poteſt, niſi aqua luſtrali Baptiſmatis Ieſu Chriſti Filij mei, & niſi tu illud ſuſceperis, abſque dubio in ignem inexſtinguibilem conijcieris: & ſtatim viſio diſparuit: Sed enim adeò illi animo infixa permanſit; vt relicto nauigandi conſilio Melitæ ſe cõtinuerit, & re omninò perpenſa alacri animi promptitudine Chriſtianã fidem fuerit amplexatus certò perſuaſus ſalutaribus Baptiſmi aquis ignem æternum fore exſtincturum, & Deipara manuductrice ad cœleſte regnum perventurum: Vt verò in ſancto propoſito melius perſiſteret, Romam venit: vbi egregium non modo fidei Chriſtianæ conſtantiæ, ſed omnium virtutum ſpecimen dedit; & quò arctius ſe Deo adſtringeret, & totis nervis in proximorum ſalutem incumberet Societatem Ieſu magna devotione ingreſſus Balthaſar de Loyola in honorem S. Ignatij Fundatoris noſtri appellari voluit: Deinde verò, vt Deiparæ à cuius facie conceſſerat, & pepererat ſpiritum ſalutis debitas grates perſolveret ad Lauretanam domum ire contendit; totum ſexaginta leucarum iter, delicatus*

anteà princeps pedes conſciens, extremas verò duas leucas, pedibus etiam nudis, vt devotis peregrinis laudabilis mos eſt peragravit: Deiparam verò ſalutans, totaque mente, & corde ſeſe illi devovēs magnam lætitiæ ſuavitatem in animo ſenſit: ſignatiſsimè verò ſolidam perſeveraturi in Ieſu Chriſti, & Matris ſuæ obſequij confidentiam obtinuiſſe ſibi viſus eſt: Romam ſubinde reverſus; mirum fuit quanto ardore in ea vrbe, & per totam Italiam falſam Mahometes ſectam convellere curavit; multis Mauris præſertim vero falſæ ſectæ Magiſtro olim ſuo ad veram fidem adductis: Deiparam cunctis in locis, & occaſionibus benigniſsimam manuductricem expertus. Quo fidei propogandæ ardore, cum Summo Pontifice Clemente, qui vivit & regnat in Regnum Magor iter inſtituiſſet, & in hanc Regiam Matriti Curiam in Indiam tranſiturus adventaſſet; lætali morbo correptus inter noſtras manus ſanctiſsimè obiit, perſeverantiæ dono (vt credimus) à Deipara obtento.

EIVSDEM argumenti.

MARIA fidelis ſuorum clientum Advocata; quæ ſuis precibus perſeverantiæ donum ipſis impetrat.

ADNOTATIO X.

CVM huius quidem inſtituti proprium, ſit, Mariam ita ex Patrū ſententia filios ſuos cura, & ſtudio pietatis parturientem oſtendere, *donec formetur in illis Chriſtus*; ſive donec ipſi *occurrant in virum perfectum in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti*: ad Epheſ. 4 verſ. 13. Quæ ad Donum Perſeverantiæ maximè faciunt: opportunè ijs illud Domini aptabimus monitum ad diſcipulos, Ioan. 15. ver. 4. *Manete in me, & ego in vobis*; quibus verbis id omninò ſignificavit Chriſtus, quod Concilium Tridentinum identidem diffinivit: *Deum neminem deſerere; niſi prius deſeratur ab ille*, itidemque *in Dei adiutorio formiſsimam ſpem collocare, & reponere omnes debere*, quippè vt dum illis in verbis Domini: *Manete in me* is eſt ſenſus (vt inquit Card. Toletus) *perſeverate, & in id vnum incumbite, vt in fide, & dilectione permaneatis*; ita cum ſubdit, *& ego in vobis*, planè oſtendit Dei donū fore perſeverantiam in gratia: cumque his verbis velit Dominus dicere, *ea omnia agite, vt hac vnio permaneat, & perſeveret veſtri mecum, & mei vobiſcum*, vt ſapienter obſervat Maldonatus ibi: & in noſtra eſſe poteſtate iuvante divina gratia, vt in accepta maneamus, itidemque non ſtare, niſi per nos, quo minus Chriſtus in nobis maneat: *Sic enim loquitur* (inquit ille) *quaſi ex nobis ſolis pendeat, quod in nobis maneat, ſe enim paratum eſſe, vt ſemper nobiſcum maneat*: vt hac ratione occurrant, & Toletus, & Maldonatus ei; qui ijs in verbis, *& ego in vobis* ambigeret; qua ratione Chriſti in nobis permanentia ſub præcepto, aut monito caderet, vt de ea à Domino admoneamur? quod nimirum ad Dei fidelitatem ſpectet, cum permanente permanere: vt docet Paulus non ſemel: vt 1. ad Cor. 1. verſ. 8. *Qui & confirmabit vos vſque in finem, ſine crimine in die adventus Domini noſtri Ieſu Chriſti. Fidelis Deus per quem vocati iſtis*: & 1. ad Theſſalon cap 5. verſ. 24. *Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos per omnia, vt integer Spiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela in adventu Domini noſtri Ieſu Chriſti ſervetur. Fidelis Deus, qui vocavit vos, qui etiam faciet.*

Et verò, vt id inſtitutum, quod tandem in Deiparæ honorem perducemus, latius perſequamur, videre eſt operæpretium; apprimè hanc ſententiam aſſertam à Iacobo Apoſtolo in epiſtola cap. 1. verſ. 21. illis omninò verbis: *In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum*: quibus tantū non dixit, quod Baſilius in conſtitutionibus monaſticis cap. 16. *Ad perfectum virtutis cumulum coniuncta ſimul eſſe oportet, & humanum ſtudium, & auxilium cœleſte*: quippè inſitionis imago ad cœleſte au-

Concil. Triden.
Cardin. Toleti.
1. Cor. 1 v. 8.
1. Theſſ. 5. v. 24.
Iacob. 1 v. 21.
Baſil.
Eph. 4. v. 13.
Ioan. 15 v. 4.

auxilium; manſuetudo autem ad durationem in virtutis ſtudio referenda ſunt: nam, ſi benè æſtimas: manſuetudo inibi non reſpicit virtutē manſuetudinis, & lenitatis erga alios, vt meliores interpretes adnotarūt, nec enim id è re Apoſtoli erat, ſed potiùs refertur ad animum ſedatum, & placidū; provt eſt cauſa patiētiæ, qua in arduis, & difficilibus negotijs perduramus opponiturque perturbationi, & impatientiæ, qua oneri ſuſtinendo, tanquā impares ſuccumbimus: Quare nō dubitaverim credere communem ſenſum hæc verba Iacobi habere cum illis Domini de ſemine, quod cecidit in terram bonam, Lucæ 8. v. 15. *Hi ſunt, qui in corde bono, & optimo audientes verbum, retinent, & fructum afferunt in patientia*; patientiæ nomine durationem, & perſeverantiam intelligentis: vt optimè interpretatur Maldonatus in Matth. capite 13. verſ. 23. inquiens: *Non ideò dixiſſe arbitror Chriſtum*: fructum afferunt in patientia, *quod quicumque volunt* in Chriſto piè vivere perſecutionem patiantur, 2. ad Timoth. 3. verſ. 12. *Sed quia qui* perſeveraverit vſque in finem hic ſalvus erit: *Alludit enim Chriſtus de ſemine, & eius fructus agens, ad patientiam agricolarum, quoniam debet in ſpe*, qui arat, arare, & qui triturat in ſpe fructus percipiendi, 1. Corint. 9. verſ. 10. Sic ille: & verò ſi ad rigorem Latinitatis venias, & manſuetudinem cum patiētia componas; invenies M. Tullium Tuſculana 2. ad verbio *patienter* adiunxiſſe *ſedatè*, & *placide*, hunc in modum: *Patienter placide, ſedatè ferre dolorē*: Iam verò pro tota ſententia ſub ea ſeminis vſque ad fructum perducti imagine; audi Gregorium Magnum lib. 2. in Ezechiel. hom. 15. *Cum bona deſideria concipimus ſemen in terrā mittimus, cum verò operari recta incipimus, herba ſumus: cum autem ad profectum boni operis creſcimus, ad ſpicam perveninus: Cumque in eius operationis perfectione ſolidamur, iam plenum frumentum in ſpica proferimus.* Sic Gregorius.

His concinit Petrus ep. 1. cap. 1. verſ. 5. fideles hac exhortatione demulcens *modicum, nunc ſi oportet contriſtari in varijs tentationibus, vt probatio veſtræ fidei multo pretioſior auro, quod per ignem probatur, inveniatur in laudem, & gloriam, & honorem in revelatione Ieſu Chriſti*, quibus verbis eos ad perſeverantiam vrgens de tentationibus, ſive experimentis (Græcè enim ſic habetur) quæ neceſſariò præcedunt ſignatè admonet; ſumpta auri imagine, quod in fornacem iniectum, quò magis ardet *plus proficit ad bonitatem* (vt inquit Plinius) quippè vult Deus ſuorum animos per conſtantiam, & durationem; imò, & obdurationem in laboribus examinare, vt inveniat *eos dignos ſe*, Sapientiæ 3. verſ. 5. Sic de Chriſtianorum in perſecutione infidelium egregia tolerantia dixit Cyprianus epiſt. 10. *Excuti nos Deus voluit, & probari, ſicut ſuos ſemper probavit*; Bernardus verò ſeriò, & acriter ſerm. 2. de verbis Iſaiæ, ita nos pungit. *Quid enim putas? indifferenter admittet homines in illud tantæ rectitudinis templum, qui ne ipſos quidem Angelos indifferenter reliquit in eo, aut non diſcernet inter glebas, qui diſcrevit inter ſtellas. Examinavit quidem argentum, qui ipſum quoque aurum probavit, & reprobavit*: Quod ſanè videris ab ipſo Domino monitum, cum præfato loco Lucæ, de ſemine, quod *cecidit ſuper petram*, inquit: *Qui cum audierint, cum gaudio ſuſcipiunt verbum, & hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt*: nullam videlicet conſtantiam, & tolerantiam in virtutis ſtadio præferentes: *ne tantillum quidem adverſarum rerum impetum ſuſtinentes* (ita Nazianz. orat. 27.) opportuniſsimè id ipſo Domino exprimente apud Matthæum 13. verſ. 6. cum de his inquit: *Sole autem orto æſtuaverunt* oſtēdens nullam ipſis conſtantiam, aut patientiam ſuperfuiſſe, qui à primo Solis radio; ac ſi portaſſent totum pondus diei, & æſtus fatigati oneri ſuccubuere, de quibus Eccleſiaſtici cap. 2. verſ. 15. *Væ vobis, qui perdiderunt ſuſtinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas.* Vbi Lectio Tigurina, & Complutenſis habent: *Væ vobis, qui amiſiſtis patientiam*: itidemque Baſilius apud Stobæum ſerm. 69. *Multi multis ab adoleſcentia collectis poſtquam ætatis mediū attigerunt obortis affectionibus per ſpiritus malitiæ nō potuerūt ferre vim tēpeſtatis, vtpotè imperiti gubernationis, &*

Lucæ 8. v. 15. — Maldo. Mat. 13 v. 23. — 2. Tim. 3. v. 12. — 1. Cor. 9 v. 10. — M. Tul. — Gregor. Magn. — 1. Pet. 1 v. 5. — Plinius. — Sap. 3. v. 5. — Cyprian. — Bernar. — Lucæ 8. v. 13. — Nazian. Mat. 13 v. 6. — Eccl. 2. v. 15. — Baſilius

rerum suarum omnium iacturam fecerunt: Hæc Basilius: vt videris, quam opportunum sit id Ambrosij monitũ lib. 3 in Hexameron cap. 12. ex imagine vitis maturas uvas proferentis: *Nec advertis ex his admoneri te homo, ne immaturos fructus tuos dies supremus inveniat; vt plenæ tempus ætatis opera imparata dedeceant? Acerbus enim fructus amarior esse consuevit, nec potest dulce esse, nisi ad maturitatis perfectionem adoleverit*: Hæc Ambrosius. Observa illud: *Ne immaturos fructus dies supremus inveniat*, quod ad Perseverantiam omninò spectat.

Ambros.

4 Ex quibus illud etiam planum fit, quod ex Concilio Tridentino afferebamus speciale, & magnum esse donum Perseverantiæ: *quod* (inquit iterũ Cõcilium eadem sessione 6. cap. 13.) *quidem haberi non potest, nisi ab eo, qui potens est, eum qui stat statuere, vt perseveranter stet*: necnon ex Augustino lib. de correptione, & gratia cap. 11. *Subventum est infirmitati humanæ, vt divina gratia inseparabiliter, & indeclinabiliter ageretur*: Quod alibi sub baculi infirmitatẽ sustentantis idemmet Pater, sic opportunè expressit: *Ecce Dominus tuus factus est tibi quasi baculus; securus homo incumbis, quia ille nõ succumbit*. Ita August. in Psalm. 32. Omninò verò ad scholasticos calculos lib. de Bono perseverantiæ, sic inquit: *Videte iám, à veritate, quam sit alienum negare, Donum Dei esse perseverantiã vsque in finem huius vitæ, cum vitæ huic, quando voluerit ipse det finem, quẽ si dat ante imminẽtem lapsum, facit hominem perseverare vsque in finem*: Hæc & alia ibi Augustinus. Quibus adnecte ea Sapientiæ verba, quæ & in ore omniũ natant, & nos sæpius in manibus explicãda habuimus cap. 4. v. 11. *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius*, de quibus & Augustinus lib. de Prædestinatione Sanctorũ cap. 17 & apud eum ibi Cyprianus disserũt: & de Cypriano, sic inquit Augustinus: *Certè B. Cyprianum disputasse constat, vt celerioris mortis beneficium commendaret, à peccatorum periculis eos eripi, qui hanc vitam finiunt, in qua peccari potest*. Quod verò paulò ante dixerat August. omninò è re nostra est: *Sed quare alij concedatur, vt ex huius vitæ periculis, dum iusti sunt, auferantur, alij verò iusti, donec à iustitia adant, in ijsdem periculis vita productiore teneantur, quis cognovit sensum Domini?* Sic August. Vnde quidem ad salutem nostram cum timore, & tremore operandam, sic à Gregorio Nazianzeno sapienter admonemur orat. de se ipso ad calcem operum: *Omnes quidem procedere, ac progredi satagant. Cæterum Deo, tanquam certissimo funi omnes, tam sapientes, quàm fortes, tam divites, quàm pauperes hæreant, vt enim Dei mensuram vitæ nostræ mensura sequitur, ita vitæ nostræ mensura Dei respondet* egregia planè sententia, vt à nobis alibi adducta, ita in seqq. explicanda, & diffundenda.

Concil. Trident.

August.

Sap 4. v. 11.

August.

Cyprian.

Naziã.

5 Volui equidẽ, & debui tanto sentẽtiarum, & verborũ apparatu donum Perseverantiæ adornare; vt qui in titulo adnotationis præmisi; precibus & intercessione Sãctissimæ Virginis eius clientibus Deum impertiri: itidem ostendam quantum Deiparæ debeamus, & quanto devotionis affectu ipsam venerari, eique adhærere debeamus: Et verò vt promisum institutum persequar; opportunè incepero ab Vverrici verbis serm. 1. *de Assumptione Virginis* patrocinium Mariæ, sic cõmendantis: *Nullatenus crediderim maioris esse felicitatis, & gloriæ habitare in sinu Abrahæ, quàm in sinu Mariæ: cum thronum suum in ea posuerit Rex gloriæ*. Veni (*inquit*) electa mea, & ponam in te thronum meum: Sic Vverricus: apud quẽ expẽde exquisitũ & profundum sensum, quo sinum Mariæ cum sinu Abrahæ composuit; vt ab hoc felicitatem eorum, qui sub illius patrocinio commorantur: maximè extolleret: & vt rem calleas, adi Lucã cap. 16. v. 22. de paupere mendico dicentẽ *factum est, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ*. Ad quæ verba dũ disquiritur quare locus ille quietis, & felicitatis sinus Abrahæ vocetur? duplicem inveneris apud Maldonatũ rationem, & vt rãque huic rei opportunam: nẽpè ipse ex Theophylacto ait: sinum dictũ inibi fuisse à *sinibus maris, idest, apricis locis, in quibus navigãtes se solent recipere*: de suo verò inquit Maldonatus. *Credo à discumbentibus sumptam fuisse metaphoram, quorum hic erat ordo, vt cui proximus cuique esset, in eius recumberet sinu. Quemadmodum Ioannes in cœna illa novissima*

Vverri.

Luc. 16 v. 22.

Theoph.

Maldon

in

Ioan. 13 v. 23. *in ſinum Chriſti recubuiſſe dicitur Ioan.* 13. *verſ.* 23. *Quia ergo, quod in ſinu eſt, coniunctiſſimum, & chariſſimum nobis eſt, & qui amat, tunc maximè capit voluptatem cum in ſinum eius, quem amat recumbit, vt idem indicavit Ioannes, qui cum diviſſet*, erat vnus ex diſcipulis recumbens in ſinu Ieſu, *quaſi explicandi gratia addidit*, quem diligebat Ieſus; *factum eſt, vt ſinus locus maximæ voluptatis, & perſonæ amatæ coniunctiſſimus vocaretur: ſic Filius* in ſinu Patris *eſſ dicitur* Ioann. 1. verſ. 18. Hæc omnia Maldonatus: Quæ omnia opportunè apraveris ſententiæ Vverrici; quod nullatenus maioris ſit felicitatis, ſive ad ſecuritatem, ſive ad gaudium, ſive ad gloriam in ſinu Mariæ, quã in ſinu Abrahæ habitare: Nam, quid maius? quid honorificentius? ſive glorioſius? quam in ſinu Mariæ, tanquam ipſi cõiunctiſſimus, & chariſſimus cõquieſcere? Iam verò quid ad animæ ſecuritatẽ inter tot huius vitæ diſcrimina, & mundanas varietates, ac procellas, quam ad inſtar navigantis in optatum portum ſeſe recipientis ad Mariæ ſinum confugere, vt à naufragio tutiſſimũ perſeverantiæ donũ ſub eius patrocinio conſequatur: ita quidem S Ephrẽ orat. in Laudẽ Virg. ipſam ſic alloquitur: *Portus tranquilliſſimus, & à fluctibus procelliſque agitatorum liberatrix deſideratiſſima*: & iterũ: *Portus navigantium tutiſſimus*: & eodem ductu à Theotocio, apud Eutronem pag. 21. *Portus ſine tẽpeſtate* Maria dicitur. Cura ergo, vt ſis in ſinu Mariæ; & quidẽ in tutiſſimo portu quieſces: Hoc planè erat votum S. Sabbæ in Menæis 12. Ianuarij, Ode. 5. de S. Tatiana Deipara, hunc in modum orantis: *Ad ſtationem tranquillam, ò Numinis deſponſa! me dirige. Nam fluctuum me tumultuans turba ſimulque gravis tempeſtas à peccato nata exagitat, quæ accenditur flatibus malorũ ſpirituum* Sic S. Sabbas.

6 Advoco hùc verba Bonaventuræ; quæ & ſi ſæpius ſcripſerim; & frequẽtius in aliis ſint, hìc deeſſe non debẽt: Ergo elucidans ille in Speculo Virginis cap. 7. verba Eccleſiaſtici 24. verſ. 16. quæ Mariæ accommodantur: *Et in plenitudine Sanctorum detentio mea*, inquit, *ipſa quoque non ſolùm in plenitudine Sanctorum detinetur, ſed etiam in plenitudine Sanctos detinet, ne eorum plenitudo minuatur: detinet nimirum virtutes, ne fugiant, detinet merita, ne pereant, detinet dæmones, ne noceant, detinet Filium, ne peccatores percutiat*: Hæc ibi & alia alibi appicta, & alibi appingenda. Quibus alia eiuſdem Bonavẽturæ, non minus appoſita placet adiungere in eodem Speculo capite 9. quippè inibi verſans verba Nehemiæ 2. cap. 4. verſ. 21. *Media pars noſtrum teneat lanceas ab aſcenſu Auroræ, donec egrediantur aſtra*; ad noſtrum inſtitutum de Maria egregia opitulatrice, ſic refert: *Vt ergo bonis operibus fideiter inſiſtamus, & malis viriliter reſiſtamus, neceſſarium nobis eſt, vt MARIÆ exemplum inſpiciamus, MARIÆ ſuffragium imploremus. Tunc quaſi ab aſcenſu Auroræ operamur, quando irradiãte exemplo, & vita MARIÆ, & quando irradiante miſericordia, & patrocinio MARIÆ ad benè operandum incitamur. Benè autem operari debemus, donec egrediantur aſtra, hoc eſt, donec animæ noſtræ lucidæ, tanquam aſtra, exeuntes de corporibus evolent ad aſtra*: Hæc Bonavent. Ecce tibi quantum MARIÆ patrocinium valeat, dum ab hoc ad benè operandum vſque in finem incitamur: & ne à iuſtitia cadamus; ipſius miſericordi manũ detinemur, donec animæ exeuntes de corporibus evolent ad aſtra.

Sed ne videamur plus iuſto Deiparæ patrocinium exſtendere, quaſi ab ipſo animæ in Dei obſequio perdurent, & tandem æternam gloriam aſſequantur (cum tamen hoc non niſi precibus, & interceſſioni ipſius de Filio benè merentis attribuamus) audiẽdus eſt hac de re Richard. à S Laur. lib. 4. de Laud. Virginis omnipotentiam Mariæ, ſic aſſerentis: *Cum eadem ſit poteſtas, & communis Matris, & Filij, quæ ab Omnipotente Filio omnipotẽs eſt effecta; quia* non eſt poteſtas niſi à Deo, Rom. 14. *Vnde dicit cum Filio, Matthæi 28.* Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra: *Tamen excellenter potens eſt in Eccleſia triumphante: Vnde dicit Eccleſiaſt.* 24. in Ieruſalem ſuperna poteſtas mea: *Imperandi, ſcilicet, quos volo virtutibus Angelicis, & animabus ſanctis, & faciendi ad beneplacitum meum, & quos volo introducendi*: Hæc ille: Quæ vt ad præſens inſtitutum opportunè

Bonav. Nehem. 2. c. 4. v. 21. 7 Rich. à S. Laur. Rom. 14. Mat. 28 Eccl. 24

accommodavero; advoco, quod de divino adiutorio ad radices in Dei ob
Proſper. ſequio agendas multis diſſerit S Proſper epiſt. 84. vbi cum præmiſiſſet: *Omnia quidem elementa mundi, & vniverſæ creaturarum naturæ, hoc ipſa ſua exigente ſpecie, vt inviſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt viſibilia conſpiciantur, & in pulchritudine cœli, & terræ quædam ſunt paginæ ad omnium oculos ſemper patentes, & Auctorem ſuum nunquam tacentes, quarum proteſtatio doctrinam imitatur magiſtrorum, & eloquia Scripturarum*: ad rem, quam perſequitur ſic ſubiungit: *Sed quidquid illud eſt, quod corporeorum ſenſuum exteriora pulſantur in agro cordis, cui impenditur iſta cultura, nec radicem poteſt figere, nec germen emittere, niſi ille ſummus, & verus agricola potentiam ſui operis adhibuerit, & ad vitalem profectum ea, quæ ſunt plantata perduxerit*: Hæc Proſper, quæ ſtatim confirmat Pauli
1. Cor. 3 v. 7. doctrina 1. Cor. 3. verſ. 7. *Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.* Sed enim vt videas communem Matris, & Filij eſſe poteſtatem; obſerva vna ex parte ex verbis Proſperi Filium in agro cordis radicem non figere, niſi ipſemet prius rigans incrementum dederit, & potentiam ſui operis adhibuerit: ex alia vero, eumdem Filium Matri ſuæ ſuggerere: *In Iacob inhabita, & in electis meis mitte radices*, Ec-
Eccl. 24 v. 13. cleſiaſt. 24. verſ. 13. vt duxerit: fac radices in eorum cordibus agas, & potentiam adhibeas, vt *radicati, & fundati poſſint comprehendere, &c.* Epheſ.
Epheſ. 3. v. 17. 3. verſ. 17. vt hinc merito Deipara, & à Chryſippo orat. de Deipara appelletur *Radix omnium bonorum*; &
Ephiph. ab Epiphanio orat. de Laud. Deiparæ *Radix gloriæ*; quæ videlicet cum bonorum operum perſeverantia coniuncta eſt: vnde ad hæc verba Eccleſiaſtici
Cornel. Cornelius ſic luculenter, inquit: *B. Virgo electorum eſt Dux, Magiſtra, & Cuſtos: vnde graves Theologi docent, ſignum prædeſtinationis electionis divinæ, eſſe cultum, & devotionem aſſiduam erga Virginem iuxtà illud.* Qui me inve-
Prov. 8. nerit inveniet vitam, Proverb. 8. *Vnde Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus orat. de Deipara: Sicut continua reſpiratio, non ſolùm eſt ſignum vitæ, ſed etiã cauſa; ſic B. Mariæ nomen, quod in ore ſervorum Dei aſſiduè verſatur, ſimul argumnetum eſt, quod verè vivant, ſimul etiam hanc vitam efficit, & conſervat; omnemque eis lætitiam, & opẽ ad omnia impertitur.* Hæc omnia Cornelius.

Iam pro ijs omnibus ipſa benigniſsima Mater egregiè fideiubet, & 8
Filio hæc ei dicenti, ſic reſpondet,
Cant. 7. verſ. 12. *Surgamus ad vineas, videamus, ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt*: quæ verba ſic explicat
Cant. 7. v. 12. Gregorius Magnus libro 12. Moral.
Gregor. Magn. cap. 24. *Non ergo intuendum eſt, ſi vinea floruit; ſed ſi flores ad partum fructuum convaleſcant, quia mirum non eſt ſi quis benè inchoet, ſed valdè mirabile eſt, ſi intentione recta in bono opere perduret.* Quare pergit opportuniſsimè Deipara Filio ſuo inquiens ex contemplatione Venerabilis Guillielmi, apud
Guillic. Martinum Delrio: *Tuum eſt videre hæc, & tamen dixi videamus, quia ego ſemper tecum, & ſequar te (ò Agnè) quocumque ieris. Floret vinea in inchoantibus; flores eius fructus parturiunt in proficientibus. Tuum eſt vtrumque videre; ideſt, approbare in beneplacito tuo*: pergit Mater ſeſe, tanquam perutile inſtrumentum ad hæc offerens: *Ibi* (inquit) *dabo tibi vbera mea ſpiritualia ad paſcendos tuos: ſpiritualiter enim paſcam parvulos tuos lacte maternæ pietatis, quæ olim pavi lacte corporali pro veritate carnis. Denique pro eo, quod tibi ſum Mater corporalis; ero tuis Mater ſpiritualis, materna charitate, quaſi proprios parturiens filios donec plenius formeris in eis, materna ibidem cura nutriens eos, donec vſque in virum perfectum grandeſcas in eis: Totum hoc faciã eos tibi aſſiduè cõmendando, & augmenta gratiarũ eis, pijs à te precibus impetrando*: Hæc Guillielm quibus opportuniùs, illuſtrius nihil dici potuit.

Illis tamen valdè conſentanea ſunt, 9
quæ habet Richardus à S. Laur. lib. 7. de
Rich. à S. Laur. Laud Virg. in eius laudem inflectens verba hæc Oſee 6. v. 3. *Quaſi diluculum*
Oſee 6. v. 3. *præparatus eſt egreſſus eius, & veniet quaſi imber nobis tẽporaneus, & ſerotinus terræ*: vbi obſerva primũ. Hebræa habere, *quaſi Aurora præparatus eſt egreſſus eius.* LXX. verò *quaſi mane paratũ inveniemus eum*, iã Richardus ſic explicat:
LXX. *Diluculũ iſtud coniungit nocti, ideſt, peccatores, diei, Chriſto*: & ſtatim: *Benedicit quaſi imber, ſcilicet, vt nos cõpluat gratia ſua, & fæcundet ad fructificandum*

per

per bona opera, & exstinguat in nobis fervorem concupiscentiarū: Quæ tandem sic omninò ex PP. Hieronymo, & Augustino confirmat, atque diffundit: *Imber est gratia, vel doctrina Christi, & Mariæ, quæ duo, pulveres, ideſt, peccatores conglutinant, vt inde fiant vasa in honorem*: Imber temporaneus *secundum B. Hieronymum, quo iactum semen coalescit in terra est gratia præveniens*: Serotinus: *quo ipsa grana iam ingrossata maturantur, est gratia consummans: sic promittit Dominus adventum suum, & talis fuit mūdo Nativitas Mariæ*: ex quibus sic concludat ad nostrū institutum: *Ideò assiduè roganda est à nobis, vt nolentes præveniat, vt velint; volentes sequatur, ne frustra velint, sicut docet B. Augustinus, vt Dominus exoretur tribuens gratiam incipiendi, proficiendi, & perseverandi*: Hæc omnia Richard.

EXEMPLA.

DE B. Balduino de Axella Dominicano refert Arnoldus de Raisse in Auctario S. Belgij: *quod cum deliciarum mundi aliquando memor Ordinem tentatione agitatus deserere pararet, & ante tamen ad Virginis aram orationem effunderet. Deipara dormitorientem invisit, & mystico duorum scyphorum gustatu admonuit Perseverantiæ in religioso vivendi instituto, quam ab illo ipsa requirebat: insipidus siquidem sæcularis vitæ scyphus: gratus verò & sapidus religiosæ vitæ videbatur, quo proinde diverso, & contrario gustu persuasus est, vitam religiosam, quam benè acceperat, generosè continuare.*

De Benedicto Canfeldensi Anglo Capucino Concionatore hanc nobilem mentionem facit Zacharias Boverius anno 1610. suorum Annalium num. 45. *Qui cum more suæ gentis in errore hæresis educatus posteà miserante Domino Catholicus effectus Capucinorum Religionem ingressus est, duro deinde tyrocinio probatus, ne frequentibus visitationibus cælestibus in vanum tumesceret; atque eo etiam despectionis Dei providentia coniectus est, vt ab omnibus domesticis diceretur foras ejiciendus. Confugit ille supplex ad Virginem, quem ipsa vt misericordiæ Mater consolans, suismet illum manibus sine præcingere dignata est: (Quis vero iam in malum dissolver, quod Deipara ligavit in bonum?) simul admonens, & promittens Religioso illo in habitu perseveraturum, & faustè emoriturum. Nihil timeret; tantum modo eo se dignum cum constanti labore, tum egregia virtute animosè præstaret.*

Quò placet referre, quod in Annuis Societatis anno 1614. sic habetur. *Puella Norimbergensis honestis, & copiosis nata parentibus Lutherano educata in ritu Angelicæ Salutationis formulam à Catholico didicerat, & ea Virginem Matrem salutando sibi conciliabat. Per quietem iussa est à Virgine proficisci Bambergam erudienda ab vno de Societate; quem etiam E. Virgo de ventura puella admonuit, varia adijciens argumenta, quibus distingueretur, & dignosceretur ab alijs puellis: sed ad rem sibi subijcitur. Solebat hæc puella in sinum recepta Ecclesiæ dicere.* Nulli hæretico posse accidere, vt cum hæresi è vita decedat, cui cœli Regina in honore fuerit: *Id quod nos Deiparæ studiosis fas sit accommodare, vt nulli possit accidere cum peccato è vita decedere, cui cœli Regina in honore fuerit. De quo plura in seqq.*

MARIA Optima Advocata; quæ suis clientibus vitam præstat puram: iter parat tutum, vt donum Perseverantiæ à Deo consequantur.

ADNOTATIO XI.

DEsumpsimus Adnotationis huius argumentum ex pulchro, & valdè pio hymno; quo Deiparam salutat

lutat Ecclesia sub initio, inquiens: *Ave maris stella, &c.* dum pergit: *Vitam præsta puram; iter para tutum: vt videntes Iesum semper collætemur*: Quippè hæc ad donum Perseverantiæ omninò spectant: Quid enim fuerit? Virginem famulis suis iter tutum parare. Nisi & manus dissolutas, & genua debilia illorum erigere; & ipsos inter huius viæ, & vitæ varietates, sic dirigere, vt ad vitæ portum perveniant? Verum enim verò; vt penitiùs id argumentum æquè salutare, ac scitu dignum pensitemus non possum, non observare dubium, non leve, quod in explicando, & cognoscendo Dono Perseverantiæ occurrit: Nimirum negotium facessit, vna ex parte explicare quid addat speciale, hoc & magnum Perseverantiæ donum supra auxilium illud moraliter efficax quod ex fidelitate tenetur Deus præbere iustificatis, tam ex sensu Pauli 1. ad Corinth. 1. vers. 8. vbi cum dixisset: *Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Iesu, &c.* Subijcit: *Qui & confirmabit vos vsque in finẽ sine crimine in die adventus Domini nostri Iesu Christi*: addens. *Fidelis Deus per quem vocati estis*: Similiter 1 ad Thessalon. 5. vers 23. *Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in adventu Domini nostri Iesu Christi servetur*: subdens. *Fidelis est, qui vocavit vos, qui etiam faciet*: seu vt expressit Lectio Syriaca: *Fidelis est ille, qui vocavit vos, vt hoc faciat*: & 2 ad Thessal 3. vers. 3. *Fidelis autẽ Deus est, qui confirmabit vos, & custodiet à malo*: Quibus omninò subscribit Cõcilium Tridentinum sessione 6. cap. 13. diffiniens, tum *perseverantiæ donum aliunde haberi non posse nisi à Deo*, tum etiam monens *nihilominus in Dei auxilium firmissimam spem collocare, & reponere omnes debent. Deus enim, nisi ipsi illius gratiæ defuerint, sicut cœpit opus bonum ita perficiet operans velle, & perficere*: & alibi *Deus neminem deserit, nisi prius deseratur ab eo*: Quid quod? cum inter Deum, & homines iustificatos vera intersit amicitia; ex fidelitate teneri videtur Deus id ipsis præstare, sine quo non possunt moraliter non peccare. Quis enim fidelem dixerit in amicitia eum, qui amicum in eo relinquit discrimine, in quo propter adversarij potentiam, occidendum esse cognoscit: Certè Paulus cum 1. Corint. 10. vers. 13. dixit: *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis*: si solum loqueretur de potentia physica ad resistendum, nullatenus extollebat Dei fidelitatem; cum nullum mihi subsit peccandi periculum; quando in mea potestate physica non est tentationi resistere: & tamen his omnibus minimè obstantibus absolutè diffinit Concilium sessione 6. canone 23. *Si quis dixerit, iustificatum sine speciali Dei auxilio in incepta iustitia perseverare posse: anathema sit.*

Enim verò, vt hæc vtcumque extricavero, dixerim primum Paulum accurata locutione, & quæsito verbo hæc Concilij verba expressisse: dum iustificatis Dei munere, vsque in finem perseveraturos dixit: *Confirmabit vos vsque in finem*: Etenim vt confirmare, & servare idem sonare, sive idem esse videantur: plus tamen acuminis, & energiæ inest verbo *cõfirmare*; quod nimirum supponat infirmitatem, & imbellicitatem eius rei, quæ confirmatur: quædam enim servantur, quin aliquid de novo accipiant, vt subsistant, sed ea tamen omninò confirmari dicimus, quæ cum suapte natura debilia sint, atque infirma; peculiari auxilio, & robore aliunde adveniente indigent, vt firmiter sibi constent, sic Auctores linguæ Latinæ verbum *confirmare* explicant *firmum facere, & robur addere*, vt apud Suetonium *consternatum populum confirmavit*, ideò Apostolus sensum communem habens, cum Concilio speciale auxilium necessarium esse diffiniens, *vt iustificati in incæpta iustitia perseverare possint* confirmandos fore à Deo, vsque in finem affirmavit; quod eos; quos speciali dono gubernandos suscepit; sic dirigat, vt eorum infirmitatem solida virtute muniat, & indesinenter confirmet; quin à iustitia deflectant, vel si malo fato defecerint, novo auxilij robore excitati, strenuè cursum salutis arripiant: Quam sanè fuisse mentem Vatis dixeris, eadem locutione explicatam, Psalm. 118. vers. 18. vbi cum sese præ ignavia, & animi torpore remissas manus, & genua debilia habentem; & pœne lap-

1. Cor. 10. v. 13

Concil.

1. Cor. 1 v. 18.

1. Thess. 5. v. 23.

Lect. Syriaca.

2. Thess. 3. v. 3.

Concil. Trident.

Suetonius

Ps. 118. v. 18.

san-

ſantem, atque ad inſtar ruinoſi tecti minutas culpæ guttas ſtillãtem cognoviſſet, illis verbis: *Dormitavit* (ſeu *ſtillavit*) *anima mea præ tædio*: exclamat inquiens: *Confirma me in verbis tuis*, in quæ verba egregius eſt hic Card. Bellarmini Commẽtarius: *Iterum redit ad infirmitatem carnis conſitendam, & miſericordiam poſtulandam. Nam in hac peregrinatione vix invenitur, qui non aliquando laxetur, & præ tædio continuæ luctæ, quam habet Spiritus cum carne, dormitet, & tepidior fiat.* Dormitavit (*inquit*) anima mea præ tædio, *dum videlicet tædet ambulare viam laboriosam carne concupiſcente adverſus ſpiritum*: ideò ait, Confirma me in verbis tuis, *ideſt, in præceptis tuis ſectãdis confirma me addito fervore gratiæ tuæ, quo excitatus ambulare non ceſſem.* Hæc Bellarminus, edoctus ab Ambroſio in id Pſalmi Octonario 4. qui cum præmiſiſſet. *Verbum Dei repulſorium tædiorum eſt: Ex triſtitia enim, & ſollicitudine ſæcularium ſomnus irrepit. Qui autem adhæret Deo, curarum fugitans, voluptatẽ capit cognitionis æternæ, nullam illic mutationem rerum ſæcularium pertimeſcens*: poſt multa in hanc ſententiam ſubijcit: *ideòque confirmari ſe petit in verbis ſuis Propheta, ne moveantur pedes eius, ne effundantur greſſus eius. Quæ, ſi quis recto vigeat corde, non patitur, ſed radicatus, atque fundatus adverſus omnes paſſionum fluctus immobilis perſeverat.* Hactenus Ambroſius.

3 Deinde verò in Pauli verbis obſervo; ipſum vt ſignificaret dilucidè de Dono Perſeverantiæ ſermonem agere: hanc Dei confirmationem vſque in vltimum vitæ articulum perducere, ſignatè inquiens: *Confirmabit vos vſque in finem in die adventus Domini noſtri Ieſu Chriſti*: vt denotet extremum vitæ articulum incluſivè; qui ſolis electus ſalutaris, & vitalis eſt; nec niſi ijs contingit, qui ſpecialem Dei gubernationem, cui Donũ Perſeverantiæ adnexum eſt, à Dei benignitate conſecuti ſunt: Enim verò cum de omnibus in vniverſum hominibus dicatur Iob. 14. verſ. 5. *Breves dies hominis ſunt, numerus menſium eius apud te eſt, conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poſſunt*: ſingillatim quidem de iuſtorum morte dicitur: *Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius*, Pſalmo 115. verſ. 15. notanti epiteto appellata *pretioſa*: quæ videlicet multam habet æſtimationẽ: & omni circumſpectione diſpenſatur; tanquãres, quæ caro conſtat, ac proinde illibẽter perditur: quo ſenſu, & voce dictũ eſt à Luca cap. 7. verſ. 2. de ſervo Centurionis: eſſe *illi pretioſum*, quæ omnia ſic expreſsit Bellarminus, *magni æſtimat Dominus mortem ſanctorum*; *quomodo apud homines magni fiunt gemmæ pretioſæ, quibus Regum diademata ornari ſolent, & quibus nihil charius apud homines invenitur*: Ergo Deus cuius nutibus vitæ noſtræ momenta decurrunt, & qui cunctis viventibus, tanquam ſummus Imperator, & mortis, ac vitæ Dominus terminum vitæ poſuit, qui præteriri non poteſt, ipſe tanquam bonus, & indulgens Pater extremum vitæ momentum electis ad vitam benigniſsimo miſericordiæ ſuæ nutui omninò decurrere decrevit, vt pretioſa in conſpectu ipſius mors eorum eſſet, in cuius momento totum perſeverantiæ, & æternæ ſalutis momentum vertitur.

Ergo cum Paulus eam confirmationem, quam Deus voluntati exhibet, cum perſeverantiæ dono coniunctam, cui adnexa eſt ea gubernatio; *qua nunquam Deus deſiit, quos in ſoliditate ſua dilectionis inſtituit*; adornat, inquiens, *confirmabit vos vſque in finem, ſine crimine*: cogita de eo auxilio gratiæ fuiſſe locutum, de quo ipſemet ad Hebræos cap. 4. verſ. 16. monet: *Adeamus ergo, cum fiducia ad thronum gratiæ, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno*, vbi dum primum per *miſericordiã conſequi*, ſignificavit Apoſtolus, ad pœnitentiam, & præteritorum criminum deteſtationem divinitus excitari, & divinæ inſpirationi obedientes ante actæ vitæ maculas lachrymis eluere: ſignatè ſubinde *gratiam invenire in auxilio opportuno* addidit; quod ad difficultates virtutis ſuperandas, & tentationes vincendas, & pravos motus reprimendos neceſſarium eſt: Sic hoc auxilium explicãte inibi Anſelmo: *In auxilio*; *ideſt, vt auxilietur nobis contra tentationum impugnationes, & cooperetur ad completionem bonorum operum*: Auxilio dico: oppor-

Bellar. *Pſ. 118 v. 15.* *Luc. 7. v. 2.* 4 *Heb. 4. v. 16.* *Iob. 14. v. 5.* *Anſelm.*

opportuno: *ideſt, congruo, & neceſſario*: Hæc Anſelmus: En confirmationem. En gubernationem, quæ ſi in finem vitæ protendetur: En Donum perſeverantiæ; quæ quidem cum in extremo vitæ articulo cenſeatur: ad optimum ſanè navis gubernatorem ſpectat; ſic eam dirigere, vt ad portum tandem feliciter perveniat: Igitur Divina Sapientia; quæ *attingit a fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuaviter*: Cuique viæ omnes ominò perviæ ſunt, & cui nemo poteſt reſiſtere; itidemque cuius nutibus, non tantum vitæ noſtræ, ſed potiſſimum ſalutis æternæ momenta decurrunt, ſic piè, & miſericorditer, cum electis ſuis ſe gerit, vt in eas circunſtantias opportunas deducat, in quibus congruis remedijs appoſitis videt ipſos in vltimo vitæ articulo in gratia, & iuſtitia fore perſeveraturos: Quod ſanè aliis, qui tanto beneficio non fuere digni, non præſtat: vnde Auguſtinus poſt præfata verba ex lib. de Dono perſeverātiæ cap. 14. *Ex quo apparet, habere quoſdam in ipſo ingenio Divinum, quoddam munus intelligentiæ, quo moveantur ad fidem, ſi congrua ſuis mentibus, vel audiant verba, vel ſigna conſpiciant*; notanter ſubijcit: *& tamen ſi Dei altiore iudicio à perditionis maſſa non ſunt gratiæ prædeſtinatione diſcreti, nec ipſa eis adhibentur, vel dicta, vel facta, per quæ poſſent credere, ſi audirent vtique alia, vel viderent.*

Auguſt.

5 Iam quidem, ſi hæc ad explicandum, vtcumque donum Perſeverantiæ, quod Deus electis ſuis impertitur, videntur tibi opportuna: opportuniora ſanè Deiparæ aptata videbūtur, cum ipſa ſuis in mortis articulo ſignatè adſit, opem ferat, & omni modo patrocinetur: nec tantum patrocinetur, & quamcumque opem ferat: ſed vt eos etiam extra aleæ periculū omninò ponat; egregijs artibus, & cōgruis remedijs ad ſoliditatis, imò, & maturitatis ſtatum perducat: de quo nobis, ſubinde agendum, cum Mariam opportunam Advocatam in hora mortis adſtruxerimus, ſicut etiā oſtendimus, cum ipſam congruis, & opportunis modis panem cottidianum gratiæ, & auxiliorum, tanquam Dei diſpenſatricem ſuis diſtribuentem fecimus: in quam rem modo obſerva hæc Petri Damiani verba ſerm. 11. in fine: *Dulcis Dominus, Dulcis Domina: quia ille Deus meus miſericordia mea: Hæc Domina mea miſericordiæ porta: Ducat nos Mater ad Filium: Filia ad Patrem: Sponſa ad Sponſum*: Sic ille, & quidem primum rectè *Miſericordiæ porta*, quæ nos ducit ad Filium: audi Richardum à S. Laurentio lib. 1. de Laud. Virginis cap 3. componentem Mariam, cum mare fuſsili, quod in templi introitu poſitum erat, *contra Orientem ad Meridiem* 2. Paralip. 4. hunc in modum, *quæ ſpeciali affectu miſericordiæ volentibus intrare Eccleſiam prima omnium Sanctorum occurrit, ipſis gratiam interioris amaritudinis, & contritionis, & ſonum veræ confeſsionis infundit, ad verum Orientem, ideſt, Filium ſuum eos per gratiam deducit, charitatis fervore, quæ per Meridiem deſignatur accendit, & tandem ad dexteram æternæ beatitudinis introducit*: Hæc Richard. Deinde rectè, & opportunè *Dulcis Domina*, quia dulciter diſponit nobis viam virtutis, *vt appareat, quod latebat, & dulce fiat, quod non delectabat*: quippè *non habet amaritudinem converſatio illius*, Sapient. 8. verſ. 16. Sed cuius *ſpiritus ſuper mel dulcis*, Eccleſ. 24. verſ. 27. quæ dulciter gratiarum dona ad benè operādum nobis diſtribuit. Quod nobis dulciter nobis explicuit ſuo exēplo S. Bernardinus Senenſis alibi adductus, cum dicebat de divinis gratiarum muneribus, *quæ quidem dulcius ſapiunt per Mariæ manus collata*: & ſtatim: *& ſi mihi à Deo daretur, an vellem dona ab ipſo fonte, ſic immediatè haurire, vt non per preces, & manus Mariæ ad me deſcenderent, ſed ſoli Deo debitor fierem: vel potius vellem eadem dona per hunc cœleſtem Aquæductum recipere, & Virgini debere id, quod gratia Dei eſſem: ego fateor genibus flexis inſtantiſsimè à Deo peterem, vt per hoc cœleſte collum divinæ influentiæ ad me deſcenderent.* Sic Sanctus Bernardinus: A quo non longè it Richard à S. Laurentio lib. 4. de Laud. Virginis: vbi cum Mariæ Spiritum dulcem nobis omnimodis adſtrueret; nempè cogitatu, reſpectu, auditu, olfactu, guſtu; tactu, de hoc vltimo inquit: *Dulcis etiam tactu, quia Mater eſt miſericordiæ: & matris eſt ſuaviter, & dulciter tāgere puerum. Pueri ſunt peccatores*

Petr. Damia.

Rich. à S. Laur.

2. Par. 4

Sap. 8. v. 16.

Eccl. 24 v. 27.

Bernar. Senen.

Rich. à S. Laur.

es, quibus ipsa novit levi manu, suavi attactu tumorem premere, putredinem ejicere, vulnera circumligare spem, & securitatem misericordiæ præstare: & ideò dicit In me omnis gratia, Eccl. 24. Sic Richard. pulchrè illud *levi manu, suavi attactu tumorem premere*, congruis, scilicet, & opportunis humanæ infirmitatis remediis suaviter, & efficaciter animos demulcens. *Eccl. 24*

7 Sed illud tandem peropportunum huic instituto fuerit, quod Cant. 3. v. 9. de Deipara Philippo Abbate ex positore dixit Salomon, vt in superioribus vidimus: *Ferculum fecit sibi Rex Salomon*: quod de ferculo conviviali ille accipiebat, quod homines à peccatis amaros, & agrestes sua apud Filium interventione esui dulces cõvertat, *vt qui sylvestri prius amaritudine fuerant odiosi susceptι à Virginis ferculo, fiant suscipientis merito gratiosi.* Preme modo in his Salomonis verbis illud *sibi*: vt videris, quam consultè, & quanta providentia Deum, qui cõgruis auxilijs, & suavi providentia vult electos suos iustificare, solidare, & vsque in finem confirmare, iam cõminatione quasi virga, iam promissis, quasi fistula ad æternas illas caulas ducens hoc sibi Mariæ ferculum fecerit, à quo susceptι ij, qui antea, vt acerbi, & amari divino palato erant odiosi; maturi, & suaves reddantur, dum ipsa iam virga comminationis; iam fistula, quæ ipsorum animis concentum faciat; & eorum propensiõnibus consonet, paulatim ad suavem maturitatem perducit Quo opportunè retulit, Hugo de S. Victore lib. *de institutione monastica*, nomen ipsum Mariæ, quod interpretatur *Mare amarum*; quod ipsa, quæ in humanis voluptatibus dulcia sunt; amara faciat, & è contra, quæ in virtute aspera, & amara censentur dulcia reddat, atque suavia, sic namque Hugo: *Maria interpretatur Mare amarii, quia mundanas delitias amaricat amatoribus suis, & amaritudines præsentes dulces facit charitatis igne gratiam eis subministrando*: Ita ille: Quod ipsamet Deipara S Brigittæ de auxilio opportuno, quod Carolo eius filio in hora mortis præstitit significavit, his verbis: *quippè steri prope eumdem filium tuum Carolũ paulo antequam emisit spiritum, vt carnalem amorem, non sic in memoria haberet, quod propter eum aliquid Deo contrarium cogitaret, aut loqueretur; nec aliqua Deo placentia vellet omittere, neque illa, quæ possent esse quomodolibet divinæ voluntati contraria vellet perficere ad suæ animæ documẽtum*: Hæc apud B. Brigittam lib. 7. Revelationum cap. 13. Quæ suo loco diffundemus. *Cant. 3. v. 9.* *Hugo à S. Vict.* *S. Brig.* *B. Brig.*

8 Concinit Ecclesiasticus cap. 15. vers. 1. inquiens: *Qui continens est iustitiæ apprehendet illam; & obviabit illi, quasi mater honorificata*: In Mariæ obsequium hæc inflectente Richardo à S. Laur. lib. 2. de Laud Virg particula 6. vbi iustum, sive tenentem iustitiam, sic describit *tenens iustitiam corde, ore, & opere, apprehendet Mariam, vt ei serviat, eam collaudet, & operetur ad honorem ipsius. Nõ enim videtur iustus, vel de numero prædestinatorum, sed magis de numero reproborum, qui Mariæ specialiter non servit*: deinde ea verba, *& obviabit illi, quasi Mater honorificata*, sic exponit. *Quod est dicere: sicut Mater honorificata à filijs suis blande suscipit illos, sic iustitia, sapientia, & Maria blande suscipiunt merito iustitiæ iustos in morte: Est enim iustitia, sapiẽtia, & Maria mater iustorum, quia nutrit eos, & adoptat in filios multitudine bonorum operum, & elucidata doctrina verbi, & exempli.* Hæc ille: Vnde clamat ad Virginem S. Iosephus Confessor in Menæis die 16. Aprilis Ode 5. de S. Irene. *Intercessione tua perfice Virgo, vt mihi bonus vitæ finis adventer, quo supplicia, scilicet, evadam, quæ me sine fine duratura spectant.* Sic S. Iosephus. *Rich. à S. Laur.* *S. Ioseph. Confess.*

EXEMPLA.

NIhil quidem opportunius mihi visum est, pro Maria ad vitam Ductrice, & iter tutum præstante; & in morte divinum robur suggerente, quam quod habent Annuæ nostræ Iaponicæ, anni 1629. & ex illis Toussant Bridoul in triumpho Virginis die 11. Februarij *de Yemondono illustri, & generoso milite Iaponio, qui pro Christi Fide ad mortem damnatus vna cum tota familia sua; nobilis Christi atleta, & dux ad locum Martyrio destinatum; cum hac celebri pompa ire instituit. Præcedebat*

ve-

vexillum inſignitum imagine Virginis, quod deferebat puerulus: hunc alius duodenis puer proximè ſequebatur facè benedictam accenſam geſtans, ponè reliqui, tum liberi, tum ſervi ſequebantur, omniumque agmen claudebat Yemondonus. Vbi ventum eſt ad locum, omnes imaginem Virginis in vexillo depictam humiliter cinxerunt, poſtulantes eius patrocinio roborari ad mortem; quam Deipara auxiliatrice magno animo, & Gentilium mirabili, tum horrore, tum veneratione omnes ad vnum pertulerunt: O felix, & Maria Duce dignum Agmen.

Sed & deinde ex ipſiſmet paſsibus corporis quibus, quidam Deiparæ ſervus ſuamet viſcera in manibus ferens ad ipſam Lauretanã ædem pervenit videor mihi elicere iter tutum, & ſpirituales greſſus per quos ad perſeverantem in divina gratia famulatum Maria clientes ſuos perducit: vt cunctis impedimentis ablatis ad portum ſalutis perveniant. Ergo ingens, & ſtupendum miraculum deſcriptum invenies apud Horatium Turſelinũ lib. 2 hiſtor. Lauretanæ cap. 18. & eſt huiuſmodi. *Tempore Leonis X. Sacerdos erat palmata Lauretanæ Virgini vnice deditus, hic forte captus à Turcis, & ad deſerendam Chriſtianam religionẽ omni artificio ſolicitatus, cum nefarias voces averſaretur, Chriſtum, ac Mariam identidem invocabat, illiſque ſciſcitantibus, cur nomina illa invocaret, reſpondit quia hærent mihi in præcordijs. Tum verò illi furentes ira circumſiſtunt Sacerdotem, eique Lauretanam Virginem inclamanti, adiecto voto eam primo quoque tempore adeundi, Turcæ infeſti diripiunt, & viperis immaniores præcordia extrahunt, atque ſemineci tradunt, ſimul per ludibrium increpantes. Abi iam propera, & præcordia, in quibus hæreas Mariam Lauretanam ad eam perfer, vti voviſti. Moribundus Sacerdos exta ſua, manu dextera deferens, Deo mortem morante, viresque ſuggerente Lauretum ire pergit mirantibus, ac ſequentibus populis multorum dierum itinere celeriter emenſo: tandem Lauretum venit, & ibi miniſtris templi apertum, vacuumque pectus, & prætenta manu viſcera oſtentans, & totam rem enarrans, gratijs Virgini enixè actis Chriſtianiſque Confeſsionis, & Euchariſtiæ Sacramẽtis præmmunitus in Deiparæ conſpectu, complexuque vt par eſt credere, animã efflavit exta ijſa è regione Sacroſanctæ cellæ ſuſpenſa diu advenis ſpectantibus ſpectaculo fuerunt:* Hæc ex Turſelino, qui miraculum tam aſſeveranter affirmat, vt nefas iudicet de eo dubitare, *cum multi adhuc eo tempore viverent, qui teſtabantur exta è ligno expreſſa à ſe viſa, modoque Sacerdos præcordia prætendens in tabella depictus addita totius rei narratione hodie cõſpiciatur.*

Ergo quod in Sacerdote Dalmata vidiſti, à Virgine manuducto ad ſacram ſuam ædem, vt ibi ſanctè, & feliciter diẽ clauderet, ad rectum in vita ſpirituali curſum, vſque in finem peragendum refer: Quod ſcitè firmat S. Germanus in oratione de Zona *Virginis; vbi à vita corporali ad ſpiritualem hanc conficit argumẽtationem:* Quomodo corpus noſtrum vitalis ſignum operationis habet reſpirationem; ita & ſanctiſsimũ nomen tuum Virgo beatiſsima, *quod in ore ſervorum tuorum verſatur aſſiduè in omni tempore loco, eo modo* vitæ, lætitiæ, & auxilij, *non ſolùm eſt ſignum, ſed ea etiam procurat, & cõciliat, vt nimirũ reſpiremus in ſpem filiorum Dei: Hæc Germanus, & quidem germanè. Quæ opportunè firmaveris à doctrina B. Gertrudis. Nam vt apud ipſam habetur in libro Revelationum cap. 1. Cum ex ſpirituali quadam revelatione Sancta Virgo intellexiſſet, ſibi in augmentum meriti aliquid adverſitatis imminere, & inde ex humana fragilitate trepidaret; Pius Dominus ipſius fragilitati condeſcendens miſericordem Matrem ſuam, inclytam cœlorum Reginam, & imperatricem illi dedit in Matrem benignamque diſpenſatricem, vt quantumcumque nimietate adverſitatis vltra vires gravaretur, ſemper ad ipſam Matrem miſericordiæ ſecurum haberet recurſum cuius interventu ſe ſciret alleviandam. Poſt hæc brevi intervallo temporis elapſo, cum valdè gravaretur quadam in re recurrit ad deſolatorum Conſolatricem cupiens ab ea doceri, quid in hac cauſa magis expediret, & ab ipſa reſponſum accipere meruit:* Sic ibi. Vides Magiſtram, ducem viæ, & manu deducentem ad portum ſalutis?

MARIA Advocata opportunissima in hora mortis.

ADNOTATIO XII.

1 ECce tibi glorioſum Patrocinij Mariæ ſcopum, maturum fructum, & peremptorium Doni Perſeverantiæ terminum, & finem; Bonã, ſcilicet, Maria adiuvante in Dei gratia Mortem. Vnde Sancta Mater Eccleſia opportunè ad Deiparam clamat: *Vitam præſta puram: iter para tutum*: opportuniſsimè verò: *Tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe*, in illa nimirum hora, in qua vel omnium feliciſsima, vel omnium infeliciſsima iacienda ſors eſt dixerim: O momentum! à quo æternitas pendet! Dixerim, ò Mariam! opportuniſsimã in tali momento Patronam! ò neceſſariam Advocatam! o beatum ius! dirimens periculoſiſsimam litem! quod à faucibus maligniſsimi hoſtis animas in gloriam filiorum Dei aſſerit! vt hinc ſanctiſsimi etiam homines tale tantumque diſcrimen horreant, & ad Deiparam ferventiſsimè clament: ſic enim in primis S. Damaſcenus in Menæis die 9. Martij Ode. 3. de SS. MM. *Propter vltimi iudicij recordationem timore perfundor, & ad horribile, quod imminet exſamen contremiſco; ancipitem quoque ſententiam horreo, & ſupplicij magnitudinem pertimeſco; tormentorum, ſcilicet, ignis, inferorum tenebras, dentium ſtridorem, & conſcientiæ vermem ſemper inſomnem. Heu mihi! quid faciam? Tunc, ſcilicet, auxilio mihi aſsiſte, ò Domina! meique patrocinium, quam ferventiſsimè ſuſcipe. In te enim ſpem omnem repoſitam habeo, quamquã Tuus ſum inutilis ſervus*: Sic Damaſcenus; & eodem ductu S. Sabbas in iiſdem Menæis die 28. Ianuarij in veſperis de S. Ephrem: Virginem ſic orat: *Veneranda Virgo, & Mater! Porta ad vitam, quæ ſola vera eſt vita: per tuas ad Deum preces à damnationis me periculo eripe, vnaque largire, vt antequam vivendi finem faciem, cum lachrymarũ effuſione mundatus in mortis hora; illa iuſtificante gratia fruar, quam conſecuta eſt omnis multitudo Sanctorum*: nec non & S. Ephrem orat. in lamentatione Deiparæ talibus orabat. *Eripe nos, ò Virgo ſancta! atque intemerata à quacumque neceſsitate ingruentes, & à cunctis tentationibus diaboli. Eſto noſtra conciliatrix, & Advocata in hora mortis, atque iudicij; noſque ab inexſtinguibili igne, & tenebris exterioribus libera; & gloria Filij tui nos dignare, ò Virgo, & Mater dulciſsima, & clementiſsima*: Hæc S. Ephrem: Quorum PP. pijs clamoribus placet adiungere devotiſsimas voces; quas vir ille magni nominis, & maioris virtutis Magiſter Ioannes de Auila Virginis ſtudioſiſsimus inſtante morte in eius imaginẽ defixis oculis, ſic mittebat: *Recordare Virgo Mater; dum ſteteris in conſpectu Dei, vt loquaris pro nobis bona*: quibus in verbis, vſque ad vltimum vitæ inſtans repetitis animam Deo reddidit, vt auctor eſt Frater Ludovicus de Granada in eius vita: tanto Scriptore, tantus vir dignus.

2 Annuit quidem ſuorum votis dulciſsima, & clementiſsima Advocata, de qua propheticoore Regius Vates, Pſalm. 44. verſ. 10. inquit: *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato*: Quæ verba, cum de Deipara frequenter, ab interpretibus accipiantur, notanter inquit Card. Hugo. Verbum *aſtitit* ſignificare *paratum à Virgine auxilium*: & ſimiliter Richardus à S. Laurentio lib. 6. de Laud. Virg. *Commendatur* (inquit) *Regina à promptitudine auxiliandi: quia adſtare auxiliantis eſt: vnde Stephanus vidit Ieſum ſtantem, quaſi iuvare paratum*: *Actuum* 7. Cui ſenſui adſtipulatur Lectio Chryſoſtomi *Erecta ſteterit*: tum commentarius Agelij in ſimilia verba, Pſalm. 108. verſ. 31. *Quia adſtitit à dextris pauperis, vt ſalvam faceret à perſequentibus animam meam*: quippè ille, ſic premit verbum *adſtitit*: vt non *tantum* denotet *defenſorem armatum prætento ſcuto protegentem, ac more armigeri, aut lateronis tegentem latus, ne quis noceat, ſed præterea tanquam patronum, & Advocatum, & cauſam illius tractantem adverſus malevolos accuſatores*: Quæ ſanè omnia, vt Deiparæ nobis ſemper in auxi-

lium

Damaſ. *S. Sabb.* *S. Ephr.* *Pſal. 44 v. 10.* *Card. Hug. Rich. à S. Laur.* *Actũ 7. Agelij.* *Iſ 108. v. 31.*

lium paratæ, & promptæ, tãquam Patronæ eo Advocatæ cauſam noſtram tractantis adverſus malevolos accuſatores, ſignatiſsimè pro hora mortis ipſi, aptavit præfato loco Richardus, inquiens: *Ipſam adſtare dixi à promptitudine contradicendi adverſarijs noſtris accuſantibus nos in curia vnigeniti Filij ſui: quia* adſtare *contradicentis eſt, & ideò ipſa dicitur Advocata noſtra, quia in conſpectu Dei bonum pro nobis loquitur, & contradicit adverſarijs noſtris, quæ ſunt duo officia Advocatorum.* Hæc ibi: *Richar.* & omninò ad rẽ lib. 2. idem Richard. ſic inquit: *Servorum ſuorum animas de corporibus exeuntes protegit ab incurſu aërearum poteſtatum, quibus eſt terribilis,* vt caſtrorum acies ordinata: *ſicut ſæpè legitur in miraculis eius. Fugiunt enim, qui oderunt nos à facie eius, & ipſa exſurgente in adiutorium noſtrum diſſipantur inimici ſui, & noſtri. Cuſtodit enim exemplo filij ſui animas ſervorum ſuorum, & de manu peccatoris liberabit eos.* Hactenus Richard.

3 Huc mire facit Salomon, Prov. 8. v. 2 & 3. vbi ſub Sapientiæ imagine Deiparam pro ſuis in hora mortis adſtantem, tanquam Patronam, & Advocatam eorum cauſam pertractantem: ſic facit: *In mediis ſemitis ſtans iuxta portas civitas: in ipſis foribus loquitur:* pende ſingula, & primum: quo in loco, ſive potiùs, quando *ſtare* Virgo dicatur, nempè *in mediis ſemetis*: vbi LXX. expreſsius *inter medium ſemitarum*: hoc eſt in triviis: vbi duæ diverſæ viæ coeuntes viatorẽ incertum, & ancipitem reddunt: Quod planè velut indice demõſtrat horribile illud trivium mortis articuli, in quo humanæ vitæ iter in illas, tam diverſæ æternitatis ſemitas, gaudij, & mæroris, præmis, ſcilicet, vel ſupplicij æterni ſcinditur. Quem ſenſum confirmant ſequentia verba: *Iuxta portus civitatis, & in ipſis foribus*: vbi, ſcilicet, iudicia exercebantur: Vt nimirum inducatur Deipara adſtens Advocata noſtra, eo in loco, eo in tempore articuli, & momenti mortis, & egreſſus noſtri ex hac vita in illo, tam ancipiti bivio ad dexteram, vel ad ſiniſtram ſemitam eundi: ipſam quidem Dominam, tunc ſtantem, ſic conſiderabat, & deprecatur, S. Ephrem *oratione ad Deiparam*, inquiẽs: *Adeſto mihi nunc, & ſemper, ò Virgo Dei Genitrix! Mater miſericordiæ benigna, & clemens, in præſenti quidem vita curſu fervens protectrix, atque auxiliatrix hoſtiles quoſcumque impetus à me avertens, & in via ſalutis me conſtituens, & in extremo vitæ articulo miſeram animam meam conſervans, & tenebroſos, atque horrendos peſsimorum dæmonum aſpectus ab ea procul repellens, in tremendo autem die iudicij ab æterna me damnatione liberans, & poſtremo in numero iuſtorum me referens, atque inacceſſæ Filij tui Domini, & Dei gloriæ me hæredem efficias.* Hæc Ephrem apprime bivij ſemitas deſcribens, & pro dextra ſuppliciter deprecans.

His omninò hærent, quæ idem-met Salomon de Iudice, & Matre inquit, Prov. 31. verſ 23. & 26 ſic enim primum de Chriſto iudice: *Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum Senatoribus terræ*: & de Virgine ſtatim in foribus loquente: *Os ſuum aperuit Sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius*: vt videlicet in ipſis vitæ foribus, non tantum preces interponat, ſed etiam morituri hominis cauſam, ſic adornet, vt rationum momenta, quæ iudicem ad clementiam moveant, ſapienter adducat: Quæ verba præ oculis videbatur habere S. Damaſcenus in Menæis die 22. Ianuarij poſt Ode. 9. ad Virginem orans. *O ſemper, & vbique inculpatiſsima Numinis Mater, quæ es ingens materia cantandi Apoſtolis Martyribus, Prophetis, & omnibus demum cœlitibus data Filium tuum, ac Dominum propitium redde, illo præcipuo articulo temporis, cum ſedebit ad cuique decernendum, quod meruit*: Sic Damaſcenus. Porrò cum Deipara vnanimi PP. conſenſu adumbretur in pulcherrima illa Regina Æſther Aſſuero Regi gratiſsima, videor mihi videre illam, cum ad pedes Regis provoluta, eum ſic demulcebat. *Quomodo poteri ſuſtinere necem, & interfectionem populo mei?* Eſther 8. verſ. 6. Vbi vides Deiparæ iudici legem clementiæ proponente, imò, & dante, cum cauſam populi, cum cauſa ſua coniungit: vt non poſsint non Filij viſcera ad talia Matris verba, non commoveri. Quare pergit Deipara; & vt ſapiens illa Æſther in inimicum Aman ipſa in dæmonem: ſic invehitur: *Hoſtis peſsimus*

4 *Pro. 31. v. 23.* *Damaſ.* *Eſther 8 v. 6.*

iſte

Æsther 7. v. 6.

ſic eſt Aman, Æſther 7. verſ. 6. ſervos meos atrociter accuſans, & impugnãs: qui in hoc mortis articulo inſidias malignè molitur: Quo quidem patrocinio Virginis doli, & fraudes Aman ſuper eius caput recidunt, & Virginis clientes miſericorditer victoriam de eo referunt: Vnde de Virginis miſericordia opportunè Bernardus ſermon. 1. *de Aſſumptione* cum præmiſiſſet. *Quis miſericordiæ tuæ, ò benedicta! longitudinem, & latitudinem, ſublimitatem, & profundum valeat inveſtigare?* ſubijcit. *Nam longitudo eius vſque ad diem noviſſimum invocantibus eam ſubvenit univerſis.* Quò benè facit egregia apoſtrophe hæc, quam inter alias, quas moriens Ioannes Geraldinus Belga Societatis Ieſu fundebat, ad Virginem dirigebat: *O Maria! cerè tribularer nimium, ſi neſcirem tuum patrocinium. Quæſo pia Mater in hac hora mortis tuo præſidio fulciar: tuo munimine protegar. Tu quaſi therebinthus extende ramos, & me laſſum refove*: Sic habetur in Annuis Collegij Pultovij in Lithuania.

Bernar.

Annuæ Societa.

5

Iam Virginis precibus omninò adſtipulatur cœleſtis eius Sponſus cum Cant. 1. verſ. 8 ipſi ſic inquit: *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilavi te amica mea*, vbi cum ex frequẽti PP. expoſitione alluſio ſit ad glorioſum illum Iſraelitici populi triũphum de exercitu, & curribus Pharaonis in Mari rubro demerſis; quippè equitatus Dei ſemper ſalutaris eſt, vt apud Habacuc dicitur cap. 3. verſ. 8. *Qui aſcendes ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſalvatio* opportunè in his Sponſi verbis dixeris Deiparam componi cum mira illa Moyſis virga per quam Dominus victoriam fecit: Verum vt hæc cogitatio vndequaque ſubſiſtat; ſic eam diffundere oportet; vt ponas tibi ob oculos hiſtoriam totam: nimirum Pharaonem ex vna parte cum curribus, & equitibus ſuis ad direptionem, & ſtragem Iſraelitarum anhelantem; ex alia verò Mare rubrum illis ad fugam viam omnem intercludens: inde verò pende extremas anguſtias, quibus populus coartabatur; hinc curribus Pharaonis à tergo inſtantibus; illinc à Mari via evadendi vndequaque intercepta; atque hæc omnia morituro homini aptè accõmoda; ſimilis quippè anxietas; imo & maior anguſtia animam in confinio vitæ poſitam affligit, cum & nulla vitæ ſpes ſupereſt, & dirus hoſtis diabolus à tergo inſtat, vt illam in ruinam, & deſperationis barathrum impellat: at enim verò, vt tunc Moyſes arrepta virga diviſit mare, & Iſraelitæ *mirabile conſecuti ſunt iter*: etenim *terra apparuit arida, & via ſine impedimento, & campus germinans de profundo nimio, per quam omnis natio trãſivit, quæ regebatur tua manu*, inquit Salomon Sapient. 19. verſ. 7. ita omninò in tam vehementi morituri hominis diſcrimine patrocinãte hac divina virga virtutis Maria dominante in medio inimicorum, diri hoſtes repelluntur, eorumque inſidiæ, & impetus diſſipantur, & ex præſentiſſimo periculo, Deiparæ clientes mutata rerum facie in amœniſſimam regionem beatitudinis transferuntur. Hæc omnia præſtingente Bonaventura in Speculo cap. 1. dum inquit. *O quàm amarum, & timendum eſt, hoc Mariæ Mare Ægyptijs! O quàm amara, & tremenda eſt Maria dæmonibus*: Quæ cum repetit capite 3. ſubijcit: *Per illam oppreſſis, & ſummerſis in Mari rubro*, & indidem: *Maria eſt Virga virtutis, de qua Pſal. 109. contra inimicos infernales, quibus magna virtute dominatur*: Sic Bonavent. vt videas, quàm ſapienter oraverit Deiparam S. Sabbas in Menæis in Matutinis de S. Antonio: *Vniverſi nutritorem lactaſti vberibus. Vnde quanta poſſum efficacia rogo te Virgo Sanctiſſima, vt quando conſpectui Creatoris mei fuero ſiſtendus, in illo mihi articulo ſubſidio venias, nam quæcumque volueris, efficere potes*. Pro qua fiducia Bonavẽtura rurſum ait in Pſalterio Virginis *Glorioſum, & admirabile nomen tuum, ò Maria! non expaveſcent in puncto mortis.*

C. n. 1. v. 8.

Abac. 3. v. 8.

Sap. 19. v. 7.

Bona v.

S. Sabb.

Sed enim videre modo eſt, quomodo hoc patrocinium Deiparæ in hora mortis ſenſum communem habeat cũ Dono Perſeverantiæ, quod ipſa clientibus ſuis impetrat; perindeque eſſe ad ipſam inclamare *Tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe*; ac cum eadẽ Eccleſia orare: *Viam præſta puram; iter para tutum*: meminiſſe quidẽ oportet; vitã noſtram iter quoddã eſſe; vel ipſomet gentili Plinio notantiſſimè

6

Plin.

obſervante lib. 7. naturæ hiſt. cap. 8. ritum naturæ, quo homines, vt capite naſcuntur, ita ad ſepultu am pedibus efferuntur: ſic enim ille: *ritu naturæ capite hominem gigni mos eſt; pedibus effe ri*: ſanè pedibus efferuntur, quaſi iter facturi; imò iter facientes, vt vel ipſa natura docēte ſtultiſſimi Athæi, qui toti mori volunt reſurrectionis humanæ; & alterius vitæ, & futuri ſæculi moneantur, & arguantur: Ideò Maiores noſtri, qui ſapientiori, & meliori ſæculo vixerunt, corporum ſuorum ſepulchra ſuper marmoreos leones collocare conſuevere; non quidē ad decus, & ornamentum (quamvis etiam aliquādo gloriæ cupiditas morituros exſtimulat, quod non toti perire velint; ſed vel ſaxis brevitatē vitæ fulcire, & ſupereſſe optent quid quod? ſcitè dixit Cornel. Tacitus de ambitione, & gloria *vltimā, qua exuimur tunicam eſſe*:) ſed potiùs altiſſimo conſilio, vt facta alluſione ad Prophetam Danielem in lacu leonum ab ipſorum dentibus, & vnguibus illæſum, & incolumen perſiſtentem, vt dicitur Daniel. 14. verſ. 39. *Et ecce Daniel ſedebat in medio leonum* argumento fuerit, mortem; iuſtis in Chriſtum credē tibus nihil nocere poſſe; cum ipſi in cœleſtē regionem proficiſcantur, ſed potiùs ipſorū corpora ad beatum ſtatum victricia ſervare: Cuius modi itidem eſt, quod pluribus in ſepulchris Romæ obſervavi; inſculptum videlicet in illis eſſe cete, ſive ballenam prophetam Ionam ore vivum evomentem, vt dicitur Ionæ 2. *Et evomit Ionam in aridam*, quaſi mors, quæ homines devorare videtur, eos calore ſuo concoquere, & digerere minimè valeat, quin vivos, & incolumes ad futuram beatitudinem evomat. Certè (ſi bonis auctoribus fidimus) hac ratione ab ipſo naſcentis Eccleſiæ primordio; cementeria, ſive conditoria, in quibus Chriſtiani ſepeliebantur *Galilees* appellabantur, à voce Galilæa, quæ ſignificat tranſmigrationem, ſeu translationem; vt indicaretur iter, quod morientes Chriſtiani hinc illuc, faciunt; ideſt, à terra in cœlum translati. Quo punctus acumine Bernard. *ſerm. 1. in Paſcha*, cum priùs dixiſſet. *Denique & ipſum, quod celebramus Paſcha tranſitus, non reditus interpretatur. Et Galilæa vbi videndus nobis proponitur, qui reſurrexit, non remeationem ſonat, ſed tranſmigrationem*: ſtatim ſubdit: *Si poſt conſummationem crucis in noſtram hanc mortalitatem, & vitæ præſentis ærumnas Chriſtus Dominus revixiſſet: ego eum fratres, non tranſiſſe dixerim, ſed rediiſſe, non tranſmigraſſe in ſublimius aliquid, ſed ad ſtatum remeaſſe priorem. Nunc autem, quia tranſijt in novitatem vitæ, nos quoque invitat ad tranſitum; vocat in Galilæam*: Ecce tibi quomodo iuſtorum ſepulchra, ſeu conditoria translationem, ſeu tranſmigrationem in patriam nobis indicent: vbi itidem vides, quo ſenſu ad Virginem inclamemus: *Iter para tutum*: & etiam *Tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe* concinente Bonavent. in Pſalterio: *In die mortis meæ, ò Domina! conforta animam meam, deduc me ad portum ſalutis, & ſpiritum meum redde factori ſuo*: & paulò inferius: *Ne proïcias nos in tempore mortis noſtræ, ſed ſuccurre animæ noſtræ, cum deſeruerit corpus ſuum.*

Audi iam quàm promptè ijs locis occurrat Deipara: ſic enim ipſa de ſe Eccleſiaſtici 24. verſ. 23. *In me gratia omnis viæ*: & de illa Salomō Prov. 3. verſ. 17. *Viæ eius viæ pulchræ, & omnes ſemitæ eius pacificæ*: & Sapientiæ 6. verſ. 17. *Et oſtendit ſe illis hilariter*: Quæ omnia in rem noſtram, ſic inflexit Richard. à S. Laur. lib. 2. de Laud. Virgin. In me omnis gratia viæ, ſcilicet, quæ ducit *ad vitam, ideſt, ad Filium meum, qui eſt vita: Cuſtodientibus, & ambulantibus per has vias oſtendit ſe ipſam Maria hilariter exeuntibus ex hoc mundo, & in omni providentia, quam ipſa dat ad conſervandā animam occurrit illis quaſi Adiutrix fideliſſima.* Hæc Richardus, quibus iter tutum à MARIA paratum belle exprimit: Quo ſenſu imbutus S. Damaſcenus in Menæis die 9. Ianuarij, Ode. 4. de S. Polyeucto Deiparam, ſic alloquebatur: *Dirige greſſus meos. O Domina! vt recto tramite ad Filium tuum per laudabilem vivendi modum proficiſcar*: En iter: *Simul largire, vt illam ſpirituum malorum provinciam, & tyrannicas legiones, aëreas præterire poſſim illæſus in poſtremò vitæ meæ articulo.* En iter tutum: Quod deſignabat Richardus illis verbis, *& in omnipro-*

vi-

Cornel. Tacit.

Daniel. 14 v. 39.

Ionæ 2. v. 11.

Vide Brādao 5. p. hiſt. cap. 68.

Bernar.

Bonav.

7

Eccl. 24 v. 23. Prov. 3. v. 17. Sap. 6. v. 17. Rich. à S. Laur.

Damaſ.

videntia, quam ipsa dat ad conservandam animam: quippè quæ vt *exeuntibus ex hoc mundo ostendat se illis hilariter*; opportunè priùs per pœnitentiam peccatorum, & bona opera iter tutum disponit: Vnde Anonymus Græca Ecclesiæ Pater in Menæis die 19. Martij in vesperis de SS. Chrysanto, & Daria gemebundus Mariam exorabat: *In lectulo negligentiæ recumbo, & ignavam planè transigo vitam; ideòque formido horam exitus mei, ne scilicet, tunc serpens ille, ac veterator vaferrimus vilem animam meam rabie leonina discerpat. Quare solo bonitatis tuæ impulsu, ò inculpatissima! extremi hanc articuli mei necessitatem præcurre, atque ad agendam pœnitentiam suscita*: Hæc ibi Sanctus verò Iosephus Confessor in ijsdem Menæis die 26. Februarij in vltima stropha sese in cruce mandatorum Dei à Virginis patrocinio pendentem, & perseverantem considerãs Perseverantiæ donum, & felicem vitæ terminum ab ipsa, in hunc modum deprecatur: *Spem nostram in Te post Deum ponimus, ò intactissima! & vna cum Christo ex Te progresso pendemus in Cruce, in qua nobis absque offendiculo, nõ sine Patrocinio tuo perstantibus in termino vitæ libertatem concede.*

Ecclesia Græca.

S. Ioseph

8 Videsis de hoc argumento P. Ferdinandum de Salazar opportunè, & copiosè illud pertractãtem in ea verba, Prover. 8 v. 17. *Quando æthera firmabat* sursum, & librabat fontes aquarum num. 358. vbi afferens verba illa, quæ S. Cyprianus habet orat. *de S. Pẽtechoste*, vt reddat, rationem, cur Divinus Spiritus nomen acceperit ab aëre, sive vento quẽ trahimus, & efflamus, inquit: *Vt respiratio, aspiratio, suspiratio, inspiratio, & expiratio ab Spiritu Sancto, & causam habeat, & materiam, & proventum*: hæc Deiparæ ille sic aptat, *vt constet Mariam omnia emolumenta nobis afferre, quæcumque aër asportat. Propterea enim Deus aërem efformans, illam intuitus est, quia aëris facultates illi conferre decreverat*: cum verò illas singillatim enumeravit, & peculiaribus de causis Deiparæ attribuisset; tãdem de exspiratione, inquit: *Quomodo autem Maria exspirantibus succurrat satis produnt illa verba, quibus Ecclesiæ vsa illam affari solemus Tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe*: pergit autem afferens egregia verba Bonaventuræ in Psalterio Virginem precantis: *Gratiosus vultus tuus mihi appareat in extremis, formositas faciei tuæ lætificet spiritum meum egredientẽ*: quæ sensum communem habent cum illis, quæ ex Sapientia cap. 6. vers. 17. afferebat Richardus de Virgine in mortis articulo succurrente, *& ostendit se illis hilariter.*

Salazar Prov. 8. v. 17.

S. Cypri.

Bonavẽ.

Sap. 6. v. 17.

EXEMPLA.

Maria in hora mortis clientibus suis hilariter occurrentis.

SIt primum ex S. Petro Damiani opusculo 33. cap. 4 sive vt in alijs Codicibus continetur lib. 2. epist. 14. de Marino fratre, & quidem germano Sancti huius Doctoris; quem Beatissima Virgo in extremis laborantẽ amicè, & iucundè invisit: sic id ipsomet referente: *Alter frater meus Marinus nomine, laicus quidem habitu, sed timoratus spiritu ingravescente pulmonis, ac pectoris valetudine tandem ad extrema pervenit: interea cuiusdam diei iam illucescente diluculo, repente cœpit quasi cuilibet adventanti gratulabũdus aggliscere, iucundanter hilarescere, & festior serenitate vultus alacriter assultare: mox & in verba prorũpens cum magno animadversionis impulsu circumsedentes alloquitur*, Levate, *inquit*, Levate, ac Dominæ meæ reverenter assurgite: *deinde aliorsum mutatæ vocis eloquentium dirigens aiebat*, & quid est Domina mea, Regina cœli, & terræ, quia visitate dignata es pauperculum servum tuum. Benedic me Domina mea, & ne patiaris in tenebras ire, cui lucem tãtæ præsentiæ contulisti: *Cum igitur huiusmodi sermones implesset, Damianus alius quidem à Petro Damiani, qui scilicet illi, sicut & mihi erat germanitate coniunctus persolutis Deo nocturnis officijs ab Ecclesia redit. Quid circa fratrem languidum ageretur inquirit. Ille verè certum se quidem de vicina morte testatur, sed adversus assidentes probrosa redargutione conqueritur.* Heu: Heu frater, *inquit*, quã ignaros,

Pet. Damian.

quam imperitos, atque irreverentes habemus, & ſine diſciplina domeſticos; & tu vir ſtrenuè Bonizo (*erat enim illic inter eos dives quidam huius vocabuli, ille negotiator*) quomodo ſedere potuiſti ad Reginæ cœleſtis adventū. Venit Regina mundi, & vos allurgere neglexiſtis? Venit Mater Imperatoris æterni, & vos eius prætentiū ignobilem deputaſtis? *Ad quod Bonizo* Deliras (*inquit*) adhuc, & ægritudine dementatus hæc vana profundis? aut verum eſt fortè, quod loquaris? *Adhoc ille.* Non ignoratis, ait, quia languor iſte quē patior, nunquā alienare mentes ægrotantium conſuevit? Firmiter igitur, & abſque vlla prorſus ambiguitate cognoſcite, quoniā Angelicis comitata veſtigijs Beata Remptoris noſtri me Mater inviſit; hilaritatē ſereni vultus oſtendit, benedixit me, & protinus abjt: *Hactenus Damianus de felici ob Virginis viſitationem fratris ſui obitu*: Verum enim verò ipſe minimè prætermiſit referre: quā ob cauſam tale, ac tantum à Deipara beneficium meruerit accipere: Sic nāque pergit.

Cumque paulò poſt ille defunctus eſſet; ſenex quidam presbyter Severus nomine, qui nimirum ſpiritualis eius Pater exſtiterat, retulit: quoniam longè ante, dum vegetus adhuc, & ſanitate floreret incolumis, depoſitis nudatus exuvijs, collo corrigiam, qua cingebatur innexuit: alteri ſe beatæ Dei genitricis velut ſervile mancipium tradidit: mox ſe quaſi ſervum malum coram Domina ſua fecit verberibus effici, dicens: Domina mea gloriosa, Virginalis munditiæ ſpeculum, & omnium norma virtutū, quam ego te miſer, & infelix offendi per obſcænam carnis meæ putredinem, & eam, cuius tu Mater, & auctor es, violavi mei corporis caſtitatem: nūc igitur, quod ſolum remedij ſupereſt; me tibi famulum trado, tuæ ditionis imperio ſubſtrati cordis colla ſubmitto: Flecte rebellem: ſuſcipe contumacē; nec tua pietas reſpuat delinquentem; cuius intemerata Virginitas peperit vitæ pietatis Auctorem. Per iſtud ergo munuſculum ſervitutis meæ, nunc tibi offero cēſum, & amodo, ac deinceps quoad vixero, certi canonis appēdam annuale tributum. *Quādam ergo pecuniæ ſummam in altaris crepidine poſuit, & ſic de miſericordia, quā quæſierat confuſus abſceſſit.* Hæc omnia S. Petrus Damianus de fratris ſui erga Virginem obſequio, & ſuavitate: *O beatum obſequium! O liberam ſervitutem, omni ſecunda fortuna cum tota regnorum, & divitiarum phalange felicivrem, ac ditiorem! per quam Marinus hilaritatem vultus Mariæ videre, & eius benedictionem accipere meruit.*

Subijcio non abſimilem hiſtoriam ex Annalibus Carthuſienſium, & ex Henrico Granio in illo quaſi Prato exemplorum, ſic omninò relatā: *Inter alumnos S. Brunonis Carthuſianæ familiæ principis quidam fuit Petrus cognomine Faverius, qui ob vitæ merita, præclaramque prudentiam ſanctæ Crucis domum, Prior vt vocant, gubernavit; & poſteà familiæ totius lites, & negotia tractavit, quod in eo ſedulitas cū officioſa fide coniuncta luceret: cumque in Vrbe quadam, ad quā commiſsi muneris neceſſitas venire coegerat, ægrotaret, morboque in dies gravante vltimum vitæ tempus immineret, Dei beneficio Hupertus, & is Carthuſianus, & eiuſdem monaſterij Præfectus eodem peropportunè pervenit. Huperti adventus Faverio iucundiſſimus accidit, animique lætitiā illis verbis declaravit. Tempeſtivè admodum, mi frater accedis, pollinctor videlicet meus, & funeris, ac ſepulturæ miniſter egregius. Ei igitur peccata confeſſus Viaticū ſacroſanctū accepit, & oleo litus extremo ſeſe ad moriendum præparabat. Cæterum Ruperto requietis, atque otij cauſa pauliſper ſecedente; in ægrotum, qui ſolus erat, malus dæmon invadit, occaſionum, & captator, & verſutus inventor veniebat grādis libri ſarcina onuſtus, in quo delectorū Faberij omnis latebat hiſtoria, eamque diabolus morituro Faverio cum riſu, & cachinno perlegebat Monachus ſuæ familiæ cauſarum litigator obſtupuit; idque vnum in præſentia reſpondit; quæ exprobraſſet, commemoraſſetque ſe eſſe delicta confeſſum, & in Sacramenti illo foro ſententia Sacerdotis abſolutum; proinde obmuteſceret, atque illa relegere deſineret, quibus æternus Iudex clementer ignoviſſet. Redarguit Sathanas confeſsionē invalidam eſſe, vbi de multis, quæ rem circūſtant, tacuiſſet; negat fieri poſſe, vt hoſtiles manus effugiat, qui quæ erant dicenda, & ſubtiliter explicāda prætermiſit. Ægrotus vehementer expavit, ac deſperationi proximus de animi ſalute diffidebat; cum*

Annales Carthuſ.

mi-

miſericordiæ Parens, & periclitantium adiutrix opportuna Sanctiſsima Deipara lumine circumamicta, quod vix acies ferret humana, & manibus, ac brachijs formiſsimum Puerum amplexu conſpicitur, hiſque ægrũ verbis affatur: Quid times, animũque deſpondes? in portum navigas: omnia tibi ab hoc pulcherrimo Puero peccata condonantur, tibi que eſſe remiſſa confirmo: *Hæc vbi cacodæmon audivit fractus, debilitatuſque diffugit, ipſaque cœli Regina cum parvulo illo, ſed totius orbis, & Rectore, & effectore Filio diſceſsit. Reſtitit, revixitque Faverius, & animum cõfirmavit, qui pene deſperarat. Redeunteque paulò poſt collegæ Huberto vtramque viſionem patefecit. Deinde matutinis precibus abſolutis ægrotus alta voce pœnitentiæ ſeptem illos pſalmos pronunciavit, lãgueſcentibus viribus Hubertus ad precum partem advocavit, amboque litanias recitarunt; vt autem ad illud ventum eſt.* Omnes Sancti, & Sanctæ Dei intercedite *Faverius dexteræ manus intento indice exclamavit:* Omnes Sancti, qui hìc adeſtis intercedite pro nobis: *& in his verbis vitæ curſum, atque periodũ feliciter terminavit: Hæc omnia ad verbum ibi. O pulchram! & iucundiſsimam hiſtoriam: O litem cum iuſtitiæ, & Clementia feliciter compoſitã! O tutiſsimum Deiparæ perfugium! & in tremẽdo mortis articulo Auxiliarem manum! Quis tantæ Advocatæ, tantæ Auxiliatrici ex animo, & medullis ſeſe non devoveat æternum ſerviturus.*

Opportunum etiam nobis huius rei ſuppeditat exemplum Sancti Dominici hiſtoria à P. Fr. Ferdinando del Caſtillo conſcripta to. 1. lib. 2. cap. 61. Quod eiuſmodi eſt: Ex imitatoribus S. Dominici quidam Viecenſis cœnobij incola, & vita, & oratione mirabilis nunquã concionabatur, quin multa de Virgine loqueretur, cuius ſuaviſsimũ nomen erat illi ſemper in ore: in oppidum hic de more cõcionaturus excurrerat; ibique morbo correptus noſocomiũ petivit, vt videlicet pauper inter egenos ſui ſimiles curaretur. Ægrotantem tantus mœror obſedit, vt pro morbo mortifero eſſet, quem tamen non rerum indigentia, ſed peccatorum cõſcientia genuerat perſeverantem ægritudinem paulò ante obitũ lætitia fugavit repentina. Credebat ſe cum Virgine loqui (haud dubium quin eam æger aſpiceret) quam his verbis excepit. Salve Domina mũdi; felix iſte mihi ſit, & proſper advẽtus: ego pauper, & miſellus, tuus tamen concionator, & presbyter, quid ni te exſpectaſſem? & ſi talis, qualem me eſſe noviſti? *Hæc vbi dixiſſet, parumper attendebat quaſi reſponſurus alloquenti, quin & hymnum quẽdam de Theophylo à Virgine conſervato canebat ex intervallo; illudque repetebat interdum:* Cum Maria gaudent Angelici chori: *hæc inter Comiti, ſic occurrebat ſuo, vel incepanti, vel irridenti.* Frater, monitum te velo, ne deliramenta hæc eſſe, nec morbi impetus, & furores inſuetos; multòminus religionem ſimũlatã credas: incauſa eſt Virginis amor, cui imperare nequeo hac præſertim hora. *Interea matutinarum temporum precum advenerat: recitat ex præcepto collega audiente ægroto: vbi ad verſum vltimi ventum eſt hymni:* Omnis ſpiritus laudet Dominum: *monachus qui ægrotabat manibus attollens, & caput, ſcientium ſocio nutibus indicens verſum illũ eumdem ingeminans, & quaſi reſultans exſpiravit:* Hactenus hiſtoria.

Æquè felicem huic tranſitum monachi Nicolai nomine è Religione Cæleſtinorum Beatiſsima Virgine interveniente, & de morte, quæ inſtabat admonente; refert Antonius Solarius vtriuſque iuris Doctor, cuius diſcipulus, & charus Auditor Nicolaus fuerat in libro de veneratione, & invocatione Sanctorum, *& ab eo P. Ioannes Bonifacius lib. 4. de hiſtoria Virginali. Ergo cum Nicolaus in febrim incidiſſet, ac morte præviſa Confeſsionis, & Euchariſtiæ Sacramenta, & religioſè percepit, & cupidè. Vt ſacro etiam oleo liniretur inſtabat. Medico, ac Religioſis negantibus, quod longè à mortis periculo abeſſe putaretur: ſed cum rogare, atque adèo vrgere perſiſteret ſacro eſt oleo delinitus, & extremo ad certamen vltimum Sacramento præmunitus. Dumque poſtrema Sacerdos vrgens verba pronunciat, Nicolaus lætitiæ plenus ſuo animã reddidit Conditori: vno ex monachis exclamante. O felix anima, quã Angeli ad cæleſtia domicilia deportãt: Subijcit Auctor.* Rarã Nicolai virtutẽ, mortiſque & præſciẽtiam, & præſtantiã domeſtici omnes ad Beatiſsimæ Virginis precipuã quãdam venerationẽ, & pietatẽ referebant, quæ in Nicolao ſemper enituiſſet. Nullus enim in illo cætu repertus eſt Deiparæ Virginis amãtior.

Ferdin. à Caſtil.

Anton. Solar.

Addit Solarius ſtatim id, quod lib. 2. cum de Maria immaculatæ concepta egimus, inſigne miraculum pro Octava Conceptionis celebranda attulimus: nempè conceptæ Mariæ Dei Matris ferias à Cœleſtinis vno tantũ die celebrari, ſolitas, agente, atque omnem lapidem mouẽte hoc Nicolao, vniverſi Ordinis decreto ad Octavũ vſque diem eſſe perductas. Quo optato impetrato præ gaudio in hortũ ingreſſum roſam omnium, quas viderat in eo plantario pulcherrimã, ante Deiparæ imaginem vultu ad venerationẽ compoſito ſtatuiſſe, & hæc inſuper verba feciſſe: Mater, Mater, ſi tibi fortè gratum, ac iucundum, placitumque fuit, quod Religioſorum noſtrorũ Conventus me agente conſtituit de feriis tuæ Immaculatæ Conceptionis octo dierum agitandis, flos hic, quem tibi rubicundum offero, vertente anno hoc ipſo currẽte die viriditatem ſuam, pulchritudinemque conſervet: *itaque factum eſt multis videntibus, ac roſæ integritatem formoſitatemque mirantibus, à cuius appoſitione anniverſarius ille dies eſſet. Qui verò miraculo interfuerunt Antonio Solerio rem teſtes oculati narrarunt; cuius ipſe Nicolaus diſcipulus quondam fuerat, & charus auditor.*

Annuæ 1610. de Deipara in extremo mortis articulo auxiliatrice affirmant *Turrioneadoleſcentem quẽdam hæreticum Monſpelio natum extrema ægritudine laborãſſe, & invocata, tunc Virgine ab hæreſi reſipuiſſe; non tamen ſine noleſtiſſimo periculo, quippè iam propè modum converſionem inchoanti graviſſimam tentationem iniecit dæmon, & multa circa Orthodoxam fidem dubia: quæ quidem omnia ſuperavit adoleſcens auditis de Deipara, & Deiparæ bonitate ſermonibus, quos ei Confeſſarius ipſi adiuvando vocatus ingerebat: vnde feliciter in Domino obiit validũ ei auxilium Virgine præbente.*

Eſt & illud opportunum, quod Donius de Attichy in floribus Hiſtoriæ Cardinalium refert de Latino Viſino à Nicolao V. Pont. Cardinali renunciato, qui inſigni in Deiparam pietate fuit, eiuſque feſta devotè celebrabat, & anticipato ieiunio præveniebat, & ad ipſam tanquam ad ſacram anchoram ſalutis fidenti animo in omni diſcrimine confugere ſolebat: In cuius pietatis mercedem benigniſſimam Miſericordiæ Matrem ſecundum quietem vidit pro ſe ſupplicantem Filio, & ab ea denique de hora ſuæ mortis certior factus, & quod ſibi ad inſtar B. Virginis concederetur, ne in eadem hora ſuæ mortis dæmones videret.

Nec eſt diſſimile, quod Zacharias Boverius in annalibus Capucinorum ad annum 1541. de Vincentio Calaritano narrat, qui maximè pius per totum vitæ ſpatium in Virginem, in extremo agone ipſam vidit, amavit, adoravit, & ducem in cœlum habuit.

MARIA in hora mortis Advocata; ſine qua nulli poteſt bona mors obtingere.

ADNOTATIO XIII.

NOtanter à Ioanne cap. 19. verſ. 25. Chriſtum Dominum moriturum deſcribente dictum eſt: *Stabat autem iuxtà crucem Ieſu mater eius:* vt vel in ipſius Domini morte noſceremus, eam omninò bonam mortem exiſtimandam, cui adſtat Maria præſens, favens, & fovens: idque ob oculos habuiſſe Vatem, cum Pſalm. 115. verſ. 7. ſub eiuſdem Domini perſona primum præmiſit: *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius:* ſtatim vt ſeſe illis, tãquam eorum caput adiungeret: exclamavit, *O Domine! quia ego ſervus tuus; & filius ancillæ tuæ:* ſive vt habẽt Hebræi Codices, & Hieronymus: *Obſecro Domine, quia ego ſervus tuus ſum, & filius ancillæ tuæ:* tantum non dicens: Obſecro Domine, vt hæc mihi mors pretioſa obtingat, quod non modo ſim ſervus tuus, ſed identidem filius Mariæ ancillæ tuæ: & verò cum ſtatim videns Ieſus Matrem, & diſcipulum, quem diligebat dixit matri ſuæ, *ecce filius tuus: deinde dicit diſcipulo: Ecce Mater tua:* quibus verbis fideles omnes curæ, ac protectioni B. Virginis commẽdavit. (pulchrè id ibi obſervante Card. Toleto, hunc in modum. *Magnum mihi in hoc my-*

I *Ioan. 19 v. 25.*

Pſ. 115 v. 7.

Heb. Lect. Hieron.

Cardin. Tolet.

myſterium ſignificatum videtur: omnes enim nos curæ Beatæ Virginis, & protectioni eius, ac interceſsioni commẽdavit, nobiſque fiduciam dedit, vt tanquam ad Matrem, & Dominam dilectiſsimam in omnibus noſtris confugeremus: Eſt enim poſt Chriſtum ſingulare, tutiſsimum, & efficaciſsimũ refugium: Ioannes enim nos omnes repræſentabat,) ſignatè verò nos admonuit, vt in hora mortis; vt nobis pretioſa mors obtingeret ad ipſam confugiamus.

2 Sed non fuerit curſim prætereunda hæc adſtantis Mariæ Chriſti moriturò obſervatio, quæ magnum quidem myſterium habet. Porrò cum Chriſto Domino plures ſeſe rationes offerrent, quæ ipſius mortem, & amaram, & difficilem, arduamque redderent, quibus permotus Summũ Patrem, ſic orabat: *Pater ſi poſsibile eſt tranſeat calix hic à me*, Matthæi 26. verſ. 39. vt ijs omnibus obviam iret: *Apparuit illi Angelus de cœlo confortans eum*, Lucæ 21. verſ. 43. At quæ conſolatio confortatioque, tam valida potuit ab Angelo adhiberi, vt tantũ dolorem lenire, tantumque mærorẽ potuerit demulcere. Dixerim Chriſto mortem doloreſque ſuos expendenti verbis à Iſaia prænunciatis cap. 63. verſ. 3. *Torcular calcavi ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum*: occurriſſe Angelum proponentem Mariã Matrem iuxta crucẽ ſtantem cuius amabili, & veneranda præſentia, miraque fortitudine tota mortis amaritudo abſcederet, vt dixerit: *Verum eſt Domine* (ſic Richard. à S. Laurentio lib. 2. part. 2. de Laud. Virginis.) *Quia non eſt vir tecum, ſed mulier vna eſt tecum, quæ omnia vulnera, quæ Tu ſuſcepiſti in corpore ſuſcepit in corde, & ſicut lancea militis perforavit latus tuum* (Ioan. 19.) *ita gladius doloris, eius animam pertranſivit*: nam cum intimo, & inenarrabili amore te proſequatur: *Torquetur in te magis, quam in ſe* (ſic Amedæus hom. 5. de Laud. Mariæ,) *quia ſuprà ſe incomparabiliter diligit, vnde dolear.* Quid quod? *Sicut tu ſalutem humani generis in cruce fitiſti, ſic & ipſa ſitivit*: Stabat enim iuxtà crucem (ita Richard. lib. 1. cap. 5.) *non vt dolorem filij conſideraret, ſed vt ſalutem humani generis exſpectaret*: Sed & cum ſpiritum commendaturus es in manus Patris: ipſa itidem te Patri offeret (Bernard. ſer. in Nativitate Virginis) *Spiritus Sanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſsimi obumbravit tibi, tunc vel maximè, cum Chriſtum in Cruce pendentem, non vidit ſolum, ſed & obtulit Patri ſuo*: Sed & inibi, tum opportuniſsimum ad ſalutem peccatoribus ferendam adiutorium, ſimile tibi habebis, vt capite in ipſam moriens inclinato dixeris. *O vos peccatores* (ſic Richard. lib. 2. de Laud. Virginis) *precibus Matris meæ vobis dexteram porrigo, & caput meã confixum vobis oſtendo*: tum etiam vt pro inimicis potentes, & efficaces ad Patrem preces effundas: *Multi piè, ac rectè meditantium, Deiparam* (ſic Venerabilis P. Salmeron tomo 3. agens de Domini pro inimicis oratione) *quando ſub Cruce ſtans audivit Filium orare pro ſuis Crucifixoribus, & ipſam in genua provolutam oraſſe pro ijſdem, & quantum erat ex parte ſui eis ignoviſſe.*

Ecce quam opportunè Chriſto aptaverit Richardus præfata Vatis verba: *Pretioſa in cõſpectu Domini mors ſanctorum eius, ò Domine ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ*: Ecce etiam Cruci adſtaſſe B. Virginem, vt in perſona Ioannis fidelium omnium perſonam agenti, nos in ſuam curam, & protectionem ſuſciperet; ſignatè verò, vt ab ipſius patrocinio felix nobis, ac pretioſa mors obtingeret: ſapienter id obſervante eodem P. Salmerone tom. 3 tract. 5. hunc in modum: *Ob id quod Chriſto naſcenti, & morienti Maria adſtitit, digna facta eſt, quæ filiorum Dei generationem, vt Mater pientiſſima foveat, atque morti noſtræ, in qua Deo per gloriam naſcimur, ſingulariter ſuccurrat, vt in tanto patrocinio, & favore ſublevati ſervatique Virginem ſanctiſsimam imitemur*: Hæc ille ſanè, vt *quorum oculi* (ſic Bonav. in Speculo) *ad manus Mariæ ſemper debent reſpicere, vt per manus eius aliquid boni accipiamus*: ſummum bonorum omnium conſequamur, quod in morte Deo grata cenſetur: Et verò (ſi rem benè æſtimas) duplici modo à Deipara felix mors fidelibus obtingit: Vno quidem, dum opportunis à Deo auxilijs impetrat clientum ſuorum animos Deo gratos, & vt ſic dixerim ſapidos, & maturos reddit: in quem ſenſum acutè inflexit Philippus Abbas

3

Matth. 26. v. 39. *Luc. 21 v. 43.* *Iſai. 63. v. 3.* *Rich. à S. Laur.* *Ioan. 19* *Amedæ.* *Rich. à S. Laur.* *Bernar.* *Rich. à S. Laur.* *Salmerõ* *Salmerõ* *Philip. Abb.*

Cant. 3. v. 9. ea Canticorum verba cap. 3. verſ. 9. *Ferculam fecit ſibi Rex Salomon*: benè obſervans, vt quamvis ex frequenti expoſitione ferculum referatur ad *corpus Mariæ, quæ Chriſtum in vtero ſuo novem menſibus portavit, de lignis Libani, ideſt, de membris omni puritate cãdidiſſimis quoad corpus, & alijs virtutibus quoad animam*, ſic Richard. à S. Laur. lib. 10. de Laud. Virg. itidemque quod ſignificet geſtatorium, ſeu ſellam Regiam; qua Deipara ſuos clientes, & imitatores vehat in cœlum, vt Arnoldus tractatu de verbo Chriſti in Cruce: *Ecce filius tuus*: loquens cum Ioanne inquit: *Intueor quadrigam, qua currendum eſt ad Patrem, ſic debere diſtingui, vt per te ad Matrem, per Matrem ad Filium, per Filium verò attingere poſsit pœnitentis affectus ad Patrem*: non tamen omninò abs re poſsit etiam ferculum accipi de ferculo cõviviali, quo epulæ impoſitæ convivarũ ad menſam deferuntur, vt nimirũ per manus Mariæ velut gratæ, & dulces epulæ eius ſtudioſi Deo offerantur: Sic enim primum Philippus lib. 4. in Cant cap. 5. *Ferculũ itaque Virgo eſt, per quam Deo inveniuntur Sanctorum animæ commendari, eiuſque precibus, & meritis ſublimari ad Sponſi convivium. Quam ſibi ad hocidem Sponſus præparavi voluit, vt per eam mereantur præſentari, quæ per ſe non poterat*: Deinde verò poſt nonnulla ſtatim appingenda ſubijcit: *Ideò ipſa Sponſa, rectè omnium Mediatrix: ipſa Mater non incongruè dicitur imperatrix; quia Sponſum rogans, imperans Filio furorem eius in gratiam, in amorem ſuaviſsimum iram vertit, amaros in dulcedinem convertit farinulæ ſuæ precibus*: Vnde ſic concludit. *Qui ergo ſylveſtri prius amaritudine fuerant odioſi, ſuſcepti à ferculo ſiunt ſuſcipientis merito gratioſi*: Hactenus ex Philippo: quibus rectè adſtruit Divino fuiſſe conſilio diſpoſitum, vt Maria ſubſiſteret, per quam cœleſtis menſæ convivio idonei præſentari mereremur.

Philipp.

4 Sed vt penitius Philippi mentem explicemus, obſerva illa eius verba, *amaros in dulcedinem convertit farinulæ ſuæ precibus*; quibus alluſionem facit ad illam fermenti parabolam; quæ de Deipara eſt apud Matthæum 13. verſ. 33. *Simile eſt regnum cœlorum*

Mat. 13 v. 33.

A *fermento, quod abſcondit mulier in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum*; quam ad Mariam frequens PP. interpretatio refert, ſignatè verò Paſchaſius ibi, & Damaſcenus in Menæis Græcis die 1. Ianuarij, & Chryſologus ſerm. 99. *Maria* (inquiens) *huius fermenti implet typum, ſimilitudinem præfert conſignat figuram*: luculentius verò, & ad rem Paſchaſius lib. 7. hunc in modum: *Fermentum in farinæ ſatis tribus abſconditur, vt fermentetur totum, quidquid conſpicuum eſt eſſe corruptum primæ prævaricationis peccato, vt mulier quæ vitiaverat in Adam totam maſſam humani generis, totam maſſam carnis noſtræ adintegraret, & in Chriſto fermento iuſtitiæ per novam regenerationem, & innovationem novæ nativitatis: Mulier quæ conſecerat panem gemitus, & ſudoris, eſſet omnium vivẽtium Mater per Chriſtum, quæ fuerat primũ Mater omnium morientium*: Sic Paſchaſius: Verum enim verò, duo nobis modo in ijs obſervare eſt operæpretium: alterum qua ratione mulier vitiaverit in Adam totam humani generis maſſam: alterum: quomodo Maria totam maſſam carnis noſtræ fermento iuſtitiæ, per novam regenerationem reintegraverit, & quidẽ primam mali labem indicavit Sacer Scriptor illis verbis: *Vidit igitur mulier, quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile*, Geneſ. 3. verſ. 6. Quæ verba Gregorius Nyſſenus orat. *in Quadraginta MM.* ſic legis: *Vidit quod eſſet oculis, & guſtui pulchrum, & maturũ*, & ſimiliter Leontius Epiſcopus Arabyſsi oratione de *Lazaro ad vitam revocato* addita hac peculiari epitaſi *flore mortis maturum*: En fucum, & fraudem; qua callidus hoſtijs ad inveſcandum mulieris guſtum vſus eſt, dũ pomum quod acerbum, & læthale erat, tanquam maturum, & ſuave illius oculis obiecit: En miſeram malorum hæreditatem; quam in poſteros in felix mater tranſmiſit, dũ acerbos peccati fructus, maturos exiſtimantes, noxijs voluptatibus veſcimur, & in illis quaſi travali clavo tranſfixi inhæremus.

Chryſol. Paſcha. Gen. 3. v. 6. Nyſſen. Leont.

5 Iam vide quomodo Deiparæ precibus, & meritis, ſic fidelium animæ condiantur, vt ad Sponſi convivium

inferri

inferri mereantur: id quod præfatò loco, ſic optimè obſervavit Paſchaſius, inquiens. *Paſchaſ* *Porrò fermentum de farina eſt, ſed ſingularitas ei quædam adſcribitur, eo quod virtutem habeat ſpecialem, & propriam, & neſcio quã acerbitatem virtutis in tantum, vt de modicò multa efficiantur ſui generis*: Sic ille: Expende fermenti vim, & efficacitatem *in acerbitate*: vt noveris Virginis, totam carnis noſtræ maſſam reintegrantis ingeniũ, quæ eam pravis illius cupiditatibus, & appetitionibus amaritudinem injiciat, vt acerbum, iam & amarum nobis ſit, quod antea ſuave, & maturum videbatur, ſic quidem Auguſtinus de Deo miſericorditer, cum ſe ipſo agente dicebat lib. 2. confeſſionum cap. 2. *Nam tu ſemper aderas miſericorditer ſæviens, & amariſſimis aſpergens offenſionibus omnes illicitas iucunditates, vt ita quærerem ſine offenſione iucundari.* *Auguſt.* Ità Auguſt. Quæ quidem opportuna, & vt ſic dixerim neceſſaria diſpoſitio ad mortẽ obeundam fuerit: vti monet Bernardus ſer. 2. in feſto SS. Petri, & Pauli, hunc in modum: *Studeamus fratres vivere vita iuſtorum, ſed morte eorum mori multò magis deſideremus: Sapientia enim iuſtorum noviſſima præfert; ibi nos iudicans vbi nos invenerit. Omnino neceſſe eſt, vitæ præſentis finem, futuræ cohærere principio, nec ibi tolerabilis diſſimilitudo eſt: Sicut enim ſi quis, duo ſibi (vt ita dixerim) vinctoria conſuere, aut colligare voluerit, minus de reliquis partibus curans, ipſa quæ ſibi copulanda ſunt capita, vniformiter parat, ne diſſideant à ſe ipſis, ità dico vobis, quantumlibet exſtiterit converſatio ſpiritualis; ſi carnalis fuerit cõſummatio noſtra, vitæ illi ſpirituali penitus non cohæret, nec caro, & ſanguis regnum Dei poterunt poſſidere*: Sic Bernardus: Ecce tibi, quod benè dicebat Philippus de Virginis, erga ſuos cura, *quos amaros in dulcedinem precis ſuæ farinula convertit; vt qui priùs ſylveſtri amaritudine erant odioſi; ſuſcepti à ferculo fierent ſuſcipientis merito gratioſi*, vt ad Sponſi convivium idonei ſublimẽtur, morientes morte iuſtorum: Quare pergit inibi monere Bernardus: *Hæc nempè ſpiritualis eſt exercitij ſumma: hæc forma ſtudij ſpiritualis, vt ſapienter diſponamus præſentia noſtra, recogitemus in amaritudine animæ noſtræ* *Bernar.*

A *præterita, futura quoque ſollicitè provideamus.* Sobriè, piè, & iuſtè vivamus in hoc ſæculi, *ait Apoſtolus.*

Prætulit ſanè nobis Dominus in ſe ipſo hoc ſalutare monitum, dum non ante animam egerit, quam acetum ebiberit; ſingillatim id Evangeliſta, ſic adnotante Ioan. 19. verſ. 30. *Ioan 19 30.* *Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum, dixit cõſummatum eſt, & inclinato capite tradidit ſpiritum*: Vbi non nihil emphaſis B videtur addere Lectio Syriaca, quæ habet: *Ecce conſummatum eſt*: Sanè vt à Divino vivendi, moriendique Magiſtro & exemplari admoneremur omnium humanarum rerum contemptum, & amaritudinem morti præcedere debere, vt idonei, & opportunis obeundæ morti nos exhibeamus: *Ecce* inquit Dominus *conſummatum eſt*: Ecce opportunum moriendi articulum; cum humana omnia viluerunt, C & in aceti amaritudinẽ vertuntur: Sic quidẽ ipſemet Dominus apud Oſeã præmonuerat verbis illis cap. 11. v. 7. *Pendebit populus meus ad reditum meum*, vt accurato verbo *pendendi* nos inſtructos redderet, à terrenis rebus omninò liberos, & expeditos, & quaſi ſummis pedum articulis terrã tangentes eſſe debere, vt veniẽti Domino in hora mortis occurramus, in hunc ſenſum hæc verba, ſic inflectente Vverrico in allegoriis Gotfridi D Tilmani: *Pulchrè omninò, & propriè pendebit, tanquam inter cælum, & terram, vt licet adhuc apprehendere cæleſtia non valeat, non velit tamen tangere terrena, & ſi aliquando tangit, non niſi ſummis articulis, ideſt, extremis partibus animæ propter neceſſitatem corruptionis noſtræ, cui ſervire cogimur, quamdiu vanitati ſubiecta eſt creatura non volens*: En animum rectè diſpoſitũ, vt occurrat venienti Domino: ſed pergit Vverricus: *Vulgò dicitur male exſpectat qui pendet: ego autem dico feliciter exſpectat, qui ſic pendet. Quamobrem elegit hoc ſuſpendium anima mea, & in ipſo ſuſpẽdio mortem oſſa mea, vt perſeveranter in cruce iſta pendere merear donec immoriar*: Hæc ille. *Oſeã 11 v. 7.* *Vverric.*

Concinunt Canticorum verba cap. 5. verſ. 5. vbi cũ præmiſiſſet Spõſa verſ. 2. *Vox dilecti mei pulſantis Aperi mihi ſoror mea* ipſa de ſe ſubijcit, *ſurrexi vt aperirem dilecto meo*: quibus *Cant. 5 v. 5.*

Grezor. Magn. is ſubeſt ſenſus ex verbis Gregorij Magni hom. in Evangelia: *Venit quippè Dominus, cum ad iudicium properat, pulſat verò cum iam per ægritudinis moleſtiam mortē vicinam eſſe deſignat*: Pergit verò Sponſa indicans, qua ratione pulſanti occurrat: *Manus meæ diſtillaverunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatiſſimæ*: omnibus omninò PP de paſsionum mortificatione, & abdicatione voluptatum vitæ hæc accipientibus; eo prorſus ſenſu, quo Chriſtianos diſſuadebat Tertullianus Tertul. lib. de ſpectaculis cap. 1. *Chriſtianū exeditū mortis genus abdicatione voluptatum eruditi, qua facilius vitam contemnant, amputatis quaſi retinaculis eius, ne deſiderent, quam ſupervacuam ſibi fecerint*: Sic ille; nec ab eo abeunte Plinio Iuniore lib. 5. epiſt. 8. cū ait. *Proinde cum ſupperit vita, enitamur, vt mors, quam pauciſſima, quæ abolere poſsit, inveniat.* Iam verò Sponſæ verba, ſic elucidat Ambroſius lib. *de Iſaac, & anima* cap. 6. *Talis enim debet eſſe anima, quæ Verbum eſt receptura, vt moriatur mundo, & conſepeliatur cum Chriſto*: Similiter Gregorius Nyſſenus, qui poſt multa in eumdem ſenſum, ſubijcit. *Poſteà quam per mortem vitiorum ſurrexi; poſteà quā myrrha repleta ſum, adhibui manus, id eſt, opera clauſtro fidei, vt per hæc duo, opera, ſcilicet, & fidem aperirem oſtium Regni ſperans faciē deſiderati, ſic mihi manifeſtandam, vt eam cognoſcere poſſem.* Ita Nyſſenus.

Plinius Ambro. Nyſſen.

8 Nec me contineam quin hùc advocem Paulum huic inſtituto opportuniſsimum ad Philipp. 1. verſ. 22 dicentem. *Quod ſi vivere in carne hic mihi fructus operis eſt*, appoſitè transferente hæc verba Irenæo lib. 5. cap. 12. *Fructus autem operis ſpiritus eſt carnis ſalus*: itidemque, ſic diffundente: *Quis enim alius apparens fructus eius, quam maturam efficere carnem, & capacem incorruptelæ?* Quæ eo eunt, vt ad id loci copioſius diximus; vt in concertatione illa, qua Paulus vna ex parte cupiebat diſſolvi, & eſſe cū Chriſto; ex alia verò, neceſſariū eſſe iudicabat permanere in carne propter fideliū profectū: illud pro levamine permanendi haberet, quod novos ſubinde labores eſſet ſubiturus, quibus eius caro plus plus matura, & idonea cœleſti cōvivio redderetur, vt ſumpta hac eadem imagine, quam perſequimur ex pomo, ſive fructu aliquo primum acerbo, & iniucundo guſtui, deinde verò ſuavi, & maturo eleganter innueret animum, qui ſæculi bonis, & voluptatibus deditus immaturus, & iniucundus cenſetur: à bonis ſpiritus operibus, & laboribus matureſcere; & menſæ cœleſti reddi opportunum: Id quod ſanè, Deiparam cum ſuis clientibus facere affirmamus, vt, *qui ſylveſtri prius amaritudine fuerant odioſi, ſuſcepti à ſæculo fiant ſuſcipientis merito gratioſi*: Cui cogitationi illud eſt opportunum exemplū; quod habetur in Revelationibus S. Brigittæ lib. 7. cap. 13. de Carolo eius Sanctæ filio, cui in mortis articulo Beatiſsima Virgo præſto fuit, vt omnimodis opem ferret, vt latius adnot. ſeq. referemus; hic ſolum appingentes, quod ad rem præſentem facit; cū Deipara Brigittam inter alia, ſic allocuta eſt: *Ego quippè ſteti prope eumdem filium tuum Carolum paulò antequam emiſit Spiritum, vt carnalem amorem, non ſic in memoria haberet, quod propter eum aliquid Deo contrarium cogitaret, nec loqueretur; nec aliqua Deo placentia vellet omittere, neque illa, quæ poſſent eſſe quomodolibet divinæ voluntati contraria, vellet perficere ad ſuæ animæ nocumentum*: Hæc & alia ibi, quæ iam iam exſcribo.

S. Brig.

VARIA EXEMPLA, quibus Deipara in hora mortis, tanquam opportuna Advocata ſalutarem ſuis clientibus opem ferens deſcribitur.

ERgo appono primum totam Caroli hiſtoriam ab ipſamet Sanctiſsima Virgine B. Brigittæ eius Matri relatam citato loco, vbi clementiſsima Domina, ſic illi locuta dicitur: Ego tibi dicere volo; qualiter ego feci illi animæ filij tui Caroli, quando ſeparabatur à ſuo corpore: feci quidem, ſicut mulier alteri mulieri parienti adſtans, vt iuvaret infantem, ne ex fluxu ſanguinis moreretur, & ne in illo ar-

cto ſpatio, per quod exiret infans ſuffocaretur, cavens etiam, ne infantis hoſtes, qui in eadem domo eſſent, ipſum interficere poſſent; ſimili modo ego feci: *Et poſt verba præcedenti adnotatione allata: addit Deipara hæc*: Ego etiam taliter iuvi eum in illo arcto ſpatio, ideſt, exitu animæ ſuæ à corpore, vt non tam duram pœnam in morte ſuſtineret, quod ex ea inconſtans fieri poſſet aliqualiter deſperando, & ne Deum in morte obliviſceretur: Ego etiam cuſtodivi taliter animam ab ipſius mortalibus inimicis, ideſt, dæmonibus, quod nullus eorum eam tangere poſſet, ſed ſtatim cum egreſſa fuit à corpore, accepi eam in meam cuſtodiam, & defenſionem. *Hæc omnia clementiſsima Mater Dei, & Mater miſericordiæ, vt nobis planum faciat, nihil ipſius ingenio ſuavius, divinius: nihil eius patrocinio validius, efficacius. Quæ enim Mater blandior, diligentiorve erga filium? Quis vnquam Advocatus clientis ſui cauſam tanta induſtria, cautione, ſapientiaque egit? Iam prædulcem hanc hiſtoriam, & ſimiles à nobis adducias, & adducendas opportunè illuſtrat S. Hieronymus Virginem Euſtochium in epiſtola* de ſervanda Virginitate, *ſic alloquens*. Egredere, quæſo, pauliſper de carcere, & præſentis laboris ante oculos tibi pinge mercedem, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, aut in cor hominis aſcendit. Qualis erit illa dies, cum tibi Maria Mater Domini choris occurret comitata Virgineis? eum poſt rubrum mare ſubmerſo, cum ſuo exercitu Pharaone tympanum tenens præcinit reſponſuris *Cantemus Domino, gloriosè enim honorificatus eſt; equum, & aſcenſorem proiecit in mare, ſic Hieronymus*. Pulchrè mercedē (*inquiens*) quam nec oculus vidit, nec auris audivit, &c.

Sed pro auxilio opportuno Sanctiſsimæ Virginis in hora mortis, vt rem ab origine pergā, illud primum afferri debuit, quod in Martyrio Proto Martyris Stephani eveniſſe credimus & immenſæ, ac ineffabili Deiparæ pietati omninò cōſentaneū eſt: Nimirū vt optimæ fidei Auctores referunt: vt audivit Stephanum ductum ad ſupplicium convolavit ſtatim propè locum vbi immaniſsimi, & obſtinatiſsimi Iudæi Martyrem lapidabāt, vt in mortis ipſius articulo piiſsimas, & efficaciſsimas preces funderet, quibus ſanè non modo ei dulcē mortem fecit; *nam lapides torrentis ei dulces fuerunt* ſed illis etiam promeruit, vt Beatus Stephanus videret Filium Dei, filiumque Mariæ *ſtantem à dextris Dei* auxiliarem illi manum dantem: Enim verò, vt ipſe dixit. *Video Filium Dei ſtantem à dextris Dei*, Actuū 7. verſ. 55. Addere etiam potuiſſet video Dei Matrem ſuppetias mihi ferētem; vt fortiter mortem obeam, & in ea pro iminicis orationem effundam. *Fidelis quidem ſermo*, & de egregia Mariæ charitate *omni acceptione dignus*. Pro quo audi, quid tradat Lorinus ad verba, *cap. 7. Actuum Apoſtol. verſ. 18.* & eijcientes eum extra civitatem, lapidabant: *Sic namque ille. Qui loca ſacra deſcribunt, quales ſunt Brocardus in itinerario* 1. part. cap. 45. Chriſtianus Adricomius Ioannes Zuallardus, Ceverius de Vera, Noe Brances, Melchior Auſingus, Hieronymus Gratianus lib. 1. vitæ S. Ioſeph cap. 4. quod & omnes peregrini teſtātur, faciunt mentionem lapidis, ſuper quo tamdiu Beata Virgo pro Stephano Deum precata eſt, quamdiu duravit Lapidatio. Sed & Ioannem, cum ipſa idem feciſſe ijdem dicunt: cum forte poſt obita religiosè piè Ieroſolymorum loca Sancta Maria divinitus edocta intellexit rapi ad mortem Stephanum à concitata multitudine, quā non procul ab vrbis porta conſpiciebat. Hæc omnia Lorinus, quibus ſubijcit. *Non inutiles profecto Stephano tales preces fuerunt, quamvis gratia pleno, & fortitudine. Quare Deiparæ quoque debemus Proto Martyrem; ſicut & Stephano Paulum*: Sic ille: Benè quidem *Deiparæ debemus Proto Martyrem* debemus, & nos vitam debemus omne bonum debeamus, ò vtinam! bonā mortem.

Sed enim, vt de Stephano dicitur: *Ipſum ſequuntur omnes animæ iuſtæ*, ita & nos ſperare debemus Mariæ clientes in ipſius manus animas exhalare; & ab ea in forti illo tranſitu peculiari auxilij ſui ſuavitate, & ſæpius gratiſsimi vultus præſentia refici: ipſamet promittente (vt milcies vidimus) *ego murus, & vbera mea, ſicut turris, Cant. 8. verſ. 10.* Sic efferente hæc Venera

bili

Actuū 7. v. 55.

Lorin.

Brocard. Adric. Zuall. Cever. Brāces. Auſing. Gratia.

Cant. 8. v. 10.

bili Guillielmo ibi: *Materna pietas mea, quos nutriret, amamunit*: Pro quo egregiè fideiubet felicissima mors Fulberti Episcopi Carnotēsis in Deiram propensissimi: *Cui in mortis articulo tanta benignitate, tanquam tenerrimo Matris affectu ipsa Purissima Virgo visitavit, vt vbera sua: illa, scilicet, vbera, quæ dilectissimo Vnico Filio suo ad vitam præbuit illa ipsamet suggenda dederit, vt ipsum ad æternum vitam nutriret, & adversus mortis ictum, & pericula communiret: Quod quidem memoriæ tradidit Card. Baronius tom. 11. ad annum 1028. sub Ioanne XX. sic de Fulberto inquiens.* Sunt de eo præclara elogia Scriptorum huius temporis in eodem præter scientiam, & vitæ integritatem maximè commendatur, quod erga Sanctissimam Dei Genitricem Mariam addictissimus servus & promptissimus amator fuerit, in cuius laudem librum exscripserit, Basilicamque construxerit, laudesque cecinerit. Ab ea autem singulari remuneratum dono, dum ipsi ægrotanti (*ad mortem vt alij Scriptores exprimunt*) per visum apparens sugēda aperuerit sacra vbera. Quod testatur Gullerimus ex quo Vincentius. *Hæc Baronius: Quid tali morte vitalius?*

Baron.

Sed vide iterum Reginam adstātem à promptitudine auxiliandi, vt Stephano in morte S. Claræ de Montefalco: *Cuius in Deiparam affectus eximius, & mirabilis fuit: dum quatuor annos nata nudis genibus in terra defixis salutationem Angelicam tanto ardore recitabat, vt spectantibus stuporem incuteret; & cui Deipara aliquando puerulū Iesum videndum dedit: ipsaque complecti voluit sed evanescentem non potuit miro amoris, & doloris sensu: Ergo clarissima hæc Virgo extremo morbo affecta, cum Angelo apparenti dixisset* Angele Dei nuncia sanctissimæ Virgini, vt me in cœlestes sedes recipiat: *& cœlū apertum, & Sanctissimam Dei Matrem secum summo gaudio exspectantem, & invitantem vidit, ita affirmat Isidorus Moscovius in eius vita.*

Cæsar. Cisterc.

Simile refert Cæsarius Cisterciēsis lib. 7. rerum mirabilium cap. 55. de Monacho Vvernero his verbis: *Hic cum ante horam exitus sui, sicut ab eius Abbate didici dæmones circa se videret, illorum importunitate valdè turbatus clamare cœpit* Sancta Maria libera me ab istis vilissimis *crebrius hoc repetens. Audientes huiusmodi clamorem hi, qui circa eū erant satis mirabantur scientes eum esse taciturnum, & vix ad interrogata respondere. Postmodum respirans, & inclinans ait* Benè veniat charissima Domina mea, *& eis insultans subiunxit*: Modo iacete vos ibi: modo iacete vos ibi: *sicque postmodum placido vultu exspiravit Angelis gaudium faciens in cœlo, sed non modicum dolorem fratribus in monasterio, fuerat enim adolescens bonus, & disciplinatus Virgo corpore, & mente.*

Illud certè mirandum, & Deiparæ benignitate dignum, quod Chronicon Minorum 4. part. lib. 10. cap. 16. de fratre Morico ex ordine S. Francisci referūt: cui morienti, cum obiecta esset cogitatio divini iudicij, horror mentem invasit, clamorque ingens erupit ex faucibus. Sed beatissima Virgo hoc articulo temporis, negotijque apparens, formidinem lemivit, iussitque vt nomen Iesu centiens invocaret, certusque salutis suæ esset.

Chron. Monic.

Sed illam etiam dixerim felicissimam mortem, quæ à Deiparæ mentis, & precibus Sanctæ Franciscæ Romanæ obtigit. *Nimirum cum ipsa per totos quadraginta annos Officium B. Virginis recitare consuesset, & aliquando decidente largiter imbre sub aperto cœlo illud percurrens, alijs ex pluvia circumquaque diffluentibus, nulla ex parte madefacta fuit: Sed id quidem egregium moriens à Virgine obtinuit, vt inter eius officium recitandum mortem obire meruerit. Quid dulcius? quid tutius? quam in Laudibus Deiparæ mori, & à laudibus istis, ad eas quæ in patria à cœlestibus spiritibus decantantur transire sapienter dicente illo Sapiente Idiota in contemplatione B. Mariæ.* Impetra Benedicta Virgo Maria tuis assiduis postulationibus, vt Te Laudem, Te benedicam, Te glorificem, &c. vt habeam in Laudibus tuis vitam æternam; imò in vita æterna laudes tuas: *Iam quæ de B. Francisca diximus habentur in Bulla Canonizationis eius, & apud Valaderium in ipsius vita, & apud Spondanum ad annum 1440. num. 40.*

Nec minus felix mors sub Deiparæ patrocinio fuerit, quam P. Ferdinandus del Castillo nobilis Scriptor historiæ Dominicanæ tomo 1. lib. 7.

Ferdin. del Cast.

cap.

cap. 18. de Venerabili Leodato, ſic refert: *Leodatus montis Peletarij monaſterij incola diem ſuum obijt, pridie tamen eius diei, quo à vita diſceſſit, Deiparam ad ſe venientem vidit, atque ita percontantem audivit.* Vis tu me ſequi, & Filium meum? *Roganti vero illi: Quænam eſſet?* Mater (*inquit*) ego ſum Dei: *Ad quod Leodatus.* Non credo *ait.* neque enim hunc perditum, & flagitijs inquinatum, milleque dignum tartaris Regina talis inviſet. *Tum Virgo, vt Leodati animum ab illa ambiguitate deduceret; ſe Religionis affirmavit eſſe Patronam, piorumque Cuſtodem: Fidem cum veritas ipſa faceret, quæ latere nequit Leodati animus meliora concepit, ac timore depulſo:* Si igitur Domina, vt dicis Deipara es: his me eripe miſerijs Virgo ſanctiſsima: hactenus vixiſſe ſit ſatis. *Hæc ita fuiſſe, Leodatus ſocio ſuo ſe inviſenti memoravit, quæ vana non fuerunt; fratribus namque die poſtero veſpertinas preces cantantibus, ipſe felici curſu in illas piorum ſedes penetravit, & ad eum Solem pervenit, quæ veſpertinum neſcit occaſum:* Hæc ibi.

Annuæ. *Adiungo* huic exemplo recens illud, quod noſtræ Annuæ anni 1605. ſic afferunt. *Anicij Baro quidam nobilis, tum rebus in militia præclarè geſtis, tum maximè virtute, & Martyrij deſiderio, vicinum ſe ſentiens morti, Sodalium B. Virginis precibus; ſodalis etiam ipſe ſe vehementius commendabat, cum interim apparet diabolus minas intentans: ſed eum ager illa B. Martini increpatione caſtigans.* Quid adſtas cruēta beſtia: nihil in me funeſtè reperies: *ſubinde verò ſerenior factus.* En ergo te video (*inquit*) pulcherrima Virgo, verè benigna parens, præſens tuis in calamitate. *Quibus dictis addens:* In manus tuas commendo ſpiritum meum, *placidè emiſsit animam.*

Cæſarius Opportunum eſt etiam illud exēplum ex Cæſario Ciſtercienſi libro 7 cap. 17. referente: *Civis quidam de Tulpeto, vir honeſtus Cuno nomine in hac extrema adverſus infideles expeditione ſignatus cum alijs peregrinis ad mare vſque pervenit: ibi graviter infirmatus, cum moriturus eſſet, cœpit mirabiliter iucundari; requirentibus ſocijs de cauſa lætitiæ reſpondit. Quare non gaudeam: Ecce Domina noſtra Sancta MARIA hic præſens eſt, & hæc mihi dixit.* Cuno, quia reliquiſti vxorem, filios, & omnia tua propter honorem Filij mei periculis te exponens: ego benè, & plenè retribuam tibi. *Qui ſtatim exclamavit: Ecce video cœlum apertum, & in eo ſedem mihi præparatam, ad quam celeriùs ſum aſcenſurus: mox ſacro oleo poſtulans ſe inungi, & Viatico Corporis Domini muniri, hominem peregrè depoſuit, & ſicut verus peregrinus in cœleſti patria laboris ſui præmium ſuſcepit:* Hæc Cæſarius.

Qui eodem libro cap. 55. narrat de iuniore converſo Paulo nomine, natione Triſio, *cui animam propèmodum agenti viſa B. Virgo, tantum conſolationis attulit, vt etiam in riſum ille erumperet: vnde interrogatus de cauſa ſui riſus,* cur non rideam? *inquit:* Ecce Domina noſtra præſens eſt, & iam animam meam ſuſcipiet: *Sed enim* veteri huic exemplo nonnulla recētiora placet adiungere, quæ diſsimilia non ſunt, cùm manus Domini, itidemque & Dominæ noſtræ non ſint abbreviatæ: Refert quippè Gaſpar Lechnetus in Sodali Partenio lib. 1. cap. 9. *Alexandrum Medicæum Florentinum; vitam ſanctiſsimè actam, & beneficijs, quàm plurimis à Deipara ipſi collatis refertam; decimoquinto ætatis anno maturè abſolviſſe: viſamque ſæpius Beatam Virginem ipſi dormienti aſsiſtere, eumque floribus inſpergere. Nec ſine fructu flores: nam ſanctiſsima Virgo tenerrimo affectu morienti adfuit: Vnde ipſe morti proximus exclamavit. An non coram intuemini MARIAM Dei Matrem Dominam meam meumque Cuſtodem Angelū, & Mariam Magdalenam de Pazzi. Erat hæc Magdalena Alexandri perſtudioſa, quem Angelum terreſtrem appellare conſueverat, & quæ ſuperiore anno deceſſerat è vita:* Similiter etiam de Matthæo Albenoſa Societatis Sacerdote narrat Euſebius Nirembergius; *virum magnæ virtutis, & ſolidæ in Deiparam devotionis fuiſſe, à qua cū moriens viſitari meruerit, tanta eſt conſolatione repletus, vt velut cygnus hæc moriēdo caneret:* Videte oculi mei dulcē Ieſum bonū; videte oculi, me mori me nūc: *ſic Euſebius to. 1. illuſtrium virorum:* ſed & Vincentius Charron 5.

Decembri s n 4. ait: *Romæ in Auſtria quidam Scholaſticus, de numero ſodalium Virginis, vicinissimus morti, & Virginē vidit, & cantata* Salve Regina *addidit verba S. Elizabeth*: Et vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini ad me? *Quibus in verbis tranquillam animam emisit.* Parco pluribus.

Quoniam verò ſæpius laudavimus egregiam doctrinam, & verba R. Patris Laurentii de Aponte in Matthæū; quibus Deiparæ patrocinium, & pietatis in ipſam ſtudium mirificè commendans poſt plura in hanc rem, inquit: *Et tandem, quando nec hoc ſufficit, ad vltimum in mortis articulo providētia vrens extraordinaria, de facto ſic eum in momento, in ictu oculi prevenit benedictionum dulcedine, vt contritionis igne exardeſcens per Virginis Mariæ interceſſionē inter Candidatos numeretur, qui ſua vita inter ſordidiſſimos morabatur:* Iuvat id non nullis firmare exemplis: & illud quidem in hanc rem valdè appoſitum narrat Boverius in Annalibus Capuccinorum ad annum 1594. his verbis. *Quidam vſurarius ægrotans lucra vſuraria ſolvere negligebat. Iamque dæmones ſenſibiliter inſultabant. Monuere Capuccini quidam, vt litaniæ Divæ Virginis piè recitarentur, quibus de genu peſoluris, Mira res! vſurarius non tantum reſipiſcit; legatque ſummam ad extinguenda fenora longè ſufficientem, ſed præterea recreatus Deiparæ, ac Divi Fræciſci aſpectu ſacris omnibus procuratus, placidiſſimè, ac piè ex hac vita diſceſſit.*

Adſimile eſt, quod Laurentius Surius tomo 4 die 12 Iulij ex Blaſio Mediolanenſi Ordinis Vallisumbroſæ Generali refert; *de quodam Florentio viro, magis eloquenti, quam pio, & civilibus ſtudijs pluſquam Chriſtianis moribus prædito; cui in vitæ diſcrimine S. Ioannes Gualbertus ſui Ordinis habitum dedit. Subindè verò cum iam revaluiſſet, & ſcipioni innixus monaſterium perluſtraret prior morbi vis eum invaſit, ita vt morti proximus videretur. Quod vbi Sanctus Ioannes audivit, ad lectum ægroti cum multis fratribus acceſſit, eumque iam migraturum Domino commendavit. At æger caput ſuum pallio, quo erat opertus texit; & viro ſancto, cur id faceret? inquirenti, reſpondit timens, & tremens video Sathanam propè aſſiſtere, é cuius ore vaſta flamma funditur, & ex naribus fumus ſulphureus prodit. Cum autem locum, in quo illum cernebat, viro Dei indicaſſet; ille ablata à manu tenentis Cruce diabolum ea egregiè verberavit: tum ille mox inſtar fumi evanuit, & ægrotus in has prorupit voces: Ecce aufugit Sathan: ecce receſſit; & ecce adſtat B. Maria: cum SS. Petro, & Benedicto: quibus dictis animam exhalavit.*

Surius.

Ab his exemplis tum parùm abeſt, quod Boverius tomo 1. Annaliū Capuccinorum to. 1. ad annum 1572. n. 16. mortem fratris Petri Vrbinatis referens, ſic inquit: *Cum in morte magnas à dæmonibus tentationes pateretur, Diva Virgo, recitatis Litanijs ab ijs, qui præſentes aderant, ſpectabilem ſe moribundo præbuit, turbamque tartaream lucis ſuæ radijs citiſsimè fugavit: vnde Petrus erupit in voces lætitiæ, & laudis Virginumque choros cum Regina Virginum magno mentis ardore moriens ſalutavit,* tum etiam illud à P. Hieronymo Plati lib. 1. de bono ſtatus Religioſi cap. 31. fuſsius narratū de Adolfo: *Comite Holſatiæ; qui matura ætate Religionem Minorum ingreſſus, ſingulariter devotus in B. Virginem fuit: poſt vitā verò piè, & religiosè tranſactam morti vicinus; vitæ rationem Chriſto Iudici redditurus timere, & trepidare cœpit. Sed pro Virginis benignitate, & eo ſtudio, quo ille in Deiparam fuerat affectus; ipſam multorum Angelorū comitatu ſtipatam meruit videre; quæ trepidantem confirmavit, vt timore depulſo feliciter in Domino moreretur.*

Boveri.

Plati.

His addere fuerit operæpretium: de Alexando Summo Pontifice, qui obiit anno Domini 1181. notaſſe Thouſſanum Bridoul in Triumpho Virginis die 27. Auguſti: *divinitus fuiſſe per viſum revelatum pio cuidam Canonico Eccleſiæ S. Iſidori Lugdunenſis in extremo vitæ agone eum à Sanctis Petro, Paulo, Gregorio, atque Iſidoro fuiſſe adiutum; ſignatiſsimè verò frendentibus contra eum dæmonibus interceſiſſe Sanctiſsimam Deiparam, quæ de ſalute ſua certum reddidit, & tutum confirmante Chriſto, quod Virgo locuta erat; vnde, & à beatis incundum* Alleluia *reſonare cœptum eſt.*

Thouſ.

(:·:)

MI-

MIRABILE EXEMplum de Innocentio III. Pōt. Max. qui per intercessionem Deiparæ aternam damnationem, cui fuerat addictus; misericorditer evasit.

PIget me tædet, pudet historiam Innocentij III. Pontificis Maximi, provt à pluribus & quidem nobilibus Scriptoribus refertur, hic appingere, cum tam ex ipsis, quàm ex revelatione B. Ludgardi facta, omninò constet insignem pietate virum, & de Ecclesia Catholica optimè meritum in ipsomet mortis articulo æternæ fuisse damnationi obnoxium, à quo tam immani discrimine vix evasisset; nisi pro eo potentissima, & validissima Dei Matris intercessio intervenisset: Ergo quamquam animus meminisse horret, luctuque refugit; pro gloria tamen Mariæ; itidemque vt inde seriò moneamur cum metu, *& tremore nostram salutem operari*; incipiam; à primo Innocentij in Pontificatum ingressu, progressu, & fine; qui quidem omninò cōsentaneus esse videtur sensui illi Ennodij de Romanis Pontificibus: *Quis sanctum appellare dubitet? quem apex tantæ dignitatis attollit; aut enim hæc dignitas sanctos invenit, aut sanctos facit.* Nimirum de Innocentio inquit Bzovius: *nutu Dei, & votis PP. atque omnium consensu, tanquam verè dignus, & idoneus in mortui locum suffectus est*: & statim. *Hoc sumpto honore non est superbia inflatus, neque inerti se otio dedit, non animum ad voluptates adiecit: non denique* quæ sua sunt, *quæsivit, sed vt multorum scripta referunt, innumeros pro Christianæ Rep. quæ tum varijs bellorum motibus periculosè quotiebatur, pro comparanda, & resarcienda pace labores suscepit.* Pergit Bzovius. *Ipse vniuersis Romanæ Vrbis Ecclesijs libram argenti singulis dedit, vnde calices sacrificandi causa conficerentur. Ipse famis illius tempore, quæ sub eius Pontificatu grassabatur, mox ab Vrbem sese recepit, & miseris egenis liberalissimè subvenit: curavit namque, vt pauperes illi, quos à publicè mendicando pudor abstinuit, secretò pecuniam hebdomadatim, vnde sustentari possent, acciperent. Qui verò publice stipem emendicabant, is pius Pater pauperum larga manu subveniens eis frumentum pro conficiendis panibus, & pecuniam pro tectis reficiendis, ac reparandis tribuebat:* Hæc Bzovius; quæ Henricus Spondanus ex schedis ipsis Cardinalis Baronij eum in modum diffundit; vt Lectori periucunda fuerint: ait enim. *Faciebat igitur (inquiunt Acta eius vitæ) famelicos reici, nudos vestiri, virgines pauperculas maritari; pueros expositos nutriri; subveniebat frequenter monachis, & monialibus indigentibus, reclusis, & Eremitis, domosque religiosas visitabat multoties, & à debitis liberabat. Circuibat, & investigabat diligenter eleemosinarius eius pauperes, ac debiles, maximè nobiles, dabatque illis sigilla, vt per eos qui ipsa deferrent singulis hebdomadibus pecuniam destinaret ad victum, exceptis illis, qui cottidie recipiebant, aut cibos, aut nummos, aut vestes. Permittebatque etiam pauperculos pueros ante mensam suam post finem refectionis venire, & de ijs, quæ coram eo remanserant, victualia exhibere. Ac denique Sabbatis faciebat mandatum, lavans, ac tergens, & osculans pedes duodecim pauperum, & singulis duodecim nummos impendens, faciensque refectionem omnibus impendi.* Hæc & plura ibi Spōdanus.

Addit Bzovius *accessit, & alia solicitudo, nec levis, vtpotè labor in extirpandis hæresibus*: Sed & omnia denique quæ ad egregium Pontificem pertinent latius ibi est persecutus. Quibus omnino adiunxeris ingentem pietatem, & promptissimum obsequium in Beatissimam Virginem, quam Innocentius habuit, vt plures in eius honorem sermones compositi manifestè indicant: sicut & Rythmus ille, *Ave mundi Spes MARIA*; cuius partem libr. præced. prælibavimus: itēque pulcherrima hęc precatio, cuius meminit P. Canisius lib. 5 de Deipara cap. 27. & quæ nōnullæ Ecclesiæ tēpore Passionis frequētare solēt:

Ennod. Bzov. Spōdan. Bzov.

Interveniat pro nobis quæſumus Domine A *Ieſu Chriſte, nunc & in hora mortis noſtræ* (Nota verbū pro morte Innocētij) *apud tuam Clemētiam gloriosiſsima Virgo Maria digniſsima Mater tua, cuius ſanctiſsimam animam in hora Paſsionis, & mortis tuæ doloris gladius pertranſiit.* Placet etiam & ex ſermonibus non nihil afferre, & illud in primis ex ſerm. 2. de Aſſumptione. *Cum Aurora ſit finis noctis, & origo dici, merito per Auroram deſignatur Virgo Maria, quæ finis damnationis, & origo ſalutis fuit, finis vitiorum, & origo virtutum:* & iterum. *Qui iacet in nocte culpæ, reſpiciat Lunam, deprecetur Mariam, vt ipſa per Filium cor eius ad compunctionem illuſtret. Quis enim de nocte invocavit eum, & non eſt exauditus ab ea? ipſa eſt Mater pulchræ dilectionis,* B *& ſanctæ ſpei.* Et non multò poſt. *Quicumque ſentit impugnationem ab hoſtibus, vel à mundo, vel à carne, vel à dæmone reſpiciat caſtrorum aciem ordinatam, deprecetur Mariam, vt ipſa per Filium mittat auxilium de Sancto, & de Sion tueatur eum.* Aiunt etiam nonnulli Innocentium fuiſſe auctorem proſſæ illius devotiſsimæ *ſtabat Mater doloroſa: quamvis id non adeo compertum ſit:* Ad hæc: Innocentius propriis ſumptibus in honorem Virginis cōſtruxit Xenodochium Romæ apud Sanctam Mariam in Saxia.

Iam vero Innocentius tot egregijs virtutibus præditus, & præclaris actionibus ad extremū perductis anno 18. ſui Pontificatus cum Peruſium tranſiſſet ad exſtinguendas diſcordias, quæ erant inter Genuenſes, atque Piſanos obijt correptus primum tertiana, quæ bre. i tranſijt in acutam deinde paradyſi, ac dæmun lethargo: & de morte eius, ſic Bzovius iam citatus: *Innocentius denique poſt multos pro Chriſto, & pietate exantlatos labores, cum ad ſedandos Italiæ motus proficiſceretur, Peruſij fato deceſſit; vir nimirum cunctis inſignis virtutibus, labore ſtrenuus, curis pervigil, conſultationibus cautus, iuriſprudentia inſtructus rerum adminiſtratione egregius, opibus florens, honore præcipuus dignitate maximus; ſacrarum litterarum cognitione eminens; pietatis operibus præfulgens; & nihilominus ſuo ipſius iudicio parvus, & humilis, re ipſa ſemper exſequens, quod ſapiens monebat:* C *Quanto maior es humiliate in omnibus, & coram Deo invenies gratiam.*

Hæc tandem Innocentij Pont. vita; hic exitus fuit; à quo quis non crederet ei obveniſſe, quod Lazaro mēdico; *qui mortuus eſt, & portatus ab Angelis in ſinum Abrahæ, Luc. 15.* At *iudicia Domini abyſſus multa, Pſal. 35. verſ. 7.* Quare quid illi in ipſomet mortis articulo evenerit; quodque cum legimus, cumque hæc ſcribimus ingentem metum, tremorē, & horrorem incutit, Audi ex ipſomet Bzovio, qui poſtquam virtutes, & egregia facta Innocentij ad longum deſcripſit; hæc omninò ipſe ex Anonymo Compilatore Chronicon narrat. *Ferè ſub ipſam horam, qua Innocentius Pontifex fatis conceſsit, aliquis Abbas Ordinis Ciſtercienſis ſomno meridiano, in quodam prato ante Peruſium, quò ibat, oppreſſus, eam viſionem aſpexit. Vidit ad Orientalem plagam Dominum in excelſo throno ſedentē, faciem adverſus Occaſum habentem, circumſtante eum in prato exercitu Angelorum. Vidit etiam ab Occidentali parte eiuſdem prati hominem toto corpore nudum, ſed inſula Pontificali decoratum, verſus ſedentem in throno velociſsimè currentem, & alta voce clamantem:* Miſerere mihi miſero miſericordiſsime Deus. *Aſpexit inſuper, quia ſequebatur eum currentem magnus draco, vt devoraret ipſum; cumque conſequi non poſſet illum, draco ſedentem in throno alta voce acclamavit:* Iuſtè iudica iuſtiſsime Iudex: *& cum hæc Abbas audiſſet, & vidiſſet, mox evigilavit, & viſio diſparuit: ille autē diſceptationis finē ſcire nullo modo potuit, donec deſcenderet Peruſiū, cui appropinquans audivit ſonum campanarum, & luctum plangentium, & lamentationem dicentem. Heu Pontifex Innocentius defunctus eſt:* Hæc ibi. Bzov.

E *Sed iam prætaſæ diſceptationis, & periculoſiſsimæ litis in cauſa æternitatis præmij, aut ſupplicij exitus ergo quis? Diſce id ab ipſo Innocentio, ſive à Sancta Ludgarda Virgine, quæ ipſum rem totam ſibi edicentē facit apud Iacobū de Vitriaco huius Virginis confeſſariū in eius vita lib. 2.* Innocentius PP. III. poſt celebratum Lateranenſe Concilium ab hac vita migravit; moxque apparuit viſibiliter Ludgardi: illa autem vt vidit eum ingenti flāma cinctum. Quiſnam eſſet? percontatur, reſpondit ſe eſſe *Iacobus de Vitriaco. Surius. Bellarm.*

In-

Innocentium Papam. At illa cum gemitu. Quid hoc est (inquit) communem omnium nostrum Patrem tam dirè cruciari? Respondit ille. Tres ob causas ita crucior, quæ etiam æternis suppliciis me iustissimè addixissent, nisi per intercessionem piissimæ Matris Dei, cui Monasterium condidi in extremis me pœnituisset. *Hæc Iacobus de Vitriaco, & ab eo Surius tomo 3. &* Bellar. *alij signatè vero Card. Bellarminus lib. de gemitu columbæ lib. 2. cap. 9. Cuius hæc de tanto casu admiratio, & ratiocinatio omitti nō debet.* Quod exemplum me quidem sæpè maximo timore, & tremore afficere solet: Si enim tam laudabilis Pontifex, & qui in oculis hominum non probus, & prudens solum, sed etiam sanctus, & imitatione dignissimus habitus est, tam parum abfuit à gehenna, & vsque ad diem iudicij purgatorijs incendijs acerbissimè puniendus est, quis non accuratissimè conscientiæ suæ secreta rimetur? itaque hoc tam magno exemplo sciamus omnes solicitè scrutari conscientiam nostram, ne fortè erronea sit, cum nobis recta, & sana esse videtur: *Sic sapientissimè optimus Cardinalis. Cuius verba, & monita intimis animæ nostræ recessibus fuerint infigenda: præsertim cum pro illis satis opportunè fideiubeat Salomon Prov. 14. vers.* Prov. 14 v. 12. 12. *inquiens*: Est via, quæ videtur homini recta, novissima autem eius deducunt ad mortem; *sive vt LXX. notantissimè habent*; novissima autem LXX. eius vadunt in fundum inferni.

His cum metu, & pavore, modice quidem pro tanto argumento, prælibatis ad præsentissimā Deiparæ opem in tam ancipiti periculo, & aleæ pleno me totum converto: dicente de culpis suis Innocentio: *æternis supplicijs me iustissimè addixissent, nisi per intercessionem piissimæ Matris Dei in extremis me pœnituisset*: cum videlicet currentē eum *sequebatur magnus draco, vt devoraret eum: eumque consequi non potuit*, quia videlicet interposita inter ipsum, & Innocentium piissima Matre Dei, illum veræ pœnitentiæ actum, imò de pectore ductum Numine inspirante elicuit: *Miserere mihi misero misericordissime Deus*: Nam velocissimo ad nocendum dracone multo velocior ad ferendam opem, & præsentior ad avertendum mortis discrimen auxiliaris Deiparæ manus est. *Hanc* quidem historiam ob oculos habere videtur Ecclesiæ Græcæ Pater, qui multos ante annos Deiparam in Menæis, vt in superioribus vidimus gemebundus obsecrabat. *In lectulo negligentiæ recumbo, & ignavam planè transigo vitam: ideòque formido horam exitus mei, ne scilicet, tunc serpens ille, & veterator vaferrimus vilem animam meam rabie leonina discerpat. Quare solo bonitatis tuæ impulsu, ò inculpatissima! extremi hanc articuli mei necessitatem præcurre, atque ad agendam pœnitentiam suscita*: Hæc ille omninò ad rem: sed pro ineffabili Mariæ benignitate omitti non debet, quod post præfata verba Ludgardi subiecit, Innocentius inquiens. *Quod autem ad te suffragia petiturus venire potui, id ipsum mihi à suo Filio Misericordiæ Mater impetravit*: quippè quæ non contenta *adstitisse à dextris pauperis, vt salvam faceret à persequentibus animam eius*:

purgatorij pœnam suffragijs
Virginis illius mitigandam curavit.

LIBER QVINTVS.

DE TESSERA SALVTIS, QVAE MARIÆ CLIENTIBVS FELICITER OBTINGIT.

PROOEMIVM.

VT non facilè fuerit quempiam reperire tanto crīminum frigore obstrictum, cui non à peculiari in Virginem pietate; imò & recordatione, sive ab ipsius nomine audito pectus incalescat; ita nec facilè invenire in tota sæculorum seriè, qui vel charactere devotionis eius insignitus, vel ad ipsius patrocinium cōfugiens, salutem non sit assecutus; & quidem quamvis timeam severioribus quibusdā nimiam plerumque hanc censeri confidētiam; cum tamen id iam munus susceperimus, eaque nos cura sollicitet, vt non solū quæ piæ servitutis Deiparæ splendida sunt officia percēseamus, sed illa potissimū admiranda Virginis in revocandis ad bonam frugem peccatoribus, iisque salvandis in litteras conferamus, vt magnis documētis omni ætate comprobatam Deiparæ tutellam, instinctamque & accensam huius fidētiæ pietatem firmemus, & condensemus, placet denuò ipsamet Auxiliatrice, tam egregijs PP. monumentis, quàm veteribus, & recentibus exemplis subnixi, confidēter asserere Mariæ servos; nisi ipsis obstinatius renuentibus æternam salutem fore adepturos; sive vt vtar verbis Bonaventuræ: Qui habuerit *characterem Mariæ annumerabitur in libro vitæ*; & Anselmi apud Pelbartum in Stellario Virginis lib. 12. par. 2. art. 1. affirmantis. *Nullum Mariæ servum æternum perire*: Quod si satis elatum dictum videatur, causam quidem pensiculatè examinanti habet, quod Virgo *potentiæ Divinæ pelagus est*, vt inquit Damascenus. Certè ex frequenti expositorum consensu sub hoc sensu dictum est à Sapiente Ecclesiast. 24. vers. 13. *In electis meis mitte radices*, vt in præced. lib adnotat. 10. ex Cornelio vidimus: Sed ò inclyta Virgo! cum cœlestia tua facta, & misericordias tuas, quarum non est numerus mortali scribentis labore non possint æquari, succurre miseris, & fave de cœlo, vt annunciem mirabilia tua.

Bonav. Anselm.

Eccl. 24 v. 13.

MARIA Felix, & Optima Advocata, quæ clientes ſuos ſolvat.

ADNOTATIO I.

1 VT iam ſtemus promiſis frequẽs PP. ſenſus Deiparam cum Arca propitiationis componit, ſic Methodius M. oratione de Hypapãte Chryſoſt. ſerm. 6. de *Aſcenſione*, Epiphanius orat. de *Deipara*, Andræas Hieroſolymitanus orat. *in Salutationem Angelicam*, Georgius Nicomed. orat. de *oblatione Deiparæ*, Ambroſ. ſerm. 80. in fine, Laurent. Iuſtinian. ſerm. de *Nativitate B. Mariæ*. Gregorius Neocæſar. orat. 1. de *Annunciat.* Chryſipp. orat. de *Deipara*, & plures alij: Richard. à S. Laurentio lib. 10. de Laud. Virginis, qui omnium ore; hanc imaginem ſic adornat: *Arca propitiationis, quia Mater eſt, & Regina miſericordiæ; Mater illius, & Filia, qui* Pater eſt miſericordiarum, & Deus totius conſolationis (2. *Corint.* 1.) Qui eſt propitiatio pro peccatis noſtris, 1. Ioan. 2. *Cuius meritis, & interceſsione propitiatur Dominus omnibus iniquitatibus noſtris: cum enim pro peccatoribus ſe Filio ſemper opponat, nihil ei negare poteſt Filius eius; aut enim iubet Natum, aut orat Patrem, & ſemper exauditur pro ſua reverentia*: Sic ille: Quod ſi Mariam velis Arcam eſſe Noe cum Heſychio orat. 2. in laudem Deiparæ, & Bonavent. in Laudib. B. Virg. num. 4. in ea videris humanum genus ad breuem familiam redactum ex aquis diluvij ſalvum evaſiſſe, 1. Petri cap. 3. verſ. 20. vnde S. Sabbas in Menæis die 29. Ianuarij in veſperis de translat. S. Ignatij Deiparam, ſic fidẽter orat. *Salva me qui Salvatorem Chriſtum ineffabiliter protuliſti. Te quippè nactus ſum vnicum animæ meæ ſolatium, & illud planè divinum. Tu me igitur redime à nunquam dormituro verme, & ardoribus ſempiternis*: Hæc S. Sabbas: Obſerva illa *Salva me*, & hæc: *Tu me igitur redime*: vt velut in arca propitiationis propitiationem apud Deum conſequatur; aut velut in arca Noe ſalvus fiat: & quidem quamvis neceſſe non erat hæc penitius diſpicere; ſed quoniam ſapientibus, & minus ſapiẽtibus debitores ſumus; appono circumſpectam nimis obſervationem Dionyſij Carthuſiani lib. 1. de Laud. Virginis art. 9. monentis. *Si quando Maria mundi Salvatrix dicitur, non id propter efficientiam dicitur, quia non ſalutem, nec gratiam ipſa efficit, ſed propter ſubventionem, quoniam apud Deum gratiam, ac felicitatem nobis precatur, atque procurat.* Hæc Dionyſius benè ſanè, & cautè; ſed qui addere debuerat; *procurat, & obtinet*; quæ vt dicebat Richardus *ſemper exauditur pro ſua reverentia*: Ideò S. Ioſephus Confeſſor in Menæis 3. Ianuarij Ode 5. fidenter inquit Deiparam Laudatorum ſuorum animas ſalvare: Audi. *Omnia percelluntur admiratione propter Divinam gloriam tuam. Tu enim in vtero Virgo Deum qui eſt ſuper omnia portaſti, quin etiam omnibus ad laudem tuam effuſis animæ ſalutem largiris præmij loco*: Sic ille.

Rem auget S. Anſelmus, qui non ſolùm lib. de *excellentia Virginis cap.* 4. inquit. *Cui datum eſt, dulci ſtudio ſæpè poſſe cogitare de Beata Virgine, is promerendæ ſalutis habet indicium*: Sed etiam apud Antonium 4. part. titulo 15. cap. 14. §. 7. hæc notanter ait: *Vt enim impoſsibile eſt, quod illi à quibus Virgo Maria oculos miſericordiæ ſuæ avertit, ſalventur: ita neceſſarium, quod hi, ad quos convertit oculos ſuos, pro eis advocans iuſtificentur, & glorificentur*: Sic Anſelmus, & eodem dicendi modo Richardus à S. Laur. lib. 2. de Laud. Virg. *Roganda eſt Maria, vt velit quaſi vult neceſſe eſt fieri*: Sic ille, & quidẽm, re benè perpenſa, rectè omninò; & pro magna conſolatione ſervorum Virginis, qui dicunt cum S. Sabba: *Quippè nacti ſumus vnicum animarum noſtrarum ſolatium*: Quid namque maius? quid felicius, quàm eam habere Advocatam; cuius patrocinium neceſſariam inferat animæ ſalutem? Sed qua ratione? (inquis) neceſſarium? Enim verò, quia non facilis ad faciem apparet reſponſio: & pulcherrimum, & omninò ſalutare in ea negotiũ vertitur: plura adhibere reſpõſa, ſive teſtimonia fuerit operæpretium, & primum

Metho. M. *Chryſoſt.* *Epiph.* *Andr. Hieroſ.* *Georg. Nic.* *Ambroſ.* *Laur. Iuſt.* *Gregor. Neoc.* *Chryſipp.* *Rich. à S. Laur.* *2. Cor. 1* *1. Ioan. 2.* *Heſych.* *Bonav.* *1. Petr. 3. v. 20.* *S. Sabb.* *Dionyſ. Carth. ſ.* *Richar.* *S. Ioſeph.* *Anſelm.* *Anton.* *Rich. à S. Laur.* *S. Sabb.*

mum quidem respondet Dei Filius: cum in cruce moriens inclinavit caput Ioan. 19. vers. 24. sic enim ad hæc verba Card. Hugo. *Inclinavit caput ex parte Matris suæ, quasi diceret. Per ipsam veniam petite, quia ipsa est oraculũ misericordiæ*: Ergo qui ad Mariam accedit, & per hanc petit veniam inclinato capite ei Dei Filius impertietur: vt hac ratione scitè ipsam Richardus à S. Victore cap. 42. in Cant. appellaverit *venam veniæ fontem vitæ*, & itidem Augustinus serm. 2. de Assumptione *templum misericordiæ Dei*: vt videlicet, qui ad Mariæ templum confugerit *quamvis* immanis peccator sit (vt statim afferendus inquit Bernardus) non pereat, sed à diro iustitiæ iudicio salvus fiat. Cui rationi subnixa Ecclesia Græca in Menæis 4. Ianuarij Ode. 6. de S. Theoctisto Deiparam, sic deprecabatur. *Ad te dies, noctesque, ò præ omnibus inculpata clamabo, & hac ratione salvabor: murum etiam voluptatum transcendam, atque patrocinio tuo à dæmonum insultibus liber evadã*: Sic Ecclesia, vt moneat nos ad Mariã in desinenter clamare, vt hac ratione salvemur.

Ioan. 19 v. 24. — Cardin. Hug. — Rich. à S. Vict. — August. — Eccles. Græc.

4 Respondet deinde, & pro dictis spondet ipsamet Deipara, sic absolutè locuta. *In Hierusalem potestas mea*: Ecclesiastici 24. vers. 15 efferente hæc verba Richardo à S. Laur. lib. 4. de Laud. Virginis, hunc in modum: *In Hierusalem superna potestas mea, imperandi, scilicet, quidquid volo, tam virtutibus Angelicis, quàm animabus sanctis, & quos volo introducendi*: ita ibi, & lib. 6 in hunc modum: *Summa gloria est populo Christiano sororem habere Reginam cœlestis Regni; vbi plenariam habet potestatem quoscumque voluerit introducendi; quidquid voluerit imperandi, quidquid à Filio petierit obtinendi: ideò potest verè dicere cum Filio*. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra: Matthæi vltimo: *Ideò etiam dicit*: in Ierusalem *superna* potestas mea. Ita ille, & eodem ductu Bernardus serm. in *Salve Regina* premens hanc potestatem, tanquam Reginæ debitam, his verbis: *Quod Divinæ pietatis abyssum cui vult, & quãdo vult, & quomodo vult, creditur aperire, vt quivis enormis peccator, cui Sancta Sanctorum patrocinij sui suffragia præstat*. O ingentem, & verè Regiam Mariæ potestatem: cuius voluntas, potestas est, vt etiam enormissimos peccatores ad ipsam confugientes salvet, sic etiam Georgius Nicomediensis in superioribus adductus, cuius verba decies repetita placebunt: *Habes* (inquit) *vires insuperabiles, robur inexpugnabile, ne immensam charitatem tuam superet multitudo peccatorum. Nihil tuæ resistit potentiæ, nihil repugnat tuis viribus, omnia cedunt tuo iussui: omnia tuo obediunt imperio: omnia tuæ potestati serviunt*: Reddit peremptoriam rationem: *Te in omnibus operibus reddit excelsiorem, qui est ex te natus*: Adstipulatur rursus Anselmus lib. de excellentia Virginis cap. 11. inquiens: *Benignissimus Filius tuus Dominus noster Iesus Christus ad concedendum quidquid velis promptissimus, & exaudibilis est: tantummodo itaque velis salutem nostram, & verè nequaquam salui esse non poterimus*. Nec minus opportunè Bernardinus tom. 1. serm. 52. cap. 2. absolutè inquiens: *Cum de Deo pro nobis facias, quidquid tuæ placuerit voluntati*.

Eccl. 24 v. 15. — Rich. à S. Laur. — Bernar. — Georg. Nicom. — Anselm. — Bernar.

5 Vides, quanta, & quàm secura felicitas sit Mariam Advocatam habere; in cuius voluntate securam salutem habes: quia ea siquidem, tam certa fidelium fiducia est, vt falli non possint: dicente Ecclesia Græca in Menæis die 16. Martij Ode. 6. de S. Sabino M. *O Virgo, quæ es nostra maxima à Deo postulandi fiducia, & simul exspectationis meæ, tam certa coronis, vt falli non possim*. Nam quis vnquam bonum Advocatum habuit, qui proditor, aut prævaricator causæ clientis esset? Sive quando vnquam Advocatus clientem deseruit, aut damnavit? Sive quis Patronus eum quem defendendum suscepit; si potuit non voluit victoria illustrare? Ergo vlterius respondent Sancti, qui in cœlo divino lumine beantur, apud B. Brigittam lib. 4. Revelationum cap. 74. Sanctissimam Virginem, hunc in modum allocuti *O Domina benedicta! tu portasti Dominum in te, & Tu Domina omnium es: Quid est? quod non poteris. Quod enim tu vis, hoc factum est*: Ecce tibi omnes Sanctos, sive qui in cœlis, sive, qui in terra sunt: salutem tuam in Virginis voluntatem refundentes: Sic enim ex persona Virginis dicebat Richar-

Eccles. Græc. — B. Brig.

char.

chardus: *Quidquid volo, & quos volo introducendi*: & Bernard *Cui vult, & quomodo vult*, & Anſelmus, *quidquid velis*: & Sancti Beati. *Quod tu vis, hoc factum eſt.* Sed reſtat (inquit) videre. Cui, & quando, aut quomodo velit Deipara Divinæ pietatis abyſſum aperire? Cui interrogationi opportunè occurrit Venerab. Galfridus ſermone 8. in omni feſtivitate Mariæ, ſic inquiens. *Et ipſa quidem pro vniverſo mundo paratiſſima eſſet ad precandum, totuſque mundus ſalvaretur, ſi precibus eius ſe faceret dignum*: ita Galfridus, apud quem preme quæſitum, & accuratum dicendi modum: *paratiſſima eſſet*: nimirum de Chriſto Domino omnium iudice dixit Petrus *paratus eſt iudicare vivos, & mortuos* 1. Petr. 4 verſ. 5. de Virgine vero ſignatè *paratiſſima* iudicandos defendere: Ergo hinc collige: non ſecus ac Virgini ſanctos dicere. *Quod tu vis, hoc factum eſt*: ita etiam tibi dici: Quod tu vis hoc fiet: ſi tanta Advocata frui vis: ita id affirmante Sapiente Idiota lib. *de cõtemplat. Mariæ* in prologo, cum ait: *Poſt Filium ſuum eſt Domina vniverſæ creaturæ, & in futuro ſæculo glorificabit ſervientes ſibi, ſi eam honorificaverint in præſenti.* Ad quem modum Philotheus Patriarcha Conſtantinopolitanus in Menæis Ode 3 Canonis primi de SS. PP. cum præmiſiſſet Deiparam affatus *Te enim tanquam interventrice digna ſeſe, & rerum omnium Conditarum Adminiſtra vtitur Deus*: Subdit: *Es que omnium pie te laudantium ſalus æterna.*

6

Sed iam tandem: opportunum ab importuno Auctore pro re quam perſequimur teſtimonium habemus cum nullum ſit fortius telum (Tertulliano auctore) quam quod ab hoſte ipſo deſumitur; reſpondent enim ipſæmet tartareæ poteſtates humani generis inimicæ imperio exorciſmorum Eccleſiæ compulſæ *neminem damnari* (ſic referente Hiſtoria S. Dominici ex quatuor Scriptoribus deſumpta) *qui in Mariæ cultu, & obſequio perſeverat quod vnicum ſuſpirium ab ea, & per eam Sanctiſſimæ Trinitati oblatum ſuperet, & excedat omnium Sanctorum preces*: Hæc peſsimi illi; qui non dubitaverunt addere, *& magis eam formidamus, quam omnes Sanctos Paradiſi, nec contra fideles eius famulos quidquam poſſumus prævalere. Notum etiam ſit vobis, plurimos Chriſtianos in hora mortis eam invocantes ſalvari, imò neceſsitate compulſi dicimus, neminem in exercitio Roſarij eius perſeverantem æternos inferni ſubire cruciatus; ipſa enim devotis ſervis ſuis veram impetrat contritionem, quo fit vt peccata ſua confiteantur, & eorum indulgentiam à Deo conſequãtur.* Hæc omnia in prædicta hiſtoria, vt videris, quam opportunè oraverit Deiparam S. Sabbas dicens *Te quippè nactus ſum vnicum animæ meæ ſolatiũ, & illud planè divinum. Tu me igitur redime à nunquam dormituro verme, & ardoribus ſempiternis.* Et quam verè affirmaverit Eccleſia Græca in Menæis die 2. Iunij Ode 6 de S. Nicephoro. *Laudamus radicem immortalitatis. Paradiſum ratione pollentem, atque totius orbis theſaurum grandem. In hac enim Virgine negotium mundi ſalvandi confectum eſt, ſimulque ſingulis hominibus venia parta.* Sic Eccleſia, quæ ſupra num. 3. Virgini ſuggerebat, *patrocinio tuo à dæmonum inſultibus liber evadam.*

Iam hæc omnia illuſtri Pauli teſtimonio firmantur: Sic namque ipſe de ſemet dicebat ad Galatas 6 verſ. 17. *De cætero nemo mihi moleſtus ſit: ego enim ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto*: Sed obſerva pro his verbis nemo mihi moleſtus ſit S. Theodorum Studitam ſerm. 70. notanter legere. *Nemo me contemnat*: ideſt, & ſi aliàs *minimus Apoſtolorum, & non dignus vocari Apoſtolus*: tamen pluris faciendus, nec vlla contemnendus ratione, quia ſtigmata Domini Ieſu in *corpore meo porto*: hoc eſt vt explicat Chryſoſt. *Sum ſervus ſtigmaticus*: & Caietanus: *ad ſimilitudinem ſervorum geſtantium in facie impreſſam notam dominorum inuſtione ferri factam*: Sed hic occurrat Paulo nonnemo: imò verò eamet ratione contemnendus videbaris, tanquam malæ notæ, & fugax ſervus, quippè ideò mali ſervi ſtigmate inurebantur, *vt facilius agnoſci, & percipi fugitivi poſſent*, ſic præſcribente I. C. Vlpiano in lege 1. §. tamdiu D *de fugitivis*: Sicuti etiam de pretioſa phiala templi deperdita Lucianus in *imaginibus* dicebat: *Ignorantiæ cauſam vnam eſſe arbitror, quod nullo titulo inſcripta ſit deperdita phiala; quæ ſi Dei*

7

8

Galfrid.

1. Pet. 4 v. 5.

Idiota.

Philot.

Tertull.

Hiſtor. S. Do.

S. Sabb.

Eccleſ. Græc.

Galat. 6 v. 17.

Theodo. Studit.

Chryſoſt. Caietan.

Lucian.

nomine, aut eius, qui eam templo dicatam conſecravit, foret inſignita, minori in perſeuerando labore defatigaremur : Sed ſubſiſtit mens Pauli, huic met rationi ſtigmatis innixa, nimirum ſervi Dei bono fato ſtigmate inuruntur ne perdantur, ſed ad domum Dei, & bonam frugem reducantur, ideò nihil illis felicius poteſt evenire, quam ſi à Domino fugaces erraverint, ab ipſo rurſus, ne perditi pereant in domum deducantur: ita quidem de Iſraelitis à ſervitute Domini aufugientibus dicebat ipſe apud Ezechielem 20. verſ. 33. *Vivo ego dicit Dominus Deus, quoniam in manu forti, & in brachio excelſo regnabo ſuper vos.* Quæ verba, ſic effert Hieronymus. *Non vos relinquam, neque contemnam, vt fugaces ſervos domini negligentes ſolent contemnere, ſed ad meum retraham imperium, & in priſtinam vos redigam ſeruitutẽ*: Quo itidem ſenſu Paulus ad Hebræos 2. verſ. 16. diſcriminans à beneficio Redemptionis homines à Deo aufugiẽtes ab Angelis deſertoribus, quos contempſit, inquit: *Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit* vbi Chryſoſtomus: *aufugientem à ſe naturam humanam apprehendit*: & de ſe ipſo ad Philipp. 3. verſ. 12. *Comprehenſus ſum à Chriſto*: ita hæc verba exponente Chryſoſtomo: *Eram, inquit, ex perditorum numero, demergebar pereundum mihi omninò erat; comprehendit me, ac tenuit Deus: nam & ipſe ſectatus eſt fugientes.*

8

Ex his iam capies Paulum meritò affirmantem, nullatenus ſe debere contemni cum ſervus iam ſtigmaticus eſſet, qui deperdi non poſſet, quin denuo inveniendus foret. Sed cur tanta fiducia loquatur Apoſtolus: diſce à S. Ignatio Martyre epiſt. 7. Qui diſcipulos monens hæc Pauli verba, ſic effert. Pauli eſtis diſcipuli, *qui ſtigmata Chriſti in carne ſua circumtulit; cuius cum memineritis, prorſus cognoſcitis, quod Ieſus Chriſtus eſt ex Maria factus ex muliere*: Sic Ignatus, vt affirmet, tantam Pauli confidentiam, & gloriationem in ſtigmatibus, quibus erat inuſtus; inde ei ſignatè advenire, quod Chriſtus ex Maria factus fuerit, vt ipſa Advocata, & interventrice opem hominibus ferat, & cadenti ſalutarem manum præbeat, vt reſurgat: Ergo inquit Paulus. *Nemo me cõtemnat*; quia iam ſtigmata Chriſti Ieſu à Maria ferens; nequeo deperdi: nam ſi malo fato à Domini domo aufugerim; ipſe me denuo Mariæ manu comprehendet. Sic abſolutiſsimè dicebat Bonaventura in Speculo. *Qui habuerit characterem Mariæ annumerabitur in libro vitæ*: Id quod ad vivum parabola illa dracmæ deperditæ, & à diligenti muliere inventæ nobis repræſentat. Audi.

9

Non equidem leviter conſiderãdæ ſunt duæ illæ parabolæ apud Lucam cap. 15. à Domino propoſitæ ad ſignificandum, plus ſtudij, & diligentiæ Chriſtum frequenter ponere in convertendis peccatoribus, quam in ijs, qui minus peccatores ſunt: nẽpè inducit primum Dominus paſtorẽ, *qui centum oves habens ſi perdiderit ovem vnam relinquit nonaginta novem in deſerto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inveniat eam*: deinde verò ſubdit verſ. 8 *Aut quæ mulier habens dracmas decem, ſi perdiderit dracmam vnam nonne accendit lucernam, & everrit domum, & quærit diligenter donec inveniat eam*: Habet enim pulchrã epitaſim hæc parabolarum in eumdem ſcopum tendentium duplicatio; itidemque & perſonarum in ijs contentarum varietas, vt quamvis in vtraque Chriſtus omninò ſit, qui perditum hominem quæſierit, & invenerit, & cottidie quærat, & inveniat; honorem tamen Matri ſuæ deferens velit nobis innuere; ipſa auxiliatrice, & Advocata ſalutem frequenter homines conſequi: imò verò ipſum met Salvatorem, vt homines ad ſe trahat, & è peccatoribus iuſtos faciat Mariã ad opus ſociam adhibere, ſic parabolam non ſemel ad Mariam referente Richardo à S. Laurentio lib. 2. de Laud. Virg. part 5. & lib. 11. vbi ait: *Per hanc mulierem, quæ drachmam invenerit poteſt deſignari Maria*: Merito autem illa diligentia, ſedulitas; & anxietas mulieris in quærẽda drachma, aſsiduuſque labor donec inveniat eam; præcipuè verò felix eventus inveniendi, & Chriſto, & Deiparæ aptatur: At enim quoniã in drachma Regis imago deſcribitur, & quia res perdita pro nihilo habetur: conſiderandum eſt in drachma perdita

Ezech 20. v. 33.

Hebr. 2. v. 16.

Phil. 3. v. 12.

S. Ignat. M.

Bonav.

Luc. 15 v. 9. & 18.

Rich. à S. Laur.

varium omnium peccatorum à Dei dignitate degenerantium genus: qui à Maria inventi in cœleſti tandem theſauro, vt regia drachma reponuntur: Quod eodem libro 2. Richardus copioſè, & eleganter, ſic diffundit: *Richar.* *Diligenda eſt Maria, & ſpecialiter honoranda, quia ipſa mediante forma diuina ſponte venit ad hominem deformatũ, gratia gratis ad gratiæ ingratum, medicina non rogata vltro venit ad ægrotum, virtus ad infirmum: ſapientia ad fatuum: ſanctificatio ad immundum, veritas ad mẽdacem, pietas ad immiſericordem: pax ad rebellem; miſericordia ad impium: charitas ad inimicum:* Subijcit omninò ad rem: *Iuſtitia ad iniuſtũ, nõ vt eum ſecundũ ſuã iniuſtitiã iudicaret, ſed vt eum ſua iuſtitia iuſtificaret, & ſecundum ſe formaret, & formatum ſecundum ſe tãdem glorificaret in ſe.* Hactenus Richardus. Cui opportunè adiumxerim Menæa Græca die 17. Auguſti appellantia Mariam *thronum Diuinum in quo qui conſedit; ille omnibus nobis ſellam in eo cæleſtem confecit:* Obſerva & tene illa *ſellam in eo*: vt huic throno accedas, & illi tenaciter adhærens quando in illo, & ab illo cœleſtem ſedem habiturus es: & planè eodem ſenſu S. *Menæa Græca.* *Theoph.* Theophanes in Menæis 10. Ianuar. Ode. 5 de Cathedra S. Petri, dum affirmat Deum Matrem ſuam colẽtes, vſque ad Diuinitatis aſpectum exaltare, his verbis. *Sol ipſe, ò hominum celebrata vocibus Virgo! Te multo illuſtriorem ſe ipſa agnoſcit, vtpote ex qua prodijt indutus hominem Deus, qui Cultores tuos vſque ad lumen Diuinitatis exſaltat.* Nec aliter S. Ioſephus Cõfeſſor in ijſdem Menæis 14. Martij Ode. 9. de S. Benedicto, Deiparam ſic alloquitur: *Ecce Tuus ille Filius laudatores tuos propalam in cœleſtis Patris ſui Filios adoptare cernitur.* O vtinam, ſed nec quæ perſequitur Ioſephus omiſerim, quod oſtendant rationem, & modum; quo Deipara ad portum ſalutis nos dirigit: velim tamen, vt illa adſcribas iis, quæ diximus lib. præ- *S. Ioſeph. Conf.* *Chryſſp.* ced. adn. 6. n. 7. ex Chryſippo: *Vitem uvas pulchras producentem* ad ſuorum oculos in eius amorem pellicientes ſunt iſta: ad Virginem: *Siſte exorbitationes animæ meæ ſenſuum quoque à recto declinantium fraudes, ac denique ſimulachra cupiditatum malarum, quæ animam perdunt omninò exſtingue: ſimul iſtarum imaginum loco largire, vt ſalutifera pulchritudo illius, qui ex ſacratiſſimo vtero tuo ineffabiliter expleduit, in anima mea tanquam in puro ſpeculo fulgeat*: Hæc ille cum quibus compone illa, quæ ex S. Germano afrebamus, *Salve vitis uvas pulchras producens*: vt ſignificetur Deipara noſtram ſalutem procurãte Chriſti pulchritudinẽ à nobis penitius cognoſci; & tanquam botrum maturum ad eſum proponi.

EXEMPLA.

PRo re propoſita tot fuerint exẽpla, quod teſtimonia liber hic habet: Sed placet ea conſignare verbis Ioannis Berehmani Societatis Ieſu Scholaſtici Deiparæ fideliſſimi ſervi, de cuius egregijs virtutibus multa multi ſcripſerunt nempè Cellarius eius vitam: virtutes verò Poiræus Triplicis coronæ tractatu 4. cap. 8 Balingem, & Vincentius Charron 13. Auguſti Arnoldus de Raiſſe in Auctuario die 14. Auguſti, Gononus ad annum 1621. *Ergo optimus Adoleſcens Sabbato natus, Sabbato ingreſſus Societatem, Sabbato mortuus: dicere ſolebat*: Si diligo Sanctiſsimam Virginem, ſecurus ſum de mea ſalute: *& moriens profeſſus eſt, efficaciſsimum ad perfectionem medium eſſe, devotionem erga Matrem Dei*: *& tunc cantavit* Ave maris ſtella.

Illud verò maximi duco, quod ex Sancta Gertrude lib. 4. Revelat. cap. 49. facillè colligere poſſumus: tanti videlicet eſſe pro æterna ſalute conſequenda Mariam Advocatam habere, vt piè, verè, & religiosè Chriſtum Dominum ſummis precibus rogare poſsimus; vt ipſe ſalutis Auctor nos Matri ſuæ commendatos eſſe velit, rogerque ipſam vt ſuũ patrocinium nobis impendat. Nimirum, præterquam quod vt alibi vidimus Chriſtus Dominus Gertrudem aliquando trepidantem Matri commendavit, vt dũ ad ipſam Virgo illa haberet recurſum, auxilium, & ſalutem aſſequeretur: ſignatè lib. 4. Revelat. cap. 49 dicitur. *Cum in vigilias Aſſumptionis can-*

tanda eſſet Miſſa, ex intimo cordis affectu Beata Gertrudis lecto ex infirmitate decumbens deprecata Dominū fuiſſet, vt ſibi apud dulciſsimam Matrem ſuam dignaretur favorem, & gratiam obtinere, cui ipſa, vt ſibi videbatur nunquam debitum obſequium exhibuiſſet. Dominus ſe ſummā cum blanditate in amplexus Matris amiciſsimos declinans exhibuit ipſi omnem filialem dilectionem quantam ex ea eam affectus fuiſſe videretur, dicens. Recole Domina Mater amantiſsima, quod peccatoribus ego propter te ſum propitiatus, & reſpice hāc electam meam eo affectu, ac ſi omnibus diebus vitæ ſuæ tibi placita, ſummaque devotione ſerviſſet. Ad quod virginea Mater quaſi tota liquefacta, & in melleam dulcedinem reſoluta ſe tota huic, cum beatitudine ſua ob amorem Filij videbatur impendere: *Sic ibi.*

His adiunge, quod Bzovius in Annalibus num. 19 anni 1367. habet de B. Hemmingo Alboenſi in Suedia Epiſcopo, qui quod Cōciones ſuas à Laude Deiparæ incipiebat, eam apud ipſam gratiam obtinuit, vt B. Brigittæ ſuggeſſerit: *Dic illi Epiſcopo, quia omnes prædicationes ſuas inchoare ſolet à laude mei, quod volo ei eſſe in Matrem, & eius animam præſentare Deo*: teſtatur id etiam B. Brigitta in Revelationibus extravagantibus cap. 104.

MARIA ADVOCATA, cuius clientes teſſeram ſalutis habent.

ADNOTATIO II.

HAnc modo ſalutis teſſeram nō modo generali oratione, & vtcumque, ſed ſignatè hominibus peccatis obnoxijs, quorū nobis ſalus dubia, & ſub luce maligna eſſe videtur; ſi tamē eos Deiparæ obſequio ex animo addictos viderimus, peculiari quadam ratione aſsignamus, cum in primis ex Paulo quidem, & Iſaia imò ex recta fide omninò noverimus, hominum ſalutem Deo maximæ curæ eſſe: ſic enim ille 1. ad Timoth. 2. v. 4 *Deus vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*: eaque ratione Dominum, nullum non lapidem movere, vt ipſos gratia ſua dignos efficiat; ac proinde, quamlibet occaſionem licet levem captare, vt ab ea ipſe ſalutem tribuendi anſam arripiat, quatenus *ad thronū gratiæ ducti miſericordiam inveniāt in auxilio opportuno*, ad Hebr. 4. verſ. 16. *Exſpectat Dominus* (inquit Iſaias 30 verſ. 18.) *vt miſereatur veſtri, ideò exſaltabitur parcens vobis*: vbi magna ſubeſt emphaſis Hebræo verbo *Achech*, pro quo noſter poſuit *exſpectat*: nam omninò ſignificat *anhelat: inhiat* ad morē æſtuantis, qui vel leviſsimam auram captat ad refrigeriū: vt videatur Dominus adeò ad ſalutem pronus, imò ardens, vt quamlibet occaſionem arripiat, ad indulgendum, & ſalvandū: Huius cauſam ad ipſammet Dei naturam, quæ ſe negare non poteſt, nec à ſe ipſa deficere, ſic referente Gregorio Nyſſeno tractatu primo in Pſalmos. *Cum nos omni improbitatis genere obruti fuimus, ipſe à natura ſua nequaquam deſcivit, ſed id quod eſt egit, neque enim decet eum, qui natura bonus eſt, aliud, quam quod natura ſua eſt agere.*

Ergo dum exſpectat Dominus, vt miſereatur; vel ab ipſa imagine ſua in nobis ab ipſo inſculpta, & à ſuorum digitorum veſtigijs anſam ſumit: vnde opportunè David, Pſalm. 118. v. 73. *Manus tuæ fecerunt me, & plaſmaverunt me: da mihi intellectum, vt diſcam mandata tua*: In quæ verba Ambroſius ſerm. 10. ſcitè ait: *Magno cōmendationis exordio vſus eſt ſi opus Dei eſſe, ſe diceret, quò facilius circa operis ſui gratiam favor inclinaretur auctoris*: vt nimirum in opus ſuum propenſus fauorem, & opem conferret: cum is hominum mos ſit, vt in opera ſua ſint proni: Sed hac ratione non contentus ex mente Vatis Ambroſius argumētum hoc non ad gratiam ſolùm, ſed ad merū ius, quodāmodo vrget, hūc in modum: *Clamat ad Deum Propheta: opus tuum, ò Domine non deſeras, non derelinquas: te Auctorem convenio: te teneo conditorem: præſidia aliena non quæro. In adiumentum accingere, qui accinctus es,*

1. Tim. 2. v. 4.

Heb. 4. v. 16. Iſa. 30. v. 18.

Lect. Hebr.

Nyſſen.

Pſ. 118 v. 73. Ambro.

vt

vt creaces: Sic Ambroſius modeſtiſsimis aculeis Vatem pungẽtem Deum faciens illis verbis vſus *convenio*, & *teneo*: quæ forenſia ſunt; & alterum in ius vocare, alterum convincere ſignificat: ſic Matth. 18. verſ. 28. debitor à moleſto creditore teneri dicitur: *Tenens ſuffocabat eum dicens, Redde quod debes*: & M. Tullius Academ. 4, *Si rectè concluſeris teneo*, & actione 7. in Verrem: *Neque ſolum argumentis, ſed etiam certis teſtibus tenebatur*: vt dum Vates ait: *Te auctorem convenio: te teneo conditorem*: tantum non dicat; iure quidem, & ex iuſtitia quodammodo teneris ad auxiliarem manum nobis porrigẽdam; qui eiuſdem manus opus ſumus: dicente Paulo ad Epheſ. 2. v. 10. *Ipſius enim factura ſumus*: ita quidem confidenter dicebat Iob. 14. verſ. 15. *Operi manuum tuarum porriges dexteram* peculiari locutione, qua ſingularis amor, & benevolentia ſignificatur: & Hebræum verbum exprimit, quod ibi ſic vertas: *Ad opus manuum tuarum deſiderabis, ſeu concupiſces.*

Mat. 18 v. 28.

M. Tul.

Epheſ. 2 v. 10.

Iob. 14. v. 15.

Leſt. Hebr.

3

Habet verò in hanc rem peculiarem emphaſim, quod Chriſto Domino auctore apud Lucam 11. verſ. 4. inducitur homo domo pulſus, peccator videlicet, qui tamen neceſsitate premente ad Dominum confugiat, & intẽpeſta nocte eius ianuam pulſet, rogans: *Amice commoda mihi tres panes. Quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo, quod apponam ante illum, & ille de intus reſpondens dicat. Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtiũ clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili, non poſſum ſurgere? & dare tibi: & ſi ille perſeveraverit pulſans, dico vobis: & ſi non dabit ei ſurgens eò quod amicus eius ſit: propter improbitatem tamẽ eius ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſarios.* Audis dantem; & tamen dantem ei, qui amicus non eſt? Quo ergo iure iſte petebat? audi Tertullianum lib. 4. contra Marcionem ſapienter, hunc locum ſic penſitantem: *Amicus autem etiamſi offendit, magis Creatoris eſt, quam Dei Marcionis. Itaque ad eum pulſat, ad quem illi ius erat, cuius ianuam norat, quem habere panes ſciebat, cubãtem iam cum infantibus, quos naſci voluerat.* Sic ille. Et quidem rectè. Vbi pende duo: alterum benè excogitaſſe Tertullianum, hunc, qui ad Dei ianuam pulſabat; peccatorem & domo pulſum induci, ideò inquit, etiamſi offendit: alterum de hoc dixiſſe, *ad quem illi ius erat*; nam quo iure peccator cum Deo agat? reus cum iudice? & cum Creatore creatura ingrata? ſed enim opportunus ſermo eſt de factura cum factore, quæ ipſum convenit, imo & tenet, vt miſereatur, & opem ferat. vti & famoſa illa peccatrix Thays ad Deum ex animo converſa. Ita ipſum precabatur apud Pratum Spirituale. *Qui me plaſmaſti, miſerere mei*: Ita quidem præfato loco Ambroſius innixus huic rationi, quod manibus divinis effictus peccator ſit: ſic pergit. *Vnde & hic edicitur, vt memineris Deus, quia pulvis ſumus, & vberioris gratiæ munus infundas, nec infirmum opus deſeras. Gubernator fluctante navigio plus laboris impendit, quam ſecundo remigio labitur fluctu, & ventorum flatum ſuo ſupparo ſuper artem præveniet*: Sic Ambroſius.

Tertull.

Ambroſ.

Verſavit hoc argumentum prior omnium Sãctus Iob, à quo dubio procul videtur edoctus regius Vates, dũ Deum quem ſibi infenſum credebat, ad pietatem cum ipſo exercendam, ſic inflectere ſtudebat cap. 10. verſ. 8. *Manus tuæ Domine fecerunt me, & plaſmaverunt totum in circuitu, & ſic rurſum precipitas me?* nec contentus Deo obieciſſe facturam ſuam eſſe, pergit vrgere argumentum à divinarum manuum veſtigijs, quæ non poſſunt, non exſtare in opere è molli materia elaborato ſubdens: *Nonne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me coagulaſti*: vt dicere videatur: cum appareant in me, ò Domine expreſſa tuarum manuum ſigna, & lineamenta, quæ me opus tuum eſſe clariſsimè proloquuntur: Cur potiùs opus tuum præcipitare, quam tueri, & fovere diſponis? Hæc Iob: Vbi ad rem, quam intendimus figo gradum: grande quidem hinc documentum ſumens, non tãtum ad inflectendam divinam miſericordiam, ſed etiam ad noſtram ſalutem inter peccatorum fluctus pluſquã decumanos periclitantem vndequaque tuendam: vt nimirum; & ſi peccatores, improbi, & flagitijs operti ſimus; curandum tamen omninò nobis ſit, aliqua

4 Iob. 10. v. 8.

pietatis, & virtutum ornamenta in animo retinere; quæ veſtigia divinarũ manuum eſſe videantur, vt Dei oculis obiecta, ipſum operis ſui admoneant; ne ſi hæc abſint; factura ſuam non agnoſcat ſapientiſsimè hãc rationem nobis proponente S. Irenæo lib. 4. adverſus hæreſes c. 70. his verbis: *Præſta Deo cor tuum molle, atque tractabile, & cuſtodi figuram, quã te figuravit artifex habens in temetipſo humorem: ne induratus amittas veſtigia digitorum*: Sic Irenæus: tantum non dicens: ſi aliqua digitorum Dei apparent veſtigia, quæ ſeſe eius oculis ingerãt, ne deſperes; nam ab iis clementiſsimus opifex movebitur, & quaſi pertrahetur, vt operi manuum ſuarum porrigat dexteram: *nam calamum quaſſatum non conteret, & linum fumigans non extinguet*, Iſaiæ 42. v. 3. Quo iam dudũ retuli verba Tertulliani lib. de Pudicitia ad finem, vbi agens de illis Chriſti confeſſoribus, qui in tyrannorum perſecutione tormentorũ vi cõpulſi à fide infeliciter defecerant, inquit: *Et tamen illæ cicatrices Chriſtiano prælio inſculptæ, & vtique invidioſæ apud Chriſtum, quia vinciſſe cupierũt, & ſic quoque glorioſæ, quia non vincendo ceſſerunt. In quas adhuc, & diabolus ipſe cum ſua infelicitate ſuſpirat*: Notanter extrema hæc: ad quæ *ſi* dubites: cur diabolus non potiùs contemnat, & rideat infelices iſtas cicatrices? quarum vulnera miſeris illis militibus nihil profuerunt: reſpondebit Tertullianus: vt vt fuerit, cum cicatrices iſtæ Deum admoneant certaminis, & vulnerũ, quæ infelices illi pro ipſo pertulerunt: non poſſunt nõ diabolũ fatigare; qui Dei novit ingenium calamum quaſſatum non conterentis; & vndequaque anſam arripientis ad miſerendum, & opem operi ſuo ferendum.

Irenæus

Iſa. 42. v. 3.

Tertull.

Hæc ſi aliquãdo, aut qualibet ratione ſubſiſtunt, maximè quidem locum habere credimus in iis, qui Deiparam pietate, obſequio, & affectu proſequũtur; quorum cauſam cum Deus iudicaturus advenit: tum ſtudio in ſanctiſſimam Matrem, tum eius intervẽtione non poteſt, non ad indulgentiã inflecti; quippè qui veſtigia digitorum ſuum in hac pietate videat: ad quam planè diabolus ipſe cũ ſua infelicitate ſuſpirat, ſed quoniam itidẽ novimus benignum iudicem eleemoſynarum largitione, etiam in iudicio commoveri, vt miſericordibus miſericordiã præſtet: dixit quippè Chryſoſtomus hom. 5. de Pœnitentia: *Fœneremur Deo per clementiam; fœneremur: quo debitorem inveniamus eum, non iudicem, veneretur enim debitor fœneratorem; veneratur eum, & erubeſcit*: & homil. 9. *Tametſi multa habueris peccata, eleemoſyna advocatus eſt, ne timeas* opportunũ ecce ad vtramque pietatem exemplum damus.

EXEMPLA.

REfert illud quidem Stanislaus Lubienſis Epiſcopus Plocenſis his omninò verbis apud P. Martinum Philippũ de Convelt in theatro excellentiarum SS. Deiparæ tomo 2. Dicam vobis, quod narrante Carneovio didici. Petrus Gamratius Archiepiſcopus Gneſvenſis; idemque Epiſcopus Cracovienſis illicita ambitione geminas opulentas dignitates conſecutus, vt prodigus, & libidinoſus palam audiebat aderat comitatus, qui Epiſcopum minimè deceret, menſam, vt cum Plauto loquar ſtrues patinaria ornabat, vel onerabat potiùs: aderant ſymphoniſtæ, paraſiti, ſycophantæ, mimi, ludiones: ſtrepebat Aula illicitis clamoribus Baccho, & Veneri indulgebatur. Denique in ea erat apud omnes opinione, vt nemo de Gamrato benè exiſtimaret, cuncti vt perditè flagitioſum execrarentur, cuius cognomen etiã nunc turpibus, & obſcœnis facinoribus vocandis vſurpatur: Vnum erat in quo nõ Gamratum, neu lurconem, non ganeonem, ſed Epiſcopum agnoſcere poſſes: Pauperum, & egentiorum ſingularẽ gerebat curam, ſingulis diebus ex eo numero centum erant, qui Epiſcopali menſa, & ferculis reficiebantur, dum iter faceret duo currus onuſti lincis induſijs, & laneis tunicis, vel ſi hyems eſſet, ex pelle ovina conſutis veſtibus ſequebãtur: nudus vel malè veſtitus ſi quis opẽ implorans obvius erat veſtiebatur viatico etiam donabatur: hic mos, ea cõſuetudo familiaris Gãrato erat, cum alioquin ipſe in tantis opibus, vt prodigi ſolent, egeret, ac ferè ſemper in dies vivens alieno ære gravatus vſuras depẽderet,

deret, iam ſenior, iam morti proximus nihil ex illicita victus, & prodigalitatis ratione remittebat, & vt opinari licet, præteritorum facinorum recordatio præcipitem eum, non ad ſpem miſericordiæ, ſed ad ſalutis deſperationem : agebat. Sed veriſsimum eſſe, quod Spiritus Sanctus per os Dauid Regis locutus eſt. Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus *Gamratus quoque expertus eſt. Nam cum annis feſſus, & vt dixi, morti eſſet proximus, neque tamen de ſupremo vitæ exitu admodum eſſet ſolicitus, accidit, vt in pervigilio cuiuſdam feſti ad veſpertinas preces audiendas Eccleſiam iturus accingeretur, paratuſque in cubiculo aliquamtiſper ſolus ſubſiſteret; ecce nota illi, viri cuiuſdam nobilis Curoſij, iam diu fato funĕti perſona apparet. Familiariter ſecum mutuorum conſcij facinorum diu vixerant : exhorruit tamen ad viſam redivivi hominis ſpeciem Epiſcopus, cumque ille vt metu poſito ſecum ageret hortaretur, paululum reſumpto ſpiritu Gamratus.* Etiam ne tu vivis? Et in quo tandem loco es mortali perfunctus vita? *Reſpondet ille.* Vivo, longèque felicior; quam vos aura. *Tum Gamratus.* Tunc? quem flagitijs gravatum, & turpibus libidinibus me; proh dolor! conſcio fætentem, è vita exceſsiſſe conſtat, inter eos ſis, qui felices ſunt? vix credo. Credes (*inquit ille*) mox; pauliſper modo ſuſtine : Iuvenis admodum, cum in Germania eſſem, incidi in quemdam, qui ſacrilego ore ſanctiſsimam Dei Matrem Virginem inceſtabat : ego flagitij impatiĕs colaphum homini impingo : nec mora; ille vt erat armatus manu ad capulum admota duellum mihi denunciat; ego nō ſegnius ſtringo enſem, congredimur, nec diuturnum fuit certamĕ, nullo accepto vulnere ſacrilegum conficio : Et tūc quidem ne homicidij, & duelli crimini ſuccūberĕ, fuga mihi conſului. Deinceps vix aliquando ea res mihi in mĕtem venit, ſed eum ſuprema adeſſet hora, animaque è corpore exitura inſultantibus infernalibus hoſtibus cōflictaretur, & ego exitij certus nullā reliquam ſpem haberem; ecce mox nova affulſit lux Regina cœli Angelicis choris ſtipata præſto aderat, diffugiūt infernales belluæ, neſcio quid horrendū frementes, frendenteſque : at illa vultu benigno flexit in me miſericordiæ oculos : *Miles ne* (inquit) *meus, defenſor honoris mei peribit? Abſit.* Tum verſa ad Filium. *En vterus, in quo conceptus es! en vbera, quæ ſuxiſti! hunc ego militem, quibus olim reſtringebam brachijs complexum tantiſper tenebo? tu ſanguinem, quem ex meis traxiſti viſceribus ſtilla; ego efficiam, vt ex eius oculis vberes fluāt lachrymæ abluēdis ſceleribus ſufficiēres :* Dixerat, & ego ex deteſtatione anteactæ vitæ intimo concepto dolore ſingultibus cōcutior lachrymas fundo. Patrem optimū me offendiſſe agnoſco, & annuente ſanctiſsima Patrona mea ingenti illius amore exardeſco, affectu, non voce; nam morbi vis vſum linguæ interceperat, atque ita ſupremis meis caſtiſsima Virgine aſsiſtente exſpiro : Anima è corpore egreſſa Angelorū miniſterio fertur in cœlum illic nō meritis meis, nam ea vel nulla, vel ſatis exigua erant, ſed divina miſericordia mihi per Patronam meam conciliata æternam adeptus felicitatem verè vivo. Inde ad te nunc miſſus ſum, vt te ſupremorum tuorum admonerē : dudum iam merueras, vt tot beneficiorum acceptorum ingratus morte ferali mulctareris : tuæ largitiones in egenos factæ, illæ epulæ cottidianæ mendicis exhibitæ, illæ veſtes, quibus nuda Chriſti membra texiſti, ne ex meritis tuis in te Divinæ ſæviret iuſtitia prohibuerunt.

Scito autem, te abhinc ſexto menſe (tantū tibi indulget Clemens Pater) moriturū, expende, & diſpice, quid te interim agere oporteat, nā veniæ adhuc ſuper eſſe locum, vel meo doctus exēplo ne diffidas. *His dictis ille quidĕ diſparuit, Epiſcopus in lachrymas reſolutus, neque eo die in publicum progreſſus diutiùs ſolito ſolus manſit, & niſi ſerò quid ſibi accidiſſet, ijs quibus maximè fidebat, patefecit. Noverat Carnovius pleroſque, qui cum Gamrato familiariter vixerant quique ſupremus eius affuerant, confirmabant illi, ita vltimos ſex illos menſes ab eo exactos fuiſſe, vt verè, & ex animo peccata deteſtātis homin is omnes numeros implerent : denique Sanctiſsimis Sacramentis ritè expiatum cum optima æterna ſalutis ſpe eum exceſſiſſe è vita teſtabantur.*

Vidiſti opinor Dei benignitatem a-
miſericordiam, & gratiam, & gloriam
impertiendam a veſtigijs digitorum ſuo-
rum, quæ in pietate, tum erga Deiparam
in Curiſio; tum in Gamrato erga paupe-
res enituit; bonus Dominus inuenit Sa-
S. Ioſep. *pienter ergo S. Ioſephus Confeſſor in*
Menæis die 13. Iunij, Ode. 3. de S.
Aquilino M. Deiparam ſic affatur. Quis
porrò ad tuam ſe protectionem, ò
Deipara! confert, qui non celeri per
te immunitate donetur? Teque Au-
xiliatricem agnoſcat, tam potentem,
vt nullius clientis fiduciam ſinas con-
fundi. *Ergo hæc digitorum Dei veſti-*
gia cuſtodi, quin amittas, vt Deiparam
auxiliatricem habẽs de ore leonis eruen-
Amos 3 *dus, ita quidem ad ea verba Amos 3.*
v. 12. *ve ſ. 12.* Quomodo ſi eruat paſtor de
ore leonis duo crura, aut extremum
auriculæ *notavit S. Eulogius Alexan-*
drinus libro 4. contra Novatianos, non
eſſe omninò deſpi iendos, qui aliquos in
virtutis, & pietatis operibus greſſus
poſuerunt; & characterem Domini, ſive
digitorum veſtigia eius adhuc habere vi-
dentur: nimirum illius ævi mos erat pe-
Eulog. *cudes in aure conſignare: Sic enim Eu-*
logius: His innuitur, non oportere
prorſus illum deſpicere, qui in dia-
boli os inciderit, ſed ſigillum, quod
homo in baptiſmate acceperit, eri-
piendum diabolo: quædam enim bru
ta animalia in aure quadam cruce
ſignantur: *Ita ille. Quæ ſi, vt diximus,*
ad characterem MARIÆ retuleris: ſi
ve etiam ad eleemoſynarum largitiones:
non omninò deſperaveris de ſalute æter-
na, de Imperatore Zenone Iſaurico, qui
epilepſiâ correptus, & vivus ſepultus,
cum opem inclamaret, prohibente coniu-
ge ſublevatus non eſt: tam diram verò
mortem ſatisfactoriam pro peccatis, &
ſalutarem fuiſſe; duo ſuadent primum qui-
dem; illum Principem cætera non bonum;
at ſuavem in Deiparam amorem prætu-
liſſe, in cuius honorem voluit conſecrari
templum illud Cyzecenum olim ritu pro-
phano conſtructum, & Rheæ matri deo-
rum dedicatum: alterum verò quod in-
gens ipſius miſericordia, & liberalitas
in pauperes eluxerit: ob quæ duo refert
Pratum Spirituale cap. 175. Deiparam
mulieri vindictam ab illa de Zenone po-
ſtulanti, quod filiam ſuam vitiaverat
reſpondiſſe. Crede mulier, vltionem
tuam ſæpè facere volui, ſed manus
eius prohibet me: *Tanti ſanè refert*
characterem Mariæ in manu habere.

Quibus conſentanea ſunt verba Ab- Abſalon
ſalonis Abbatis à nobis in ſuperioribus fe-
rè adhãc rem adducta, quippè ille ſer. 28.
qui eſt de Nativitate præfatæ orationi inhæ-
rẽs dicebat: In ipſis tenebristuis eo, quo
potes reſpectu B. MARIAM intue-
re, illam cogita, & tene in memoria
cordis tui, quoniam in rem, in quam
directè radius Solis non dirigitur, ex
repercuſsione luminis quandoque ir-
radiatur, & infirma conſcientia, quæ
radio aſpirantis gratiæ non tangitur,
per vitam iuſtorum, & exempla bo-
norum operum mutatur in melius.
Sic ille peropportunè.

Pro teſſera verò ſalutis, quæ ſtu-
dioſis Deiparæ ſubeſt audi, quod in
Societatis annuis de Collegio Ave-
nionenſi anno 1602. ſic habetur:
Avenionenſis Sodalitij B. MARIÆ Præ-
fectus hoc anno factus fuit Dominus
Epiſcopus Venſienſis, qui palam teſtatus
eſt, plus ſe gloriari, quod inſcriptum no-
men ſodalitati haberet, quàm mitra ſua,
& Epiſcopatu: Iſta quippè (*i quit*) ſunt
oneris, & honoris inſignia; illa teſ-
ſera ſalutis, & Marianæ protectionis
pignus: *Qua itidem ratione Princeps*
Tranſylvaniæ, itidemque vt devotionem
ſodalium Virginis promoveret oblatum
ſibi eius patrocinium libentiſsimè ſuſ-
cepit, & inter cæteros ſodales aggregari
voluit, exemplo illis alijs incitandis
pluſquam ſatis aſſeri poteſt opportuniſsi-
mo: Sic Bencius in annuis anno
1586. in ijs quæ ſpectant
ad Collegium Clau-
dipolitanum.

(·.·)

MARIA peccatorum Advocata, quæ condemnatos, & extremo ſupplicio addictos à morte liberat, & à ſiniſtra Dei manu ad dexteram collocat.

ADNOTATIO III.

1 DIctis in proxima adnotatione; itidemque in præcedentibus de Iæthali chirographo à peccatoribus conſcripto, & à Deiparæ miſericordia reſciſſo, & de mirabili ipſius patrocinio adverſus decretoriam ſentẽtiam damnationis illis commeritam, itidemque de fiducia, & potentia Mariæ nulli repulſæ obnoxia; qua ijs, qui de manu Dei repulſi videbantur ſalutarem opem fert; benè omninò congruit huius adnotationis titulus, omnipotens Deiparæ auxilium omninò exprimens; è pharetra S. Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani depromptus, cum Mariam hiſcemet verbis alloquebatur orat. de Zona, & falcijs. *Tu cum habeas maternam apud Filium tuum fiduciam, & potentiam nos, qui ſumus condemnati, & non audemus intueri cœli altitudinem tuis interpellationibus, & interceſſionibus Deo nos efficis familiares, das ſalutem, & ab æterno liberas ſupplicio:* Audis id: *Nos qui ſumus condemnati,* qui videlicet chirographo manu noſtra conſcripto decretoriæ damnationis ſententiæ, & æterno ſupplicio nos addiximus; tuis ò Domina potentiſſimis interceſſionibus eruamur, & velut *torris ab incendio rapti* (Amos 4. verſ. 11.) ſumus; ſuperante tua benignitate tot noſtra mala: & clementer annuente ei, qui dicebat: *Rumpe Domina ſcelerum meorum chirographum; tu quæ partu virginali vincula quoque inferorum ſolviſti:* necnon & illi: exclamanti. *O quæ pepercit iudicem noſtrum à capituli me ſententia per illum pronuncianda ſalutari tuo auxilio eripe,* vt in fine præced. adnot. vidimus.

Benè id à capitali ſententia per illum pronuncianda; illa videlicet, de qua ipſemet Iudex, inquit apud Matthæum cap. 25. verſ. 31 *Cum autem venerit Filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli eius cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem Maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab invicem, ſicut paſtor ſegregat oves ab hedis; & ſtatuet oves quidẽ à dextris ſuis, hædos autem à ſiniſtris:* Ecce tibi ſentẽtiam pronunciandam, in qua & *hædorum, & ſiniſtræ Dei manus* mentio fit: Compone ergo cum his ea Canticorum verba cap. 1. verſ. 8. in quibus & Virgo interrogans, & Filius reſpondens inducuntur: Sic enim Sanctiſsima Virgo ad Filium *indica mihi, vbi paſcas, vbi cubes in meridie:* ideſt, *vt certa fiã* (vt apud Delrium Card. Hailgrinus, *quibus ſollicitudinem maternæ cuſtodiæ impendere me velis* agens nimirum Deipara de electis illis ovibus, quæ puriſsima meridiei; ſive altiſsima contemplationis luce fruuntur: Cui interrogationi ſic occurrit Sponſus: *Si ignoras te: ò pulcherrima inter mulieres egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum, & paſce hædos tuos, iuxtà tabernacula paſtorum:* Vbi ſi ambigas: qui dici potuerit Virgini: *ſi ignoras* quaſi vllius omninò rei ignorantia ei poſſit adſcribi, reſpondet Hailgrinus, non affirmativè, ſed emphaticè per interrogationem id fore efferendum, vt indicet Dominus; quanta Mariæ dignitas, quanta poteſtas ſit, quæ non modo electas oves, ſed etiam fædos hædos malis ſuis meritis ad ſiniſtram iam iam locandos paſcere, & ad paſcua vitæ reducere valeat: ſed audi Cardinalis verba iam lib. 2 pro potentiſsima Deiparæ interceſſione appicta: *Dicit:* ſi ignoras te: *hoc eſt: an ignoras te? & debet pronunciari* te *cum pondere, ac ſi dicat:* An ignoras te, *quod ſis ſtella maris, quæ non ſolùm benè merentes dirigis, ſed etiam errantes, & devios ad portum ſalutis reducis?* An ignoras te, *quod ſis Mediatrix Dei, & hominum, vt peccatores diſcordantes à Filio tuo reducas ad concordiam?* An ignoras? *quod ſis pulcherrima mulierũ, & ideo in intercedendo pro peccatoribus*

2 *Mat. 25 v. 11.*

Cant. 1. v. 8.

Hailgr.

S. Germ

Amos 4 v. 11.

S. Iſep. Conf.

S. Sabb.

potentiſſima? Hæc omnia Hangrinus. Nec minus appoſitè Ruperrus itidem Dei Filium cum Matre, ſic loquentem faciens. *O pulcherrima mulierum! o benedicta inter mulieres: cuius pulchritudo benedictio eſt: Talis, ac tanta tua cauſa eſt, vt ſi te ipſam non ignores, ſtatim ſcias, illud quod quæris.*

3 Vt verò hæc cogitatio de hædis per Mariæ interceſsionem in oves commentandis, & ad dexteram per pœnitentiam tandem ponendis vndequaque ſubſiſtat; cōpone rurſum hæc verba *paſce hædos tuos*: cum illis Domini ad Petrum *paſce agnos meos*, ſive etiam *paſce oves meas*, Ioann. 21. verſ. 15. vt qualis, ac quanta Mariæ dignitas, & collata poteſtas, ac excellentia ſit; illius quidē modeſtiæ, & humilitati cōmerita appareat: Enim verò quæ petebat ire ad paſcendas oves in meridie; ſignificare videtur optare ſe Petri ſociā, & veluti cooperatricē in ſalute animarum eſſe; vt agnos, & oves à Chriſto Petro demandatos, ipſa interceſsionis ſuæ lacte paſceret, & confoveret. At enim verò, qui Petro, tanquam Summo Paſtori, & Eccleſiæ Chriſtianæ Culmini dixit, *Paſce agnos meos* Mariæ, tanquam Matri, tanquam Reginæ, tāquam Dominæ, cum qua ob maternam auctoritatem, quaſi indiviſum cœli, terræ, & animarum dominium habere videtur; omnimoda amoris & collatæ dignitatis ſignificatione notantiſsimè ſuggeſsit, *Paſce hædos tuos*, ac ſi grandi emphaſi multo plura recitens, quam aperiens dixerit: Alia, ò Mater dignitas tua, alia poteſtas à Petri dignitate, & munere eſt: ipſi namque ſolùm agnos meos paſcere, & benemerentes ad promiſſa præmia introducere ſatis fuerit. Tibi verò non id ſatis, quod quantumvis excellentius fuerit; homini tamen cōmune ſit: Ecce, hædos, morti, & gehennæ merito iure addicendos à ſiniſtra in dextram transferre, & in herbis virentibus collocare Divinum ſolummodo, ac proinde tuum munus eſt: pulchrè hæc verba in hunc ſenſum inflectente Philippo Abbate cap. 4. in Cantica, vbi cum dixiſſet: *Proinde cum iuſti quilibet appellantur Agni, & eorum laudes innocentia promeretur*, meos *dicit: Sicut Petro longè poſteà deſignavit, cum ei diligenti curam diligentium aſſignavit.* Simon Ioannis diligis me, paſce agnos meos; poſt nonnulla ſubijcit: *Cum autem eos peccati morte hædorum nomine vult cenſeri dicit*, hædos tuos: *Vt Virgini curam illorum ingerat ampliorem, qua eiſdem curandis invigilet, & ad ſtatum Virgo meliorem provehat*: Hæc Philippus.

Ioan. 21. v. 15. 16. & 17.

Philipp. Abb.

Sanè & dexteram, & ſiniſtram Dei manum; ad Deiparæ voluntatem, & nutum moveri, & ſub eius manu eſſe; ipſamet indicare videtur cū Cant. 2. verſ. 6. inquit: *Læva eius ſub capite meo, & dextra illius amplexabitur me*: Nam vt dexteræ amplexus, quibus æterna beatitudo ſignificatur (nam *delectationes in dextera eius vſque in finem*, Pſal. 15. verſ 11.) cœleſtis Sponſa refert ad cœleſtem gloriam, quam ſibi primum, deinde clientibus ſuis Deus largitur: ita lævam, hoc eſt, ſupplicia, & comminationes; capiti ſuo, ideſt, nutui, & voluntati ſuæ ſubiectas eſſe affirmat: ſic hæc verba explicante Theodoreto *ſupplicijs læva altior ſum*: hoc eſt ſubiecta mihi ſunt, vt de ipſis ego tanquam Regina decernam. Vnde rurſum Richardus: *Ipſa enim Regina eſt illius civitatis, cuius Filius ſuus Rex, & eiuſdem privilegijs ſecundum leges gaudent Rex, & Regina. Cum autem eadem ſit poteſtas, & cōmunis Matris, & Filij, quæ ab Omnipotente Filio omnipotens eſt effecta, &c.* dicit in Hieruſalem poteſtas mea *imperandi, ſcilicet, quod volo virtutibus Angelicis, & quos volo introducendi*: & ſtatim: *in hoc manifeſtiſsimè apparet omnipotētia Mariæ, quod ſicut legitur in miraculis eius, multos de ſui damnatione iam certos, multos in aquis præfocatos, multos ex improviſo mortuos, qui dum viverent ipſius patrocinio ſe commendaverant, ab ipſius diaboli faucibus potenter eripuit*: Hæc & alia à loco afferenda Richardus ibi, cui opportunè adſtipulatur Venerab. Vverricus Abb. ſerm. 4. de Aſſumptione, inquiens: *Perge Mariæ, perge ſecura in bonis Filij tui, fiduciali-ter age tanquam Regina, Mater Regis, & Sponſa, requiem quærebas, ſed ampliaris gloriæ eſt, quod tibi debetur Regnum, & poteſtas: Individuum habere cupit imperium, cui tecum in carne vna, & vno ſpiritu indiviſum fuit pietatis, & vnitatis myſterium*: Ergo vtere regno, vtere poteſtate regia; quæ verè re-

Cant. 2. v. 6.

Pſal. 15 v. 11.

Richar.

Vverric.

4

gia,

gia vera poteſtas eſt, cum ſalvat verè divina cum ſeſsis, & deſperatis rebus ſalutarem opem affert.

5 Sed redeo ad verba Canticorum: *Paſce hædos tuos* à Philippo eum in modum expenſa: *Cum autem eos peccati morte hædorum nomine vult cenſeri, dicit* hædos tuos, *vt Virgini curam illorum ingerat amplio rem*: Benè quidem ſubdens, *qua eiſdem curandis invigilet, & ad ſtatum Virgo meliorem provehat*: quem ſenſum, ſic inibi firmat Guil *Guilli.* lielmus: *Sedtamen hædi ſunt à Maria confovendi, ſanandi, & paulatim in oves mutandi, & de ſiniſtra in dexteram trãſferendi*: Opportunè omninò Guillelmus antequam affirmaret, de ſiniſtra ad dexteram transferendi, præmiſit *confovendi, ſanandi*, &c. vt animoſam hanc cogitationem de hædis in oves mutandis, & à ſiniſtra in dexteram transferẽdis opportuno ſale cõdiret; ne inſulſe aliquis, perinde hæc accipienda crediderit; ac ſi in ipſomet extremi iudicij articulo; Deipara totam iudicandi rationem interturbante hædos ad ſiniſtram foret translatura; cum germanus, ſic ſenſus: Deiparã in hac vita peccatoribus velut in pelago fluctuantibus, quod ad eius patrocinium confugerint adiutricem manum, ſic exſtendere, vt qui damnationi erant obnoxij è barathro criminum ad pœnitentiam emergentes; confoveantur, ſanentur, & familiares Dei paulatim efficiantur: Quo omnino ſenſu imbutus S. Sabbas in Menæis *S. Sabb.* die 21. Maij de SS. Conſtantino, & Helena in clauſula, Mariam ſic deprecabatur: *Nequitia planè ſpontanea peccans, atque conſuetudinem abſurdarum ſervitute oppreſſus apud tuã miſerendi conſuetudinem accurſu trepido auxilium quæro. Proinde conclamatum me, ſalva ô Genitrix Dei!* ita ille: Audis? *Conclamatum*? deſperatum, conſumptum, deploratum, mortuum. Audis? *Salva*: Qua ergo ratione? quo modo? Dixeris opportunè ex modo, quo Tertullianus Chriſtum Dominum Salvatorem facit in lib. de Reſurrectione carnis cap. 47. inquiens: *Quod perit, ſalvum faciens, quod mortuum eſt vivificans, quod percuſſum eſt ſanans, quod languit medicans, quod deceptum eſt redimens, quod famulatum eſt liberans, quod ſeductum eſt revocans, quod eliſum eſt, ſuſcitans*: quod omninò fuerit peccatores ad Deiparam confugientes ſanare, cõfovere, & paulatim in oves mutare: ita quidem Mariam exorabat, S. Ioſephus in Menæis die 17. Aprilis poſt Ode 3. de S. Simeone M. Nam cum dixiſſet: *Ex te Creator noſter effulſit perque radiantem olim rerum divinarum ſcientiam ab hominibus noctem ignorantiæ depulit*: Subdit: *Nos proinde actos iam in præceps, ac deſperationis vltimæ chao ſepultos protrahe Domina! deque ſupinæ ignaviæ barathris eleva ſurſum, quo Te, ô in omne genus miſericordiæ Prompta! ceu ſpem vnicam famulorum tuorum laudemus*: Ecce tibi Mariam ſalvantem, & hædos à ſiniſtra in dexteram transferẽtẽ: Quod itidem expreſsit Anatolius Patriarcha in Menæis die 13. Ianuarij vbi Deiparam, vt paſtoritium munus in ſuos exercentem, ſic invocat. *Per virgam, ô Deipara! qua nobis auxilio venis efferatas paſsiones afflictæ animæ meæ ab eadem expelle, meque in pace tranquilla ad vitam alteram dirigens ſimul tecum electarum ovium gregi ſacrato adſcribe*: Sic ille. *S. Ioſepũ* *Anatol.*

Enim verò peccatoribus valdè infenſus dicebat apud Iſaiam Dominus cap. 1. verſ. 14. *laboravi ſuſtinens*: vbi explicatius ex Hebræo *laboravi ad ſuſtinendum*: LXX. verò huius laboris ſenſum, & quò tenderet explicantes tranſtulerunt: *Facti eſtis mihi ad ſacietatem: nequaquam vltra dimittam peccata veſtra*: Quæ nihil differunt ab illa *ſententia deciſiva de Dei manu emiſſa*, de qua Dauid, itidemque ab ipſis verbis: *& ipſi de manu tua repulſi ſunt*: Sed benè quidem eſt, quod tanto diſcrimini remedium ſubeſt, & ſpes. Nimirum laboranti, & feſſo ad ſuſtinendum, adeſt baculus, cui valeat inniti, & ſuſtentari, adeſt inquam feſſo, & exacerbato noſtris peccatis Deo: Sanctiſsima Virgo, quæ vt à Petro Bleſenſi ſerm. primo de Adventu dicitur: *Deo virga ſuſtẽtationis eſt*: quod ſic diffundit Richardus à S. Laur lib. 12. de Laud. Virginis. *Hæc eſt virga ſuſtentationis, quam ſenes deferunt ad ſe ſuſtentandos, vt quæ non poſſunt propria virtute faciant adminiculo virgæ*: dum Deipara interveniente, adhuc ſuſtinet peccatores Deus, & vt in ſuperioribus à nobis adductus dicebat optimus 6 *Iſai. 1. v. 14.* *LXX.* *Petr. Bleſ.* *Rich. à S. Laur.*

mus Imperator Leo *Reveretur Deus ſanctiſsimam Arcam, benignumque ſe exhibet ijs, qui benignitate ſua ſunt indigni, pœnaque ſolvit, & iuſtitiæ lancem declinat, alioque vertit propter tuam dignitatem*: Vnde opportunus ad Virginem exclamat Bernardus *in Meditatione devotiſsima ſuper Salve Regina*, hunc in modum: O laudabilis clemẽtia Salvatoris, qui ſic afflictis, tam *nobile ſubſidium dignatus es largiri: & ideò non eſt timendum, quin miſerearis, ad illam partem inclinans ſententiam, quam defendis, vt nobis exhibeas gloriam, quã reperiſti*: Hæc ille: Nec minus appoſitè Amedæus hom. 3 de Laud. Virginis, inquiens: *Spiritus Sanctus Abel tãta innocentia implevit, vt innocens manibus, & corde de manu fratris necẽ ſuſciperet: tua verò innocentia mille nocentium innocentiæ reſtituit.* Ita ille.

Bernar.

Amedæ.

7

Vt hinc primum, iam noverit peccator: quanta fiducia Maria patrocinante de ſua ſalute cõtendere poſsit: Benè ſiquidem dicebat Eccleſia Græca in Menæis die 16. Martij poſt Ode. 3. de S. M. Sabino: *Illuc iure vnuſquiſque contendit, vbi ſecuram ſalutis ſuæ fiduciam habet. Ac certè, vbi ſimile nobis refugium patet, ceu apud te Domina! quæ eſt Protectrix animarum noſtrarum*: Sic Eccleſia Græca: Apud quam obſerva illud: *iure vnuſquiſque contendit*, nempè apud id tribunal, in quo Maria Advocata, & Protectrix eſt; quippè ipſa eſt ipſum *ius dirimens lites*, vt appellatur à Ioanne Geometra Hymno 4. de B. Virgine: Quod non modo fuerit referendum ad præſidium Virginis in cauſis forenſibus, vt B. Virgo ſit ius quoddam animatum, curans quod cuique obtingat, quod ſuum eſt, & Iniquum iudicij avertatur, ſi in eum finem ab eo penes, quem ius eſt, interpelletur, vt poſtmodum videbimus explicatum Geometram à b. Auctore doctiſsimo; ſed potius id accipi debet de litibus inter iuſtitiam Dei, & eius miſericordiam interventione Mariæ ſedatis. Chriſto iudice iuxta Virginis placitum peccatorum lites miſericorditer dirimente: quaſi Mariæ interceſsio ius noſtrum, ſit ſecundum quod à Chriſto iudicamur; ſicut Magiſtratus ſecundum ius civile dirimunt lites: Deinde ex his videsſcitè dictum à Richardo illud: *Qua autem iuſtitia, vel quo iure ipſa ſalvet damnabiles, quis ſufficit enarrare? Conſtat autem, quod ita facit, & quod ſalva iuſtitia facit*; quin *cum manum apposuit ad ſtateram, & traxit eam in terram* (vt referebat alibi adductus Antoninus *iuſtitiæ lancem declinet iudex*, vt piè conſiderabat Imperator, quod manus Deiparæ omnipotens, & iuſta, & ipſa ius dirimens lites ſit: Sed quo iure? Sanè quod ipſi à Spiritu Sancto in omni miſsione ipſius, ac proinde in cauſis ſalutis humanæ peculiaris iuriſdictio tributa ſit, & optimo quidẽ iure tanquam Dei Matri, & eius in negotio Redemptionis hominum adiutrici: Audi hac de re S. Bernardinum ſerm. 82. cap. 2. tomo 2. affirmantẽ. *A tempore, quo concepit Virgo Deum in vtero ſuo quamdam, vt ſic dicam iuriſdictionẽ, ſive auctoritatem habet in omni miſsione Spiritus Sancti, quia non vult ipſe Spiritus, niſi per eam communicari, ſicut & Filius, à quo Spiritus Sanctus procedit per ipſam datus eſt nobis*, ita quidem, vt alibi vidimus dicebat Richard. à S. Laur. *Iudicat Chriſtus in æquitate, quando peccata noſtra licet* infinita *ex vna parte, & carnem ſuam, quam aſſumpſit ex Matre ex altera videns; remiſsio eius de iure excedit noſtra commiſſa*: Vides ius Mariæ ad ſtaterã pro voluntate declinandam?

Ecclesia Græca.

Geomet.

S. Bernard.

Rich. à S. Laur.

8

Adſtipulatur his S. Arneſtus Archiepiſcopus Pragenſis in Mariali cap. 26. vbi contendens Mariæ miſericordiam, & interceſsionem divinæ iuſtitiæ aliquando prævalere, tum ipſam appellat forum miſericordiæ, & thronum gratiæ, tum ex Salomone, Prov. 31. verſ. 26. legem clementiæ ipſi attribuit, vt non tam ex placito, quàm ex iure pronunciet. Audi virũ doctrina, & ſanctitate inſignem: ait ergo *Do tibi conſilium optimum, ò peccator! Si gravat te iniquitas tua, ſi pugnat Orbis terrarum, Mariam invoca, ad Mariam appella, ad forum miſericordiæ, ad thronum gratiæ* (vt docet Apoſtolus) *cum fiducia accede. Eſt enim* lex clemẽtiæ in lingua eius; *& huius legis gratia duo tibi faciet: revocabit in irritum, quidquid contra te fuerit attentatum, aut etiam definitum, & ad omnia deperdita reſtituet te in integrum* (Iob 12.) *& in omni ſententia, quam pro te dabit, apponet illam clauſulam glorioſam imperia-*

S. Arn.

Prov. 31. v. 26.

Iob 12.

lem

lem, atque Lapalem, quæ incipit Non obſtante: Hæc S. Arneſtus, quibus nihil illuſtrius, nihil opportunius dici potuit; dum amaras iuſtitiæ leges, clementiæ lege temperari à Maria docet, quin, quæ eius auctoritas, & poteſtas ſit: id contra ius, faſque fuerit. Quare in verbis Salomonis, *os ſuum aperuit Sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius* obſerva LXX. reponere *os aperit Sapientiæ, & congruenter legibus*, quod Mariæ forum, thronus, atque tribunal ſupremum omni foro ſit; ad quod iure appellari poſsit, ipſamque pro ſua poteſtate decernere, ſcitè id adnotante Richardo à S. Laurentio loco iam citato: vbi poſt adducta verba hæc habet. *Reginarum libertas eſt, vt pro ſceleribus, & maleficijs quempiam iam diffinitiva ſententia condemnatum, etiam iam fune collo circumligatum, iam patibulo appenſum, vel iam caput ſuper truncum gladio expoſitum, & iam capitali ſententia perimendum, vel quemlibet huiuſmodi morte plectendum, ſi, inquam, Regina ſupervenerit, & adhuc, vel ſpirantem, vel iam vltimum ſpiritum trahentem invenerit, poſſe liberare. Non æſtimo Reginam cœlorum in Regno Filij ſui minorem iuriſdictionẽ habere, vel minoribus privilegijs gaudere debere*: Sic Richardus: Pro qua cogitatione illud placet obſervare, quod Salomon paulò ante ea verba *lex clementiæ in lingua eius*: quæ de liberatione à morte per Deiparã accipimus notanter præmiſerat num 6. *Date ſiceram mœrentibus: & vinum his, qui amaro ſunt animo*, vbi Hebræa Lect. & Symmachus: *Date ſiceram perenti*: vbi ſermo eſt de ſontibus dãnatis, & vltimo ſupplicio addictis, quibus vini meri poculum exhiberi ſolebat, vt fierent animoſiores ad necem tolerandam: vt videlicet ſuper hunc miſerrimum ſtatum lex clemẽtiæ opportunè cadere videatur.

LXX.

Rich. à S. Laur.

9 Benignè quidem, Prov. 24. verſ. 11. monebat Salomon: *Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne ceſſes*: Sed qua ratione, aut quo modo? reſpondet Ambroſius ſerm. 8. in Pſal. 118. *Eripe eum, qui ducitur ad mortem; hoc eſt, eripe interceſsione eripe gratia tu Sacerdos, aut tu Imperator ſubſcriptione indulgentiæ.* Quod ſi id, cuivis homini potentiam aliquam habenti opportunè dicitur; quid enim homini humanius, quid homini ad ſimilitudinem Dei facto divinius, quam feſsis rebus ſubvenire, & extremè laboranti auxiliarem manum præbere? quanto opportunius de Maria Regina cœli, & terræ credideris ijs, qui dicuntur ad ſempiternam mortem, ipſam invocantibus ſua interceſsione ſalutarem opem fore laturam? cum *ipſa Regina ſit illius civitatis cuius Filius ſuus Rex eſt*: & in *hoc manifeſtiſsimè appareat omnipotentia Mariæ, quod multos de ſua damnatione iam certos ab ipſius dæmonis faucibus potenter eripuit*: Sed id iam diſſertiſsimè accipe ab Amedæo hom. 8. *de laudib. Virginis*: Vbi poſt verba alibi à nobis data de præda à dæmonis ore per Virginem extracta. *Denique ipſa iubente vehementer evomit prædam, quã in ventre malitiæ traiecerat reijciens cum dolore, quam cum ingenti ſuperbia detinebat, ſurgunt lapſi, redeunt pœnitentes peccator videbit, & iraſcetur*: Subijcit hæc noſtro inſtituto, cum alluſione ad locum Salomonis omninò congruentia. *Per Matrem Filio per Virginem reconciliantur Deo vitæ dati, morti penitus ſubtracti. Deſiderium peccatorum (diaboli) peribit deſiderium vero beatæ Mariæ perficitur, quando educuntur cottidie vinculati de lacu miſeriæ, & luto fœcis, vt de peccati ergaſtulo, & de profundo iniquitatis indulgentiæ dono reſpirent in auras perennis libertatis*: *Sic illa colligit diſperſos, revocat averſos, eruens eos, qui ducuntur ad mortem, quoſque trahi videt ad ſupplicia liberare non ceſſat*: Hactenus Amedæus, quod ſanè ob oculos habere dixeris S. Sabbam in Menæis Græcis die 28 Ianuarij in veſperis de S. Ephrem, qui quaſi iam fune circũligatus eſſet, Reginam ſic deprecabatur: *Veneranda Virgo, & Mater! Porta ad vitam, quæ ſola eſt vera vita! per tuas ad Deum preces à damnationis me periculo eripe, vnaque largire, vt antequam vivendi faciam finem, pœnitentia, & lachrymarum effuſione mundatus, in iudicij die illa iuſtificante gratia fruar, quam conſecuta eſt omnis multitudo Sanctorũ*: Sic Sabbas tantum non exorans, vt Virgo ei curando invigilet, & ad ſtatum meliorem provehat, vt è hædo in agnum, & à ſiniſtra in dextram transferatur.

Pro. 24 v. 11.

Ambroſ.

Amedæ.

S. Sabb.

10 Hinc in Mariæ laudes, quis non excitetur in eius Amorem, quis non ardeat? *Diligenda eſt Maria* (inquit Richard. à S Laurentio lib. 2. de Laudibus Virginis) *quia per ipſam facti ſumus de nihilo aliquid; no vi deveruſtis, & de damnatis, & mortuis beati, & æterni:* Eam planè Bonavent. in Hymno Te Deum laudamus, ſic ſalutat. *Tu ſalus in vocantium; portus naufragantium, miſerorum ſolatium, percuntium reſurgium:* Similiter S. Germanus orat de Zona, & faſcijs: *Patrocinium tuum magnus eſt, quàm vt intelligentia comprehendi poſſit. Tu cottidie peccatorum pelago fluctuantibus adiutricem manum exſtendis:* & eodem ductu S. Ephrem *orat. ad Virginem* inquit: *Eſt beatiſſima Virgo vnica ſpes deſperatorum, & ad illam accurrentium auxilium præſentiſſimum:* Sanctus verò Sabbas luculentiſſimè ipſam, ſic invocans: *Spes deſperatorum; omnium afflictorum lætitia, iniquè oppreſſorum Patrona; ſuſtentatio pauperum, exſulantium conſolatio, in fluctibus laborantium Portus; imbecillium robur, laboris æſtu confectorum vmbraculum, Auxilium, Baculuſque cæcorum eſſe conſueſti, ô Dei Altiſſimi Mater:* Italiæ in Menæis die 28. Ianuarij in penultima Strophe laudum de S. Ephrē. Illud verò fuerit omninò ad rē, quod habet Vverricus Abbas ſerm. 2. *de Nativitate* Deiparam, ſic allocutus. *O Mater incorrupta! Virgo fecunda Filius, qui datus eſt tibi, filios tibi dedit, vt ſint omnes conformes imagini eius, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Dilataque locum tentorij tui ab ortu vſque ad occaſum, quia ad dextram, & ad lævam penetrabis.* Pulchrè *dilata locum, quia ad lævam penetrabis:* quæ non contenta ſalutem ferre ijs, qui ad dexteram ſunt, etiam hædos tuos de ſiniſtris, & læva manu ad dexteram collocabis: Vbi iuuat tandem addere, quod Auguſtinus ſangri Societatis Ieſu Deiparæ ſtudioſiſsimus, & ab ipſa multis donis affectus dicere ſolebat. *Nos prorſus neſcire quantum per Mariam poſſemus.* Sic habet eius vita Euſebius Nieremberg tomo 2. vitarum.

EXEMPLA.

De admirando Deiparæ erga homines poſt ipſorum mortem patrocinio.

ERgo excedit in advocatione, & patrocinio ſuo Deipara omnem omninò Advocatorum Sapientiam, atque induſtriam; quæ etiam perdita cauſa ſalutare ſuum munus exercet, cum palma, & triumpho, vt merito dixerit S. Petrus Damianus ſerm. 1. de Nativit. Virg. *Data eſt tibi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, quid tibi negabitur? Nihil tibi impoſſibile: cui poſſibile eſt deſperatos in ſpem beatitudinis relevare.* De quo præter dicta, præclara alia monumenta afferemus: & illud in primis placet afferre, quod non facilè obvium fuerit referente P. Martino Philippo de Convelt in Theatro excellentiarum Deiparæ, quod vix lucem vidit tomo 1. fol. 170. his verbis. *India Occidentalis illuſtre tantæ poteſtatis Mariæ dabit documentum: Ante viginti annos noſtræ Religionis homines litteras mirabilis eventus plenas tranſmiſerunt. Exemplar vnum ex multis ab illuſtriſsimo, necnon Reverendiſsimo D. D. Epiſcopo Bragenſi approbatum, nullo fucato, ſed ſimplici cultu enarrabo. Scribebant noſtri PP. Nobilem Indum abiecta idolorum adoratione in partes Chriſtianorum tranſiiſſe. Salutaribus ergo vndis ablutus, totus in Chriſti, & Sanctiſsimæ Virginis amorem efferveſcere, felicem ſe prædicare, damnare errorem avitum, & veræ fidei præconem agere: & vt ſolent eſſe rerum calida initia, nullum finem pietatis exercendæ ſibi cõſcribere. Verum vt inconſtantes, & verè volubiles, & flexibiles hominum ſunt voluntates triennium ſtetit, viguitque hæc fervida virtus, quum paulatim, & ſenſim ſine ſenſu virtuti nuncium remittere, & intepeſcere: adeò arduum ſibi conſtare, & non inflecti difficilius, magna imperia tueri, quam acquirere. Non tulit hanc converſionem, flexumque in vitia vigilans Deus, ſed deciſcentem à virtute ad vitia ſubmiſſo morbo ad extrema redegit. Plena domus tumultu, ſubitoque*

malo

Bonav. Germa. S. Ephr. S. Sabb. Vverri. S. Laur. Damian

malo perculsa fervebat: quisque remedia poscere, & offerre. Spe vitæ consumpta poscit opem animæ salutarem: poscit vnum ex nostris confessarium, & vt solet in rebus turbidis tumultuaria nõ exacta confessio peracta, simul & exacta est vita. Ad Dei tribunal coram Dei Matre Angelo Custode, & dæmone accusatore fatali fratrũ, causa delata. Hic talibus productis reum sibi dedi iusto iudicio postulat, quippè qui maculatus tribus, nõdum per confessionem sceleribus de industria omissis finierat. Res liquido constabat, & conscientiæ testimonio, & silentio. Quid agat anima in tanta periculorum, & supremi metus concursatione? Vertit se ergo ad Dei Matrem, mortalium, & immortalium Dominam, Reginamque, deprecatur; suam ingratitudinem fatetur sè meritum omnia suprema, pœnasque. At nũc nullum in suprema desperatione superesse solatium, nisi in magnitudine suæ pietatis, se proinde futurum posteritati misericordiæ exemplum, & fiduciæ auxiliaris theatrum: si exstensa sua dextera, ne in æternum pereat sublevetur. Facilẽ adhuc relictum aditum ad iudicem, nondum lata sententia irrevocabili. Audijt Virgo vota, adhibet preces, à Filio impetrat regressum, & vitæ spatium reo æstuanti. Quid enim negaverit tantus Filius, tantæ Matri? Permittitur totum negotium arbitrio Virginis. Redditur anima corpori exanimi. Ad voces, votumque vivi corporis, omnes præ metu diffugere, effundere sè portis, clamare spiritum adesse. Verum collectis animis, vbi notæ voces, & causæ reditus auditæ, & altis suspirijs, mixtisque lachrymis damnationis pericula, & series horridi iudicij enarrata, omnes stupere, & admirari Virginis interventu supremum exitium declinatam: Accersitur, itaque Rector Collegij, vt scelera nondum expiata, causas tanti mali diluat per Confessionem. Hoc caput, & summam rerum esse dicebat, nec tardandum, cum tridui spatio concesso coarctaretur, nec vltra mora trahenda. Plurima ergo lachrymarum copia, quasi imbre perfessus crimina expiat: alteram dixisses Magdalenam, vel alium Petrum, adeò potens, & efficax rerum æternarum præsens imago. O vtinam homines scirent, intelligerent, & novissima providerent. Interim fama longè, latèque per eitimas Regiones disseminata omniũ mortalium studia subitò evocavit, quoties quisque non est avidus: hominem ab inferis reditũ videre, arcana scrutari? & alterius mundi facta cognoscere? Vnicuique ergo sciscitanti responsa dare. Gentiles falsæ Religionis arguere; contestari idola nihil aliud esse, quam dæmonum domicilia: nullam veram Religionem, nisi Christianam: vnum solùm esse Deũ, & eumdem ab æterno ex Patre, in tempore ex Virgine Orbis, & Cœli Principe natum. Deinde perversos Christianos æternorum suppliciorum metu territare, ad quæ maxima pars hominum præceps volveretur: pios verò spe, & æternorum bonorum exspectatione firmare. Fortiter proinde agerent, & huius brevis ævi cursum, quod somnij esset instar absolverent, & temporis iacturam irrevocabilem, nullis bonis redimendam in pretio ponerent. Stabant omnes attenti, & pendentes ab ore narrantis ad triduum suspensis animis, auribus, & ore hianti verba bibebant. Triduò iam exacto iubet se deportari ad ædem Sanctissimæ Virgini inauguratam, vt Virginis in sacro loco animam exhalaret, cuius beneficio salutem fuerat consecutus. Cœlesti ergo pane firmatus missis ad Deum, & Virginem lachrymis, precibusque feliciter finivit. Quis motus, & sensus animorum fuerit; lector secum expendat. Pars ire, & solvi in lachrymas, & alta suspiria: pars tremere concutique: pars ad rei novitatem attoniti stare voce interclusa: pars damnare deorum falsorum cultum, & vitam per vitia marcida transactam: pars plausibus, & triumphalibus laudibus Matrem Dei extollere, & pœana veræ fidei canere: omnes denique collectis vocibus Dei iudicis, & potentiam Virginis efferre, & simul acclamare; quia mirabilia vidimus hodie: Hactenus Scriptor.

Non adeò trito huic exemplo; aliud plurium Scriptorum calamis frequens adiungo, quia persimile: refert illud ex Vincentio Belluacensi, & Cæsario apud Speculum exemplorum P. Spinellus de Deipara cap. 36. his verbis. *Matrona quædam religiosæ valdè conversationis, licet maritali vinculo teneretur, tamen ieiunijs, orationibus, eleemosynis, cæterisque religiosis actibus insistens in habitu sæculari vitã regularem, quodam modo ducere videbatur. Verum piaculum quoddam in adolescentia commissum præ nimia erubescẽtia nemini confessa est: quoties autem con-*

fi-

ſitebatur, ira confeſſionem claudebat. De omnibus peccatis meis, quæ modo protuli, & non protuli, culpabilem me fateor coram Deo, & vobis. *Quæ verba, cum in ſingulis confeſſionibus iteraret, trahebat ex imo cordis longa ſuſpiria, & tota protinus in lachrymas ſolvebatur: quod cum per annos plurimos vniformiter ageret: ſacerdos vt erat prudens, advertit aliquid peſtiferum latere in corde ipſius, quare multis argumentis id ab ea elicere curavit, ſed cum nihil proficeret, monuit eam vicini Monaſterij Cluniacenſis (ſic enim habet Vincentius Bellvacenſis) Priorem, eique tanquam viro ſanctiſſimo ſuam conſcientiam totam aperiret: Cum ergo mulier ipſum Priorem adiiſſet, nihil aliud ei dixit. Factum eſt autem, vt infirmata, & minimè confeſſa moreretur, & diutius mortua iacuit, donec filia de alto remoto vico ad matris exſequias vocata adveniret, quæ cum tandem concito gradu magnis edulatibus accerſiſſet, fœmina, quæ defuncta erat revixit, & illi flenti ait:* Noli timere filia, quoniam miſerante Deo revixi, *eaque iubente Sacerdos properè acceſſit, & ſecedentibus cunctis contagium venenoſum per confeſſionem permittit, atque diluit. Poſteà confluentibus populis ad tantum miraculum, ipſa mulier inæſtimabilis gratiæ Dei in ſe factæ teſtis, & pronunciatrix effecta rei ordinem cunctis expoſuit, qualiter per interventionem piiſſimæ Dei Genitricis liberata fuiſſet. Ego (inquit)* miſerabilis peccatrix coram oculis hominum propter religioſam conversationem, quam prætendebam, ſtare videbar, ſed coram Deo in ruina mortis iacebam: conſtituit enim Deus in Eccleſia homines per confeſſionem ſalvare. Ego verò licet de cæteris peccatis puram confeſſionem facerem, tamen quoddam grave peccatum nulli vnquam ſum ſuſa confiteri propterea opera bona, quæ faciebam, infructuoſa mihi reddebantur. Verum tamen eumdem lapſum meum ſingulis ferè diebus ſanctiſſimæ Dei Genitrici coram ipſius Altari, vel imagine, ſeu vbicumque poteram, pœnitendo, lugendo, ipſius miſericordiam miſerabili querimonia implorabam, ne me pro hoc peccato meo pateretur æternæ damnationis ſententiæ ſubiacere. Poſtquam mortis debitum ſolvi, protinus

A à malignis ſpiritibus vndequaque vallata crudeliter rapiebar, impellebar, diſcutiebar, & cum amariſſima exprobratione peccati mei ad inferni ſupplicia trahebar, itaque omni auxilio, & conſilio deſtituta recordata ſum, quod hoc ipſum peccatum meum, pro quo iuſtam damnationis ſententiam excipiebam, beatiſſimæ Dei Genitrici Mariæ eiulando frequenter confiteri ſolebam, & continuò modicum ſpei aliquid cõcipiens

B ipſam Matrem miſericordiæ, & vnicam ſpem miſerorum, ne me miſerã in ſummo neceſsitatis articulo conſtitutam derelinqueret, votis magis, ac ſuſpirijs, quam verbis orabã. Nec mora, eadem conſolatrix, & protectio omnium ad ſe confugientium, tanquam ſtella matutina & fulgor meridianus terruit, & increpavit dæmones, qui mihi illudebant, quod ſuam

C ancillam invadere præſumpſiſſent, iuſsitque quãto citius deponere prædam, ibique dimittere eam donec à Domino egrederetur ſententia, quid inde fieri deberet. Cumque dicto citius patuiſſent nequam ſpiritus, ipſa Mater miſericordiæ accedens ad Filium enixè oravit pro me: Cui Dominus. Noſti dilecta Mater, quod ſine Confeſsione ſalvari non poteſt quiſquam. ſed quia fas non eſt, vt pro quavis petitione repulſam à me patiaris,

D & extra carnem locus confitendi, & pœnitendi non eſt, placet, vt hæc anima proprio corpori reddita, quod malè deliquit, & pœnis apud ſe retinuit, humiliter pœnitendo confiteatur, ſtatimque reducta debito tandem ordine miſericordiam conſequatur. Mox itaque Domino imperante, &

E pijſsima Domina noſtra ſollicitè procurante, miſſus ad me eſt Angelus bonus, qui de omni exſpectatione malorũ ſpirituũ eripiens proprio corpori, ſicut cernitis reſtituit. Nũc ergo confeſsione peracta tẽpus eſt, vt abeam, minimè iam reditura, ſed in æternum Dei miſericordiam cantatura, qui me licet indignam tremendo ſuo iudicio eadem miſericordia præveniente, & ſubſequente, tam dignanter ſubtraxit: *cum hoc illa dixiſſet, caput feretro reclinavit, & ſigno crucis ſe muniens ſpiritum exhalavit:* Sic ex citatis auctoribus Spinellus; addens ex Vin-

cen-

centio Bellunacenſi id in Territorio Lingoniẽſi accidiſſe, eamque matronam poſt confeſsionem ſacram Euchariſtiã accepiſſe. Quid mirabilius? Quid Deipara dignius? opportunè ergo S. Ioſephus Confeſſor, Ode. 3. de S. Chriſtina Virginem orabat: *Animã meam peccato funus, & cadaver effectam redde ad vitam.*

His addimus minus obvium, & magis mirandum exemplum, quod ex hiſtoria Divæ Virginis Eremitanæ in Helvetia è Germanico eiuſdem ſacræ Dominæ Commẽtario verbo ad verbum Latinè reddidit Fridoricus Fornerus Epiſcopus in Palma triumphali lib. 2. cap. 11. hunc in modum. *Nobiliũ quorumdam Aſſaltarum Societas in ſummo vitæ periculo ab hoſtibus potentiſsimis interminato profectionem ad Divam Virginem Eremitanam ſponderant, votoque condixerant, vt eius ope, & interventu ab imminenti periculo ſinguli, & uniuerſi eruerentur. Audijt Virgo devotorũ ſuſpiria, votũ benignè accepit, & ad animi libitum illis ſuccurrit, periculoque fugato ſalutem eorum in tuto collocavit. Illi ergo pro beneficio grati, vt voto ſatisfacerent ad Virginis eremum in Helvetijs propere contenderunt, ducẽtes in cõtubernio ſecum alium Satrapã ex Alſacia itidem oriundũ, qui ſe illorum comitatui inſinuaverat non amore Dei, neque ex devotione aliqua in Dei Matrẽ, ſed ſolo intuitu iucũdæ ſodalitatis. Erat enim homo flagitioſiſsimus, & omnium peccatorũ ſordibus contaminatus. Ventum erat ad ſacrã Virginis domũ, vbi alij vix equis delapſi ad ſalutandã loci Præſidem ſine omni mora properarunt; at impius ille Divum hominũque contemptor ſpreto pietatis Chriſtianæ officio in Cauponam ſeceſsit, iubens vt Caupo vinum, quod haberet optimum promeret, quo allato priuſquã guſtaret interno quodã Divini timoris inſtinctu tactus in ſe rediens cogitabat. Ah! quã gravis ego ſum peccator! tot ſuæ ſalutis cupidi huc magno labore, & impenſa cõvolant à remotiſsimis partibus, vt gratiam apud Deum per Virginẽ Dei Matrem impetrent: & ego ſcelerũ tot noxijs obrutus hìc ſedeo, quaſi temerarius contẽptor Miſericordiæ, & gratiæ Dei, quã per Virginẽ ſperare, & conſequi poſſem? Abſit à me tãtũ nefas: ſurgam, & adibo Sacellũ Virginis, vt & ego gratiæ Divinæ per Virginis interceſsionẽ particeps evadam. His quaſi ſtimulis velut à gravi ſomno exſperrectus adijt Sacellũ Miraculis famoſum, & ante aræ Virginis ingenua procidens intimo eã cordis affectu invocavit. A te, inquiens, ò gloriosa Virgo vnicè peto, vt ſis mihi graviſsimo peccatori refugium, ne moriar in peccatis meis, cũ potentiſsimos habeã inimicos, qui coniurati ſanguinẽ meum ſitiunt; ne ſinas, obſecro, vt hinc recedã, niſi peccata mea ſim confeſſus, & corpore, ac ſanguine Filij tui cõmunitus, quibus dictis ad diverſorium rediit. In novum iam hominẽ transformatus, & vix Alſatiæ fines attingit, cum hoſtes eius capitales eum in itinere circũdat, multis vulneribus confoſſum capite plectũt, caput in vrticeta lapidis iactu inde diſtantia proijciunt. Pomeridiano tempore Sacerdos vicini loci tranſit, & viſo cadavere exſpaveſcens audit vocem ab vrticeto lamentabiliter vociferantem. O Sacerdos Dei, rogote, ne meam graviſsimi peccatoris vocem reſpuas, ſed amore glorioſiſsimæ Virginis Mariæ confeſsionem meam excipias. Nam animæ mea ex hoc tormento non diſcedet, niſi præmiſſa peccatorum confeſsione corpore, & ſanguine Domini paſcatur, vt Verbum Domini impleatur: Ego occidã, & vivere faciã: ego percutiã, & ſanabo. Ex equo igitur deſcendit Sacerdos; caput, & corpus collocat: cõſitenti haud ſine ſtupore aures præbet, & tandẽ ritè abſolutũ interrogat. Vnde num illi tãta gratia? recenſuit ergo quid ei apud Divã Virginem Eremitanam cõtigiſſet, & quam brevibus licet, & paucis ſuſpirijs Mariæ Matris patrocinio ſe cõmendaſſet: hanc tamen eius obtentu gratiam ſibi cõtigiſſe, ne ſine Sacramentis adeò infeliciter moreretur. Rogare ſe itaque vt apud domũ Eremitanam, hoc tam miraculoſum in ſe collocatũ Beneficium publicè omnium notitiæ propallaret: vt diſcãt omnes graves peccatores per Virginem ad Deum cũ ſpe veniæ confugere, & miſericordiam petere, efficaciterque impetrare. Quibus dictis conſiluit, & anima è capite cum pace receſsit. Hactenus ibi.

Illud verò frequẽtius, & à pluribus Scriptoribus relatum de quodam Stephano Lonſoſcio Hungaro ſanctiſsimæ Deiparæ ſtudioſo: *Qui cum in certamine quodam pugnans occubuiſſet; ac ſecundo, tertioque poſt anno in eumdem, vbi occubuerat campum plerique perveniſſent, & cadaverum acervum inibi conſpexiſſent, auditus*

eſt ex illa congerie, & vocem emittere, & dulciſſima Ieſu, ac Mariæ nomina ſæpius reſonare, ſuaviterque repetere. Cumque diſquireretur, inter mortua oſſa vnde vox erumperet, inventum eſt vivax, loquaxque caput hominis cuiuſdam, qui ſe Chriſtianum profitens Sacerdotem petit auditurũ peccata, quæ expiata vellet, ſcilicet, in confeſſum occubuiſſe in prælio pietate tamen benigniſſimæ Deiparæ, cuius olim feſta non tantum religioſiſſimè obſervabat, ſed & auſtero præveniebat ieiunio ſolo pane, & aqua modiciſſimis contentus; imò in quam vitæ, & mortis ſpes omnes poſuerat, in vita ſic fuiſſe ſervatum, quouſque ope tranſeuntium confeſsionẽ aſſequeretur. Acceſito igitur Sacerdote, & ad aures eius cõfeſsione facta, acceptaque ab eo Sacramẽtali Abſolutione caput denique conticuit, ac perpetuò quievit: Hiſtoriam præcipuè habemus ex Bonfinio lib. 3. rerum Hungaricarũ, & Pelbartus lib. 12. par. 1. ex quibus hauſerũt Antonius Spinellus cap. 34. n. 25. Gononus in Chronico anno 1415. Hericus Spondanus comet anno num. 68. Gononus & alij.

Philipp. à Labbe

Huiuſmodi etiam eſt, quod refert Philippus à Labbe tomo 1. Bibliothecæ novæ pag. 651. de Monacho ædituo, *qui quaque nocte Monaſterium egrediens ſtagno emenſo ad ſcortum ſi vertebat prius tamen ſalutata imagine Deiparæ. Nocte quadam in ſtagno ſubmerſus raptus eſt ad tribunal Chriſti, & à demone petitus ad rogos ſempiternos. Adfuit Dei Mater, quæ frendente licet Tartaro à Filio exoravit, vt damnandi anima ad corpus rediret pœnitentiam acturа. Rediit, quippè Monachus in ſtagno repertus eſt, & inde extractus ad Eccleſiã non tantum contendit, ſed redditis Deiparæ gratijs rem omnem prolixè coram omnibus explicavit.*

Fuerit & illud mirabile pro Virginis patrocinio exemplum, quod à B. Petro Damiano opuſculo 33 cap 2. de Baſlo Anitienſi affertur: Longiuſcula quidem hiſtoria, ſed propter varietates & multo magis ob felicem dubiæ litis exitum à B Virgine cõſecutum digna lectu. *Adſerat quidẽ* (inquit Petrus Damianus) *Religionis, & pietatis cauſa Baſlus iſte Eccleſiam Dei genitricis, quæ vocatur in Podio, & cũ rediret domum, morbo correptus in via occubuit: pia fidelium turba circa feretrum illum cuſtodiente, & pro illo orante: media autem nocte,* qui mortuus iacebat (*verba iam ſunt S. Petri Damiani*) *repẽte proſilivit, & ſic omnes vndique circũſtantes admirationis ſtupor, & intolerabilis horror invaſit. Tunc ille magni clamoris animadverſione vociferans, tremens, & horribiliter expaveſcens, rogare cœpit adſtantes pſalmodie, pũſque votis valenter inſiſterent, quatenus tetros nequitiæ ſpiritus, qui per angulos, ac parietes domus vndique videbantur, ſanctis orationibus effugarent. Cumque fuſsis ad Deum precibus more fumi vento perflati dæmones evaniſſent, ille terrore depoſito, & ſæcularitatis animatus audacia, quod ſibi in occulto contigit publicè coram omnibus enarravit. Egredienti (inquit) mihi de corpore duo protinus Angeli ſplendidæ claritatis occurrunt, qui me ſecum ducere in ſuperiora cœperunt: ſed ecce me nigrantes dæmonum turbæ velut phalanges Æthiopum vndique circumfundunt: me tanquam ſui iuris hominem acri nimis, & importuna vehementer exactione repoſcunt. Noſter (inquiunt) hic homo eſt, ſub noſtris dictionibus vixit. Semper enim illi lex carnis inviguit, legem vero ſpiritus penitus ignoravit. At contra Beati Angeli reſponderunt. Non inquiunt diffitemur veſtrum fuiſſe, dum in propriis viveret: non enim licet reſiſtere veritati: ſed quia nunc in obſequio Reginæ cœleſtis Dominæ noſtræ defunctus eſt, nequaquam impietati veſtræ pro vitæ ſuæ meritis ſubiacebit.* Nec ad æterni iudicis poterit perire conſpectum, qui genitricis eius ſibi providit auxilium: *Ad hæc illi: Cum Deus* (aiunt) *iuſtus ſit iudex; nunquam quod noſtrũ eſt, auferet, nec adverſum nos præiudicialiter ager, cum iniuſtitiam prorſus ignoret. Cumque vim Angelis inferre tentarent, Angeli verò levius, atque remiſsius iam cognita veritate reſiſterent, aſſuturum tamen ſibi continuò profitentur auxilium, & Dei Genitricis celerem comminantur accurſum: Sed cum hinc iſti modeſta circa me tuitione contenderent: illi è diverſo ad repoſcendum ſui iuris hominem furioſius, ac truculentius ebullirent repentinus radiantis coruſci ſplendor illaxit, cunctiſque mirantibus cœlorum Regina Angelicis vallata reverenter obſequijs Dei Mater advenit. Tunc reprobi ſpiritus, licet ad primum tantæ gloriæ terre-*

rentur adventum, eorumque nimius ſplẽdor reverberaret obtutum, tamen illatam ſibi conqueruntur iniuriam, & Angelicæ violentiæ proteſtantur ex propria poſſeſſione rapinam dicentes: Quia ſi Deus eſt iuſtus, numquam de manibus noſtris auferet impium. *Quibus è diverſo B. Virgo reſpondit.* Licet hic homo, vt aſſeritis, veſtra per pravitatem operis, poſſeſsio fuerit, & impiè, ſive carnaliter vixerit, nunquam tamen piiſsimus, & clementiſsimus Filius meus, ac Dominus patietur, eum veſtris fieri crudelitatibus ſubditum, quem ſub mei famulatus obſequio cernit in peregrinatione defunctum, præſertim, cum iſte confeſſus peccata ſua Sacerdotibus fuerit, iudiciumque pœnitendo, ac ingemiſcendo perceperit, quamquam ſubita morte præventus implere nequiverit. *Adhæc illi, quaſi nacta occaſione victoriæ, tripudiantes, & velut inſultantes obyciunt. Cum tu (inquiunt) ſis Mater veritatis, & æternæ iuſtitiæ, num ignorare potes, quoniam hoc tam immane, tãque cruentum facinus perpetravit, quod nulli tamen vnquam per vocem confeſsionis innotuit; quoddam, ſcilicet, grave ſcelus à me commiſſum nomine tamen inclamabant. Quod peccatum cum B. Virgo, licet ab auctoribus mendacij veraciter recognoviſſet, modeſtè pauliſper obticuit, & quodammodo veritati reverentiam præbuit. At reparato rurſus eloquio.* Verum quidem (*inquit*) eſt, quod obijcitis. Sed quoniam apud miſericordem Dominum meum, ac Filium miſericordia ſuperexaltat ex more iudicium, eumque non tam delectat pœna peccantium quàm remiſsio peccatorum, me confeſtim intuens, ait. Ad corpus homo, præſto regredere: ſcelus hoc, quod ab iniquis tibi iure obiectũ eſt, Sacerdoti coram vicinæ huius cellulæ monachis confitere; eoſque ex meæ auctoritatis iuſsione depoſce, vt pœnitentiæ modum, qui tibi iniunctus fuerit ipſi ſuſcipiant, & implere, pro tua mox obeuntis abſolutione contendant; quo peracto ad me protinus ſine dilatione revertere. Hic ego non deſino te, donec redeas exſpectare. *Cumque per ordinem hæc ille narraſſet, pœnitentiam ſibi inditam ſancti fratres, cum pro charitate illius, tum pro Deificæ Virginis obedientia ſuſcepiſſent, mox lætus, & hilaris velut obdormiens obyt. Et ſic vera eſſe, quæ vivens dixerat moriens approbavit.* Hæc omnia ſignatis verbis S Petrus Damianus.

Libens ſanè ex ipſomet aliud addidero exemplum, quod vel ideò dixerim valdè opportunum, quod maximè faveat ijs, qui Beatiſsimæ Virginis officium recitare de more habeant, in quorum gratiam ſexcenta poſſemus afferre ſimilia: Ergo Petrus Damianus opuſculo 10. de Horis Canonicis cap. 10. Sic ſcribit: *Clericus quidam multis erat peccatis* obnoxius, *& præcipuè carnalis illecebræ fœtoribus inquinatus, qui tandem languore correptus, atque ad extrema perveniens tremefactis viſceribus expaveſcere, & accuſante conſcientia divinum cœpit iudicium medullitus formidare, cumque ſpem in ſe nullius boni operis inveniret, totum ſe protinus ad poſtulandum Beatæ Mariæ ſemper Virginis auxilium contulit, & ſub eius patrocinium importuna cordis anxietate confugit huiuſmodi ferè verbis inſiſtens.* Nõ ignoro (inquit) ò Beata Regina mũdi, quia te in multis offendi, & caſtitatis, atque virginitatis, cuius tu mater es, ego in meo corpore ſignaculum violavi, innumeris etiam peccatorum ſordibus involutus ſum; nec dignus invenior, te totius mundi Principem pollutis labijs invocare: verum tamen ò ianua cœli, feneſtra paradiſi, vera Mater Dei, & hominis: tu mihi teſtis es, quia ſepties in die laudem dixi tibi; & quãvis peccator, quamvis indignus omnibus tamen Canonicis horis tuæ laudis obſequium non fraudavi: *Cumque huiuſmodi verba Clericus protuliſſet, decumbenti poſtmodum pijſsima Dei Genitrix adſtitit, & blandè conſolata peccata ſibimet dimiſſa ex largitate divinæ miſericordiæ nunciavit*: Hæc ille: poſtmodum ſubijciens: *Hoc proculdubio novimus, quia quiſquis cotidiana prædictis horis officia in eius laudibus frequentare ſtuduerit, adiutricem ſibimet, ac patrocinaturam ipſius Iudicis Matrem in die neceſsitatis acquirit.* Ita S. Petrus Damianus: & quidem teſtimonium eius verum eſſe non dubitamus.

Idem.

NOVA EIVSMODI Exempla.

NEC minori dignum ſtupore portentum, quod refert Pater Baliogem die 1. Februarij de famoſa meretrice Neapolitana, *quæ ſanitatis cauſa, dum tendit ad Anagneſiana balnea, non tantum non curata eſt, ſed ibidem etiam ex morbo perijt, & planè mortua eſt. Cadaver in templum delatum noluit parochus ſacræ tradere ſepulturæ, quippè perſonæ proſtitutæ; ac publici Scorti ſine Sacramenti defuncti. Mirum ſub mediam noctem redijt in cadaver anima, inclamat confeſſarium, auditur eius vociferatio, accurritur, excipitur eius confeſsio; brevi ſe denuò morituram affirmat; totumque hoc redditæ vitæ beneficium Beatiſsimæ Dei Matri abſcribendum aſſerens Euchariſtia munita defungitur.*

Huic exemplo proximum eſt, quod habetur in Relatione de Chriſtianitate Americæ Meridionalis conſcripta à P. Nicolao Duran in ea parte hiſtoriæ, quæ ſpectat ad Reductionem, ſive Coloniam S. Mariæ Lauretanæ: ibi enim commemorat *quemdam indum mortuum, iamque mandatum ſepulturæ redijſſe ad vitam iubente Chriſto, & ab ipſo exorante Virgine, vt quædam peccata non dolore tantum, ſed confeſsione etiam elucret. Hunc ſuſcitatum, & viderunt omnes, & verba faciẽtem vtique audierunt, & poſt ſuſceptum Sacramẽtum Pœnitentiæ tranquillè morientem miràti ſunt.*

Adamus

Itidem etiam in Reductione Virginis Purificatæ (vt P. Adamus Schirmberk in relatione ſpeciali refert) *Inda mulier victum quæritans tẽpeſtate famis cogente, aberranſque ſylvis in periculo vitæ per feras amittendæ B. Deiparæ ſupplex opem implorat. Submiſſus è cœlo Angelus fœminam è labyrintho edocuit, iubetque neutiquam aberret à via mandatorum Dei. Vix domum repetijt à morbo oppreſſa: octo horis pro mortua iacuit. Et verè ſe mortuam faſſa obtinuiſſe aſſerit per Dei Matris auxilium vitæ repetendæ gratiam, vt maculas quaſdam ſuas olim aperire oblita fuerat (fortè renuerat) Sacerdoti manifeſtãdo elueret, & idem vt ſodalibus Virginis idem faceret Dei Matrem delectari eorum obſequijs pergerent, ergo tanquam morigero filij Matrem vtique experturos.*

Flodoandus itidem in Chronico ex Baronio ad annum Chriſti 934. ſic habet *Quidam Virudenſis Diaconus (Adelmanuum vocat Baronius) languore depreſſus ſpiritum viſus eſt amiſiſſe; ſed antequam feretro imponeretur, reverſus ita validus reſurrexit, vt ſibi videretur nihil ægritudinis fuiſſe perpeſſus. Teſtatus tamen eſt ſe diverſa ſuppliciorum, vel refrigerij perluſtraſſe loca: imò ſe pœnali loco fuiſſe deputatum, ſed Dei genitricis pijs precibus, & B. Martini interceſsione ad agendam pœnitentiam vitæ redditum.*

Sed & Gogonus in Chronico ad annum 1211. ex Trithemio refert: *Adalbertum quemdam in Germania redivivum palam dixiſſe ſe ereptum à ſententia incurrendæ pœnæ æternæ interceſsione Deiparæ.*

Sic Deiparam Advocatam eſſe, vt fictis clientibus, qui admoniti à peccatis non referunt pedem, ſed de induſtria peccant characterem ſalutis non impertiatur.

ADNOTATIO IV.

QVod Apoſtolus Paulus Coloſſenſes monebat cap. 4. v. 6. *Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus, vt ſciatis, quomodo oporteat vos vnicuique reſpondere eò* I
Coloſſ. 4. v. 6.
inflectimus, vt ſalis proprietate retenta, de qua Hilarius in Matthæum canone 4. inquit: *Hic in omnem vſum humani generis effectus incorruptionẽ corporibus, quibus fuerit aſper-*
Hilar.

ſus

us imperitit, quæ hucvſque diximus de peculiari fiducia, quam Deiparæ obſequium, & devotio in fidelium animis ingenerat, vt quaſi ſignum, & teſſera prædeſtinationis eſſe videatur, eo ſalis grano condiantur, vt ad animorum incorruptionem, & ædificationem, non in deſtructionem fuerint: Nimirum nullam inde certitudinem ſalutis, nullam ſecuritatis ſpem damus, quo minus *cum metu, & tremore*, iuxtà Pauli monitum debeant *omnes ſuam ſalutem operari*, Philipp. 2. verſ. 12. ad ſalutis negotium revocantes, quod de corporis in ægritudine ſalute, Plinius lib. 7. cap. 51. *deſignis mortis* dicebat: *Et cum innumerabilia ſint mortis ſigna, ſalutis ſecuritatis nulla ſunt*: ac proinde cum Platone *in Sophiſta* affirmamus: *nequaquam altera prehendendum manu, quin magis ambabus*: & alibi *Bonum eſt duabus niti anchoris*, & eos, qui vna tantùm anchora devotionis Deiparæ innituntur; quin altera timoris Dei innitantur cum ijs componimus, qui apud S. Hildebertum Cenomanenſem Epiſcopum epiſt. 15. nimium de Dei miſericordia fidentes, vt pœnitentiam differrent: ipſi ſeverius increpanti dicebant: *Idem offenſus clementiam promittit; punire prætermittit, pœnitentiam admittit, minas remittit, debita dimittit, ampliora committit*: quos ipſe ſic ſapienter redarguebat: *Ita eſt, inquam, confiteor, miſericordia Domini plena eſt terra: in ea ſperare ſaluberrimum eſt conſilium, ſed de ea totum pendere, periculoſum eſt negotium.*

Philipp. 2. v. 12. Plinius. Plato. Hildeb.

2 Cum ijs ergo, qui levem, & ephimeram devotionem Deiparæ habentes abiecto timore Dei in peccatis iacent, aut in illa frequentius relabuntur huic vni obſequij Deiparæ anchoræ innixi; modo rem habemus; atque illis minas potiùs, quàm ſecuritatem ingeminamus; potiſsimum verò, cum à Dei miſericordia, & Virginis benignitate, ad peccandum; vel ad non pœnitendum anſam ſumunt, vt eſt apud Iob. 24. verſ. 23. *Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbiam*: vbi primum notanter poſitum eſt verbum *abutitur*, vt ſignificetur perverſus, & contrarius vſus illo, qui eſſe debuerat, vt apud Paulum: *An divitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignorans, quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Tu autem ſecundum duritiam tuam, & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis iuſti iudicij Dei*: Deinde non minorem emphaſim habet Hebræum verbum, quod propriè vertas *recumbit*: ſcilicet, ſuper miſericordia Dei: quaſi totum à miſericordia Dei dependens ambabus manibus, quin alteram ad benefaciendum, & pœnitendum exſtendat. Quare huic abuſui, ſive perverſo vſui impœnitentis cordis; alienus itidem ab ingenio Dei vſus reſpondet, dicente Hieremia capite 18. verſ. 23. *In tempore furoris tui abutere eis*: obſerva verbum *abutor*: quo ſignificatur abutentibus miſericordia Dei, quæ peccatores ad *pœnitentiam adducit*; optimo merito reſpondere eam vindictam, quæ ab ingenio divino aliena eſt.

Rom. 2. v. 4. & 5. Lect. Heb. Iere. 18. v. 23.

Quam ad rem opportuna fuerit Regum Manaſſes, & Amon filij eius hiſtoria, de qua in libris Regum à S. Clemente Romano libro 2. Conſtitutionum Apoſtolicarum apposite expenſa capite 26. & 27. quippè obſervat, Manaſſem, poſtquam non modo iuveniles annos, imò & virilem, ac maturam ætatem, ſed ipſammet ſenectutem immanibus flagitijs corrupiſſet, tandem pœnitentiæ locum, & indulgentiam à Domino obtinuiſſe: filium verò eius Amon ætate immaturum, nec tot ſceleribus obnoxium importuna morte ſublatum; & æternam damnationem incurriſſe ea in tanto vtriuſque diſcrimine de cauſa, quod Amon de induſtria peccaverit; totus pendens de miſericordia Dei, & ipſa abutens ad peccandum, & permanendum in peccatis: Etenim Clemens cũ de peccatis Manaſſes diciſſet: *Nullum peccatum idolatria reperitur gravius, ea eſt enim contra Deum impietas, ſed tamen ipſa quoque per veram pœnitentiam condonatur* de Amonis peccatis, & damnatione ſubijcit: *ſi verò quis de induſtria peccet tentans Deum, quaſi non oleſcentem mala, remiſſionem non conſequitur, quamvis ſecum ipſe dicat: ſi mihi propitius Deus, quã vis ambulo in perverſione*

3 Clemẽt. Rom.

cordis mei pravi: inquit enim Scriptura: & cogitavit Amon cogitationem transgreſſionis malam, & dixit Pater meus à iuventute multa fecit iniquè, & ſic concupiſcet anima mea, & poſtea revertar ad Dominum, & fecit malum in conſpectu Domini, & exterminavit eum Dominus citò. Hæc omnia S. Clemens; apud quem omninò obſerva illud: *Si verò quis de induſtria peccet, tentans Deum* (id eſt, fœtus miſericordia divina; & anſam ad peccandum ab illa ſumens) *is miſericordiam non conſequitur*: Nimirum Legislatoris mens, & vox eſt: *Fruſtra legis auxilium invocat, qui committit in legem*; quam ad rem præſentem, ſic extuleris fruſtra miſericordiæ auxilium, & gratiam quærit; qui committit in miſericordiam, & ei iniurius eſt, quaſi ipſa ei ad peccãdum illecebra futura ſit.

4 In quem quidem ſenſum iam dudum alibi expendimus verba Eccleſiaſtes cap. 10. verſ. 1. *Muſcæ morientes perdunt ſuavitatem vnguenti*: ſive vt legunt LXX. *putrefaciunt compoſitionem olei ſuavitatis*: vel vt ex Hebræo ad verbum habetur: *Evaporare faciunt vnguentum*; vt pulchra muſcarũ imagine, quæ melli, aut viſcoſis cupedijs adeo incumbunt, vt illis hæreant, & moriantur, denotet ſapiens eos, qui bus Deus præ multitudine miſericordiæ ſuæ *dat locum pœnitentiæ, & ipſi abutuntur eo in ſuperbiam* (vt dicebat Iob) contexentes ſibi ex Dei indulgentia vmbram ad peccandum, vt dicebat Clemens de Amone; ſic vndequaque divinæ miſericordiæ hærentes, quin pœnitere velint; ab ea tandem ſuffocantur: diem vltimum in peccatis obeuntes: ſed pende elegantiam translationũ *evaporare*, ſive *putrefacere faciunt ſuavitatẽ vnguenti*: hoc eſt, à divinæ miſericordiæ ſuavitate vim, & naturam auferentes; imò potiùs in tetrum ſeveritatis odorem cõmutantes: quod Deũ ſuaviſsimum dicere cum gemitu cogant: *Heu vindicabor de inimicis meis*, Iſaiæ 1. v. 24. qui retribuunt mala pro bonis, & quod olfactui ſuaviſsimũ erat, odioſum, & fœtidũ reddiderunt. Vnde hiſtoriagraphus Glycas lib. 2. Annaliũ agens de impia illa Amonis cogitatione ſubijcit. *Hac igitur de cauſa Deus pœnitentiam illius non exſpectavit.*

Quo opportunè adduxero ſignatiſsima Vatis verba Pſal. 65. verſ. 5. *Venite, & videte opera Dei; terribilis in conſilijs ſuper filios hominum*: *Qui convertit mare in aridam*: ſive vt ex Hebræo legit Pagninus: *Terribile opus ſuper filios hominum*: *convertit mare in aridam*: Quibus iam dudum me memini peculiarem aliquid lucis attuliſſe ex Auguſtino ibi perquirente, & reſpondente: *Quid fecit terrore conſilij ſui? convertit mare in aridam; hoc enim ſequitur*: Sed enim cum manifeſta ibi alluſio ſit ad tranſitum filiorum Iſrael per mare rubrum ſicco veſtigio; merito ambigitur; cur hac ratione terribilis Deus in conſilijs ſuis dicatur, & non potiùs amabilis, & beneficentiſsimus? eſt vero ad manum reſponſio: quod convertente Domino inſanos fluctus maris in aridam diſsimilis, imò contrarius eventus filijs Iſrael, atque Ægyptijs contigit; nam Iſraelitæ pro maris profundo terrã ſiccam & ſolidam, & vt ait Salomon Sapient. 19. verſ. 7. *Campum germinantem de profundo nimio* invenerunt. Ægyptij verò æquis paſsibus Iſraelitas ſequentes horribile fecerunt naufragiũ: pulchrè hæc adnotante, ſive deſcribente S. Zenone M. ſerm. 3. de Exodo, vbi cum dixiſſet: *De Iſraelitis illis nullæ inerant naves, nulla tranſfretandi præſidia cum ſubito divina providentia ſcinditur mare, aquæ dextera levaque gelido ſupore frænatæ vitreos diriguntur in muros præſtolantes tranſitum Dei populo* ſubijcit de Ægyptijs, *vt perſequentibus mare ſint*: Ecce tibi opera Dei *terribilem in conſilijs ſuper filios hominũ*. Qui omnes quidẽ ſalvos facere velit omnibus miſericordiam ſuam impertiri cupiat: omnes divitias bonitatis (Syriacè *dulcedinis*) & longanimitatis ſuæ explicet, vt ad pœnitentiam adducat; cum tamen plures *ſecundùm duritiam ſuam, & impœnitens cor*; tanquam *muſcæ morientes perdunt ſuavitatẽ vnguenti*, & theſaurizent ſibi iram in die iræ; quibus, *mare fiat*, quod iuſtis campus floridus fuit; *dedit eis* nimirum *Deus locum pœnitentiæ, & illi abutuntur eo in ſuperbiam* omninò recumbentes ſuper miſericordia Dei, atque illi vndequaque ſubnixi; quin ad virtutis opus manus valeant exſtendere.

5 Iam hæc Deiparæ aptari etiam 6

poſ-

Eccl. 10. v. 1. LXX. Lect. Heb.

Iſaiæ 1. v. 24.

Glycas.

Pſal. 65 v. 5.

Pagnin.

Auguſt.

Sap. 19. v. 7.

S. Zen. M.

Lect. Syriac.

possumus, & debeamus. Nimirum eius clientes *in odorem vnguentorum suorum currunt*; à suavitate, scilicet, benignitatis suæ allecti, vt insuperioribus vidimus: ij verò, qui huic benignitati audacter fidentes in peccatis permanent haud dubiũ quin evaporare, & putrescere faciant suavitatem vnguẽti huius. Hinc Richar. à S. Laurentio lib. 12. de Laud. Virginis Deiparam, cum virga illa componens de qua Dominus, Mathæi 6. *Nihil tuleritis in via, nisi virgam*, sic primum inquit: *Hæc se debent fideles defendere à canibus, hoc est, à morsibus tentationum, scilicet, invocando nomen eius, quia ipsa est virga virtutis*: deinde opportunè admonet: *Sed si tantummodo habeatur in ore, sicut aliqui habent, qui eam tantummodo laudant, vel salutant, nihil operantes ad honorem eius non benè defendũt se per eam.* Pergit: *Accipiatur ergo tripliciter: in corde per meditationem, & amorem: in ore per laudem, & salutationem: in manu per operationem, & operum conformitatem, & ita erit vtilissima ad omnimodam defensionẽ: propter quod dicitur Matthæi 6.* Nihil tuleritis in via nisi virgam, *ideſt, Mariam*: Hæc ibi Richardus: Vnde idemmet lib. 2. in eos qui & Virginis clientes sese esse ore profitentur, & peccare non desinunt opportunè inflectit ea verba Prophetæ Baruch cap 4. vers. 8. *Obliti estis Deum, qui nutrivit vos, & contristastis matrem vestram Ierusalem*: hunc in modum. *Peccatoribus dicitur obliti estis Deum, qui nutrivit vos, & contristastis Matrem vestram, ideſt, Mariam*: Sic ille, & quidem rectè. Quid namque matrem filium vnicè diligẽtem adeò contristet, vt eum morti videre obnoxium, quin ipse à tanto discrimine velit se subducere? Plenius verò hosce semidevotos imò fictos Virginis studiosos castigavit Venerabilis Guillielmus in ipsos sub persona Deiparæ inflectens verba, Cant. 1. vers. 5. *Filij matris meæ pugnaverunt contra me*, his verbis. *Quia pugnaverunt contra propriam salutem.* Quia videlicet Maria illos protegente, & pro eis Deum orante, ipsi peccata peccatis addentes nolunt resipiscere: sed velut de industria contra propriam salutem, & contra ipsorum Advocatã, cui eorum salus tantæ curæ est, pugnare contendunt: id ita quidem de talibus ratiocinatur Chrysost. hom. 19. in Genesim, inquiens: *Quemadmodum incurabilia vulnera, neque austeris medicamentis cedunt, neque lenientibus, ita & anima semel captiva si se peccato cuipiam obnoxiam fecerit, & considerare noluerit, quæ sibi sunt vtilia, etiamsi quis innumera inculcet illius auribus, nihil proficiet, sed quasi mortuæ essent aures, nullam ex admonitione suscipit vtilitatem: non quia, non potest, sed quia non vult.*

Sed vt ad rem redeam huc omninò fuerit referendum salubre monitum, quod alibi adductus dabat Venerab. Adamus de Perse in allegoriis Gotfridi Tilmanni. *A contubernio sacræ Virginis longè procedere tutum non arbitror. Quis enim mihi providebit in talibus, si indulgentissimæ Matris misericordiam elongarem. Tenebo illam non discedam ab ea. Quia si misericordiæ eius sollicitudo defuerit, facilè fecero abortivum.* Nimirum benè, & ad rem de collocandis à Sapiente beneficijs dicebat Seneca lib de vita beata cap. 23. *Habebit facilem sinum, non perforatum, ex quo multa exibunt, nihi excidet*: ideſt, non sine aliqua ratione, & causa: ne intempestivè, sive temerariè cõferatur beneficium. Tenenda est ergo Deipara, & ab eius obsequio non recedendum; nec eius devotio ephimera, seu diaria, sed constans, & continua esse debet.

Rich. à S. Laur.

Matt. 6

Mat. 6

Baruch 4. v. 8.

Guilliel.

Cant. 1. v. 5.

Chrysost

7

Adamus

Seneca.

EXEMPLA.

RECole primum, quod lib 2. cum de efficacitate intercessionis Deiparæ ageremus ipsam (sic referente Ioanne Gritti Frãciscano, vidimus tenentem in manibus Filium suum infantem multis vulneribus affectum sanguineque manantem, & peccatori cuidam, quid id significaret, aut quis diuino infanti ea vulnera inflixisset interroganti, ita respondentem: *Tues, ò homo qui tuis flagitijs Filium meũ iterum cruci affigis: & cum miles ille Deiparam Matrem misericordiæ appellans veniam exorasset; sic illam tandem severo vultu dixisse: Benè est. Vos me Matrem misericordiæ appellatis, cum*

reapse

reapse faciatis Matrem misericordiæ, qui Spiritum Sanctum, & Filium meum contristamini.

Andrade

Iam verò ad duriora venientes; quid referat bonus Scriptor Pater Alfonsus de Andrade lib. 2 de imitatione Virg. cap. 23. quod ex oculatissimo Societatis viro accepit. Audi: *Agebat in oppido non ignobili adolescens quidam, cuius nomini parcendum est, qui non nihil in Deiparæ obsequium pronus cæpit in ore ferens, & aliquando in manu, vt aliquid pecuniarum erogaret ad reedificationem eremitorij Virginis, itidemque vt eius imaginem serica vestis condecoraret: Sed his contentus, quin devotionem vlterius proferret, nec eam indesinenter bonis operibus foveret, malis seculi vanis se irretivit, & proh nefas turpissimam eam proximè sibi consanguineam consuetudinem multo tempore habuit, & exinde Virginis obsequium, quod cum tali vitæ ratione animæ hærebat prorsus abiecit. Quam obrem iustissimè iratus Dominus lectissimæ cuidã fœminæ inibi commoranti, eam terribilis iudicij speciem repræsentavit; in qua ipse ignitum telum manu ferens, dæmonibus miserum illum fortiter accusantibus tanta scelus vindicaturus vrgebatur: cum se medium obtulit Regina cælorum, & à iudice indulgentiam, vel saltim inducias, & spatium pœnitentiæ, & petivit, & obtinuit per quadraginta dierum spatium: admonita fœmina, cui facta est revelatio, vt sequenti die Ecclesiam adiret, & confessionem excipienti conveniret, vt peccatorem totius rei consilium faceret, vt vitam in melius commutaret, nec tanta iudicij per Virginis intercessionem obtenta abuteretur: Ille, tum, sadum, & infelix ille ex se rei tristissimi sceleris manifestatione sibi facta vera omnia esse omnino intellexit, & divinum supplicium existimescens à nefario scelere se nocte illa, & sequenti continuit obseratis cubiculi foribus, ne venenata ferpens intraret, sed illa foribus alia clave reseratis, ad consuetum scelus blandè sollicitavit: Cui ille primum, vt infirmus, & debilitatus renuens se subiecit, deinde verò omni pudore abiecto volens, & libens in cœno se volutavit, & proiecta audacia bonum Sacerdotem sempermonentem, & minantem illis verbis:* Adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur, *cum risu excipiens somniatorem, & fallacem appellabat. Adveniente autem funesto ad vindictam designato die: cum Sacerdos, non modo iterũ, atque iterum certi supplicij admoneret, sed etiam ad domus fores pernoctaret si forte morituro opem ferre posset: Ecce tibi eademmet iudicij species bonæ illi fœminæ oblata est, hoc vno minus, quod ère salutis misero illo omninò erat, scilicet, Virgine Sanctissima inibi non comparente, vt iam occisa res esset: Ergo iudex ignitum, quod vibrabat telum in illum infelicissimum peccatorem: cubitũ euntem intorsit: illo subitò inclamante, en miser morior, sagittam imò in pectore infixam sentiens: Ad quas voces cum domus tota conturbaretur: & Sacerdos qui excubabat, intraret vidit illum præ mortis angustia spumantem, & infelicẽ animam evomentẽ, quin salutares eius voces audire posset: En peccantis de industria exitum; quem fateor tædet, dolerque exscribere, quod videam contristandos fore Virginis clientes, sed cum Paulo dixerim:* Sed gaudeo quia contristati estis ad pœnitentiam: *& ad verum Virginis cultum, & obsequium:*

Discite iustitiam moniti, & non temnere divos:

Venite, & videte terribile opus super filios hominum: Qui convertit mare in aridam: *vt innumerabilibus peccatoribus fiat campus germinans salutem, quod ad Mariæ patrocinium ex animo, confugiant dolentes de peccatis suis: ijs verò, qui non convertuntur ad cor, nec in Deiparæ obsequio perdurare fiat Mare, & naufragium in portu faciant.*

MA-

MARIA humani generis Advocata, quæ illius Redemptionis egregia, & cooperatrix exstitit.

ADNOTATIO V.

1 EST illa signatè, & peremptoria quidem imò, & necessaria ratio, ob quam Deipara humani generis Advocata sit, & illius patrocinium volens, & lubens indesinēter habeat, quod videlicet in hominum salutem sedulam, & egregiam operam navavit; dicente Ioanne cap. 19. vers. 25. *Stabat iuxta crucem Maria*, & subijciente Ambrosio epist 25. ad Eccle siam Vercellensem: *Quia cognoverat per Filij mortem mundi Redemptionem Aula Regalis putabat, se & sua morte publico muneri aliquid additurum?* Sed rem altius considerantes, audi in primæ mulieris formatione divinas voces: *Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi*, Genes. 2. vers. 18. quæ verba ad Deiparam, tanquam ad pulcherrimum, imò, & validissimum adiutorium Christi in Passione eius piè, & apositè referunt PP. & præter Cardin. Hugonem in Psalm. 90. dicentem de Maria: *Hæc est adiutorium Dei, quia iuvat eum ad salvandum genus humanū*: ad rem nostram Richardus à S. Laurentio pluries in præsens institutum hæc verba inflectit: Sic enim primo lib. 3. de Laud. Virginis dissertissimè inquit: *Attendendum est igitur, & iugiter recolendum, quod tam devota adiutrix exstitit Maria ad Mundi Redemptionem, vt sicut non fuit dolor, sicut dolorille, quem sustinuit Filius pro Mundi Redemptione; sic non esset dolor, sicut dolorille, quem ipsa pertulit in corde pro eadem causa*, & post nonnulla. *Filio ponente animam pro mundi salute Mater, & si non posuit animam pro mundo, exposuit tamen, & quod potuit fecit: & hoc præfiguratum fuerat, Genes. 2. vbi dictum est de Christo novo Adam, quoad*

A *statum Redemptionis*: Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi: Hæc Richardus à S. Laurentio ibi: & lib. 1. eodē sensu ad hæc verba inquit: *Illa enim litteralis Eva non fuit in adiutorium, sed in detrimentum magis: hæc autem in adiutorium; quia in manu fœminæ tradidit Deus Sisaram, ideſt, diabolum*: Iudicum 5. *Rich. à S. Laur.*

Ad hæc in præfato Geneſis loco obſerva lectionem Hebræam, quæ pro adiutorium ſimile ſibi habet *adiutorium coram eo*: vt videlicet mulier coram viro adinſtar ſpeculi ſe habeat omnes eius actiones, affectus, motus in ſe excipiens, vt ipſi ſimilis, & conformis fiat: Quod omninò referas ad Beatiſsimam Virginem iuxtà Crucē ſtantem Crucifixi Filij ſpeculum factam, dum eoſdem met acutiſsimos dolores, quos ille in corpore perferebat, ipſa in corde, & intimis viſceribus patiebatur: vt frequenter penſitatur ab omnibus, qui Chriſti Paſſionem meditatur: de quo multus eſt Richard. à S. Laurentio pluribus in locis: & quidem lib. 2. par. 2 premens verba illa, Iſaiæ 64. vers. 3. *torcular calcavi ſolus* (Paſsionis, ſcilicet, & mortis) *& de gentibus non eſt vir mecum*. Sic loquitur: *Verum eſt Domine, quod non eſt vir tecum; ſed vna mulier adſtat tibi Crucifixo, quæ quaſcumque plagas, quæcumque vulnera, quoſcumque dolores ſentis, & ſuſcipis in tuo corpore, compatiendo ſuſcipit in viſceribus cordis ſui, & ſicut dira lancea perforavit latus tuum, ſic eius animam pertranſeunt dolorum tuorum gladij vniverſi*: Hæc ibi: quæ cum totidem verbis dixerat lib. 1. addit: *Et ſicut tu non quod voluiſti, ſed quod Pater tuus voluit ſuſtinuiſti Matth. 26. Sicut prædixeras, Ioan. 6.* Deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam; *ita ipſa, non quod ipſa voluit, ſed quod tu voluiſti, ſuſtinuit tecum, quia ſicut tu ſalutem generis humani in cruce ſitiviſti, Ioan. 19. Sic & ipſa ſitivit*: Sic ibi: & eodem ductu lib. 6. Laurentius etiam Iuſtinianus lib. *de triumphali Chriſti agone*, & ab eo Lanſpergius bonus, & pius Auctor hom. 43. de Paſsione Domini hoc ſpeculum, ſic adornant: *Cor Virginis fuit clariſsimum ſpeculum Paſsionis Chriſti, & perfecta mortis eius imago*: In

2 *Lect. Heb.*

Rich. à S. Laur. Iſai. 64. v. 3.

Mat. 16 Ioan. 6.

Ioan. 19

Laurēt. Iuſtin. Lanſp.

quem

Ioan. 19 v. 25. Ambro.

Gen. 2. v. 18.

Cardin. Hug.

Rich. à S. Laur.

quem etiam sensum pulchrè inflexit Amedæus hom. 5. de Laud. Virginis ea Sponsæ verba Cant. 1. vers. 3. *Post te curremus in odorem vnguentorum tuorum*, hunc in modum: Currit post Iesum, non tantum in odore vnguentorum, sed in multitudine *dolorum, non solùm in gaudio consolationum, verum & abundantia passionum. Cernebat verum Salomonem Mater eius in diademate, quo coronavit eum noverca Synagoga, & ipsa coronata corona tribulationis post eum incedebat*, stabat autem iuxta Crucem: *Vt illud dulcissimum caput Nati vnctũ oleo iustitiæ præ participibus suis arundine percussum, & spinis coronatum tristi spectaculo videre. Aspiciebat speciosò præ filijs hominũ, non esse speciem, neque decorem excelsum super omnes gentes, despectum, & novissimum reputatum, &c.* Vnde post nonnulla inquit: *Hausit poculum amarius ipsa morte, & quod hominum genus ferre non posset, adiuta divino munere fœmina valuit sustinere: Vicit sexum, vicit hominem, & passa est vltra humanitatẽ. Torquebatur namque magis, quam si torqueretur ex se, quoniam supra se incomparabiliter diligebat id, vnde dolebat.* Hæc & plura Amedæus ibi. Iam verò hæc Mariæ compassio hoc est simultanea, cum Christo Passio eò sanè ibat, vt, quo poterat modo nostræ salutis adiutrix, & cooperatrix foret, benè id considerante Lanspergio hom. 48. de Passione, his verbis. *Voluit Christus Mariam adesse sibi in doloribus, vt ex ijs: quæ foris oculis cerneret, intus animo vulneraretur, vt sic Christi Passioni, Redemptionique nostræ particeps fieret, & cooperatrix*: Hæc ille; quæ lætius diffundit Richardus postea afferendus.

Amedæ, Cant. 1. v. 3.

Lansp.

3 In quam rem miram emphasim habet Mariæ habitus iuxta Crucem non sedentis, sed stantis dicente, Ioanne cap. 19. vers. 24. *Stabat autem iuxta Crucem Iesu Mater eius*; & observante Ambrosio epist. 82. *Stantem lego: flentem non lego*: cum tamen sub Sponsæ nomine de singulis Ecclesiæ fidelibus dicatur, sub vmbra Crucis dulcissimos eius fructus capientibus non stare, sed sedere dicatur, Cantic. 2. vers. 3. *Sub vmbra eius, quem desideraveram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* Quæ verba semel, & iterum

Ioan. 19 v. 24.

Cant. 2. v. 3.

A Ambrosius in hunc sensum pulchrè inflectit: Sic enim primum. *Christus ergo affixus ad lignum, sicut malus pendens in arbore bonum odorem humanæ fundebat Redemptionis, qui gravis peccati detorsit fœtorem, & vnguentum potus vitalis infudit*, ita ibi, & in Psalm. 118. *Nobis quoque manus suas expandit Iesus, vt totum mundum obumbraret. Quomodo non sumus in vmbra, quos Crucifixus à malignitate sæculi, & corporis ardore defendit?* & lib. 7. in Lucam

Ps. 118.

B *in vmbra eius concupivit, & seddit Ecclesia*: Hæc omnia Ambrosius: quæ brevi perstrinxit Bernardus serm. 48. in Cant. inquiens *sedere, quiescere est*: Sedet ergo Ecclesia; sedent animæ iustæ sub vmbra Christi, Maria verò stetit, & stat iuxta Crucem. Sed cur aut fideles stare; aut Maria sedere non dicitur? interest aliquid inter vnum, & alterum? aut plus dignitatis

Ambros. Bernar.

C habet stare, quàm sedere? ita quidẽ, & multum per omnem modum: Sedet quippè, qui quiescit, & adepta re concupita fruitur, & sibi arat, sibi occat: Stat verò, qui tanquam Princeps, aut belli dux auxiliarem manum suis porrigit, opitulatur, fauet; protegit; nec sibi, sed suis vivit: Ideò ergo Maria fidelium Regina; & humanæ salutis cooperatrix *stare* dicitur ad morem Filij sui, qui vt Stephano prælianti auxiliaretur, velut paterna sede relicta stetit, vt ei auxilio esset: illo signatè dicente: *Ecce video cælos apertos, & Filium hominis stantem à dextris Dei*, Actuum 2. vers. 55. vt argumẽto fuerit; ipsam iuxta Crucem non suã, sed nostram rem agere, & stare ea de causa dici, tanquam nostræ Redemptionis adiutrix, quæ opem, & auxilium nobis est allatura: Sub quo sensu accipio verba Ambrosij stantem *lego flentem non lego*: vt dixerit: stat, quia nos adiuvat, non flet, quia non tam Matris Filij sui, quàm fidelium negotium, & publicæ salutis curam gerit.

D

Act. 2. v. 55.

E

4 Iam denique in hunc sensum maximè observanda, & expendenda est Lectio Caldea Paraphrastis, Eugubini, & aliorum; quæ pro *adiutorium simile sibi* habet *sustentaculum, iuxta ipsum*, quæ vt primario significat, mulierem datam in curarum levamen, & solatium viri, ita de Christo, &

Lect. Cald.

Ma-

Maria accepta omninò indicat, ip-
sam Christi Cruci suffixi firmum, &
pulchrum sustentaculum, cui ipsi
inniteretur exstitisse: Quare obser-
va lachrymabiles illas Domini in Cruce
ad Patrem voces: *Deus meus, Deus*
meus, ut quid dereliquisti me? Matthæi
27. vers. 46. Quæ eadem sunt cum
prænunciatis à David, Psalm. 21.
vers. 1. *Deus Deus meus respice in me:*
quare me dereliquisti? Quæ primum de
acerbissimis cruciatibus, quos in
Cruce Dominus perferebat, sic accipienda sunt, vt ijs vocibus demostraret, tum se esse hominem passibilem doloribus, & morti obnoxium: *Quia enim in toto progressu Passionis* (inquit Card. Bellarm. in Psalm. 21) *tanta animi æquitate Dominus omnia pertulerat, vt ne gemitus quidem exaudiretur, potuissent homines, ipsum superiore aliqua virtute impassibilem redditum dolores non sensisse; ideò igitur vicinus morti protestatur, se verum esse hominem, verèque passibilem, & à Patre derelictum in doloribus, passionis acerbitatem sensu doloris intimo, & maximo hausisse:* deinde verò sensum communem habere videntur, cum illis, quæ ipse in horto Getsemani, cum *cæpit pavere, & tædere* discipulis dicebat: *Tristis est anima mea usque ad mortem*, Matthæi 26. vers. 46. dum vtrobique, & pavere, tædere, dolere, & queri videtur se à Patre derelictum, quod sineret, vt hi propter quos venerat iudæi, eum desererent, itidemque, quod videret plures è Christianis Redemptionis effectum propter ipsorum peccata non fore sint assecuturos: tum etiam alios non ea alacritate, diligentia, & devotamente, qua par erat, virtutes officia suscepturos; vel tādem (quod Athanasius, Nazianz. Cyrill. Alex. Augustin. & Leo apud Maldonatum docēt) non pro se Dominum, sed pro nobis clamavisse dicendum est, quos cum à Deo desertos, ab eoque alienatos videret, in eius gratiam reponere vellet: Iam verò, vt vt sit ecce Dominum in summo mœrore dolenter se à Patre derelictum quærentem: Ecce Mariam stātem iuxta crucem: *Sustentaculum iuxta illum: Stabat Sancta Maria* (inquit Ambros oratione de obitu Valentiniani) *iuxta crucem Filij, & spectabat Virgo sui vnigenti Passionem. Stantem lego, flentem non lego*: At enim, cur virgo non fleret? Cui enim dolori, aut tristitiæ insinuandæ, factæ aut inventæ sunt lachrymæ? Cui luctuoso spectaculo adeò dignè longum in fletum opportunius funderentur, cum à deformatione tantæ Maiestatis, vel ipse Sol oculos avertit? *effugit omnem sensum* (inquit præfato loco Amedæus) *humanos intellectus exuperat concepta de Passione Nati tristitia. Nulla huc similitudo, nulla ad tantam mœroris acerbitatem accedit comparatio. Quæ enim Mater dilexit filium suum, vt illa? Non enim fortuitò concepit, vt cæteræ mulieres, sed vnicus Patris pia electione, & gratuita bonitate matris visceribus influxit. Hoc est vnde magis diligebat: eumdem quoque habuit Deum, quem & Filium, quia homo natus est in ea: & hoc est vnde magis incomparabiliter diligebat, sola enim à sæculo meruit habere eumdem, Filium que & Deum.*

Verū enim verò: *Stantem lego: flentē non lego*: Nam, quæ Filio *sustentaculum iuxta illum erat*: stare oportebat, tanquam columna firmissima cui inniteretur; flere non debebat, ne Filio novum dolorem supra dolorem adderet, sed consolationem, & levamē constantia, & fortitudine adhiberet. Pergit Amedæus: *Propterea in tanta posita adversitate, nec resolvit pudorem verecundiæ, nec amisit vigorem constantiæ, &c: Stare enim in illa cordis amaritudine magnæ adscribitur constantiæ: abstinere à lachrymis, summæ verecundiæ annotatur: Cohibebat illa lachrymas præ pudore, stabat sublimissima quadam animi magnanimitate: itaque nec dolor excussit lachrymas, nec animum pœna deiecit*: Sic Amedæus: Ergo Deipara, & corporis habitu, & animi constantia eam firmitatem, & fortitudinem præferebat, quæ summam cum Patris voluntate humanum genus Filij morte salvare volentis concordiam manifestaret: Quare rursum Ambrosius lib. 10. in Lucam cap. 33. *Ante crucem stabat, & pijs spectabat oculis Filij vulnera, quia spectabat non pignoris mortem, sed mundi salutem*: Sanè vt pijs loqueretur oculis, tantum non dicens Filio: Macte Fili, qui à Patre videris derelictus, cui ipse non pepercit, sed pro mundi salute tradidit

te,

Matth. 27. ver. 46. *Psal. 21 v. 1.* *Cardin. Bellar.* *Matth. 26 ver. 46.* *Athana Nazia. Cyrill. Alex.* *August. Leo. Malde.* *Anbro.* *Amedæ.* *Ambros.*

te, vt vivificares populum tuum. Macte mundi ſalus, & vita. Macte qui mirabiliter hominem condidiſti, & mirabilius reformas. Macte, *qui obediens fuiſti, vſque ad mortem, propter quod Deus exaltabit te, & donabit tibi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine tuo, omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur: quod dominium Dominus ſedebis in gloria Dei Patris.* Hæc Mariam interiori locutione Filio ſuggeſiſſe; ipſumque Divinitatis oculis, vidiſſe & audiviſſe, & inde maximam conſolationem percepiſſe, quis ambigat? Audi iam: Eccleſiam Græcam in Menæis die 6. Iunij poſt Ode. 3. de S. Hilarione, ſic Deiparam Filium alloquentem faciente: *Cum exſaltareris in Cruce ò Fili! vna tecum levaſti homines iam olim proſtratos: Me vero Matrem tuam exſaltatione hac humiliaſti, ò lumen oculorum meorum! Nihilominus propter homines cruciatum iſtum lubens, ac volens acceptа, ſuſtine Crucem, clavos, ſpongiam, haſtam, per quæ Paſſionis tuæ inſtrumenta talem hominibus vitam largiris, quam nullus vnquam attinget cruciatus, & dolor:* Addit Bernardus ſerm. de Nativitate Virginis: *Spiritus Sanctus ſupervenit in eam, & virtus Altiſſimi obumbravit, tunc vel maximè eum Filium in cruce pendentem non vidit ſolũ, ſed obtulit Patri ſuo.*

Eccleſ. Græc.

Bernar.

6 Vidiſti Maria ſuſtentaculum iuxta illum: audi illum tanto ſuſtentaculo innixum ſignatiſsimis verbis apud Iſaiam in hoc Crucis, & mortis articulo dicentem: *Circumſpexi, & non erat auxiliator, quæſivi, & non fuit, qui adiuvaret, & ſalvavit mihi brachium meum, & indignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi:* Sed attentiſsimè obſerva provocem *indignatio*. Hebraicè eſſe *HHamathi* hoc eſt fervor, ardor, æſtus: quod ad Solem propriè refertur, cuius proprium eſt fervere, & ardere vt proverbio ceſſerit per ironiam dicere *Solem facibus adiuvare*: Vnde nõ nulli peropportunè vertunt *Sol meus ſuſtentavit me*. Vt dixerit omninò Dominus: me tot, tamque diris cruciatibus, & intam miſeranda afflictione, & triſtitia à Patre derelictũ *Sol meus*, qui eſt Mater mea, *ſuſtentavit me*, & circumfulſit (id namque ſignificat Hebræum Verbum) vt volens; & libens fierem Patri obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis, & eam pro hominum ſalute obirẽ: Cui cogitationi mirè fauet Solis imago, qua ad puriſsimam Virginem ſignificandam vſus eſt Vates, Pſalm. 18. v. 5. cum ait: *In Sole poſuit tabernaculum ſuum*, vt Gregorius Magnus hom. 28. in evangelia, & alij PP. volunt; & quidẽ de hoc tabernaculo, ſic diſſeruit Richard. à S. Laurentio lib. 10. de Laud. Virg. *Vterus virginalis propriiſsimè tabernaculum dicitur, quod tabernaculum propriè eſt militantium, ſicut enim miles pugnaturus armatur in tabernaculo, vt armatus exeat ad conflictum, ſic Chriſtus cum diabolo pugnaturus armatus ingrediens in paſſione dimicavit*: Hæc ille: vbi manifeſtè vides Mariam ſtantem iuxtà crucem hoc eſt *ſuſtentaculum iuxta ipſum*, quæ Filium contriſtatum, & à Patre derelictum, vel ipſis piis oculis, & frontis ſerenitate internum ſermonem, & ſi fas eſt dicere exhortationem manifeſtante ſuſtentavit; & fulſit, vt factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis; ſalutem humani generis operatus ſit: Cuius ſuſtentaculi, ſtudij, atque facti, ſecundum, & fauſtiſsimum pro voto exitum è veſtigio ipſe declarat, veram videlicet, & abſolutam ex hoſtibus portam victoriam, inquiens: *Et conculcavi populos in furore meo, & inebriabo eos in indignatione mea, & dextraxi in terram virtutem eorum*: quippè qui miſericordiæ ſpiritu incenſus à Maria erat ad miſeros, & afflictos liberandos, & ad ignoſcendum peccatoribus; vltionis & iudicij ſpiritu contra humani generis hoſtes vigebat: vt verè dixerit Richardus: *Verum eſt Domine, quod non eſt vir tecum, ſed mulier vna tecum eſt*: Quò etiam faciat, quod idemmet Richardus lib. 5. de Laud. Virginis excogitavit in Abiſag calefaciente Regem David 3. Regum 1. vt figura fuerit Mariæ, inquiens. *Maria enim eſt Abiſag, quæ pedes, ideſt, affectus veri David frigeſcentes calefacit ad amorem noſtrum*, & quod opportuniſsimè lib. 10. de Laud. Virgin idemmet dixit. Mariam eſſe *fornacem operum ardoris Chriſti*, in qua, ſcilicet, ignis, & ardor charitatis ipſius in ipſoſmet diros hoſtes

A

B

C

D

E

Pſal. 18 v. 5.

Rich. à S. Laur.

Richar.

3. Reg. 1

ſtes reaccenderetur. Meritò ſiquidem veri David frigeſcerent affectus erga Iudæos, qui ipſum, & abnegarunt, & morti tradiderunt: ſed vera Abiſag eos calefaciebat; piè Filio pro ipſis exorans, & veniam poſtulans benè id conſiderante V enerab. Guillielmo ad id Cant. 3. verſ. 4. *Tenui eum, nec dimittam*, hunc in modum. *Obliviſcitur quod dulciſſimus Filius, tam crudeliter ab ipſis fuerit occiſus, tantum intuetur ſalutis hoſtiam ex illis ſumptam. Recordare (ait) Fili, quod carnem ex eis acceperis, in qua, & per quam operatus eſt ſalutem in medio terræ: vtique decet ſpiritualibus tuis eos participare, quorum carnem non exhorruiſti.* Sic ille.

Guillic. Cant. 3. v. 4.

7 Vis videre cœleſtem Abiſag calefacientem pedes Divini David, & ad miſericordiam inflammantẽ: contemplare latronem ſimul cum Chriſto Cruci ſuffixum, repente in Apoſtolum commutatum: quibus meritis? quibus precibus, quibus auxilijs? reſpondet Hilarius, *tranſeunte palmas clavo, dolor gemitus accendit*: Benè quidem: at alterius etiam latronis palmas clavus afflixit; nec tamen Chriſtum agnovit: quid ergo fuit in cauſa? Reſpondebo fidenter: Stetiſſe MARIAM *iuxtà Crucem*: ſed quo modo ſtabat? reſpondet S. Bernardinus media inter Chriſtum, & latronem; vt eius converſio MARIA mediatrice facta ſignificetur ſubijcio ex bono Auctore Hadriano Lyreo de imitatione Chriſti patientis lib. 4. cap. vlt. in hanc rem acutam obſervationẽ his verbis expreſſam: *Adde, tunc temporis ante illam Solis eclypſim, vt è ſitu Crucis appareat, vmbram Virginis dextrorſum fuiſſe protenſam verſus latronem, vt in ipſamet vmbra luce clarius appareret, converſionem peccatorum ad vmbram, ideſt, protectionem Virginis pertinere.* Nec nudam latronis converſionem in hac MARIÆ vmbra conſideraveris; ſed in illa omnium in vniverſum fidelium ſalutem, & aditum Paradiſi apertum, atque electi ex eo Adami reſtitutionem in integrum contemplari debes. ſapienter dicente Epiphanio ſermone de Laudibus Virginis hùc intento: *Paradiſum clauſum aperuit, & per latronem rurſus Adamum complantavit*: Sic ille, vt ex inde *clavis regni cœleſtis* à S. Ephrem merito eſſe dicatur.

Bernardinus. Lyreus. Epipha. S. Ephrẽ

Pergit verò ſubinde Arnoldus, inquiens: *Cooperabatur tamen plurimùm ſecundùm modum ſuum ad propitiandum Deum ille Matris affectus, cum tam propriè, quàm Matris vota charitas Chriſti perferret ad Patrem, cum, quod Mater peteret, Filius approbaret, Pater donaret.* Hæc ille, & quidem opportunè eo quæſito verbo vtitur *cooperabatur*: vt Mariæ excelſum titulũ cooperatrix noſtræ Redemptionis tribuat, quod ipſa animæ ſuæ immolationem, & acerbiſſimos ſpiritus cruciatus vnà cum Filij Paſſione cõiungerer, vt humanæ ſalutis cauſam ageret. Quare ſubdit Arnoldus: *Diligebat Pater Filium, & Filius Patrem. Mater verò poſt vtrumque ardebat: vnumque erat, quod diverſa exhibebant officia, quod Pater bonus, quod Filius pius, quod Mater ſancta intendebant, quod in commune elaborabat dilectio, ſimulque ſe complectebantur pietas, & charitas. Matre interpellante, Filio ſupplicante, Patre propitiante Filius ad Matris pectus, & vbera; Pater ad Filij Crucem, & vulnera reſpiciebat; & quid inter hæc tanta pignora non moverent? quid illa Sanctitatis Schola niſi pietatem doceret? quid niſi miſericordiam informaret?* Hæc ibi Arnoldus: ſed & hac peculiari pietate imbutus; alio ſpeciali tractatu *de Laudibus B. Virginis Matris Chriſti Mariæ*, cum plura in hanc ſententiam dixiſſet, quæ iam alibi dedimus ſubdit: *Dividunt coram Patre inter ſe Mater, & Filius pietatis officia, & miris allegationibus muniunt Redemptionis humanæ negotium, & condunt inter ſe reconciliationis noſtræ inviolabile teſtamentum, MARIA Chriſto ſe ſpiritu immolat, & pro mundi ſalute obſecrat, Filius impetrat: Pater donat*: Obſerva modo illa *miris allegationibus*: quod propriè ad Advocatum pertinet pro cliente reo allegante.

8 Arnold.

Iam verò ex his noſtram confidentiam, & invictam in Mariæ patrocinium ſpem, atquè fiduciam ſic acuit Ioannes Gerſon in Canticord. tomo 3. inquiens: *Exhilarescas ad hæc, & ſpera tu, qui perieras miſerande homo. Quid vltra negare tibi Mater miſericordiæ poterit, ſi proprium pro te filium*

9 Gerſon.

conſenſit offerri tantæ miſeriæ? Quid concedet beatifica in cœlis, quæ talia dabat in terris afflicta? Perdidit miſeriam, nunquid & miſericordiam? perdidit paſſionem, ſed nunquid compaſſionem? perdidit profecto compaſſionem afflictivam, ſed retinet compaſſionem electivam. Sic ille. Tandē verò cum Richardo omninò obſerva Dominum, iam moriētem caput ſuum Virgini pro hominibus intercedenti inclinaſſe dicente Ioanne cap. 19. verſ. 20. *Et inclinato capite emiſit ſpiritum*: ſic hæc verba expendente Richardo: *Et nota, quod caput ſpinis coronatum inclinavit, quaſi diceret, O vos peccatores precibus Matris meæ vobis dexteram porrigo, & caput meum confixum vobis oſtendo.*

Rich. à S. Laur.

Ioan. 19 v. 20.

EXEMPLA.

CVM minimè dubitari poſsit. Deiparam ſemper, & vbique Advocatā humani generis eſſe; nec vnquam ab interventione, & patrocinio deſiſtere illud fuerit omninò maximopere notandum; eam eſſe hominum improbitatem; & in peccatis atrocem obſtinationem; vt tam prōptam Virginis benignitatem ſi nō impedire, ſaltem retardare quodammodo videantur. Quod ipſa nobis indicare voluit: *Cum S. Coletæ (vt in eius vita ſcribit Surius die 6. May) ferventiſsimè pro peccatoribus exoranti Deipara apparuit tenens diſcum, in quo cruentæ particulæ in fruſta conciſsi infantis, quam plurimæ erant; ſimulque Coletam monens*; ſic Filium ſuum à peccatoribus cottidie diriſsimè cōſcindi: proindeque difficilius moveri erga illos.

Surius.

Verum enim verò ne ambigas; ipſam omninò erga peccatores moveri, quæ pro ipſis Filium obtulit in remiſsionem peccatorum prævalente in ea deſiderio mundi ſalutis ad inſtar Summi Patris: qui proprio Filio ſuo non pepercit, ſed nobis omnibus tradidit illum, *ad Roman. 8. verſ. 32. vt pro rei opportunitate hìc repetam verba, quibus Venerabilis Guillelmus paraphraſticè effert illud cœleſtis Sponſi ad Matrem, Cant. 6. ver. ſ. 4.* Averte oculos à me, *hunc in modum*: Habeant materni oculi vacationem, ſed à me: porrò ad membra mea vacare illos nolo. Averte à me ad fratres, & filios meos. Ne claudas illos, ſed averte à me. Tantiſper maternam pietatem à me in meos.

Rom. 8. v. 32.

Guillic. Cant. 6. v. 4.

Referunt Pennotus in hiſtoria Canonicorum Regularium, & ab eo Spondanus ad annum 1483. num. 7. *eo anno in templo pacis à Xiſto IV. conſtructo ferum militem repetitis ictibus ſtricto ferro Imaginem Virginis confodiſſe, donec copioſus ex ictibus ſanguis proflueret*: En Virginem patientem vide iam Paſsionis fructum. Addunt prædicti Auctores: *Mira exinde compaſsio, & devotio, miruſque amor vniverſi populi in Deiparam, ſic in imagine ua deturpatam excitatus eſt.*

Spōdan.

EIVSDEM argumenti.

MARIA ſtans iuxtà Crucem efficax humani generis Advocata; quod pro ipſo in cauſa Redemptionis iam pridem fideiuſſerit.

ADNOTATIO VI.

DIgna quidem ſunt ea Ambroſij verba de Maria; *quia cognoverat per Filij mortem, Mundi Redemptionem Aula Regalis putabat ſe, & ſua morte publico muneri aliquid addituram*; quæ ſemel & iterum explicentur, & expendantur: & primum vt obſervem id *publico muneri addituram*, in memoriam revoco, quod lib. 1. adnotat. 12. & adnotat. 15. latius aſſeruimus: nempè Mariā pro Chriſto Domino noſtro, & Filio ſuo ſalutem humano generi allaturo fideiuſsiſſe;

I

Andr. Cret. dicente de ipſa Andræa Cretenſi: *Hæc eſt diuinarum reconciliationum, quæ pignore dato ſit, fideiuſsio ſubſiſtens:* & ad ipſam S. Theophane in Menæis: *Diuinorum Vatum aſſerta, Tu ò ſola inter omnes benedicta! ſigillo auctoritatis tuæ firmaſti, cum pareres Verbum, quod loquebatur per illos, quoàque Diuinis eorum oraculis hunc ipſum, quem præſagierant exitum dedit, & complemẽtum:* itidemque in hunc ſenſum prænunciante Iſaia cap. 25. verſ. 1. *Domine Deus meus es tu: exaltabo te, & confitebor nomini tuo, quoniam feciſti mirabilia: cogitationes antiquas fideles: Amen.* Ad quæ verba adnotavimus duo: alterũ in Hebræo pro his verbis *fideles Amen*, eſſe *fidelitas fidelitas*: primum verbum in terminatione maſculina; ſecundum in fœmenina: quod nõ tã capiebamus de omnimoda firmitate duplicata voce aſſerta, vt boni auctores explicant, quàm de Chriſto Domino in terminatione maſculina, tanquam de Redẽptore; & de Maria eius Matre in terminatione fœmenina; quaſi ab ipſa fideiubente reconciliationis tabulas fideles, validaſque ſubſiſtere, Deo beneplacitum fuerit: alterum; quod præcedentis confirmatio eſt, pro voce *Amen.* LXX. legiſſe *fiat*: quod omninò referendum duximus ad illud diuinum Mariæ *fiat*, Angelo nunciante reſponſum Lucæ 1. verſ. 38. quod magni huius Redemptionis operis, & Diuini Incarnationis Sacramenti cõplementum fuit, quaſi fideiuſsio diuinæ recõciliationis ſubſiſtens, & ſigillum, quod diuinorum Vatum aſſerta firmavit; omninò fuerit: Cui ſanè obſervationi ſic aſſertæ non omninò abs re congruere dixeris Ambroſij verba de Maria, quæ *putabat ſe, & ſua morte publico muneri aliquid additurã*; quippè, quæ in Redemptionis negotio, & cauſa pro Filio fideiubebat.

Iſai. 25. v. 1. *Lect. Heb.* *LXX.* *Luc. 1. v. 38.* *Ambroſ.*

2 Sed quomodo? aut qua morte? Maria publico Redemptionis muneri aliquid adderet: Quid eſt *ſua morte?* obijt ne diem Beata Virgo in illa Paſsionis die? ſive in illis funeſtiſsimis tenebris. Non equidem tunc vitam Virgo cum morte commutavit, ſed quod amarius, & terribilius fuit; mortem tanto dolori ſuo debitam commutavit cum morte, multo amariori, & terribiliori non exhalavit ipſa animam, quod illi connaturale, & tantis cruciatibus cõſentaneum erat, ſed exhalavit vitam, vt diutius moreretur; ſicut de B. Laurentio attrociſsimè igne cremato dixit Auguſtinus tractatu 27. in Ioan. *Non diu vivere permiſſus eſt, ſed tardè mori compulſus eſt*: ſic iam citatus Amadæus de Maria: *Ibi mœror: ibi dolor: ibi agonia: ibi æſtus animi: ibi incendia, ibi mors morte durior, vbi vita non tollitur, & mortis anguſtia toleratur.* Ecce mortẽ Virginis; vivam ſcilicet mortem; qua putabat ſe publico muneri aliquid additurã: ſed quomodo? occurrit Arnoldus *tractatu de ſeptem verbis Domini*, inquiens: *Chriſtus carnem, Maria immolabat animam. Optabat quidem ipſa ad ſanguinem animæ, & carnis ſuæ adolere ſanguinem, & elevatis in crucem manibus celebrare cum Filio ſacrificium veſpertinum, & cum Domino Ieſu corporali morte Redemptionis noſtræ conſummare myſterium*: ſed & Bernardus de hac morte Virginis ſerm. de verbis Apoſtoli ſcitè ait: *Ille* (Chriſtus) *corpore mori potuit: iſta* (Maria) *corde mori non potuit? Fecit illud charitas, qua maiorem nemo habuit: fecit, & hoc charitas, cui poſt illam altera non fuit.* Adſtipulatur his Richardus à S. Laurentio libro 2. de Laudib. Virgin. tum vivam hanc MARIÆ mortem deſcribens; tum etiam qua ratione ipſa publico muneri ſatisfecerit: ſic enim primum ait: *Cor Virginis dulce, & amariſsimum plus, quàm dici poteſt amaricatum eſt Filio illius crucifixo, & animæ eius totalis alveus per compaſsionem repletus eſt torrente Paſsionis, quæ videlicet anima, tunc vulnerabatur propter iniquitates noſtras, & atterebatur ſuo modo propter ſcelera noſtra. Dolores ſiquidem noſtros, & Filij, & languores noſtros, & Vnigeniti, tum ipſa portavit in infimæ pietatis viſceribus*: Nam tunc fuit omnis plaga triſtitiæ cordis eius, Eccleſiaſt. 3. Sic ille. Deinde verò opportunè ſubijcit: *Charitate autem eximia, qua vulnerabatur, Vnigenitum ſuum dedit pro ſceleribus noſtris, & fructum ventris ſui pro peccatis animarum noſtrarum.*

B. Laur. Auguſt. *Amedæ.* *Arnold.* *Bernar.* *Rich. à S. Laur.* *Eccl. 3.*

Ecce tibi Virginem paſsione, & vulneribus cordis, & cooperantẽ cum 3

Filio in noſtram ſalutem, & pro illa fideiubentem. Pro quo iterum advocamus, quod lib. 1. adnatat. 15. num. 7. ex iis, quæ in epiſt. ad Philipp. de Chriſto tanquam humani generis fideiuſſore peccatorum pœnas Summo Patri creditori exſolvente diximus: Nimirum inibi inducebamus Deum *proprio filio non parcentem* (ad Roman. 8. verſ. 32.) ſed omne debitum vſque ad vltimum quadrantem ab ipſo, tanquam à fideiuſſore exigentem illis verbis Salomonis Prov. 20. verſ. 10. *Tolle veſtimentum ab eo, qui fideiuſſor exſtitit alieni*: Quod itidem non impropriè ad Virginem extendebamus cum ipſa Chriſti indumentum, & purpura Filij ſui à PP. nominetur: dixit namque ei Methodius M. in Hyppapantem. *Tu es impollutum illius indumentum, qui luce vti veſtimento circumfunditur*, & eodem ductu Gregorius Thaumaturgus ſerm. 2. de Annunciatione Mariam lucis *indumentum* appellavit. Vt Summus Pater, qui Mariam intuitus in Sacramento Dominicæ Paſſionis dixit: *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*; ab ipſa, & tanquam ab adiutorio, & tanquam à fideiuſſore debitum repetens dicat: *Tolle veſtimentum ab eo, qui fideiuſſor exſtitit alieni*: vt videlicet Mater eadem vulnera patiatur in anima, quæ Filius perferebat in corpore: vti ex PP. vidimus ſignatè verò dicente Philippo Abbate epiſt. 14. *Adeò inventa eſt Mater pro Filio doluiſſe, vt quod in carne Filius, credenda eſt Mater in animo pertuliſſe.* Quam cogitationem opportunè confirmat Richardus à S. Laurentio præfato loco ſubijciens: *Tunc impletum eſt illud, quod de prima muliere dixerat Deus in figura Mariæ.* Non eſt bonum hominem eſſe ſolum; faciamus ei adiutorium ſimile ſibi: *Nolebat ſiquidem Deus Pater (ſi liceat ita loqui ſolius Filij morte ſalvari genus humanum, & diabolum condemnari, ſed diſpoſuerat in manu fœminæ tradere Siſaram* (Iudicum 5.) *& quod vna mulier Hebræa confuſionem faceret in domo Nabuchodonoſor, Iudith. 4.* Ex quibus ſic tandem concludit. *Sic igitur patet, quèmadmodum hæc mulier cooperata ſit ad ſalutem mundi.* Hæc Richardus: ita omninò ad rem Arnoldus, iam citatus tractatu de Laudibus Virginis dicebat: *Omninò tunc erat vna Chriſti, & Mariæ voluntas, vnumque holocauſtum ambo pariter offerebant Deo, hæc in ſanguine cordis, ille in ſanguine carnis*: vt boni quidem fideiuſſores, quorum vnuſquiſque diceret: *Quæ non rapui, tunc exſolvebam.*

Sed benè eſt: Deiparam Summi parentis mentem profundè penetraſſe, & dictis obtemperantem ſeſe cruci ſuffixiſſe in hunc ſenſum inflectētibus PP. verba Ioannis 19. verſ. 20. *Stabat Maria iuxtà Crucem*, & componentibus cum illis Cant. 7. verſ. 7. *Statura tua aſſimilata eſt palmæ*. Nam præterquam quod Epiphanius oratione de Deipara ipſam *Cruciformem* appellavit, quaſi ad inſtar Filij corde, & animo Cruci confixa eſſet; opportunè dixit Arnoldus: *In facium Filij ſè oppoſuerat Mater, & gladio doloris animo eius infixo vulnerabatur ſpiritu, & cruciabatur affectu, & quod in carne Chriſti agebant clavi, & lanceæ: hoc in eius mente compaſsio naturalis, & affectionis maternæ anguſtia*: vbi expendere oportet, *quod in carne Chriſti agebant clavi*, nec aliunde cognoſcere, quā ab ipſo crucis ſupplicio; quod vel gētilis Seneca ſic expendit epiſt. 101. *Dum patibulo crucis quis pendet diſtrictus, quid huius vivere eſt? Diu mori: vulnus ſuum premere: inter ſupplicia tabeſcere: perire membratim. Toties potius per ſtillicidia quaſi amittere animam, quam ſemel exhalare. Quin etiā adactus ad illud infelix lignum, iam debilis, iam parvus, & in fœdum ſcapularum, ac pectoris tuber eliſus trahere animam tot tormenta tracturam. Huius ſiquidem vita, ſupplicij mora eſt*: ergo hæc in corpore patiente Domino MARIA ſtabat Cruciformis corde itidem eadem patiens affectionis maternæ anguſtia diu moriens, & vulnus ſuum premens, & inter ſupplicia tabeſcens, & membratim periens: iam audi Guillielmum in præfata Canticorum verba: *Stabat iuxtà Crucem Ieſu Mater eius: planè ille foris, illa intus patiebatur Crucem: Stabat illa iuxtà Crucem ſui Ieſu, atque ea ipſa quodammodo erat in Crucem erecta ſtando iuxtà Crucem: ipſa ſibi per affectum maternum quodammodo erat Crux.*

Rom. 8. v. 32. — Pro. 20. v. 10. — Metho. — Gregor. Thaum. — Philipp. — Rich. à S. Laur. — Iudit. 4. — Arnold. — 4 — Ioan. 19 v. 20. — Cant. 7. v. 7. — Epipha. — Arnold. — Seneca. — Guilliel.

5 P. Salazar.

Pertractans piè, & luculenter hoc argumentum P. Salazarius in cap. 8. Prov. verſ. 14. num 76. in illud advocavit, quod Aſtrologi tradunt de Lucifero, ſeu ſtella matutina; quæ cum Libræ domũ ingreditur, ibi præeſſe, & regnare dicitur: nimirum cũ Planeta quiſquam in domo ſua eſt, ibi totam vim, influxum & robur ſuũ exerit: pergit ſtatim, & cum tam ex ſenſu Eccleſiæ, quam Anaſtaſij Synaitæ lib. 4 cõtemplat. in Hexameron Crucem Chriſti, libram, ſeu ſtateram aſſerat, in qua Chriſti corpus appenſum, & in vna bilance; cũ altera peccatis hominum onerata libratum fuerit: opportunè infert Mariam cum ſtetit, iuxtà crucem, ideſt, iuxtà ſtaterã illam myſticam, tanquam Luciferum in domo ſua vim robur, & fortitudinem ſuam maximè oſtendiſſe: quia tunc præfuit, & dominata eſt, regens viriliter animi ſui motus, ne quid non fortiter, & magnanimitate ſua dignum admitteret: Sed enim vt meditatio hæc Salazarij vera, & acuta ſit: ego vero hanc Luciferi, & libræ imaginem in alium, atque alium ſenſum inflexerim: Primò quidẽ vt ſanctiſsima Virgo ſimul cum Summo Patre ſtateræ crucis libripes fuerit; vt cum bilancẽ vnam hominum peccatis oneratam; alteram verò Chriſti doloribus, & Paſſione adornatã viderit; in hac libra, ſeu ſtatera præſidens, & regnans; Paſſionem Chriſti præponderare, & copioſam pro mundi ſalute redemptionem eſſe regia auctoritate firmaverit, iuxtà ipſiſſimet Redemptoris ſenſum apud Iob cap. 6. verſ. 2. dicentem. *Vtinam, appenderentur peccata mea* (quorũ pœnã, & dolores ipſe portavi) *quibus iram merui, & calamitas, quam patior in ſtatera, quaſi arena maris hæc grævior appareret*: A qua cogitatione non longè abeſt Richardus à S. Laurentio lib. 4. de Laudibus Virgin. præfata Ioannis verba, quæ in manibus habemus, ſic elucidans: *Stabat iuxtà crucem Ieſu Mater eius: licet enim certiſsimè ſciret Filium ſuum poſitum in ſtatera Crucis prætium eſſe ſufficiens pro peccatis totius mundi: tamen ſi quis calumniaretur, pretium hoc minus eſſe ſufficiens, præſto erat, ſe ipſam impendere, dum tamen ſic poſſet Divinæ voluntati ſe conformare*: Sanè vt quaſi fidelis fideiuſſor ſeſe omninò creditoribus vſque ad vltimum quadrãtem ſatisfaceret, ſi opus eſſet *publico muneri aliquid additura.*

Anaſtaſ. Synaitæ — Iob. 6. v. 2. — Rich. à S. Laur.

Sed & alio modo divinum hunc Luciferum, ſive ſtellam matutinam in ſtatera Crucis, vt in domo ſua dominantem, & regnantem iure optimo contemplabimur; dum cruciformis Deum, & Filium ſuum pro peccatoribus exoravit, vt veniam, ſalutem gratiam, & gloriam conſequerẽtur; & exaudita eſt pro ſua reverentia: Quò enim credis? iviſſe tot Mariæ cruciatus tormenta crucis? & mortes in Paſsione Filij; itidemque crudeliſſimi dolores, vt parturientis: nam *B. Virgo* (inquis) Damaſcenus lib. 4. de Fide Ortodoxa, *quos in partu dolores effugerat; paſsionis tempore ſuſtinuit*, & Bernard. in lamentat. Virg. *Nunc ſolvit Virgo cum vſura, quod in partu non habuiſti à natura*, niſi vt Humani generis Advocata pro illo efficaciſsimè intercederet, ſicut opportunè affirmavit Rupert. lib. 3. in verba Ioannis cap. 19. *Proinde quia ibi dolores, vt parturientis in Paſsione Vnigeniti pertulit, omnium noſtrum ſalutem B. Virgo peperit*: & ſimiliter Richardus à S. Laurent. lib. 2. de Laud. Virginis. *Filio ponente animam pro ſalute mundi. Mater & ſi non potuit pro mundo animam, expoſuit tamen, & quod potuit fecit*, ſub hoc planè ſenſu dicente Amadæo homil. 5. de Laud. Virginis: *Currit poſt Ieſum, non tantum in odorem vnguentorum, ſed in multitudine dolorum; non ſolùm in gaudio conſolationum, verum, & abundantia paſsionum. Cernebat verum Salomonem Mater eius, in diademate, quo coronavit eum noverca Synagoga; & ipſa coronata corona tribulationis poſt eum incedebat, ſtabat autẽ iuxtà Crucem*: Sic ille. Benè quidem Virginem inducens coronatam tribulationis incedentem poſt Filium, vt in libra, ſeu ſtatera Crucis, tanquã Regina præeſſet, atque regnaret cũ illo, & Redemptionis ſpolia diſtribueret. Sic quidẽ ſtantẽ conſiderabat Ambroſius iam adductis: *Eius ſpectabat oculis Filij vulnera, quia ſpectabat non pignoris mortem, ſed mundi ſalutem*, & totidem verbis Richardus à S. Laur. lib. 1. de Laudib. Virg. *Stabat enim iuxtà Crucem, non vt dolores filij conſideraret, ſed vt ſalutem humani generis exſpectaret*

6 — Damaſc. — Bernar. — Rupert. — Rich. à S. Laur. — Amadæus. — Ambroſ. — Rich. à S. Laur.

7

Illud rem auget, tam pro fideiuſſione, quàm pro regno, & dominatione ſtellæ Matutinæ in libra, ſeu ſtatera Crucis, quod ex Bonaventura conſideravit S Antoninus 4. part. tit. 15. cap. 20. adeò videlicet Deiparam conformē ſummo Patri in Paſſione Filij exſtitiſſe, vt ſicut de illo inquit Paulus ad Roman. 8. v. 32. *Proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum*: ſic ipſam Filium tradentem, & immolantem conſiderare poſſimus: audi illū. *Et quod dicitur de Patre æterno Chriſti, ita & de Matre eius temporali dici poteſt. Proprio filio non pepercit, &c. ſcilicet, paſſum voluntate, & affectu: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit pertinentia ad recreationem noſtram*: Sic ille, ſed S. Bonaventuræ verba ſignificantiora quidem omittenda non ſunt: ſic namque ait: *Nullo modo eſt dubitandum, quin virilis eius animus, & ratio conſtantiſsima vellet etiam tradere Filium ſuum pro ſalute generis humani, vt Mater per omnia cōformis eſſet Patri, & in hoc miro modo debet laudari, & amari, quod placuit ei, quod Vnigenitus ſuus pro ſalute generis humani offerretur, & tantū etiā compaſſa eſt, vt ſi fieri potuiſſet, omnia tormenta, quæ Filius pertulit, ipſa multo libentius ſuſtinuiſſet.* Vnde piè, & ſapiēter infert. *Verè ergo fortis, & pia, dulcis pariter, & ſeuera, ſibi parca, & nobis largiſsima.* Nec minus opportunè iterum Bonavent. ſerm. 1. de Virgine tomo 3. operū, inquiens: *Nulla poſtea creatura, ita per amorem noſtrum exardeſcet, quæ amantiſsimum Filium ſuum, & vnicum, quem plus ſe ipſa amavit, nobis dedit, & pro nobis obtulit.*

Bonavē. S. Anto. Rom. 8. v. 32. S. Bona. Bonavē.

8

Sed & duo inſuper hic fuerint obſervanda: alterum: non vtcumque Filium ſuum Deiparam nobis dediſſe; ſed licet ſummis tunc eſſet affecta cruciatibus, *quantum dolere potuit de tali Filio talis Mater* (vt inquit Bernard. in Lament. Virg.) illum tamen ipſam libentem, & hilarem pro nobis obtuliſſe, qualē nimirum *datorem diligit Deus*, vt inquit Paulus 2. ad Corint. 9. v. 7. Scitè id obſervante Gerſone titulo 2. de Canticordio par. 3. hunc in modum. *Erige cordis aures ad voces ſpiritus ſui, dum proprium filium, dum dilectum oris ſui, viſcerum quoque ſuorum, & votorum conſenſit crucifigi pro redemptione noſtra, dans nobis illum vtique cum gaudio, & exſultatione, quæ ſummam ſuperabat carnis angustiam. Alioquin qualiter impleſſet, quod dicitur Hilarem datorem diligit Deus*: Sic ille. Alterum; Virginē Filium ſuum ſingillatim pro ipſiſmet inimicis, & crucifixoribus: & pro ingratiſsimo populo illum morti tradēte obtuliſſe: Sic primum de perſecutoribus id affirmante Richardo à S. Laur. lib. 4. de Laud. Virg. *Virgo per ignem Spiritus Sancti, nec paſsionem Filij impedivit, nec crucifixoribus maledixit, ſed exemplo Filij (vt verè creditur) interceſsit*: de populo autem Hebræorum in hunc ſenſum inflectente Vener. Guillielmo id Cant. 3. verſ. 4. de Deipara: *Tenui eum, nec dimittā, donec introducam eum in domum matris meæ, &c.* his verbis. *Obliviſcitur quod dulciſsimus Filius, tam crudeliter ab illis fuerit occiſſus, tantum intuetur ſalutis hoſtiam ex illis ſumptam. Recordare (ait) fili, quod carnem ex eis acceperis, in qua, & per quam operatus es ſalutem in medio terræ: vtique decet ſpiritualibus tuis eos participare, quorum carnem non exhorruiſti.* Hæc & alia Guillielmus.

Rich. à S. Laur. Guilliel. Cant. 3. v. 4.

Iam verò erigendi ſunt oculi, & voces, vt dicebat Gerſon ad Mariam, tanquam ad ſtellam Matutinam, tanquam ad Advocatam noſtram, tanquam ad Fideiuſſorem pro Filio, vt Crucis, & Redemptionis ſpolia dividēs; veniam, & gratiam à Filio nobis obtineat: ſic quidem Bernardinus tomo 3. ſer. 2. de glorioſo nomine Mariæ cum ipſi, iuxtà crucem ſtanti Matris imaginem, tum ex verbis Thren. 2. 13. *Magna eſt velut mare contritio tua*, tum ex illis Eccleſ. 1. v. 7. *Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat*; accommodaſſet inquiens: propterea ad eam merito dici poteſt Magna eſt velut mare contritio tua, *& hoc mare per impatientiam non redundat, ſed omnia iſta flumina in ſe per ſuſtinentiam abſorbebat, ſicut Eccleſ. 1. myſticè ſcriptum eſt* Omnia flumina intrant in mare, *ideſt, in Mariam*, & mare non redundat, *ſcilicet, per impatientiam*. Subijcit eleganter, & peropportunè: *redundat tamē in nos per eam Maria largitatis divinæ, quia de plenitudine eius accepimus omnē, in præſenti gratiam, & in futuro gloriam.* Hæc Bernardinus.

9

Thren 2. 13. Eccleſ. 1. v. 7. Eccleſ. 1.

2. Cor. 9. v. 7. Gerſon.

EXEM-

EXEMPLA.

DEipara in Paſsione Filij ſui, ſive pro ipſo, ſive pro nobis fideiubente: mirandum non eſt tot, tamque atroces pertuliſſe cruciatus: minuſque mirandum eſſe: adeò immenſum ipſius in genus humanum amore fuiſſe, vt volens, & libens voluerit, tam intimè, & infinitè dilectum Filium pro mundi ſalute immolari: *Ita quidem affirmat B. Mechildis lib.* 1. Revelationum cap. 39. revelatum ſibi fuiſſe. *Miſſum fuiſſe à Deo Seraphim ad Virginem ſalutandam ob amorem, quo Deus præ omni creatura in terris dilexit, quia Amor in Paſsione Vnigeniti ſui in ea tantum prævaluit, vt omnem humanum affectum penitus devinceret, & exſtingueret, quia omni creatura in morte Filij ſui dolente ipſa ſola, cum Divinitate immobilis, & gaudens Filium ſuum pro ſalute Mundi voluit immolari*: Hæc Mechildes.

B. Mec.

Verum illud nobis perſuaſum eſſe debet: Velle itidem Sanctiſsimam Virginem, clientes ſuos ad ſui imitationem pro ſe ipſis fideiubere, & *Chriſto in carne paſſo eadem illos cogitatione armari*: Sic legitur in vita B. Magdalenæ de Pazzi à Vincencio Puccino ſcripta: *Apparuiſſe illi Chriſtũ Dominum adſtante Virgine Deipara, & Sancta Catharina Senenſi dicentem velle ſe eam participem reddere coronæ ſuæ: Ad quæ Magdalena. Quis vnquam Rex fuit, qui propriam de capite ſuo capiat coronam, vt coronet ſponſam ſuã, & faciat eam Reginam. Veniat, veniat ſuper me corona, quæ poſita fuit in capite ſponſi mei in deriſum contemptum, & pœnam. Nec mora: acceptam manibus hirſutam ſentibus, ac dumis coronam eam capiti ſuo altius impreſsit, manſitque ea tribus horis* redimita: *Ita ibi*: Vbi obſerva, Deiparam adſtãtem, vt Virgo illa cum fideiubente fideiuberet.

Similem huic hiſtoriam refert Ioan. Franciſcus Picus Mirandulanus in vita B. Catherinæ Raconiſiæ, *cui Dominus Ieſus Deipara, & duobus Angelis comitantibus in feſto exaltatæ Crucis apparuit. Ferebant ij collatis manibus Crucem pulcherrimam, quam ille accipiens ſiniſtro humero Virginis impoſuit dicens*. Hæc mea Crux, filia, nunquam te deſeret, quamdiu vixtris: hæc te, modo dono, cum iuſtum ſit, Sponſam à Spõſo munere aliquo recreari: Moleſta tibi, quidem initio hæc videbitur, ſed in fine glorioſa fiet: *Arripuit ſtatim illa, & humero impoſitam geſtare cœpit, ſed tanto cum dolore, quantum vix homo eloqui poſſet; vnde factum, vt ab ea hora ſiniſter eius humerus altero depreſsior non parum appãruerit; illa gaudente, dignam repertam ſe, quæ poſt Sponſum Crucem ferret.*

Sed pro labore Crucem ferentium obſerva Virginis Deiparæ auxilium, & levamen. *Narrat enim Zacharias Boverius in Annalibus Capuccinorum de Vincentio à Flaviano: qui nudus Crucem geſtans, & ſimul manu altera ſe flagellans, pleraque oppida integris diebus peragrabat homines ad pœnitẽtiam exhortãs. Cumque die quodam circa meridiem præcordis deliquio inter montes concidiſſet, adfuit conſpicua B. Virgo Maria, ac panis buccella in os eius demiſſa vires, animumque recreavit, vt reliquum diem validus expleret.*

His duo alia adiungo exempla: Alterũ ex Metaphraſte die 26. Febr. de S Porphyrio; *qui à pedibus æger ad montem Calvarium adeprere ſolebat: id aliquando facienti, ad ſacri montis radicem ſpectabilis apparuit, cum felici latrone Crucifixo Chriſtus. Porphyrius toto accenſus affectu, felicis latronis verbis compellans Chriſtum*: Memento mei (*inquit*) cum veneris in regnũ tuum: *Tum Chriſti iuſſu viſus felix ille latro de cruce deſcendere, & Porphyrio primum oſculum dare: deinde illum ad Chriſtum Crucifixum adducere. Chriſtus venienti obvius in Porphyrij amplexus ruit, & crucem ſuam ferre iuſsit. Tulit crucem Porphyrius, & plenam retulit corporis ſanitatem.*

Alterum excitato Boverio tomo 2. Annalium de Procere quodã Hiſpano; *qui renuncians Præfecturæ trirremium, & Cappucinus factus geminas trabes, quas in ſylua iacentes offenderat, func, quo præcingebatur colligatas in Crucis modum humeris imponit, ac per longos ſylvæ tractus, à quarta noctis cuiuslibet hora, vſque ad matutinas protrahere ſolitus maximis fletibus, & ſingultibus Chriſti Paſsionem meditans eam complexus portabat: nocte quadam in*

hoc opere à ſuperiore deorſum uſus ait: An non æquum eſt Pater, vt ſi Chriſtus pro me tam amanter Crucem tulit: ego quoque vicem reddam, & pro eo crucem feram?

MARIA optima humani generis Advocata; quæ ſtans iuxtà Crucem; peccatoribus veram pœnitentiam, & remiſsionem peccatorum impetravit.

ADNOTATIO VII.

DE ſiti illa, quam Cruci affixus Dominus manifeſtavit dicens, 1 *Sitio*, Ioan. 19. verſ. 18. Sapienter diſſerit Arnoldus peculiari tractu de hoc verbo tomo 1. Biblioth. &c. PP. vbi cum præmiſiſſet. *Ecce iterum myſteria, & adinvicem ſibi Sacramenta diuina occurrũt. Reſponſum erat de cruce Latroni, & Matri, & ad confirmationem ſpei, pietatiſque exemplum Latro in regnum præmittitur, Mater interim ob veri myſterium reſervatur. His piè, prouidèque diſpoſitis Chriſtus inter ſupplicia ſitit: exhauſtum erat ſacrum pectus ſudore ſanguineo, & lignum illud, cui affixus erat ſanctis baiulaverat humeris, & vt ſolet ex mœſtitia ſomnus nonnullis obrepere, ſic poterat ſitis illa accendi*: ad rem ſic opportunè inquit: *Ego verò ſacramentalem hanc ſitim intelligo, in qua non tã deſideratur potus, quàm hominum ſalus. Neque enim ab irriſoribus, & interfectoribus poterat beneficium exſpectari, quia omnes ad impietatem proni, paratiores erant augere iniurias, quam miſereri.* Hæc Arnoldus. Sed & ſtatim huc advocãs Vatem, Pſalm. 61. verſ. 4. ſub perſona Chriſti dicentem. *Quouſque irruitis in hominẽ? interficitis vniverſi vos, tãquam parieti inclinato, & maceriæ depreſæ: verum tamen pretium meum cogitaverunt repellere: Cucurri in ſiti:* ita ſuum inſtitutum perſequitur. *Chriſtus tamen, ſicut per David prædixerat irruentibus in ſe vniverſis, tãquam parieti inclinato, & maceriæ depulſæ, cucurrit & ſitit. Sitit converſionem; currit ad remiſsionem, exſolvit, quæ non rapuit, & licet illi pretium illud magnum cogitarent repellere; iam ſerpente abſorpto feſtinat ad lauacrii inimicorum, & moritur pro impijs, & rebelles adoptat, & tanti effectus beneficij largitur ingratis*: Sic Arnoldus; benè omninò Dominum in Cruce ſalutem hominum ſitientem faciens: Ad quem quidem modum de Deipara; quæ iuxtà Crucẽ *adiutorium coram eo*: hoc eſt ſpeculũ, quod omnes actiones; verba, & nutus Filij excipiebat: hominũ ſalutem, & pœnitentiam ſitientem inducebat Richardus à S. Laurentio lib. 2. de Laud. Virginis part. 2. dum Chriſto Cruci ſuffixo, ſic dicebat de Maria Matre eius: *Sicut tu non quod voluiſti, ſed quod Pater tuus voluit ſuſtinuiſti, &c. ita ipſa, non quod ipſa voluit, ſed quod tu voluiſti, ſuſtinuit tecum: quia ſicut tu ſalutem generis humani in Cruce ſitiviſti, ſic & ipſa ſitivit.*

Richardus à S. Laur.

Vidiſti Chriſti Redemptoris ſitim: Vide nunc, quo pacto exſtincta ſitis hæc fuerit: dicente Ioanne 19. verſ. 30. *Vas ergo poſitum erat aceto plenum: illi autem ſpongiam aceto plenam hyſopo circumponentes obtulerant ori eius: Cum ergo accepiſſet acetum dixit conſummatum eſt, & inclinato capite tradidit ſpiritum*: Ecce tibi expletam Chriſti ſitim; itidemque Mariæ, enimverò res magni myſterij plena in qua Sacramentum Dominicæ Paſſionis, & humanæ Redemptionis deſcribitur: attentiſsima cõſideratione ſingillatim expende: Et quidem cum acetum, non quomodocumque, ſed in ſpongia infuſum, & cui hyſopus circumpoſitus fuerit, Domino oblatum, & ab eo ſic fuerit ebibitum; & acetum, & hyſopum, & ſpongiam ſingillatim conſiderare debemus monente Hilario Canone 33. in Matthæum. *Quin etiam hoc, quod per calamum datum in ſpongia acetum cum guſtaſſet, proclamans ſpiritum Deo reddidit diligenter eſt contuendum*, & quidem aceti myſterium ad humanam naturam per Adæ peccatum corruptam, tanquam vinum in acetum verſum, in priſtinam dignitatem per Chriſti Paſſionem reſtituendam, dum Chriſtus peccata noſtra, & ipſorum ama-

1 Ioan. 19 v. 18. Arnold.

2 Ioan. 19 v. 30.

Pſal. 61 v. 4.

ritu-

ritudinem in se suscepit, vt ea expiaret: optimè retulit Hilarius Canone 33. in Matthæum, hunc in modum: *Vinum & honor est immortalitatis, & virtus, quod per vitium, aut incuriæ, aut vasis coacescit. Hoc igitur cum in Adam coacuisset, ipse accepit, & potavit, &c. Denique in Ioanne postquam potaverat dixit.* Consummatum est, *quia omne vitium humanæ corruptionis hausisset:* Sic Hilarius, à quo non abit Hieronymus epist. ad Occeanum, inquiens: *Fellè, & aceto potatus est, vt in nobis iam, nec fellis amaritudo, nec aceti esset asperitas:* signatè verò Ambrosius lib. 10. in Lucam ait. *Ergo acetum bibitur hoc est corruptæ per Adam immortalitatis aboletur in calamo, vt de corpore absorbeatur humano.*

Enim verò, vt acetum naturam peccatis vitiatam, atque corruptam designat: ita hysopo pecularis significatio subest; quæ huic aceto opportuna, & necessariò est; quippè hysopus, vt ad id loci & PP. & interpretes adnotarunt, medicinalis est herba, quæ pectus purgat; vt hac de causa in lege veteri per hysopum expiatio fieret dicente Vate: *Asperges me hysopo, & mundabor, & super nivem dealbabor,* vbi Augustinus ait: *in ministerio mundandi cordis de ea similitudo sumpta est:* & idem tractatu 113. in Ioannem: *pectus purgat,* de quo multi sunt interpretes ad ea verba, Psalm. 50. vers. 8. Nimirum, vt quemadmodum (quod historiæ series exigit) Christi ori cõmodè adhiberi non potuit vas aceto plenum, quin spongiam arundini, & hysopum spongiæ circumligarent, vt Christus & acetum, & hysopi succũ exsugeret, ita argumento esset ea solummodo peccata hominum à Christo ebibita, & in se ad satisfactionem pro ipsis, & remissionem transfussa, vt pro ipsis sanguinem suum effunderet, quæ à peccatore corde contrito, & animo ad veræ pœnitentiæ leges composito ipsi ebibenda offerrentur: optimè id observantibus PP præsertim Hilario, & Ambrosio locis citatis: Hic enim post ea verba: *Ergo acetum bibitum hoc est corruptæ per Adam immortalitatis aboletur, &c.* Subdit: *Nos quoque vitia nostra per incuriam mentis, corporisque concreta transfundamus in Christi; transfundamus per Baptismum, vt crucifigamur in Christo: transfundamus per pœnitentiam, vt ab illo nobis vini, sanguinisque cœlestis incorrupta sinceritas refundatur:* Hæc Ambrosius. Quæ Prosper in responsione ad articulos falso impositos Augustino in responsione ad primum sapienter, & Theologicè diffundit: nam cũ præmisisset: *Cum per vnam omnium naturam, & omnium causam à Domino nostro in veritate susceptam, redempti omnes rectè dicamur, non tamen omnes à captivitate sunt exuti. Redemptionis proprietas haud dubium penes illos est, de quibus princeps huius mundi missus est foras, & iam non vasa diaboli, sed membra sunt Christi:* inde cum allusione ad aceti potum, ita concludit. *Poculum immortalitatis, quod confectum est de infirmitate nostra, & virtute divina, habet quidem in se, vt omnibus prosit, sed si non bibitur, non proficit:* Sic Prosper; à quo non abit Bernardus *in tractatu de Passione Domini* cap. 17. inquiens *Imitetur ergo quælibet fidelis anima Sponsum suum dulcem Iesum tantæ amaritudinis poculum sitientem pro ipsa pariter, & ebibitem; & sicut ille, ita etiam ipsa pro illo ebibat per adversa præsentia sitiat quoque, & ipsum dulcissimum Sponsum suum.*

Sed illud, vt omninò ad rem, ita attentissima observatione dignissimum; quod præfato Canone 33. in Matthæum habet Hilarius consequenter ad id, quod præmisserat diligenter mysterium id esse contuendum: nempè Dominum, vt acetum ebibit: ideò est, vt eorum peccata in se transfudit, quos vidit plenam satisfactionem ei per pœnitentiam reddituros, ingentem statim clamorem cum dolore coniunctum edidisse: vt enim Ioannes dixit: *Cum accepisset acetum dixit consummatum est, & inclinato capite tradidit spiritum,* Ioan. 19. vers. 30. ita cæteri Evangelistæ emissa magna voce exspirasse, signatè affirmãt. Sic Matthæus cap. 27. vers. 50. *Clamans magna voce exspiravit:* & Marcus cap. 15. vers. 37. *Emissa magna voce exspiravit:* itidem & Lucas cap. 23. vers. 43. *Clamans voce magna:* vt videlicet illi ingenti gaudio, quod tunc percipiebat de humana salute, & peccatorum remissione, quam fideles pœnitentiam agentes erant

con-

conſecuturi, quos ipſe tunc in ſe, vt membra ſua transferebat; magnæ ſimul triſtitiæ, & mæſtitudinis ſigna admiſceret propter infelices illos, qui ob animi duritiam, & impœnitens cor, tanti beneficij ſeſe indignos fore conſpiciebat, non adiugentes aceto peccatorum ſpiritualem ſpõgiam, & medicinalem hyſopum pœnitentiæ, de quibus dixit Apoſtolus, *qui deſperantes ſe tradiderunt* impudicitiæ, &c. vbi Græcè eſt, *dedolentes*, ad Epheſ. 4. verſ 19. hæc omnia ſic præſtringente Hilario: *Denique in Ioanne poſtquam peraverat dixit.* Conſummatum eſt: *Quia omne vitium humanæ corruptionis hauſiſſet, & quia nihil agendum eſſet extrinſecus ſpiritum cum clamore magnæ vocis emiſsit, dolens non omnium ſe peccata potare*: Hæc Hilarius; & quidem notantiſsimè extrema hæc: pro quibus obſerva verba illa *cõſummatum eſt*, ſic emphaticè transferri à Syro interprete: *Ecce conſummatum eſt*: quæ ſic capio: Ecce totum humanæ Redemptionis negotium, peractum eſt: Ecce Sacramentum Paſsionis conſummatum: Ecce totum electionis, & reprobationis hominum arcanum momentum, quod in eo vertitur: vt peccata, vel per pœnitentiam transfundatur in Chriſtum, vt ea ipſæ ebibat; vel triſti fato, & humana malitia hyſopo, & ſpongia deſtituta remaneant.

Epheſ. 4. v. 19. Hilar.

5 Sed iam ad rem noſtram: & ad ſpongiam aceto imbibitam: ad Mariam (inquam) quæ ſtabat iuxtà Crucem: *Aula Regalis, quæ putabat ſe ſua morte publico muneri aliquid additurã*: dum Filio hominum peccata, ſic ebibenda daret, vt ſimul pro ipſis, & ipſa doleret, & pœnitentiæ dolorem illis impetraret: Sanè, ſi benè æſtimas, arcanum ſermonem, quo dictum eſt à Ioanne: *illi autem ſpongiam aceto plenam hyſopo circumponentes obtulerunt ori eius*; omninò videris Mariam illã, ſpongiam fuiſſe, quæ morte ſua, ideſt, cruciatibus morte acerbioribus, & ardentibus precibus à Dei Filio meruit obtinere, vt Paſsionis ſuæ fructũ hominibus media pœnitentia, & bonis operibus communicaret, & quidem quæſito verbo *obtulerunt* à Ioanne dicitur acetum media ſpongia Chriſti propinatum, tanquam rem ſitienti hominum ſalutem opportunè guſtui accommodatam: Quod pulchris hiſce verſibus videris expreſſum à Ioanne Geometra hymno 4. Virginem ſalutante. Geome.

Salve, quæ infandi millena volumina ſolvis
dæmonis, vt noſtræ ſpongia nequitiæ.

Audis ſpongiam, quæ ori Chriſti peccatorum noſtrorum acetum tanta charitate ebibendum offert, vt ipſe tanquam poculum ſitienti gratiſsimum accipiat: dum illa pœnitentiæ gratiam itidẽ obtinet, & ex parte noſtra ſatisfactionem debitam ſpondeat: Vnde appoſitè Richardus à S. Laurentio lib. 1. de Laudibus Virginis Deiparam, cum ſpongia Dei gratiam in nos refundentem, ſic componit: *Sicut nec Maris profundum, ſic nec Mariæ liberalitas poteſt exhauriri, indefeſsè enim, & ſufficienter dat gratiam vniverſis, niſi pereos ſteterit, quam facillimè invenit apud Deum, & ipſa eſt ſicut vellus, vel ſpongia, Pſalm. 71.* deſcendet ſicut pluvia in vellus, *quæ multum de facili trahunt aquam, & in magna quantitate, & eam facillima cõpreſsione refundunt; ſic & Maria gratiam, quam invenit apud Deum*: Sic ille, ſed & ipſamet Deipara ſpongiæ imaginem omninò explicuit, cum Mariæ Magdalenæ iuſsit, vt Godrico ſolitario hæc verba decantaret, *Sancta Maria Chriſti thalamus Virginalis puritas, Matris flos dele mea crimina: regna in me, diu ad felicitatem cum ſolo Deo*: obſerva hæc *dele mea crimina*, tanquam ſpongia, ſcilicet, in ſe lituras imbibens, & vero vt refert Gogonus in Chronico ad annum 1178. ipſi Godrico Deipara præſcripſit; vt verba hæc, & memoria retineret, & ore proferret, tanquam amuletum contra tentationes, & triſtitias. Sanè mirabiles ſpongiæ huius effectus, ſive Mariæ miſericordias, & doná omninò in ſe expertus deſcribebat Sanctus Germanus Conſtantinopolitanus Patriarcha in oratione *de Præſentatione Virginis*; ſic ipſam ſuaviſsimè, & veriſsimè alloquens: *O mihi ſola Domina mea ex Deo conſolatio; ardoris, qui eſt in meros divinus, exſiccati mihi cordis divinitus irrorans aſperſio, tenebroſæ animæ meæ lampas lucidiſsima: vires meæ imbecillitatis, nuditatis amictus opes*

Rich. à S. Laur. Pſal. 71 Gogon. Germa.

men-

mendicitatis, immedicabilium munerum curatio, lachrymarum ablutio; requies gemituum; allevatio dolorum; vinculorum solutio; spes meæ salutis, & bonorum omnium remuneratio. Hactenus Germanus. Ecce graphicè descriptã spongiam Mariam; quæ acetum peccatorum nostrorum in se imbibit, vt Dei Filio ad remissionem eorum offerat; itidemque ab ipso copiosam gratiarum venam recipiat, quam in nos exprimat, & refundat; vulnera curet, vincula solvat, irroret animæ siccitatẽ, immedicabilia vulnera curet; vires imbecillati tribuat, & tandem firmã donet salutis spem: Hinc S. Iosephus Confessor omnem spem suam in Deipara reponens, & vna cũ ipsa in Crucefixum se considerares: sic eam orabat *spem nostram in te post Deum componimus, ò intactissima! & vna cum Christo ex te progresso pendemus in cruce: in quo nobis absque ostẽdiculo, non sine Patrocinio tuo perstantibus in termino vitæ libertatem largire.* Ita Iosephus. *S. Ioseph. Confess.*

6 Sed illud huic sensui fuerit peropportunum; quod de Propitiatorij structura dicitur, Exodi 25. vers. 17. hunc in modum: *Facies & Propitiatorium de auro mundissimo: duos cubitos, & dimidium tenebit longitudo eius; ac cubitum, & semissem latitudo:* Nimirum dum ambigitur; cur Propitiatorij structura; imperfecta, sive incompleta dimensione constet, nempè dimidio cubito, & semisse, cum videretur aptius duobus, sive tribus integris cubitis constare? facilis est respõsio ex Sãcto Brunone in allegorijs Gotfridi Tilmani ad id loci; propitiationem, sive remissionem peccatorum, tum Deo propitiatore, tum homine pœnitente constare; cuius dolor, & satisfactio dimidium illum cubitam ad mensuram integram perficiat, & compleat: vt acetũ Christo, cum hyssopo bibendum offeratur: audi Brunonem hæc sic diffundentem: *Fiet Propitiatorium de auro mundissimo, quoniam tam sapiẽter propitiatur Deus, vt in sua propitiatione nunquam fallatur, quoniam nisi pœniteat, nulli vnquã propitiabitur. Et quoniam non semper, nec omnibus Deus propitiatur, ideò in Propitiatorij quoque dimensione imperfectum aliquid, semissem videlicet, & dimidium posuit.* Hæc Bruno: Ecce acetum cum hyssopo: sed vbi spongia? Certè ipsa pro illo dimidio cubito complendo fideiubet, vt plena propitiandi ratio constet: sic namque acetum offert, vt illi, & preces, & merita, & suos animi cruciatus offerat, quibus ea gratiæ auxilia impetret, quibus peccatores de suis erratis perfectè pœniteant: benè hæc expendente ex Bernardo, & diffundente Richardo à S. Laur. lib. 4. de Laudib. Virgin. hunc in modum. *Ostendit Filio ventrẽ, & vbera. Nec potest esse repulsa vbi concurrunt, & perorant omni lingua disertius hæc clementia monimenta, sicut dixit B. Bernardus: impetrat enim ijs pro quibus orat gratiam compunctionis, quod signatum est, quando impetravit in nuptijs Cana vinum, Ioan. 2. impetrat etiam ijsdem gratiam reconciliationis, signata per mulierem thecuitem, quæ reconciliavit patri suo David Absalon fratricidam, 2. Reg. 13. impetrat etiam eis ablutionẽ peccatorum, signata per Abigail, quæ se obtulit in ancillam ad lavandos pedes servorum David, 2. Reg. 25.* Quæ explicatius firmat Ecclesia Græca in Menæis die 27. Februarij Ode. 6. de S. Procopio vbi Deiparam, sic exorat: *Animæ meæ atrocia, & curatu asperrima vulnera tuæ spiritualis chirurgiæ beneficio cura, & tanquam efficacia pharmaca cruciatus Filij tui eisdem inspergo:* Sic ibi. Vt dixerit: Asperges me hyssopo, & mundabor; quæ peccatis meis medicinam pœnitentiæ, & Passionis Filij tui merita adhibes.

Exo. 25 v. 17.

Bernar. Rich. à S. Laur.

Ioan. 2.

2. Reg. 13.

2. Reg. 25. Eccles. Græc.

Qua quidem ratione PP. & Scriptores ipsum Propitiatorij nomen, & Sacramentum Virgini adscribunt, vt apud Theophylum Raynandum in Nomenclatore Mariano videre est: Sic Andræas Cretensis oratione de Dormitione Virginis ipsam affatur: *Placa Dominum pro communi figmento: nam te vniversus mundus continet commune Propitiatorium*, & Richardus à S. Laur. lib. 10 de Laud. Virginis cũ de Propitiatorij structura copiosè disseruisset tandem Deiparæ, sic eius munus tribuit. *Per hoc autem Propitiatorium signatur Maria; cui datum est à tota Trinitate, vt sit nostra propitiatrix apud Filium offensum pro peccatis nostris, pro nobis semper orando:* Sanè vt ipsius precibus nostram pœnitentia im-

7

Andræas Cretens.

Rich. à S. Laur.

impetrando dimidiatus ille Propitiatorij cubitus compleatur: Quò quidem advocavit Hugo Card. inclinatum Chriſti Domini caput, cum ſpiravit: inquiens ad hæc Ioannis verba: *Inclinavit caput ex parte Matris ſuæ; quaſi diceret: Per ipſam veniam petite: ipſa enim eſt Oraculum miſericordiæ*: & verò cum oraculum idem ſit, ac Propitiatorium, Exodi 37. verſ. 6. hic videtur horum verborum ſenſus eſſe Mariam Propitiatorij complementũ, ſive Propitiatorium eſſe, quæ menſuram propitiationis implet: Hinc in Lithurgia Ethiopica, ſic Mariam Eccleſia orat: *O verè Mediatrix ante Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum teſupplices exoramus, vt memor ſis noſtri, ora pro nobis, vt deleantur peccata noſtra*: Sic ibi. Porrò S. Damaſcenus in Menæis die 26. Ianuarij poſt Ode. 3. de S. Xenophonte Deiparam his annuentem, ſic cum Filio Cruci ſuffixo loquentẽ induit. *Eum qui eſt Agnus, ſimul & Paſtor Agna videns in Cruce, hunc in modum ingemuit. Equidem mundus exſultat propter beneficium Redemptionis: verumtamẽ viſcera mea exuruntur, o Fili! tuæ crucifixionis aſpectu, quam toleras propter viſcera Miſericordiæ tuæ Patien, & longanimis Domine! Verum ò inexhauſte fons Miſericordiæ! pergant commoveri viſcera tua, ſimulque peccatorum veniam dona, qui vera fide Divinos crucia us tuos laudibus celebrant*: Hæc ille.

8 Vrgemur hinc ſanè ad pœnitendum de peccatis, vt Propitiatorium perfectam menſuram habeat, prudẽter ſiquidem dicebat S. Bruno, *quoniã tam ſapienter propitiatur Deus, vt in ſua propitiatione nunquam fallatur; quoniam niſi pœnituerit, nulli vnquã propitiabitur.* Quod mihi ſapere videtur id, quod de ſapiente largitore dixit Seneca, alibi adductus: *Habebit Sapiens facilem ſinum, non perforatum; ex quo multa exeant, nihil excidat*: liberaliter, ſcilicet, donans; verum non temerè, & importunè dona prodigens: vnde Hieronymus in epiſt. ad Epheſios premens ea verba cap. 1. verſ. 6. *Habemus redemptionem per ſanguinem ipſius remiſſionem peccatorum ſecũdum divitias gratiæ eius*, ſic inquit: *Has divitias gratiarum in ſe non facit vacuas, ſui quantum valet humana fragilitas nititur laborare, atque contendit, & cum Apoſtolo loquitur* gratia eius in me vacua non fuit, 2. Corinth. 15. verſ. 10. *Qui vero beneficij magnitudinem non recordans ad deteriora delabitur: in iſto dives gratia, & opulenta largitio tenuatur*: Sic Hieronymus: Monitum hoc concludo pungentibus verbis Ioannis Gerſon tractatu 6. ſuper Magnificat: ſunt iſta. *Heu mihi, meiſque ſimilibus, qui cunctis non dicam horis, non diebus, non hebdomadis, ſed menſibus, & annis aridi manemus, non ſuſpirantes, non gementes, & flentes in hac lachrymarum valle: nunquid certæ reprobationis æſtimabitur ſignum? Cor enim durum malè habebit in extremis, ſive in noviſſimis: & quid aliud cor durum, quàm cor lapideum? cor adamantinum prorſus inſenſibile manens ad omnes divinorum Canticorum litteras, notulas, & voces. Lædit ur vetus homo noſter, ſpoliatur bonis fortunæ, tollitur ſuperbia. O quàm mox fletur lachrymis amiſſa pecunia veris, cum tamen oportuerat lamentis amarioribus animam deflere perditam: flere repudiatam, quam ſola mors gehennalis exſpectat: Væ: væ! qualiter exſpectat? Certè demergendam in ſtagnum ſulphuris ardentis, vbi fumus tormentorum aſcendit in ſæcula ſæculorum.* Hæc omnia Gerſon: è quibus illud expende: *Non gementes, non flentes nunquid certæ reprobationis nõ æſtimabitur ſignum?* Sanè quod acetum, ſine ſpongia, ſine hyſopo offerunt Chriſto Domino pœnitentiæ ſatisfactionem ei nõ reddentes: nec Deiparam pro ea obtinenda exorantes monente Ambroſio libro 3. de Virginibus ad finem: *Bonus ſervus pretiũ ſtudet reparare Domino, quod pro ſe ſolutum eſt, ſanguinẽ ſolvit, ſanguinem debes; ille pro te ſolvit: tu pro te redde, &c. Sed non potes pretium reddere, vel hoc faciet, ne pretiò videatur indignus. Ergo & tu talem tegere tali pretio, ne veniat Chriſtus, qui te mundavit, qui te redemit, & ſi te in peccato invenerit dicat tibi*: Quæ vtilitas in ſanguine meo? *Quid profeci tibi, dum deſcendo in corruptionem*, Pſalm. 29. verſ. 10. Hæc Ambroſ.

Hugo. Exo. 37 v. 6. Lithur. Damaſ. Bruno. Seneca. Hieron. Epheſ. 1 v. 6. Gerſon. 2. Cor. 15. verſ. 20. Ambroſ. Pſal. 29 v. 10.

EXEM-

A

EXEMPLA.

Sylvan. SYlvanus Razzius lib. 1. Miraculorum refert. *Clericum quemdam Virginis Deiparæ ſtudioſum ſolitum ſæpè ſæpius Virginis dolores animo ſecum piè, & dolenter revoluere, ac proinde affectu valdè tenero conari ipſam conſolari his verbis.* Gaude, quia ab Angelo fuiſti annunciata, gaude, quia ab Eliſabeth Mater Dei fuiſti appellata, gaude, quia mundi Salvatorem peperiſti: *Et quidem virum hunc, quod aliàs non piè, & rectè admodum vixiſſet, eũ ad mortis articulum fuiſſet redactus, non leviter de ſua ſalute dubitaſſe; ſed Deiparam in illius tam teneri affectus mercedem præſentiſſimam opem tuliſſe, & viſitatione ſua miram adhibuiſſe conſolationem, qua firmam ſuæ ſalutis ſpem tribuerit, atque ad exoptatam Paradiſi patriam perduxerit.*

Eſt & illud opportunum idque mirabile exemplum à B. Brigitta petitũ lib. 6. Revelation. cap. 97. *De viro quodam illuſtri, qui graviter ægrotans Sacerdoti confiteri nolebat, pro cuius animæ ſalute B. Brigitta fundebat preces ad Chriſtum, & ad ægrotum Chriſti iuſſu ſemel, atque iterum ſuum confeſſarium, qui eum ad confeſsionem invitaret, miſsit, ſed fruſtra! tertio tandem rediit, & Chriſti nomine ad pœnitẽtiam hortatus, quod Chriſtus paratus eſſet ei ignoſcere: tũc ægrotus cum inſolitis lachrymis divinitus ſibi cõceſsis dicebat ſe iam ſexagenarium multis ſceleribus irretitum, diabolo, qui ſæpè ei locutus fuerat, homagium feciſſe, & nunquã ſua peccata Sacerdoti confeſſum, nec ſanctiſſimam Euchariſtiam ſumpſiſſe, & iam de ſalute deſperaſſe; ſed in ſpem veniæ ex dictis Sacerdotis verbis, & interiori motione Chriſti adiutus, quater eo die confeſſus, & ſequenti die poſt confeſſionem communicavit; & ſexto die obiit: de quo Chriſtus Sãctæ Brigittæ dixit, eum ad Purgatorium iviſſe propter contritionem, quam illi ex ſua benignitate dederat;* propter meritum (*inquit*) Matris meæ: nam licet homo iſte non dilexit eam corde; tamen quia conſuetudo ſua fuit; compati eius dolori quoties eam conſiderabat, & audiebat nominare; ideò compendium ſalutis ſuæ invenit, & ſalvatus erit: Hæc omnia apud S. Brigittam citato loco.

B

MARIAM iuxtà Crucem ſtantem, & non flentem, vt fortitudinis typus; ita patrocinium nobis præferret.

C

ADNOTATIO VIII.

D

HÆreo Ambroſij verbis de Mariæ, iuxtà Crucem fortitudine *ſtantem lego, flentem non lego* ad quæ ſi ambigas: Cur ille Virginem flentem non fuerit meditatus, quæ tot, tantaſque iuſtiſsimas flendi cauſas habuerit, ſignatè verò cum prænunciatum de Chriſti morte fuerit per Zachariã cap. 12. v. 10. *Et effundam ſuper domum David, & ſuper habitantes in Ieruſalem ſpiritum gratiæ, & precum: & aſpicient ad me, quem confixerunt, & plangent cum planctu, quaſi ſuper vnigenitum, & dolebunt ſuper eum, vt doleri ſolet in morte primogeniti:* Quæ de Chriſto Cruci ſuffixo cum Hieronymo accipi debent? reſpondebo, Ambroſium Deiparam omni ex parte fortiſsimam, & conſtantiſsimam in tantis doloribus, & anguſtijs cõſiderantem; triumphale, atque admirandum ſilentiũ, quin vicem ſuã dolere videretur peculiariter in ipſa obſervaſſe: Nimirũ adeò exactè ſilentium ſervare Deipara decrevit nullas, tunc voces, aut querelas edens, quod inferius maieſtate, & cõſtantia ſua erat, vt ab ipſo fletu, & lachrymis de induſtria abſtinere voluerit, quod fletui ſua etiam vox ſubſit dicẽte Pſalte, Pſalm. 6. verſ. 8. *Audivit vocem fletus mei,* & lachrymæ vocalius loquantur apud eumdem Pſalm. 38. verſ. 13. *Auribus percipe lachrymas meas,* & apud Eccleſiaſticum cap. 35. v. 17. *Non deſpicias vocem pupilli, nec viduæ ſi effundat loquelam gemitus,* & Thren. 2. verſ. 18. *Ne taceat pupilla oculi tui*: vt dixerit Ambroſius, eam Virginis fuiſſe animi conſtãtiam, & fortitudinẽ, vt quãvis ſummis

1 *Ambroſ.*

Zacha. 12. v. 10.

Hieron.

Pſalm. 6 v. 8.

Eccl. 35. v. 17.

Thren. 2 v. 18. Ambroſ.

cruciatibus animus quateretur, exterioribus tamen ſenſibus nullã doloris vocẽ; imò nec doloris indiciũ permiſerit; tacentibus oculorum pupillis:

Anſelm. Concinit Anſelmus ſerm. in verba Ioãnis, inquiens: *Inter tot preſſuras Filij ſui conſtanter ipſa ſola ſtabat, & pulchrè ſtabat, vt decebat pudicitiã virginalem. Non ſe laniabat in tanta amaritudine, non maledicebat, non murmurabat, aut vindictam hoſtium à Deo petebat, ſed ſtabat diſciplinata verecundia Virgo patientiſſima.* Hæc Anſelmus.

2 *Cant. 4. v. 3.* Sic quidem de Deipara prænunciatum erat Cant. 4. v. 3. *Sicut vitta coccinea labia tua*: de Virginis ſilentio explicãtibus interpretantibus, *ſicut enim vitta* (inquit ibi Guillelmus) *fluentes capillos ſtringit, ita ſe labia eius per diſcreti centurã ſilentij ſtringebant*; ſignatè verò ex epiteto *coccinea* ad Paſſionis tẽpus referente Delrio, qui ait: *Sed cur vittæ* coccineæ *labia ſimilia? Per rubentẽ coccum, vt dixi, Paſſio Dominica ſignificatur: itaque ſicut labia coccinea labia eius, quoniã tum etiam cũ patientem cerneret Filium, ſilentij diſcretionem nõ remiſit, adeò vt nec tam acerbus materni affectus dolor eiulatum, vel clamorem fœmineum, vel vocem vllam animi ſuæ ſacti indicem exiorqueret*: & ſtatim: *Viderat Filium; ſicut* agnus coram tõdente obmuteſcit non aperientem in Paſſione os ſuum: *Filio compatiens Mater ſtabat, iuxtà crucem doloris acerbitatẽ ſacro ſilentio premens.* Pergit: *Antea labia* eius, vt vita *fuerunt; tunc autem re vera* vitta coccinea *ſimillima fuere. Spiritus Sanctus teſtatur* tempus eſſe loquendi, & tempus tacendi: *tempore tacendi labia ius fuere, ſicut vitta coccinea, ſed tempore loquendi, ſicut mel dulce ſtuebat eloquium eius.* Tempus erat tacendi, *filio tacitè cruciatus perferente.* Hæc Delrio: Notanter *tempus tacendi* ad paſſionem, & cruciatuum perpeſſionem referens, & quidem opportunè, quod magnæ conſtantiæ, & fortitudinis invictæ egregium indicium ſit, ipſiſmet gentilibus teſtantibus. Dixit quippè Plutarchus in libro de profectu morum: *Silentium in maledicto res gravis, & Socratica, vel potiùs Herculea*; pulchrè Herculis, & Socratis mentionem faciens: hunc ad conſtantiam, & ſapientiam; illum ad robur, & fortitudinem advocans, vt tantum ſapiẽtiæ, ac fortitudinis quiſpiam habere videatur, quantum linguam cohibere in maledicto valet: vnde idemmet in libro *de non iraſcẽdo*: eodem ſenſu ait: *In molliſſimis animis* inclinatio ad dolendum exprimit, atque effert maiorem iram, à maiori imbecillitate: cui ſic adſtipulatur Seneca lib. 3. de ira cap. 33. *Magni animi eſt iniurias deſpicere: ille magnus, & nobilis eſt, qui more magnæ feræ latratus minutorum canum ſecurus excludit*, & lib. 1. de ira cap. 16. Contra verò mihi *videtur veternoſi, & infelicis animi, imbecillitatis ſuæ ſibi conſcij ſæpè indoleſcere, vt exulcerata, & ægra corpora, quæ ad tactus leviſſimos gemunt.* Quod eodem lib. cap. 13. generali oratione firmat, inquiens: *Invalidum omne querulum eſt.* Benè ergo aſsignatum eſt tempus tacendi Virgini, filio tacitè cruciatus perferente: ſapienter hac ratione dicente Amedæo hom. 2. de Laud. Virgin. *Opus fortitudinis Chriſto patiente, & Matre aſpiciente, aſpiciente exhibitum eſt.*

Guillie. *Delrio.* *Ecclеſ. 3 v. 7.* *Plutarc.* *Seneca.* *Amedæ.*

Quo refero Gregorium Thaumaturgum ſerm. 2. *de Annunciatione Virginis* ſuggerentem: *Quoniam Tu ſancta omni humana natura glorioſior, ac purior ſanctior effecta es, ac nive cãdidiorem habens mentem, quovis autem auro, quantumvis probato purificatum corpus.* Quæ verba cum egregias, & divinas Deiparæ virtutes ſpectent; eiuſque mentem præ puritate nive candiorem affirmant, notanter corpus, externos nempè ſenſus auro quãtumvis probato, magis probatum adſtruunt; ſed quare? Planè ob obſervatum à Virgine *tempus tacendi*, quæ adverſus tot tantorumque cruciatuum phalangem auri ſcutum oppoſuit: Traxit quippè huc ſcitè per allegoriam Venerab. Hugo in allegoriis Gotfridi Tilmani ſuper librum 3. Regum: ſcuta illa aurea, quæ Salomon priùs poſuerat in templo; itidemque & ſcuta ærea, quæ loco ipſorum ſubſtituit Roboam 3. Regum 14. verſ. 26. ad patientiæ ſilentium; & ad impatientiæ querelas: nam cum dixiſſet. *Hunc in modũ ſcuta ſunt ex ære, id eſt, ex ſonora materia, æs enim, quando tangitur, procul auditur, quia impetuoſus animus, cum manu reprehenſionis tangitur, ad lites, & iurgia*

3 *Gregor. Thaum.* *3. Reg. 14. v. 26.*

prouocatur: ſubdit de ſcutis aureis: *aurũ ſilet percuſſum.* Ecce Virginis ſenſus magis purificatos, auro quantumvis probato: quæ tam ingenti dolore percuſſa auri ſcutum plagæ dolori oppoſuit: dicente Ambroſio in Pſal. 39. *O validam ſcutũ circumſpectæ munitionis ſilentium! ô fidiſſimum ſtabilitatis fundamentum! in quo ſi quis potuerit ſtare, lubricum verbi timere non poſſit.* *Ambroſ.*

Sed & in præfato Canticorum loco dictam *vitræ coccineæ* ſimilitudinẽ de ſilentio Virginis in Paſſione Filii duplicata imagine ſponſus confirmat ſubdens; *ſicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ abſque eo quod intrinſecus latet*: vbi cum genæ in quibus pudoris ſedes eſt cum fragmine mali punici compoſitæ ſanguinem referente ad paſſionem Mariæ, iuxtà Crucem ſtãtis referantur: obſervatu digna eſt lectio Chryſoſtomi hom. 8. in Matthæũ pro ijs verbis, *abſque eo quod intrinſecus latet* notanter reponentis; *propter taciturnitatem tuam*: quaſi egregiæ tolerãtiæ, & conſtantiæ Virginis in Paſſione Filij ſui pulchritudo, & decor à taciturnitate, & ſilentio advenerit: vbinõ poſſum, non longius ire ab ijs, qui cũ ex verbis Cant. 6. verſ. 9. *Pulchra vt Luna* Mariæ pulchritudinem aſſerũt, ipſam tamen in Paſſione Filij, ſive in ſanguinem cõverſam obſcuratam habentem pulchritudinem exiſtimant: Nimirum tunc pulchrior, & lucidior, *propter taciturnitatem ſuam* exiſtit: quippè Paulus Philippenſes abſplendore, & luce maximè commendavit, quod perſecutionem cum patientia, & ſilentio perferrent: ſic enim ipſe cap. 2. verſ. 15. *Vt ſitis ſine querela, & ſimplices filij Dei in medio nationis prauæ, atque perverſæ inter quos lucetis, ſicut luminaria mundo*: acutè in his verbis obſervante Auguſtino in Pſal. 93. ſumptam à Paulo imaginem ab ſtellis: in quas plura convitia homine conijciunt, quin ipſæ conquerantur aut à curſu ſuo deficiant: *Similitudo de luminaribus data eſt* (inquit) *ad ſanctos, vt ſine murmuratione ſint in natione tortuoſa, & perverſa. Quanta de luminaribus fingunt homines, & patienter ferunt: Hoc ipſum eſt, quia illa ſtella Mercurij eſt, & illa ſtella Saturni eſt, & illa ſtella Iovis eſt, convitia fiunt ſtellis. Quid illæ cum audiunt tanta convitia? Numquid moventur? aut non exercent curſus ſuos? ſic & homo, qui in natione perverſa habet Verbum Dei, ſicut luminare eſt fulgens in ſæculo.* Hæc Auguſtinus: ſed & cum conſentanea his ſcripſit Anſelmus ibi: ſubijcit: *Nam qui perdiderit tolerantiam, non eſt quaſi luminare clarus deſuper, ſed obſcuratus eſt, & de cælo cadit*: ex quibus vides Mariam à ſilentio pulchram.

Firmant quæ hucuſque diximus ea verba Threnorum 2. verſ. 13. *Cui cõparabo te? vel cui aſſimilabo te filia Ieruſalem? &c. Magna eſt enim velut mare contritio tua*: quæ ad denotandam Virginis fortitudinem immenſis dolorũ fluctibus immerſæ opportuniſſima ſunt, ſignatè verò ad conſtantiſſimam in Paſſione Filij ſui ſilentium exprimendum: ſi tamen in hac Maris imagine peculiarem nec facilè obviũ ſenſum ſcruteris. Nam ſi verè æſtimas, non eſt hæc ſimilitudo referenda ad inſanã maris molem, vel acerbam, & ingentem tempeſtatem, ſive ad continuam fluctuum colliſionem, ſed omninò ad ipſius maris inſemet contritionem, vt ſignatè indicavit Propheta, inquiens: *Magna eſt velut maris contritio tua*, ſive vt repoſuerunt LXX. *Magnificatum eſt poculum cõtritionis tuæ*, quod initè exprimit, tum ingentem doloris magnitudinem, tum etiam Deiparæ fortitudinẽ; hoc eſt in ſummo dolore ſummum ſilentium. Preme ergo accuratum dicendi modum in *contritione maris*: dum in eo ſignatè mare, vt ſecum compugnans conteri inducitur, & fluctus fluctibus illidi: ne videlicet terminos ſibi à Deo poſitos tranſiliat; ſed ab ipſis in arena poſitis ſublimis Maris elatio repercuſſa conteratur, & effringatur: Pro quo omninò facit, quod habetur apud Iob cap. 38. v. 8. *Quis concluſit oſtijs mare, quando erumpebat, quaſi de vulva procedens. Circũdedi illud terminis meis, & poſui vectẽ, & oſtia, & dixi. Hucuſque venies, & nõ procedes amplius & hìc cõfringes tumẽtes fluctus tuos*: addita his verbis epitaſi ex lectione LXX. quæ pro illis verbis, *quando erũpebat quaſi de vulva procedens*, reponit, *cũ fremerer ex vtero matris ſuæ egrediens*: ſive vt in adnotationibus Vaticanis habet Chryſoſtomi Paraphraſis: *Habebat ſtimulos quoſdã, quibus concitaretur*: ad præſens

Cant. 4. v. 3. — *Chryſoſt.* — *Cant. 6. v. 9.* — *Philip. 2. v. 15.* — *Auguſt.* — *Thren. 2. v. 13.* — *LXX.* — *Iob. 38. v. 8.* — *LXX.* — *Chryſoſt.*

inſtitutũ hæc verba elegãter diffundẽ
Basilius Seleuc. te S. Baſilio Seleucienſi orat. 1. hũc in modum: *Fertur illud quidem fluctibus altè elatum; vbi verò terminos attigerit, revertitur, refugitque, & Domini vocem littoribus ſcriptam cum intuitum fuerit, curvatis fluctibus termini poſitorẽ adorat.* Vbi obſerves velim pro cõtritione maris illud *curvatis fluctibus*; quinimirum vt erumpant, vt fremant, vt acuriſſimos habeant ſtimulos, quibus concitentur ad terrã violenter ferien dam, & latius occupãdam, tamen vbi præſcriptum terminum attingunt curvari, & illidi, & cũ ſe ipſis, & à ſe ipſis contritos referri in fugam; vt ex his cõiicias mirã Deiparæ in maximo dolore fortitudinẽ; quæ cum haberet diros animos, & doloris ſtimulos, quibus ad fletus, voces, eiulatus, & querimonias incitaretur; admirabili conſtantia labiorũ terminũ, imo nec oculorum nunquã tranſiliit humanitatis ſenſu intra ſe contrito, & intra ſilentij metas coercito: ſapiẽter præfato loco id adnotante Card. Toleto: qui cũ ex Anſelmo obſervaſſet, *dolores omnium Martyrũ leves fuiſſe, ſi conferantur cũ dolore, quẽ B. Virgo perculit in Paſſione Filij*: ſubijcit de ſuo: *cum hoc tamen nihil indecorè, nihil quod non ſummæ modeſtiæ conveniret, admiſit*: Sic ille ſed opportuniſſimè ad maris terminos Metaphraſtes admirabilẽ iſtã Deiparæ fortitudinem expreſſit orat. de Aſſumpt ad diem 15. Auguſti, inquiens: *Dicant enim iſti, qui de his rebus tractarunt, eam ab initio uſque ad finẽ ſe fortiter, & cõſtanter geſſiſſe, honeſtè quidem, & nõ indecorè vtentẽ motu animi: factis tamen ſe oſtendentẽ eſſe Matrẽ; ſed omninò Matrem illius, qui amico mortuo, & oſtẽdit amorem, & motum animi certis finibus continuit.* Hæc Metaphraſtes: pulchrè Deiparam immenſum animi dolorem certis finibus, qui ſilentij metas non trãſilirent omninò continentẽ faciẽs: vt hinc iure à S. Ephrẽ *Decus Martyrũ* appelletur, quænovo, & altiſſimo Martyrij genere ſe ipſam tacẽdo devovit.

6 Quare denuo hic expendo, & Ioãnem dicentẽ, *Stabat iuxtà Crucem*: & Ambroſiũ affirmantem: *Stantem lego: flentem non lego*: quippè ſic capio Deiparam, iuxtà Crucem ſtantem; ac interno conſtantiæ conflictu cum cruce decertãtẽ: vt opus fortitudinis Chriſto patiente, & Matre aſpiciente exhiberetur: dum vna ex parte à Cruce quotquot cruciatuum, dolorum, & amaritudinum fluctus, & aculei, quibus ad exprimendos gemitus incitaretur, in ipſam concurrerent namque ipſa Filium cruci ſuffixum virum dolorum, & ſcientem infirmitatem: *hæc omnia* (inquit citato loco Metaphraſtes) *illam tranſverberabant profundius, quam vlli clavi; & pro vna filij vlaga innumeris ipſa plagis lancinabatur*: ex alia verò parte *Stabat*: hoc eſt, non modo firmiter ſubſiſtebat; ſed etiam denuo invaleſcebat, & ad tantæ adverſitatis præſentiã fortitudinem novã, & vires ſuccedẽtes recipiebat: non ſecus ac calor, & frigus cum ad præſentiã contrarij per antipariſtaſim roborantur, & invaleſcũt: ſub hoc omninò ſenſu, & imagine hæc verba Ioannis accipiente Ioanne Gerſon tract. 9. *in Magnificat*: vbi cũ præmiſiſſet Mariam allocutus. *Cõtemplabaris, & experiebaris corroborationis huius virtutes, ò Maria! convaleſcebas, & in adverſitatibus ſæculi, quam nec ipſa mors Filij proſtravit in terrã*: ſubijcit: *Stabat, inquit Cuſtos tuus virgineus Ioannes.* Stabat & iuxtà Crucem Ieſu Maria Mater eius. *Habet virtus ſuam antiparaſtim: roaduletur in ſe ex circiſtante, non penetrante cõtrario; ac proinde fortificatur.* Sic ille: At quã immenſus hinc dolor? quã dirus animi, & viſcerum cruciatus? reciprocãte ſenſus, & amaritudinis æſtu, quin per ſuſpiria, & lamenta dolor aliquatenus egeri, aut levari poſsit, cum verè dixerit ille *expletur iachymis, egeriturque dolor.* Quæ quidem cogitatio non incommodè explicatur ex Seneca lib. de Tranquillitate animi cap. 2. vbi eleganter traducit triſtem, & ægram à taciturnitate quorumdam Procerum potentiam, qui & præ odio infelicitatis operoſæ ſeſe ab Vrbe ſub ducentes ad otium villarũ confugiebant, vbi ſubinde negotijs ante aſſueti ſolitudinem averſabantur, & nec eoſdem parietes ſemper videre, nec ſemetipſos ferre poterant, & otij ſui triſtis, & ægra patientia inerat: reddit opportunã rationem; *vtique vbi cauſas fateri pudet, & tormẽta introrſus egit verecundia inangũſto incluſæ cupiditates ſine exitu ſe ſtrangulant, inde mœror, marcorque, & mille motus mentis in*

Gerſon. Tolet. Metaph. S. Ephrẽ Seneca.

certæ:

certæ: vbi vides graviſsimam triſtitiam, & irremediabilem dolorē cum tormenta introrſum egit verecundia, nec dolor per voces, & lamenta exire poteſt, ex quibus vtcũque diſces gravitatem doloris Virginis, cum fortitudo, & conſtantia tormenta introrſum agebant; nec præ cõtritione maris exitum habere poterat mœror, & anguſtia, quin reciprocantes afflictionis æſtus ſeſe ſtrangularent.

7 Sed iam religio eſſet; non perquirere, quo de fonte Virgo tam conſtans ſilentium hauſerat? Enim verò, quæ ab Iſaìa noverat de Filij ſui Paſſione cap 53. verſ. 7 *Oblatus eſt, quia ipſe voluit, & non aperuit os ſuum, ſicut ovis ad occiſionem ducetur, & quaſi Agnus corã tondente ſe obmutueſcet*: quæque oculis ſuis viderat hæc omnino à Filio exſecutioni mãdata; quomodo nõ à tanto Magiſtro ſilere diſceret? ſed Agni imago provt à P. Sanctio inibi pẽſitatur curſim prætereunda non eſt: ſic enim ille primum: *Eſt autẽ optimum ſymbolum eius, qui in dolore, & iniurijs animum habet infractum, & longè ſuperiorem adverſis, quẽ nobis proponit Iſaìas in Agno, quem dum crudelis tonſor, non ſolùm nudat naturali velleris indumento, ſed interdum etiam deglubit, & lacerat, ſilet tamen, neque ſibi aliquam iniuriam inferri, aut queritur, aut dolet*: quæ deinde Aſſertori noſtro, ſic omninò accõmodat. *Tu hìc pende, ac meditare, quam manſuetus ille Agnus, qui abſtulit peccata mundi crudeliter deronſus ſit, & ſpoliatus non tãtum artificiali corporis veſtitu, ſed etiam naturali pellis integumento, in quo apparent crudeliſsimæ illius tonſionis veſtigia, & mirare ſilentium illud admirabile, quo pertulit ſpoliationis, tam inſignem iniuriam, & doloris, tam diram carnificinam*: Hæc Sanctius: & quidem rectè ad admirationem retulit ſilentiũ illud admirabile; cum ipſum metu Iudicem, iniquum, impium, Aulicũ, & (quod horũ omnium origo eſt) polyticum, & ſæculi amatorẽ in admirationem, nec qualẽ, qualẽ, ſed vehemẽtem rapuerit: ſic namque Matthæus cap. 27. v. 12. *Et cũ accuſaretur à principibus Sacerdotum, & ſenioribus, nihil reſpondit: Tunc dicit illi Pilatus. Nõ audis? quanta adverſum te dicunt teſtimonia: Et non reſpondit ei ad vllum verbũ*: pro quibus verbis obſerva in lectione Syriaca eſſe: *Neque reddidit ei rationẽ, nec verbum quidem vllum*: ſubdit tandem Matthæus: *Ita vt miraretur Præſes vehementer*: & merito ſanè: Quid namque adeò admirandum? quàm cum, qui & innocentiæ, & ſapientiæ exemplar erat, tot falſis accuſationibus, & iniurijs lacerſitus, cum tot tãtaſque rationes, & argumenta ad manum haberet, quibus & innocentiam ſuam aſſerere, & adverſarios invidiæ, & malignitatis arguere poſſet, nec rationem vllam, nec verbum reddere? vt hinc opportunè Tertullianus lib. de Patientia cap. 3. Chriſti accuſatores confutans dixerit: *Hinc vel maximè Phariſæi Dominum agnoſcere debuiſtis. Patientiam huiuſmodi nemo hominum perpetraret.*

Quò mirè facit inſignis revelatio à Chriſto cuidam eius ſervo facta cuius meminit optimæ fidei Auctor P. Hadrianus Lyræus lib. 2. de imitatione Ieſu patiẽtis cap. 10. his verbis: *Interrogavit Chriſtum Dominum vir ſanctus, qua ratione ei ſatisfacere poſſet pro ampliſsimo Paſsionis beneficio? generi noſtro impenſo, & illum reſpõdentem ei in hæc verba audire viſus eſt*: inimici mei me torum vinxerunt, ſed linguã ligare nõ potuerunt. Hãc ego ligavi ſumma patientia, & mãſuetudine. *Tu ergo linguam tuã liga cum mala paſſus fueris, & nihil ſtultum loquaris, & ſic mihi ſatisfacies patienti pro te ex modulo tuo.* Hæc ibi. O aureũ ſenſum! ò teſtimonium credibile factũ nimis! in quo ingens Paſsionis Chriſti momentum ad ſilentium ab ipſo in ea ſervatũ referri vides, ſimulque egregium nobis de imitatione Chriſti patientis monitũ; ſimulque fructum audis: ò ſublime dictum! *Inimici linguam ligare non potuerunt: ego ligavi*: vt dixeris Dominus, Cum potuerim rogare *Patrem meũ, vt exhiberet mihi pluſquam duodecim legiones Angelorum* in mei defenſionẽ, nec rogare voluerim, ne impedirẽ paſſionem meam; potui tamẽ efficaciſsima pro me loqui; potui defenſionẽ meam firmiſsimè ſtatuere, qua inimicorum iniquitas, & mea innocentia fierent manifeſta; verũ vt mea vndequaque Paſsio ſubſiſteret, & fierem exẽplum veræ, & ſolidæ patientiæ linguam meam ligavi ſumma patientia, & mãſuetudine, factus Agnus corã tondẽte

8

Iſai. 53. v. 7. — *Sanct.* — *Matth. 27. verſ. 12.* — *Lect. Syriac.* — *Tertull.* — *Lyræus.*

obmutescens: At verò dixerit Sanctus ille, cui ea revelatio facta est: Benè quidē, id est, Domine. sed enim tuum silentium vocalissimum est, quod de inimicis, & accusatoribus tuis triumphum agit, & palmam fert. Ita quidem Ambrosius serm. 17. in Psalm. 118. ad ea verba: *Redime me à calumnijs hominum*, cum præmisisset: *Non vnum genus est nostræ afflictionis: est & tentatio, & est calumnia*, sed tentatio levior, calumnia gravior: est humana tentatio, quam ferre possumus: calumnia autem *gravis est*: subijcit ad rem. *Et ideò Dominus, quæ sunt gravioria suscepit, & calumnijs appetitus silentium detulit triumphale.* Sic Ambros. opportunè omninò silentium triumphale appellans, quod ipsum iudicem vehementer admirari fecit.

Ambros.

9 Quo in loco tam pro gloria silentij Domini, quàm pro elucidatione verborum Matthæi, & Ioannis de eo loquentium; maximè obſervandū est, duplicatum examen coram Præside subijsse Dominum: alterum; cum de eius regno interrogatus fuit; alterum cum posteà ad obiecta sibi crimina nihil respondit. Et vero cum de regno interrogatus apud Ioannem, tam disertè, & luculenter locutus fuisse videris, vt nihil eius verbis addi, nihil demi potuerit: sed tamen tantā, tamque divinam Christi sapientiam, *in quo erant thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei*, Coloss. 2. Præsidem in admirationem non rapuisse; de silentio autem vehementer fuisse admiratum; vt videris, mirabilius quidem, & ad persuadendum efficacius silētium, quam sapientiam esse; meritoque Ambrosium Christi silentium appellasse triūphale; quo non tantum de Præside, & de suis accusatoribus, sed etiam de suamet sapientia Dominus triumphū egisse videtur: Qua omninò de causa Maldonatus Caipham Pontificem Christi silentium ad culpam revocātem illis verbis, Matthæi 26. v. 62. *Nihil respondes ad ea, quæ isti adversum te testificantur?* tanquam insipientissimum hominem, & malum iudicem, ita castigavit. *Loquitur ex affectu malus iudex, & Christi silentium ex quo debuit, testimonij colligere vanitatem in culpæ argumentum trahit, quasi Christus ideò taceret, quod sibi malè esset conscius.*

Matth. 27. vers. 12. Ioan. 18 v. 34.

Colos. 2.

Maldo.

Matth. 26. vers. 62.

Sed & insipientiæ etiam posset malum hunc iudicem arguere, cum apud Plutarchum lib. *de vitioso pudore*, Euripides dixerit: *Sapientibus silentium esse responsum.*

Plutarc.

Vt possis itidem ex ijs, Mariæ silentium in Passione Filij sui triumphale etiam appellare, cum *in silentio, & spe* fuerit *fortitudo* intercessionis eius pro mundi redemptione, & salute: ita quidem pro populo suo orante Moyse in silentio occurrit ei Dominus dicens: *Quid clamas ad me?* Exodi 14. vers. 15. vt silētium, intercedentis vox, & clamor fuerit vti expendit Ambrosius serm. 19. in Psalm. 118. & Paschasius in Threnos apositè cōponentes hunc silentij clamorem Moysis cum verbis, 1. Regum 1. vers. 13. quibus dicitur de Anna Samuelis matre, in corde suo cum Deo loqui: non clamare; eam discriminis rationem reddentes, *quod Anna pro privatis rebus, id est, pro filijs orabat:* Moyses verò *pro populo magno ardore charitatis*: sic Paschasius, & similia Ambrosius: qui posteà ea verba subiungit, quæ Virgini *iuxtà Crucem* pro mundi salute supplicanti omninò cōveniunt, & idcircò appingenda sunt: *Stabat ergo Moysis mœstus, sollicitus, anxius populi, & periculis, & querelis exspectans ſidem cœlestium promissorum, & tacitus secum ipse volvebat, quæ tandem Dominus ope iniuriæ immemor memor gratiæ subveniret. Dicit ad eum Dominus.* Quid clamas ad me? *Sonū eius non audio, vocem eius nō agnosco, silentiū eius lego, clamorem eius in operibus deprehendo. Clamabat populus, & non audiebatur, tacebat Moyses, & audiebatur. Non populo dictum est.* Quid clamas ad me? *Non enim ad Deum clamabat populus, qui iniusta, & viris indiga clamabat, sed Moysi dictum est.* Quid clamas ad me? *hoc est. Tu solus ad me clamas, qui de me speras: tu solus ad me clamas, qui virtutem meam excitas: tu solus ad me clamas, qui per vniversam terram annunciari meum nomen exspectas. Clamabat ergo Moyses in corde suo.* Hæ omnia Ambrosius Deiparæ intercessioni opportunè aptanda: Quæ sola *iuxtà Crucem* ad Deum clamabat: sola nunc ad Deum clamat: Nō enim ad Deum clamamus, qui iniusta, & viris indigna clamamus: sola ad Deū

10

Exo. 14. v. 15. Ambro. Paschas. 1. Reg. 1. v. 13.

cla-

clamat, quæ virtutem Dei excitat, ſola ad Deum clamat, quæ per vniverſam terram nomen Dei annunciari exſpectat.

EXEMPLA.

Gerſon. OPportunè quidem Ioannes Gerſon tomo 2. ad finem meditatur; Deiparæ, tunc temporis Gabrielem Archangelum apparuiſſe, vt quo modo ipſe licet ſubdito datum eſſet; aliquam illi conſolationem afferret: ita enim ait. *Apparet mihi abſque præiudicio credi poſſe Te (ò Domina!) ipſum Gabrielem viſitaſſe dicendo:* Ne timeas Maria, *& incepiſſe recenſere fructum ex hac Paſſione proceſſurum, gloriam, & gaudium, quod poſt Ieſu Chriſti Reſurrectionem eſſes viſura: Hæc ille:* Quæ ſic ſcitè temperat: *Nec id dixerim charisſimi, tanquam Maria totius Myſterij fuerit ignara, quod melius calebat etiam ipſo Angelo, ob eam, quam habuerat experientiam, ſed quoniam ira accidit, quod amicorum colloquium in qualibet adverſitate, eſt ſolatium, tametſi nihil novi narretur, aut priùs ſcitum non ſit: imò ſola præſentia delectabilis eſt:* Hæc ibi.

Illud verò pro acerbitate cruciatuum, quod Deipara, tam pro amore dilectiſsimi Filij, quàm pro noſtra ſalute pertulit obſervatione videtur dignum, quod Chronicon Minorum 2. tomo lib. 5. & Bzovius in Annalibus ad annum 1297. de Margarita de Cortona referunt: *Nempè illam præ amore in Chriſtum enixè ab ipſo petiſſe, imò etiam obtinuiſſe, vt eos dolores in ſe tum pateretur, tum perſentiſceret, quos olim B. Dei Mater, iuxtà Crucem poſita mærens ſuſtinuerat. Quare immenſos propèmodum experta cruciatus, ſimul etiã experta eſt magnum animi ſui ſpiritualem fructum exinde profluxiſſe.*

Bzovi.

Ripa.

Sed his duo adnectere fuerit operæpretium, alterum quod habetur in Chronico Minorum tomo 4. lib. 10. de Venerabili P. Ripa Tranſo; in meditandis Virginis doloribus ſtudioſiſsimo. *Cui perenti per iſtos dolores à Deipara cordis puritatem apparens illa, & trepidantem, ne illuderetur, & nimis anxium non tantum firmavit, ſed inſuper manu ad pectus eius appoſita recreavit his verbis:* En! quam tantore deſideras cordis puritatem: Alterum quod de Gualtero Alemano ex Ordine Prædicatorum narrat Seraphinus Raſius, *qui experiri cupiens, quis ille, quatuſque fuerit doloris gladius, qui Deiparentis animam ſub Cruce pertranſivit, votorum compos factus, ſibi cor velut enſe tranſverberari ſenſit, ſic & Filij, & Matris dolorum conſors factus.*

MARIAM optimam Advocatam, cuius ſervis Chriſtus moriens beatitudinis hæreditatem teſtamento reliquit.

ADNOTATIO IX.

ECce iam tibi omnium omninò; quod auditu iucundiſsimum, voto optatiſsimum, re ipſa maximum excogitari, dici ve poteſt de Mariæ glorioſo patrocinio: nempè ipſam propria velut manu clientes ſuos in libro vitæ ſcribere: Quod videlicet Chriſto morituro Redemptionem humani generi in Cruce operanti; ipſa tãquam adiutrix, & Redemptionis humanæ cooperatrix; hominum redimendorum; quorum aceto, cũ ſpongia, & hyſopo erat bibiturus teſſeram, ſingulorumque nomina ſignatè, & ſingillatim dederit dicente, vt vidimus Ambroſio de Maria: *Quia cognoverat per Filij mortem mundi Redemptionem Aula Regalis putabat ſe, & ſua morte publico muneri aliquid addituram:* & hũc ſenſum quæſita oratione, & arcana ſententia diffundente Arnoldo illis etiam ſuperius adductis verbis: *Dividunt coram Patre inter ſe Mater, & Filius pietatis officia, & miris allegationibus muniunt Redemptionis humanæ negotium, & condunt inter ſe Reconciliationis humanæ inviolabile teſtamentum:* obſerva extrema hæc: Quibus inter Filium, & Matrem Reconciliationis, & Redemptionis

1

Ambro

Arnold.

hu-

humanæ inviolabile teſtamẽtũ conſcriptum dicitur, vt videlicet hæredes Regni cœleſtis, tunc temporis conſcriberentur: Sanè cœleſtem hæreditatem nobis ex teſtamento obtingere ex ipſomet teſtatore Chriſto novimus; cum ipſe, Lucæ 22. verſ. 29. dixerit: *Ego diſpono vobis Regnum, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum*: vbi Græcum Verbum, quod reſpondet verbo *diſpono* propriè ſignificat *teſtamento relinquo*: imò verò, & Latinum *diſpono* idem ſignificat, vt Iſaiæ 38. verſ. 1. *Diſpone domui tuæ*, vbi LXX. *Diſpone de domo tua morieris*: de quo nos alibi ita appoſitè ad verba Lucæ aſpiciens Rupertus in cap. 5. Apocalypſis, inquit: *Hoc regale ius eſt apud cœleſtẽ Regem, vt ſicut ipſi diſpoſuit Pater Regnum, ita nobis diſponat*: notanter hanc diſpoſitionem *ius regale* appellans; quaſi ius legitimum, & teſtamẽto relictum.

Luc. 22. v. 29. — Iſai. 38. 1. — LXX. — Rupert.

2

Enim verò hac de re multus eſt Paulus præfatum ſenſum, & teſtamenti phraſim mirè confirmans in epiſtola ad Hebræos: ſic enim cap. 9. verſ. 15. *Et idcò novi teſtamenti mediator eſt, vt morte intercedente in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant ſub priori teſtamento repromiſſionẽ accipiant, qui vocati ſunt æternæ hæreditatis. Vbi enim teſtamentum eſt, mors interveniat teſtatoris neceſſe eſt. Teſtamentum enim in mortuis confirmatũ eſt alioquin nõdũ valet, dũ vivit, qui teſtatus eſt*: Egregia planè verba, in quibus vides tum teſtamentum, & mortem, & redemptionem Chriſti ſatis congruenter ad verba Arnoldi: tum Apoſtolum tanquam iuris peritiſſimum teſtamenti ritum, & ſolemnitatem, eaſque leges deſignaſſe, à quibus illud vim, & robur habet. itidemque ſignatè docuiſſe, eos qui ad beatam illam, immortalemque vitam vocati ſunt; promiſſam æternæ hæreditatis poſſeſſionem non aliunde, quam ex Chriſti teſtamento ſanguine, & morte ipſius confirmato; acquirere. Obſervat verò ad hæc Pauli verba Chryſoſtomus, peculiarem in illis electorum deſignationem, ſive diſcretionem, & ſeparationem à non electis innui. *Quia teſtamentum* (inquit) *alios quidem hæredes inſtituit, indignos autem hæreditate privat*: ad quem modum Lactantius

Heb. 9. v. 15. — Chryſoſt. — Lactan.

A Firmianus lib. 4. cap. 20 cum veteris, & novi teſtamenti mentionem feciſſet, ſubijcit: *In vtroque idem teſtator eſt Chriſtus, qui pro nobis morte ſuſcepta nos hæredes regni fecit, abdicato, & exhæredato populo Iudæorum*: Sed illud maiori obſervatione dignum addit inibi Chryſoſtomus; non omninò facilè huius hæreditatis conſecutionem ex Chriſti teſtamento fidelibus obtingere: ait enim iuxtà iuris legalis, ſive civilis regulas. *In teſtamento non ſolùm hæreditatem hæredibus relinqui, ſed plerumque etiam multa imperata facienda: ita Chriſtus, cum innumerabilia bona pollicitus eſſet, mandatũ inquit novum do vobis, &c. hoc eſt præceptum meum, & hæc mando vobis.* Sic Chryſoſtomus: opportunè fidelubente Seneca Patre lib. 3. controverſiarum, in hunc modum: *Interit omnis teſtamentorum poteſtas, ſi vivi neglexerint imperia mortuorum.*

B

C

Chryſoſt. — Seneca.

Porrò hæc imperata facienda, quæ Chriſtus hæredibus ſuis teſtamento præſcripſit; ſatis dilucidè deſignat Paulus ad Romanos 8 verſ. 17. inquiens: *Si autem filij; & hæredes: hæredes quidem Dei; cohæredes autem Chriſti: Si tamen compatimur, vt & glorificemur*: Hæreditatem Chriſti ad patientiam Chriſtianã, & carnis affectuumque mortificationem referens: ſub quo ſenſu compoſuit, cum Paulo Origenes hom. 17. in Geneſim ea Domini verba ad Abraham; eum ipſi Circumciſionem præſcripſit, Geneſ. 17. verſ. 7. *Ponam fœdus meum ſuper carnem tuam*: ad Circumciſionem ſpiritualem, quæ in Cruce Chriſti, & mortificatione carnis cenſetur ea ſic revocans: *Quo modo ergo erit teſtamentum Chriſti ſuper carnem meam? requiro. Si mortifica vero membra mea, quæ ſunt ſuper terram, teſtamentum Chriſti habeo ſuper carnem meam: ſi ſemper crucem Chriſti in corpore meo circumferam, teſtamentum Chriſti eſt in corpore meo, quia ſi compatimur, & conglorificabimur*: Hæc Origenes. Iam verò totam Pauli ſententiam in epiſtolæ ad Hebræos verbis piè, & ſapienter explicavit, atque diffudit bonus Auctor P. Cornelius à Lapide, ibi verſ. 20. num. 179. Chriſti teſtamentũ ex ſenſu non tam ſuo, quàm ipſiuſmet Chriſti cõdens, hunc in modum. *Ego Chriſtus vice, &*

D

E

3

Rom. 8. v. 17. — Gen. 17. v. 7. — Cornel.

no-

nomine Dei Patris promitto tibi, ô Chriſtiane peccatorum veniam, Dei gratiã, & amicitiam, ac tandem Regnum cælorum ſub hac conditione: Si mihi credas, obedias, & mandata mea vſque in finem vitæ ſerves, & impleas: Ita illic ſubijciens. Quæ conditio exprimitur a Chriſto, Matthæi 19. verſ. 17. Ioan. 17. verſ. 20 & 24.

Matth. 19 ver. 17. Ioan 17. ver. 20 & 24.

4 Ecce ergo tibi immenſam eorum felicitatem, qui in Adiutorio Altiſsimæ, & in protectione Dominæ cœli commorantur; dum *dividunt coram Patre inter ſe Mater, & Filius pietatis officia, & miris allegationibus miniunt Redemptionis humanæ negotium, & cõdunt inter ſe reconciliationis humanæ inviolabile teſtamẽtum:* Ipſa verò Dei pura accepto à Filio calamo hæredes Dei, & cohæredes Chriſti in ipſo teſtamento ſingillatim nominat, & ſcribit: Pro hac cogitatione differtiſsimè fideiubente S. Bonaventura toties a nobis adducto illis verbis: *Qui acquirit gratiam Mariæ agnoſcetur à civibus Paradiſi: & qui habuerit characterem Mariæ annotabitur in libro vitæ.* Vnde ipſam ſtatim, ſic ipſe hoc ſenſu affatur: *Deduc me in portum ſalutis, ac pe te inter iuſtos ſcribatur nomen meum:* Pulchrè quidem, vt faciat Sanctus Doctor Mariam clientes ſuos in portum ſalutis deducentem, & ſingulorum nomina inter hæredes Dei recenſentem: Sanè vt hæc oratio *per te ſcribatur nomen meum*, eius eſſe videatur, qui animum, vocemque convertit ad Dei Filium in Cruce teſtamentum condentem, in quo cœleſtẽ nominibus hæreditatem relinquit, itidemque ad Mariam calamo ſingulorum nomina appingentem, vt & à Chriſto teſtatore, ac bonorum omnium largitore felicitatem æternam omninò ſperet; & à Maria optima Advocata, & mediatrice nomẽ ſuum conſcribi deprecetur. Nec me temperem, quin ſerie huius inſtituti interrupta appingam opportunam cogitationem cultiſsimi, & ſtudioſiſsimi B. Virginis Ioannis Baptiſtæ Novari tomo 2. de Eminentia Deiparæ cap. 5. quæſt. 21. profundè meditantis: *Sanctiſsimam Virginem, & intenſius doluiſſe de alienis peccatis, quàm quilibet maximus peccator, qualis fuit Petrus, & Magdalena de propriis doluit, & eum maxima probabilitate affirmari poſſe de peccatis vniuſcuiuſque noſtrum doluiſſe, & pro illis lachrymas fudiſſe, cum pro dignitate Matris Dei, & pro charitate, qua tanquam vera hominum Mater ipſos diligebat de ſtatu futuro Eccleſiæ Chriſtianæ per divinam fuerit revelationem, tunc inſtructa, & conſequenter etiã omnium, & ſingulorum hominum peccata ante oculos non ſine intimo doloris ſenſu habuerit:* Sanè, vt Mariæ dolor de peccatis prævius doloris vniuſcũque noſtrum de peccatis noſtris ſit, & ipſius lachrymæ non ſolùm præviæ, ſed duces, & illius lachrymarum noſtrarum, vt non importunè ſub hoc ſenſu induci videatur à Salomone pœnitens anima petens à Deipara *trahe me poſt te*, Cant. 1. verſ. 3. hæc verba explicante Richardo à S. Laurentio lib. 12. de Laudibus Virginis, hunc in modum: *Ideo trahi petit à Maria fidelis anima: quia Filius quodammodo dicere videtur de Maria. Nemo poteſt venire ad me, niſi Mater mea ſuis precibus traxerit illum.*

Cant. 1. v. 3. Rich. à S. Laur.

Sed vt ad id vnde diſceſſimus de clientibus Virginis in Chriſti teſtamẽto ſcriptis opportunè revertamur: audi primum obſcuram Salomonis ſententiam de cunctis hominibus in mundum advenientibus, Eccleſ. 6. verſ. 10. *Qui futurus eſt, iam vocatum eſt nomen eius, & ſcitur, quod homo ſit, & non poſsit contra fortiorem ſe iudicio cõtendere:* audi deinde de electis Paulum ad Philipp. 4 verſ. 3. & Apocal. 20. verſ. 12. & 15. *Quorum nomina ſunt in libro vitæ:* Nimirum prioris ſententiæ ille inter multos germanus ſenſus eſſe videtur: Iam quidem ab initio omnes omninò mortales, atque eorum nomina, & quales tandem ipſi, & quam ſortem habituri fuerint Deo eſſe præcognitos. Verum vt ùm ipſi odio, an amore digni ſint? ſive an eorum nomina in libro vitæ ſcripta ſint: *Hoc opus, hic labor:* Nam quis eſt, qui te diſcernit? à maſſa perditionis, vt cum electis numereris? 1. Cor. 4. v. 7. *O homuncio qui es, qui reſpondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit Quid me feciſti ſic? An non habet figulus luti ex eadem maſſa facere, aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam*, ad Roman 9. verſ. 20. Vnde ſubdit Sapiens: *& non poſsi-*

5

Eccle. 6. v. 10. Phil. 4. v. 3. Apocal. 20. ver. 12. 1. Cor. 4 v. 7. Rom. 9. v. 20.

con-

contra ſortiorem ſe in iudicio contendet? cum de Deo: ſive iudicante; ſive loquendo humano modo iudicium ſubeunte, & litigante dicat Vates, Pſal. 50. verſ. 6. *Et vincas cum iudicaris?* & Apoſtolus citato loco *voluntati eius quis reſiſtet?* Ergo hæc ſumma; hæc ſuprema, hæc abſolutiſsima Mariæ dignitas, & auctoritas eſt, inquit Bonaventura, vt per te inter iuſtos ſcribatur nomen meum: Quo planè ſenſu imbutus S. Ephrem in deprecatione, ſeu Oratione 2. *ad Sanctiſsimam Virginem Dei Genitricem*, cum ipſam ſic exoraſſet: *Adeſto mihi nunc, & ſemper, ò Virgo Dei Genitrix, Mater miſericordiæ, benigna, & clemens; in præſenti vitæ curſu ſerens protectrix, & auxiliatrix, hoſtiles quoſcumque impetus à me avertens, & in via ſalutis conſtituens.* Statim ad guſtum Bonaventuræ hæc addit; *poſtremò in numerum iuſtorum me referens, atque inacceſſæ tui Filij, & Dei gloriæ me hæredem efficiens.* Hæc S. Ephrem. Quod perinde eſſe videtur, ac à Deipara poſtulare S. Ephrem, vt ipſum in teſtamento Chriſti hæredē inſtituat, & inter iuſtos nomen eius per eam ſcribatur.

Pſal. 50 v. 6.

S. Ephrē

Bonav.

6

Sed & illud pro teſtamento Chriſti, & hæredum inſtitutione Mariæ manu, ſive conſilio ſcripta ſignatè facit, quod in ſuperioribus ex Germano Conſtantinopolitano Archiepiſcopo adduxiſſe me memini in Encomio *de Sanctiſsima Virgine*, ſic ipſam invocante: *Huc ades perfectio divinarū ordinationum: huc ades ſignaculum teſtamenti ipſius: huc ades finis conſiliorum ipſius*: Ita ille; notanter teſtamentum Chriſti à Deipara ſignatum faciens: vt dicere ex mente Germani quodāmodo liceat: ab ipſa firmitatem, & robur illud habere; quemadmodum in teſtamentis, & tabulis, ſine inſtrumētis publicis perpetuò evenit: quæ eatenus publicam fidem faciunt, quatenus ſigno miniſtri Reip. conſignantur, atque muniuntur. Ergo cum teſtamentum Chriſti Paulo aſſertum eo in cardine verſetur, vt nos hæredes ex aſſe relinquat ex pretio (inquam) ſui ſanguinis; atque is per Spiritum Sanctum ab ipſo oblatum fuerit: dicente indidem Paulo verſ. 14. *Quantò magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum Sanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo emundabit conſcientias noſtras ad ſerviendum Deo viventi:* Conſequens quidem eſt, vt à Maria ſignetur, & conſignetur, itidemque vt ab ipſa hæredes in illo inſtituantur, & deſignentur, obſervante Ioanne Geometra ad illa verba Angeli, Lucæ 1. verſ. 35. *Spiritus Sanctus ſuperveniet in te*: ab ipſa Conceptionis Chriſti hora ſigillum Spiritus Sancti apud Mariam manſiſſe: ſic enim ipſe ea verba effert: *ipſum Spiritus Sancti ſigillum in te experimetur*: vt aſſerat, quod Sapiens Idiota in prologo lib. de B. Maria dixit: *Vt per ipſam, & ab ipſa habeat mundus omne bonum*; ſignatè verò, vt dona gratiarum, quæ ſingulis fidelibus ex teſtamēto Chriſti obveniunt ab ipſa velut regio diplomate firmentur. Quod appoſitè firmant illa verba S. Bernardini tom. 2. ſerm. 52. art. 1. cap. 2. à nobis ſæpius adducta: *A tempore quo concepit Virgo Deum in vtero ſuo, quandam, vt ſic dicam, iuriſdictionem, ſive auctoritatem habet in omni corporali miſſione Spiritus Sancti: quia non vult ipſe Spiritus niſi per eam communicari, ſicut & Filius à quo Spiritus Sanctus procedit, per ipſam datus eſt nobis*: Sic ille: apud quem obſerva illud: *quandam, vt ſic dicam, iuriſdictionem, ſive auctoritatem habet*: planè quaſi ea, cui ſubeſt teſtamenti ſignaculum, & Spiritus Sancti ſigillū ad ipſius dona diſtribuēda, & ad Chriſti Redemptionem, in electis refundendam.

Germ.

Paulo v. 14.

S. Bern.

7

Iam verò huic Deiparæ iuriſdictioni, & auctoritati adde poteſtatē. Nimirū ipſa diſſertè ait, Eccleſiaſtici 24. verſ. 15. *In Hieruſalē poteſtas mea*: Quæ autem? reſpondet Richard. à S. Laurentio lib. 4. de Laudib. Virgin. *In Hieruſalē ſuperna poteſtas mea, quos volo introducendi*, vti etiam à nobis iā aliatus dicebat Bernard. ſerm. 1. in Salve Regina: *Divinæ pietatis abyſſum, cui vult, & quando vult, & quomodo vult creditur aperire, vt quivis enormis peccator non pereat, cui Sancta Sanctorum patrocinij ſui ſuffragia præſtat*: Id quod inibi ipſamet Virgo diffundit: primùm, dum ſub ænigmatibus florum, & herbarum deſcribit rationes, & modos quibus hominibus ſalutis vitam inſpirat, ait enim: *Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano, & quaſi cy*

Eccl. 24 v. 15.

Rich. à S. Laur.

Bernar.

preſ.

preſſus in monte Sion, quaſi palma exaltata ſum in cades, & quaſi plantatio roſæ in Hiericо, quaſi oliva ſpecioſa in campis, & quaſi platanus exaltata ſum iuxtà aquam in plateis, ſicut cinamomum, & balſamum aromatizans odorem dedi, quaſi myrrha electa dedi ſuavitatem odoris: deinde eodem cap. verſ. 32. ita concludit: *Hæc omnia liber vitæ, & teſtamentum Altiſſimi*: Vt velit Sacer Scriptor affirmare, Deiparam librum vitæ eſſe, in quem ipſa electorum nomina referat; quippè quæ hæredes regni cœleſtis in teſtamento Chriſti conſcripſerit, ſub hoc ſenſu capiente hæc verba Richard. à S. Laurentio lib. 12. de Laud. Virginis, hūc in modum. *Hic eſt liber, de quo dicitur, Eccl. 24. Numeratis arboribus herbis, & ſpeciebus, quibus Maria figuratur ſubdit Ieſus Sirach, videlicet noſter Ieſus perhibens teſtimonium Matri* Hæc omnia liber vitæ, & teſtamentum Altiſſimi, *ideſt, horum omnium, quæ diximus ſimilitudinem, & rationem continet in ſe Beata Virgo, quæ eſt liber vitæ*: Hæc Richardus, & alia: Quam quidem cogitationem, ſic explicat Hugo de Sancto Victore ſerm. 42. vt pro complemento teſtamenti Chriſti harum virtutū efficaciam in electis ſuis Virgo diffundat: *Vt venia lætificati, gratia locupletati, fide illuminati ſpe confortati, charitate iuſtificati, aliis virtutibus exercitati bonis operibus adornati, & tandem gloria beatificati*: Vnde tandem concludit Richardus lib. 2. de Laud. Virginis. *Beatus venter, & beata vbera quæ ex eorum repræſentatione Chriſto in precibus impetrat nobis beata hæc Mater abſolutionem à culpa, & benedictionem in gratia, & glorificationem in patria*: Hæc ille plus plus in ſeqq. diffundenda.

Rich. à S. Laur. Eccl. 24

Hugo à S. Vict.

Richar.

8 Modo concludo cum Bernardo in Meditationibus; vt mihi dictum putem, quod ſibi ipſe, ſic dicebat: *Anima mea, quid agis tunc, cum in lecto poſito corpore exitura eris ex hac vita? quis erit eius ſocius itineris, per quod non apparet veſtigium hominis? Quis ad iudicem te deducet? Quæ ſors tua erit? bona ne, an mala? Quis te defendet? Quis te liberabit.* Conſiderabam ad dexteram (*horum operum*) & nō erat, qui cognoſceret me. Perijt fuga à me. *Quid miſero reliquum? Clamavi ad te Domina dixi*: Tu es ſpes mea: Hæc Bernardus: hæc & ego. Addiderim non tam pro me, quàm pro veris Deiparæ honoris ſtudioſis, quod P. Iulius Recupitus inſignis Theologus noſtræ Societatis, & verbi Dei concionator egregius agens *de prædeſtinatione* ſcribit, adfuiſſe ſe cuidam ex noſtris, qui cum in Virginis honore procurando valdè fuiſſet ſollicitus, ita Virginem moriens alloquebatur. *Ego effeci pro meo modulo, vt tibi ſæpius genua flecterent plurimi. Tu Domina! ſemel genuflecte pro me: & ſalvus ero*: opportunè quidem ſubijcit Auctor: *Sic ita Virginis amator moriens ratiocinari poteſt.*

Bernar.

EXEMPLA.

PRimum quidem pro fructu, ſive hæreditate Domini, quam ſuis Deipara pollicetur illuſtris viſio eſt, quam factam fuiſſe cuidam Virgini meritis, & revelationibus divinis præclaræ teſtatur Cæſarius Ciſtercienſis lib. 7. cap 20. vbi cum retuliſſet aliam revelationem, ſic inquit: *Aliam verò Deus illi oſtendit viſionem multo hanc excellentiorem, cum tempore quodam cogitaret de abyſſo æternæ prædeſtinationis, & ineffabili Sacramento, atque remedio divinæ Incarnationis facta in exceſſu, Virginem coram ſe vidit cryſtallinam, ideſt, ad modum cryſtalli perlucidam, in cuius vtero contemplatus eſt infantem pulcherrimum regio diademate coronatum. Habebat autem idem diadema quatuor flores eminentes, qui eā intuente ſurſum aſcendētes, & Virginis cerebrum excreſcentes in ramos arboreos profecerunt, & modico ſpatio temporis emenſo quatuor mundi partes impleverunt, quorum fructus erant pulcherrimi, odoris eximij, mirique ſaporis. Et ecce ſub ramis eiuſdem apparuit omne genus humanum à protoplaſto Adam, uſque ad vltimum, qui in fine mundi naſcituras eſt. Soli vero electi fructus arboris carpebant, eiſque veſcebantur: reprobi autem nihil ex eis contingere, aut veſci potuerunt. Hactenus viſio: Mira planè, & vere bis Deiparæ.* Melior eſt fructus meus auro, & lapide pretioſo opportuna; vt à pierate, & devotione in Virginem egregium ſumatur ſalutis, &

Cæſar.

præ-

prædeſtinationis indicium; iuxtà illam Anſelmi ſententiam, cuius meminit S. Bonav. Antoninus 4. p. titulo 15. cap. 14. (vt in ſuperioribus vidimus) his verbis. Ei dicimus: Ecce ergo Advocata noſtra illos tuos miſericordes oculos ad nos converte: vt enim dicit *Anſelmus*: Vt impoſsibile eſt, quod illi, à quibus Virgo Maria oculos miſericordiæ ſuæ avertit ſalventur; ita neceſſarium eſt, quod ij ad quos convertit oculos ſuos pro eis advocans iuſtificentur, & glorificentur.

Bonav. Anton.

EIVSDEM argumenti.

De MARIA ADVOCATA Clientes Virginis, ex Mariæ Patrocinio, ex teſtamento Chriſti hæredes eſſe æternæ beatitudinis.

ADNOTATIO X.

I EGimus lib. 1. de Diva Maria Filium Dei Filium ſuum, tāquam debitorem ex iure, & iuſtitia convenientem, vt hominum miſereatur; ſuggerente Deiparæ Methodio M. orat. in Hypapantem: *Euge, euge Mater Dei, & ancilla: Euge, euge, quæ tibi obnoxium habes illum omnium fœneratorem: Omnes enim Deo debitores cum ſimus: tibi ipſe eſt debitor:* Sed & itidem ibi ipſum Dei Filium, iā iam in Cruce morientem vidimus, dilectum ſuum diſcipulum, & in illius perſona omnes omninò fideles Chriſtianæ Eccleſiæ filios, perpetuo Matris ſuæ obſequio, cultui, & ſervitio manciparitē, atque in æternum addicentē, vt eam met, quam à ſummo Patre hæreditatem ipſe mercedis loco acceperat in Matrem, tanquam immortale fideicommiſſum transferret pulchrè id cōfirmante Vverrico ſerm. 4. de Aſſumptione illis verbis. Cæterum cum dilexiſſet *Matrem Ieſus, in finem dilexit eam, vt non ſolùm propter ipſam finem vivendi, verum & in ipſam pœne finem faceret loquendi: dum veluti inter vltima verba teſtamenti, cuius debitorem ſe cognoſcebat chariſsimo tranſcribit hæredi:* Sed hæc vt præſenti inſtituto aptanda; ita plus plus explicare, atque diffundere operæpretium eſt.

Metho. M.

Vverr.

Et quidem cum hæc Chriſti ad Matrem hæreditas primum relicta, deinde ad nos tranſmiſſa ſit: quid ea tandem ſit? & cui iuri innitatur? & quo iure ad Virginem; & ab ipſa ad nos pertineat: ſingillatim videndum nobis eſt: Ergo de hæreditate à Summo Parente Chriſto Filio ſuo delata iterum, atque iterum Regius Vates agit: ita enim in primis Pſalmo 2. verſ. 7. *Dominus dixit ad me Filius meus es tu: ego hodie genui te: Poſtula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuā, & poſſeſsionem tuam terminos terræ:* Id eſt, pete, ò Fili ea, quæ Regiā, ac ſupremam Maieſtatem decent: ſummam regnorum amplitudinem, immenſam multitudinem ſubditorum: omnes ego gētes, nationes, populos, regna, extra ſydera tellus, extra anni, ſoliſque vias redigam in ditionem tuam: Quæ ſic expreſsit Card. Bellarminus. *Quia tu Chriſte! Filius meus es naturalis, & virtute mea incarnatus, & à mortuis excitatus, iure potes à me petere imperium in omnes gentes, tanquam hæreditatem tuam, & omnem terram, vſque ad vltimos fines eius, tanquam poſſeſsionem tibi debitam:* Vbi, quin filum cogitationis abrumpam, nō poſſum, non obſervare duo; alterum pulchrè Irenæum lib. 4. cap. 35. hanc gentium hæreditatem Chriſto delatam, comparaſſe cum ovibus, quas labore, & arte mercedis nomine ſibi comparavit Iacob, Geneſ 38. Alterū ſapienter obſervaſſe Didymum in Catena Græca: dari quidem gentes Chriſto, non tam ipſius Chriſti, quàm ipſarum cauſa, & commodo ſicut traduntur ægri medico, & indocti Magiſtro; vt ſani, & periti efficiantur.

2

Pſalm. 2 v. 7.

Cardin. Bellar.

Irenæus.

Gen. 38.

Et verò quoniam huius hæreditatis ſcopus; fructus, finis; is omninò eſt, vt gentes in hæreditatem Chriſto datæ ſalutem, & vitam æternam conſequantur: Ecce tibi denuo Vatem

3

Chri-

Chriſtum nobis deſcribentem; ſuam inter electos dividentem hæreditatem; ſic enim Pſalm. 126. verſ. 4. *Cum dederit dilectis ſuis ſomnum: Ecce hæreditas Domini Filij merces; fructus ventris*: Ad quæ verba nemo non refert hæreditatem ad Eccleſiam Dei Chriſti ſanguine adquiſitam: & gratia divina in præſenti vita muneratam, & in futura ſempiterna beatitudine gloriolam eo omnino ſenſu, quo Apoſtolorum Princeps epiſt. 1. cap. 1. v. 3. dicebat: *Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundum miſericordiam ſuam magnam regeneravit nos in ſpem vivam per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarceſſibilem conſervatam in cœlis in vobis: Qui in virtute Dei cuſtodimini per fidem in ſalutem paratã revelari in tempore noviſſimo*: Vnde præfata Vatis verba, ſic ſapienter elucidat Card. Bellarminus: *Id eſt, cum poſt varios labores, & certamina dederit Dominus omnibus dilectis ſuis ſomnum beatæ mortis*: Ecce hæreditas Domini filij: merces fructus ventris: *id eſt, tunc apparebit, quod filij Dei, ſint ipſius Dei hæreditas: quia tunc dilecti ſalutem æternam conſequentur, & per hoc tranſibunt in æternam Dei poſſeſſionem, & hæreditatem: & ydem filij erunt merces Chriſti, qui eſt fructus ventris: ipſe eſt enim, qui gratiam, & gloriam electis ſuis patiendo, & moriendo promeruit.* Hæc Bellarminus luculenter explicans hæreditatem Chriſti ſub vtroque ſenſu activè, & paſsivè ſumptam: ſed enim, omnium optimè, & ad litteram, & ad rem, quam perſequimur, necnon in maius Deiparæ ornamentum. Hilarius componens hæc Vatis verba cum illis, in quibus ſumus: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam*, hunc in modum: *Ea ergo in filijs hæreditas Domini eſt, quam ex mercede fructus ventris acceperit: non enim inanis hic fructus eſt. Nam merces eius hæreditas, & hæreditas filij ſunt.* Quotquot enim *inquit* receperunt eum dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, &c. *Et hæc eius merces eſt, qui ex Virgine naſcendo fructus ventris eſſe voluit, vt ei gentes quas in filios per fidem generaret, hæreditas ſit. Quod autem, quia fructus ventris effectus ſit, hanc mercedem hæreditatis acceperit, Pſalmus alius teſtatur dicens.* Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Hæc omnia Hilarius, tam bona, tam opportuna, vt iis nihil addere, nihil demere poſsis, vt iam videro.

Sed iam ad rem, vt hæc noſtra faciamus, & vt Dei Filiũ Matris debitorem vidimus modo ipſum Matri debitum fideliter, & religioſe perſolvẽtem obſerva; *dum veluti inter vltima verba teſtamẽti* (vt dicebat Vverricus) *cuius ſe debitorem cognoſcebat chariſſimo tranſcribit hæredi*: cum Ioanni quẽ è vicino Dominus habebat Deiparam in Matrem; & viciſsim Ioannem in Filiũ Matri reliquit: ſic ipſomet Ioanne referente cap. 19. v. 26. *Cum vidiſſet ergo Ieſus Matrem, & diſcipulum, quem diligebat dicit Matri ſuæ: Mulier, ecce filius tuus: Deinde dicit diſcipulo: Ecce Mater tua*: hæc verba elucidante S. Cyrillo Alex. lib. 12. in Ioannem, hunc in modum: *Commendavit* Chriſtus Matrẽ diſcipulo, vt officium Filij in eam ſervaret: Matrẽ ſimiliter admonuit, vt Parentis in diſcipulum auctoritatẽ *haberet*: Iam verò obſerva ex PP. tum in Ioanne omnes Eccleſiæ filios fuiſſe ſubintellectos: dicente omnium ore S. Bernardino ſerm. 55. de Paſſione Chriſti tomo 1. *In Ioanne intelligimus animas electorum, quorum per dilectionem B. Virgo Mater effecta eſt*: tum etiam Deiparam, vt tunc omnium noſtrum Matrem factam, ita ei noſtram ſalutem fore adſcribendam: audi Rupertum. *Quia ibi dolores, vt parturientis ſuſtinuit; omnium noſtrum ſalutem Beata Virgo peperit, & facta planè eſt omnium noſtrum Mater.* Quæ nimirum eo eunt; vt quotquot fideles; id eſt, Eccleſiæ filij ſunt, hæredes quidem Dei; cohæredes quidẽ Chriſti, Rom. 8. quos ad præfatum Pſalmum 126. vbi de hæreditate agitur, ſic enumerat Auguſtinus initio expoſitionis Pſalmi: *Omnes autem fideles, qui ſunt domus Dei, non ſolùm qui modò ſunt, ſed & qui ante nos fuerunt, & iam dormierunt, & qui poſt nos futuri ſunt, adhuc, qui naſci habent in rebus humanis vſque in finem ſæculi congregati in vnum fideles innumerabiles, ſed Dei numerati, de quibus dicit Apoſtolus.* Novit Domi-

Pſ. 126 v. 4.

1. Pet. 1 v. 3.

Cardin. Bellar.

Hilar.

4

Ioan. 19 v. 26.

Cyril. Alex.

Bernar.

Rupert.

Auguſt.

2. Tim. 2. nus, qui sunt eius, 2. ad Timoth. 2. A Sic August. Hi inquam omnes Mariam sanctissimam Matris loco habeant; vt sanctissimè tãquam filij colant, & omnia ipsi pietatis devotionis, & servitutis officia exhibeant; vti Ioanni præscriptum fuit, cum filij loco suppositus fuit: sic ipsi locutus Arnoldus tractatu de septem verbis: *Loco filij positus es, & vt vicem in Matre suppleas, ordinaris*: & Petrus Damianus serm. 64. *Ad custodiendam venerabilem Matrem suam, perpetuam videlicet Virginem, quasi alterum filium loco sui posuit*: & Card. Toletus ad id loci: *Commendat discipulo, vt Filij officium in eam exhibeat, ac si diceret: Esto ei vt Filius, & pro me omnia ei pietatis officia exhibeto*: & post pauca premẽs ea verba: *Et accepit eam discipulus in sua*: subdit: *Singularem eius curam in officys pietatis exhibendis discipulus gessit ex illa hora, nec vllam interposuit moram in tanto, ac tam singulari beneficio accepiando, & in sua ergo accepit; id est, in numero eorum, quorum curam magnam gerere oportebat*: ita ille; Maldonatus verò in cap 27. Matthæi num. 42. magno iudicio vtraque Christi verba ad obsequium, & officia pietatis à Ioanne Deiparæ exhibenda omnino refert, hunc in modum: *Cum autem dicit*: Ecce Filius tuus: *non commendat illi discipulum, sed ipsam discipulo; quasi dicat, non omninò te desertam deinceps: iste discipulus meus erga te implebit vices; teque consolabitur, tuebitur, & egentem alet*: Deinde dicit discipulo: Ecce Mater tua: *Contrario sensu propter personarum differentiam hæc verba intelligenda sunt. Nunc enim non discipulum Matri, sed Matrem discipulo commendat, quasi dicat; hanc deinceps loco habebis Matris, eam coles, eam solabere, eam defendes, eam ales.* Hæc sapienter Maldonatus.

Pet. Damian. Card. Tolet. Maldo. Matth.

Fuerit quidem hoc in loco opportuna observatio perdocti, viri Ioannis Baptistæ Novati tomo 1. de Eminentia Deiparæ cap. 18 quæst. 14. componentis verba Cant. 7. vers. 5. de Virgine cuius gressus noranter, non tam à pedibus, quàm à calceamentis laudantur, hunc in modum: *Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, Filia Principis*: cum illis Exod. 3. v. 5. quibus Moysi liberaturo populum Israel, qui hæreditas Domini erat, præscriptum fuit: *Solve calceamentum de pedibus tuis: terra in qua stas, terra sancta est*: Vt nimirum cum ex expositione Cypriani, & Ambrosij Moysi ex depositione calceamenti præscribatur, vt quamvis populum virtute, & miraculis è servitute redimat, & sui iuris faciat, non tamen eum sibi adscribat, nec possessionem ipsius sibi attribuat; sed Deo ipsi cedat, qui populum in hæreditatem sibi vendicavit: erat quippè vetus ritus, calceamentum solvere, cum quis renunciaret iuri hæreditatis obtinendæ: de Maria signatissimè dicatur ad opus Redemptionis humanæ, & hæreditatis, quam Christus per Passionem suam ex promissione Patris obtinuit calceatam processisse, quod iuri acquirendæ hæreditatis non cesserit; sed optimo iure eam adire potuerit; quod Filium suum debitorem haberet; is que ex pacto convento Matrem hæreditatis suæ participem fieri voluerit: Vnde cum emphasi, & admiratione de Maria singillatim dicitur. *Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis Filia Principis*! ac si dicatur. Quàm excelsa gloria, & celsitudo tibi, ò Regina accedit, quod Tibi datum sit ius in ineffabili Redemptionis, & hæreditatis Christi Sacramẽto. Quod acumẽ subesse videtur appellationi illi *Filia Principis*: vt non solùm Mariæ dignitas supra omnes creaturas designetur; quasi ipsa Filia Regis, & Regina illæ verò ancillæ sint; sed omninò innuatur Filiæ Regis ius, quo hæreditatem regiam adire valet.

Cypriani, Ambros.

5 Ioann. Baptist. Nov. Cant. 7. v. 5. Exod. 3. v. 5.

Iam ecce tibi Christi hæreditatẽ; omnes scilicet gentes, *& possessionem eius terminos terræ*, in Deiparam ab ipso transmissam: vt ingens illud humanæ carnis debitum, quod à Matre contraxerat, ipsi persolveret. dum Ioanni, & in eo cunctis omninò gentibus; populis, & linguis, quotquot fuere, quotque sunt, quotque futuri sunt, ex Christi ore præcipitur, vt Mariã loco Matris habeant, vt eam colant, venerentur, & toto animi affectu diligant; ipsique corde, & ore inserviant summis vsque ad cœlum laudibus immensam eius dignitatem, magnitudinem, benignitatem, misericordiamque efferentes: vt ad eum modum, quo

6

Ioan. 5. v. 13. Chriſtus Dominus Ioann. 5. verſ. 13. dicebat: *Pater omne iudicium dedit Filio; vt omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem. Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui miſit illum*: ſic pœne præſcribere videatur, vt omnes honorificent Matrem, ſicut honorificant Filium eius; & qui non honorificat Matrem, non honorificat Filium, qui ex ea natus eſt. Quod ab ipſa Deipara prophetico fuit ore, ſic prænunciatum in ſuo Cãtico Lucæ 1. verſ. 48. *Beatam me dicent omnes generationes*: in quæ verba egregius eſt Agellij Epiſcopi commentarius iſte: *Obſervatum eſt autem à nobis, nuſquam generationum omnium, aut omnium generationum, & generationũ laudem, ac prædicationem niſi Deo tribui, vt illud* in generationem, & generationem annunciabimus laudem tuã, & *Pſalm.* 134. Domine memoriale tuum in generationem, & generationem: *& multa alia. Quod ſi propria hæc Dei laus Mariæ tribuitur, quid aliud in cauſa erit? niſi quia Deum genuit, & eius Mater, cui omnium generationum laus debetur?* Hæc Agellius vides? vt omnes honorificent Matrem, ſicut honorificant Filium: atque eum qui Matrem non honorati filio diſplicere: ſanè Bernardus hom. 4. in Miſſus eſt; communem cum Maria laudem Dei Filium habere, ſic dicebat: *Nec dubium ſit, quidquid in Mariæ laudibus ponimus ad Filium pertinere*: Cardinalis verò Gofridus ſerm. 8. vlterius progreſſus, inquit: *Nihil in huius Virginis laudibus hæſitemus; honorat ſiquidem Filium, qui laudat Matrem, ſine cuius laude Deo placere impoſſibile eſt, & cum laude eius diſplicere ei nemo poteſt. Hanc igitur ſanctiſſimam, & admirabilem Virginem laudemus, quia Virginis Filio placere ſine Virginis Matris laude non poſſumus.* Sic ille. Luculentiſsimè verò inclytus Imperator Leo in oratione de Annunciatione, cuius meminit Card. Baronius die 8. Decembris. *Iam enim* (inquit) *Angelorum choris dulce eſt, tuas laudes concinere, & Beatam prædicant te, tanquam Regis Matrem potiùſque illis nihil eſt, quàm vt tibi ſerviant; quari miniſterium tibi præſtitum ad Filij honorem redundare, benedicunt; te ſolam benedictam faciunt.*

Lucæ 1. v. 48. Agellius

Pſ. 134.

Bernar.

Cardinal. Gofrid.

Leo Imper.

Ergo omnes omnino generationes, & poſſeſsiones terræ, quæ Chriſti hæreditas ſunt, Beatam dicunt, & dicturæ ſunt MARIAM: omnia videlicet hominum genera ex omnibus mundi partibus percuncta, vſque in finem mũdi ſæcula: Imperatores, Reges, Pontifices Summi; Doctores, vt quot ſunt oræ terrarum; tot ſint laudatorum Virginis ora: in Cappadocia Baſilius Magnus, Gregorius Nazianzenus, & Nyſſenus; Antiochiæ Ioannes Chryſoſtomus; in Lycia Methodius M. in Põto Gregorius Thaumathurgus: in Arabia apud Damaſcum Ioannes Damaſcenus: in Palæſtina Heſichyus presbyter, & Patriarcha Sophronius, & Andræas Hieroſolymitanus: in Cypro S. Epiphanius: in Ægypto S. Cyrillus Alexandrinus, & Athanaſius: Conſtantinopoli in Thracia Proclus, & Germanus Patriarcha: in Dalmatia Hieronymus: in Africa Cyprianus, & Auguſtinus: in Italia Gregorius Magnus, S. Thomas de Aquino, S. Bonaventura, & S. Bernardinus. in Hiſpania Hierothæus, Ildephonſus, Marcus Maximus, & alij innumeri: in Gallia Dionyſius, Irenæus: in Germania Rupertus Abbas, & Albertus Magnus: in Anglia S. Anſelmus, & Venerabilis Beda: in Burgundia S. Bernardus, & S. Petrus Venerabilis: in Scotia Ioannes Duns Scotus: Scriptores verò infinitus eſt numerus: Vnde Richardus à S. Laurentio in hunc ſenſum inflectens verba Domini Pſalmo 88. verſ. 5. *Et ædificabo in generationem, & generationem ſedem tuam*: & Deiparæ accommodans libro 10. de Laudib. Virginis, inquit: *Adhuc autem non ceſſat, hæc ſedes quodammodo ædificari, quia ad honorem eius cottidie novæ Eccleſiæ ædificantur, nova Altaria dedicantur, quæ inveteraverunt, renovantur, & ad oſtendendam ipſius gloriam à Modernis de ea Sacræ Scripturæ multipliciter exponuntur*: & ideò dicit. Qui elucidant me vitam æternam habebunt, Eccleſiaſt. 24. Hæc Richardus. Hinc pulchrè exclamat Vverricus ſerm. 2. de Nativitate, vbi cum Deiparam gratulabundus alloquens dixiſſet: *O Mater incorrupta! Virgo fœcunda! Filius, qui datus eſt tibi, filios tibi dedit, vt ſint omnes conformes imagines eius, vt ſit ipſe*

Rich. à S. Laur.

Eccl. 24.

primogenitus in multis fratribus: ſubiicit. *Dilata itaque locum tentorij tui ab Ortu ad occaſum, quia ad dexteram & lævam penetrabis, & ſemen tuum gentes hæreditabat*: Sic ille, & quidem opportunè: ſubſcribente S. Germano, & Virgini ſuggerente. *Nam tua ſumus hæreditas, ô Virgo.*

S. Germ.

8

Quò iuvat advocare Salomonem Prov. 8. verſ. 19 vbi cum Deiparam ſic loquentem, ſive monentem inducit: *Ego diligentes me diligo*, &c. ſubijcit: *Melior eſt fructus meus auro, & lapide pretioſo, & genimina mea argento electo*: Et verò cum dubium non ſit à Deipara æterna temporalibus anteponi iuxtà divinum Chriſti Filij ſui monitum: *Quid prodeſt homini, ſi univerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur?* Lucæ 9. verſ. 25. quis tandem hic fructus Virginis ſit? merito ambigas? & vero quamvis à Bonaventura ad ea Salutationis Angelicæ verba, *Benedictus fructus ventris tui*, Lucæ 1. verſ. 42. & à P. Salazario commodè ad Chriſtum Dominum referatur, qui verus germanus, & naturalis Deiparæ fructus eſt dicente Bonavētura: *Melior eſt fructus meus, fructus ventris mei, quem ego tanquam meum hominibus, & pro hominibus effero auro, & laude pretioſo*: Crediderim tamen opportunius referendum ad verba in quibus ſumus: *Ecce hæreditas Domini filij merces, fructus ventris*; eodem ſenſu quem perſequimur; vt cœleſtis hæreditatis fructus, qui ventris Mariæ fructus, & merces Chriſto fuit, nobis à Deipara, & per Deiparam nobis obtingat: in quem ſenſum inflecto verba Hieronymi, quæ pro priori adducit Salazarius: *Nec enim dubium eſt illam, quæ meruit pro liberandis ferre pretium poſſe, liberatis impertiri ſuffragium*: quo in loco ea phraſis *impertiri ſuffragium*, non tam referenda ad preces, & vota, quàm ad iudicium, & voluntatem, qua in electionibus, ſeu in creandis magiſtratibus ſuffragium fertur, vt iam ſupra obſervavimus ex iis verbis. M. Tulij lib. 3. de legibus *ſuffragia in Magiſtratu mandando, aut etiam de reo iudicando palam ferri melius eſſet*: & diſſertus Iuvenalis: *Liberaſi dentur populo ſuffragia, Quis dubitet Senecam præferre Neroni?* Ergo Virgo in hæreditate fidelibus cultoribus ſuis danda, non tantum petit, ſed etiam ſuffragium impertitur: tanquam ea, quæ ius fragij habeat ad electionem ſupernæ hæreditatis. Hæc viam muniūt ad hiſtoriam, ſeu exemplum verſa pagina conſcribendum.

Prov. 8. v. 19.

Lucæ 9. v. 25.

Lucæ 1. v. 42

Salaz.

Bonavē.

Hieron.

M. Tul.

Ergo vt in Virginem tranſmiſſa Chriſti hæreditas eſt, ita & nobis eadem hæreditas delata eſſe videtur: Nam primum perinde fuit Dominum Deiparæ obſequio, & ſervitio fideles mancipare, eiuſque cultores facere; atque æternam hæreditatem eis promittere, & præſtare: ſic id affirmante S. Ioſepho Confeſſ. in Menæis 6. Martij, Ode. 4 de SS. MM. *Tuæ gloriæ magnitudinem celebrantes immortalium in Altiſſimis præmiorum hæreditatem obtinuerunt*: Cui cogitationi omninò favet Salomon Prov. 31. verſ. 28. de Deipara prophetico ore dicens: *Surrexerunt filij eius, & beatiſſimam prædicaverunt*: Notanter *filij eius ſurrexerunt*, non tam corporis habitu, quàm morum profectu, vt ingenti fervore, & conatu eius laudes celebrarent; excitati tantis ipſius virtutibus, & rebus præclarè geſtis: Verum obſerva Hebræum verbum, quod reſpondet noſtris vocibus *beatiſſimam prædicaverunt* æquè referri ad activam, & paſſivam ſignificationē: magno quidem myſterio: vt perinde fuerit Mariam beatam dicere, ac eius cultorem beatum fieri, vnde plerique legunt ex Hebræo, *ſurrexerunt filij eius*, (ad laudandā eam) *& beatificati ſunt*, & eodem ſenſu LXX. *Surrexerunt filij eius, & divites facti ſunt*: nempè ex conſortio, & participatione hæreditatis. Quam cogitationem, ſic perbellè expreſsit S. Baſilius Seleucienſis orat. 39. apta reciprocationis phraſi. *Cum multa nobis bona, quæ nullius oratio poſſit aſſequi Deiparæ opera nobis contingant, eam benemerenti vicem rependamus, quæ in nos reciprocetur*: Ita ille, vt dixerit, vt dum beatificamus Virginem; ab ea beatificemur, & divites efficiamur: idemque prorſus ſit Deiparam colere, ac inter hæredes Chriſti cenſeri.

S. Ioſep.

LXX.

9

Nimirum Chriſtus ideò fideles Matris ſuæ ſervitio addicit, vt beatos faciat, & reges. Nam huic Reginæ ſervire regnare eſt. Quade re oppor-

10

tunè

S. Theop

tunè loquuntur S. Theophanes. & ſapiens Idiota: nam ille in Menæis die 16. Ianuarij, Ode. 5. ſic ait: *O omnium celebrata vocibus Virgo! Te multò illuſtriorem ſe ipſo agnoſcit Sol iſte, vtpotè ex qua prodijt indutus hominem Deus, qui Cultores tuos vſque ad lumen ſuæ Divinitatis exſaltat:* Idiota verò piè, & opportunè Deiparam deprecatur, *vt impetrem aſſiduis tuis poſtulationibus, vt te laudem, te gloriſicem: te benedicam: tuas virtutes enarrem, tua mirabilia nũciem; tuam exemplarem, & Deificam vitam prædicem ſcripta de te elucidem, vt habeam in laudes tuas vitam æternam: imò in vita æterna laudes tuas, & ſuper benedicti Filij tui concinam: Quia ſcriptum eſt.* Qui elucidant me vitam æternam habebunt: Hæc ſapiens ille obſerva, & oſculare illa *in laudes tuas vitam æternam:* vt perinde fuerit laudare, & colere Deiparam, ac vitam æternam poſsidere: ſed iam ad alteram, quam promiſimus rationem; cur à Deipara cœleſtis regni hæreditas nobis obtingat, accedamus.

Idiota.

EXEMPLA.

Cœleſtem hæreditatem per Mariæ manus hominibus feliciter obtingere, benè commonſtrat exemplum illud à Vincentio Bellovacenſi lib. 7. Speculi cap. 111. hunc in modum relatum: *Quidam Iudæus nomine Iacob à Londonia Civitate Angliæ ad Vvintoniam pergens in via à prædonibus captus, & plagis affectus, & omnibus rebus ſpoliatus in domum vetuſtam tractus ligatis ad poſtem pedibus, & manibus ibi relinquitur, verum ne penitus deficeret, modico pane, & aqua per triduum ſuſtentatur, quod ſperarent per eius redemptionem magnam pecuniæ vim accipere; ſed tertia nocte cum ex laſſitudine paululum obdormiſſet, adſtitit ei in ſomnis fœmina inæſtimabili decore reverenda, & niveo habitu amicta, quæ proprius accedens vincula, quibus miſer ille conſtringebatur, potenter diſrupit, eumque ſolvit. Qui præ gaudio, & admiratione evigilans. Curioſo intuitu circumſpexit, ſi forte adverteret perſonam, quæ illum reſtituerat libertati. Quod intentius agens, vidit apertè non iam in ſpiritu, vt priùs, ſed corporeo viſu Mariam Dominam cœli ſibi aſſiſtere, & eius claritate totum illud diverſorium reſplẽdebat. In quam oculos meticuloſus defigens, ſic eam alloquitur.* Quæ es Domina? aut vnde tibi pectus tam benignum, vt mihi miſero ſubvenires in tanta anguſtia? *At illa:* Ego ſum (*inquit*) Maria, cui tu, & genus tuum malo veſtro inſultatis, meque Redemptorem mundi edidiſſe pertinaciter negatis; veni tamen ad te, vt more meo bona pro malis rependã, & ab errore te ad veritatis cognitionem reducam, atque hucuſque quàm periculosè vixeris, tibi inſinuẽ; quod vt evidentius cognoſcas egrediamur foras: *illa præcedente ſecutus iubetur ſuper eminentem petram, quæ in promptu erat, aſcendere, & intento animo deorſum aſpicere; qui iubenti obtemperans attendit hiatu terræ vallem tenebroſam ipſo aſpectu horribilem flammas ſulphureas exhalantem, fœtore intolerabilem, omnique genere tormentorum horridam, & aſperam; cernit etiam in his cruciatibus animas damnatorum rotari, & miſerrimè à carnificibus torqueri. Quorum lachrymabiles eiulatus attonitis auribus excipiens, pœne vſque ad animã exterritus eſt. His viſis, & auditis ait ille B. Virgo.* Hic carcer, hæc incẽdia, hæc omnimoda tormenta te, tuoſque ſequaces exſpectant, niſi Iudaicam impietatem celerius dimiſeritis, & ad fidei Chriſtianæ Sacramenta confugeritis: nunc autẽ ſequere me, vt oſtendam tibi quid etiam boni pro veſtra cæcitate perdideritis: *Cumque ſupra collem excelſum illam ſtatuiſſet, aſpicit eminus manſionem perlucidam, viſuque pulcherrimam, ex qua tanta optimi odoris flagrantia naribus intuentis infuſa eſt, ac ſi illum omnium ſuavitas aromatum reſperſiſſet. Ibi vidit cætus beatorum ſplendido vultu ſolemnis omni gaudio tripudiãtes melos dulciſsimos concinentes, quibus ſtudioſè conſpectis ait Maria ad eum.* Hæc eſt hæreditas animarũ ſanguine Filij mei redemptarũ, quam & tu poſſidebis, ſi illũ ex me verã carnẽ aſſumpſiſſe credideris. Sed iam hinc recede, & myſteriũ tibi licet indigno revelatum memoriter tene, & poſthac quid tibi ſit agendũ ſolicitè perpende. *Timens Iudæus, ne denuò hoſtibus ſuis occurreret, ibat denſiſsima nocte, quò impetus eum dicebat, quouſque diluceſceret*

Vincẽt. Bellov.

Diluculo autem pergens ad Vrbem, quæ Bacha dicitur, quoddam monaſterium, quod ibi erat, adijt. Priori & fratribus quidquid viderat, & audierat, totum ex ordine expoſuit, Baptiſmum petijt Ioan ſque vocatus eſt. Hactenus Vincentius. *Vbi vides ab ipſa Deipara confirmatam expoſitionem Hilarij verborum Pſalmi,* Ecce hæreditas Domini Filij merces fructus ventris: *cum Virgo cœleſtem gloriam deſignans, inquit. Hæc eſt hæreditas animarum Filij mei ſanguine redemptarum.*

Andronicus Imperator Conſtantinopolitanus, vt in eius vita refertur: Mariæ effigiem, quam collo ſuſpenſam geſtabat ori immittens, & illachrymans, ſuum per Matrem Ieſu ſpiritum Deo commendans feliciter exſpiravit.

EIVSDEM argumenti.

Servi Deiparæ ex teſtamento Chriſti cœleſtem hæreditatem conſequuntur.

ADNOTATIO XI.

I ERgo cum Chriſtus hæreditatem ſuam Matri detulit, & fideles omnes ipſius dominio, & obſequio mãcipavit: ſimul etiam illos hæredes inſtituit; cum in Ioãne, vt filios adoptavit Matrem ſuum ipſorum Matrem conſtituens; vti dicebat S. Bernardinus *in Ioanne intelligimus animas electorum, quorum per dilectionem B. Virgo Mater facta eſt*: & Rupertus. *Quia ibi dolores, vt parturientis ſuſtituit, omnium noſtrum ſalutem B. Virgo peperit, & facta plane eſt omnium noſtrum Mater.* Quibus adde tum S. Ioſephum Confeſſorem in Menæis die 4. Martii, Ode. 8. dicẽtem Virgini: *Ecce tuus ille filius cultores tuos propalam in cœleſtis Patris ſui filios adoptare cernitur.*

Bernar. Rupert. Ioſeph.

Tum etiam Eccleſiam Græcam in iiſdem Menæis die 8. Aprilis de S. Herodione Agabo, & ſocijs; quæ hunc pulcherrimũ ſenſum reddit illis verbis, *Ecce filius tuus*: vt ad Virginis cor Filius loquens de morte ſua eam adhiberet conſolationẽ, quod reſurrecturus quidem, & clientibus ſuis, qui in filios dati ei ſunt, gloriã eſſet præbiturus: Audi egregia verba: *Ille qui ex viſceribus tuis carnem aſſumpſit Te ſub Cruce lachrymis cum acerbiſſimo dolore coniunctis perfuſam aſpiciens affatus eſt, vt Filius Deſine, inquiens, lachrymari, ò Mater! licet enim ſponte mea, & patiar iſta, & moriar, paulò poſt tamen à mortuis ſurgam, vt glorificem omnes, quicũque te venerabundi celebrant.* Hæc ibi. O ingens ſervorum Mariæ Bonũ! ò firmam cœleſtis regni ſpẽ: ò magnum animarum pretium, & inæſtimabile pondus! quando ipſorum ſalus B. Virgini pro acerbiſſimi luctus ſolatio à Chriſto moriente, & teſtamentum condente data eſt: O vocem ſolatij noſtri, & ſpe plenam! quam Euthymius de Zona Virginis ad ipſam emittebat. *Tua ſumus hæreditas, ò Virgo, vt nimirum, cum dederit dilectis ſuis ſomnium, ecce hæreditas Domini, &c.*

Eccleſia Græca. Euthym

Eſt verò in hanc rẽ conſideratio S. Paulini epiſt. 43. maximè opportuna quippè ipſe verba Domini ad Matrem: *Ecce filius tuus*, itidemque ad Ioannem: *Ecce Mater tua*, Ioan. 19. v. 26. ſic expendit; vt in Ioanne Dominus corpus ſuum, *quod eſt Eccleſia* (vt inquit Paulus, Coloſ. 1. verſ. 24.) Matri Virgini, tanquam denuo concipiendum, & parturiendum commẽdaverit: Sic enim Paulinus poſt alia: *Et illud, quod ad fidem omnium pertineret, ſaluti ferum pietatis ſuæ ſacramentũ, arcana divini rationis conſilij ſub hac voce deſignans, vt & alij Matrem delegaret pro Matre habendam, & vice ſua conſolandam, atque illi viciſſim novum filium vice corporis ſui traderet; imò (vt ita dixerim) gigneret*: Ita Paulinus obſerva: *Novum filium vice corporis ſui gigneret*; quod perinde eſt, ac illud Ruperti: omnium noſtrum ſalutem Virgo peperit, & facta planè eſt omnium Mater; noſque ipſius filij, *quod ſi filij, & hæredes.* Sanè in hunc ſenſum aptè inflexeris, cum Guillielmo, & Honorio, & eodem Ruperto ipſiuſmet

2 S. Paul. Ioan. 19 v. 26. Coloſ. 1. v. 24. Rom. 8. Guilliel Honor.

Dei-

Deiparæ verba, Cant. 1. verſ. 4. *Nigra ſum, ſed formoſa; ſicut tabernacula cedar; ſicut pelles Salomonis*: pende ſingula: & primùm ſi dubitas, cur nigram, & tenebroſam (id enim portendit cedar) ſeſe Virgo appellaverit; quæ & *candor lucis* eſſe perhibetur, Sapientiæ 7. verſ. 26. *Et pulchritudo pulchritudinum* appellatur à Georgio Nicomedienſi oratione de oblatione Virginis: occurunt Guillielmus, & Honorius apud Martinum Delrium referentes id ad hoc Paſſionis tempus, quod in manibus habemus, quãdo morienti filio adſtitit Mater dolorosa, & obnubilato Sole obnubilatus eſt ſplendor, & decor, quem hæc Luna pulchrior de Sole ſuo habebat: Iam quù hæreat cum his obnubilatæ lucis tenebris forma, & pulchritudo, qua formoſam ſe dicit Virgo? reſpondet ex pellium Salomonis imagine Rupertus, hunc in modum: *Verum ego formoſa ſum, ſicut pelles Salomonis, ſicut pelles delicatæ vero Salomoni pacifico. Nam ſicut illæ pelles arcam typicam continuerunt: ſic ego intra mea viſcera veram Arcam continui, Chriſtum videlicet, cuius caro ſignificatur per Arcam, &c. & ſicut pelles protegebant totum tabernaculum, ſic ſub vmbra meæ protectionis defendo totam Eccleſiã.* Hæc ille, vt fuerit ſenſus, Beatam Virginem, ſicut obumbrante Spiritu Sancto concepit Filium Dei: & continuit divinam Arcam intra puriſsima viſcera; ita in Paſsione Filij: ipſo Matri fideles commendante: illa ſub vmbra Crucis Eccleſiæ obũbravit, & eã parturivit, vt deinde ſub vmbra protectionis eius ſecuri permaneant, atque conſiſtant.

Cant. 1. v. 4. — *Sap. 7. v. 26.* — *Georgio Nicom.* — *Rupert.*

3 Sed iam Deiparam velut Sponſam formoſam hæreditatem filijs dividẽtem audi ipſiſsimis huic rei Davidis verbis, Pſalm. 67. verſ. 13. *Rex virtutum dilecti, dilecti, & ſpeciei domus dividere ſpolia*: Nam cũ eius Pſalmi argumẽtum de Chriſto Domino, & ipſius myſterijs, ſignatè vero de redẽptione humani generis, manifeſtè ſit, & illis verbis, *Rex virtutum dilecti, dilecti* inducatur Summus Parens, Rex virtutum cœleſtium dilectiſsimo Filio ſuo triumphum de hoſtibus regnum, & poteſtatem deferens: emphaticè ſubijcit Vates: *Et ſpeciei domus dividere ſpolia*: id eſt, ad ſpeciem domus pertiner, vt ſpolia dividat, ſic namque Chaldæus vertit: *Dabit Dominus dividere ſpolia*: Sed quæ eſt? hæc *ſpecies domus*: Sanè expoſitores omnes: atque ij etiam, qui litteratiſsimi videri, volũt, ad ſponſam id fore referendum cenſent apud Agellium: quod ſic expreſſit Lorinus: *Poteſt per ſpeciem domus intelligi vxor, & ſponſa ab effectu, quod ſit familiæ pars ſpecioſiſsima, & domũ reddat ſua cura ſpecioſam*: & paulò poſt dum adducit verſionem Symmachi pro *ſpeciei domus* legentis *regimẽ domus diſtribuet ſpolia*: ait *poteſt intelligi mulier, cuius eſt habere œconomicam curam*: Quæ quidem ſenſum communem habere videntur, cum prædictis Sponſę verbis: *Nigra ſum, ſed formoſa, ſicut pelles Salomonis*, ſive *ſub vmbra meæ protectionis meæ defendo totam Eccleſiam*: Quam expoſitionem firmat P. Theophylus Raynaldus, dum titulum *Species Chriſti*, quem Virgini tribuit Richardus à S. Victore cap. 30. in Cantica cum his Davidis verbis, ſic componit: *Hoc loco David aſſerit, Deum conceſſurum ſponſæ Chriſti diviſionem ſpoliorum de hoſtibus reportandorum*: nimirum, cum & ibi ſubiecerit Vates de Chriſto: *Aſcendiſti in altum, dediſti dona hominibus*: & itidem cum Deipara ſit Regimen domus Eccleſiæ; cuius eſt habere œconomicam curam: hæc ad ipſam pertinere dixeris; quæ ſua interventione, & precibus auxiliorum dona, quibus virtus perficitur, & æternæ felicitatis hæreditas obtinetur; fidelibus impetrat; at proinde Chriſti hæreditatem inter ipſos dividit: ipſamet affirmante: *In Ieruſalem poteſtas mea*, Eccleſiaſt. 24. verſ. 15. & exponente Richardo à S. Laurentio (vt iam vidimus) *in ſuperna Ieruſalem poteſtas mea, quos volo introducendi*: Quibus alter Richardus in cap. 26. Canticorum, ſic ſubſcribit. *Omnium ſalutem deſideravit, quæſivit, obtinuit: imò ſalus omnium per ipſam facta eſt*: Sic ille.

Pſal. 67 v. 13. — *Chaldæ.* — *Agell. Lorin.* — *Theoph. Raynal. Rich. à S. Vict.* — *Eccl. 24 v. 15.* — *Rich. à S. Laur.*

Inflexit quidem in hunc ſenſum Richardus lib. 12 de Laud. Virginis ea verba Salomonis cap. 31. Proverb. verſ. 11. quod ex frequenti interpretum ſententia Deiparæ aptantur: *Confidit in ea cor viri ſui, & ſpolus non indigebit*: ac ſi dicatur; tantum fidere cœ-

4 *Richar.*

le-

leſtem Sponſum Mariæ adiutorio, vt ab illo certò certius ſperaverit, tum ſingularem victoriam de diabolo humanum genus captivum detinēte relaturum; tum etiam ſpolijs ſalutis, & divitiarum, meritorum hominum onuſtum evaſurum. ſic enim ille: *Ipſa enim Maria, quaſi ditat ſuolys Sponſum ſuum Chriſtum, quibus ſpoliat diabolum adverſarium*: Sanè huc videtur ire, quod præcedenti adnotatione de Domino, quaſi ſibimet ad gaudente, & applaudente de hiſce ſpolijs dicebamus ex verbis Proverbiorum cap. 8. verſ. 29. *Et delectabar per ſingulos dies*, &c. pro quibus LXX. reponunt *ad gaudebat mihi cum lætaretur orbe perfecto* ſanè quaſi ſpoliorum participi, ſignatè verò hæc verba, ſic legente S. Ignatio M. epiſt. 7. ad Tarſenſes: *Vna ipſi aderam, illi coaptans ſingula; & congratulabatur mihi cottidie; congaudebatque*: Velut ob tam præclarum ſucceſſum lætabundus, imò, & gratias agens; nam ea vis etiam ſubeſt gratulationi.

Prov. 8 v. 29. LXX.

S. Igna. M.

5 Applaudit his Tertulianus lib. 2. contra Marcionē cap 4. pulchrè huc trahens Domini verba totiès à nobis repetita, & expēſa: *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum*, Geneſ. 2. verſ. 18. vbi cum in expendenda Bonitate Divina latius eſſet divagatus tandem concludit; *eadem Bonitas, & adiutorium proſpexit, ne quid non Boni. Non eſt enim, inquit, bonum, ſolum eſſe hominem*: ſic Tertullianus, cui ſi obieceris: Et quid Boni à muliere? imò, quid non mali? quam cunctis malis, & infelicitatibus, quæ homini poſſunt obvenire, ſic onerat Chryſologus ſerm. 79. *Mulier mali cauſa, peccati auctor, via mortis, ſepulchri titulus, inferni ianua, lamēti n ceſsitas tota*: Sed facile ab hoc laqueo ſe extricat Tertullianus convertens ſtylum ad Mariam: dū ſic pergit: *Sciebat illi ſexum Mariæ, & deinceps Eccleſiæ profuturum*: Optimè quidē preme id *illi profuturum*: Quis eſt *ille*? Nempè cœleſtis Adamus, cui *Aula cœleſtis non immeritò exiſtimabat ſua morte publico muneri aliquid additurum*, & profuturam; eum per ipſam ſpolia ſalutis humanæ, & adiutorium opportunum ad ſalvandos homines Deus habeat: Ita quidem ad Mariam retulit Hugo Card. verba Vatis: *Qui habitat in adiutorio Altiſſimi*, inquiens: *Hæc eſt Adiutorium Altiſſimi, quæ iuvat eum ad ſalvandum genus humanū: vnde ipſa verè dicitur* Adiutorium ſimile ſibi: Sic ille.

Tertul.

Gen. 2. v. 18.

Chryſol.

Cardin. Bellar.

Iam verò, cum attentius hæc omnia conſidero; & ſimul mecum expēdo, tum verba Davidis in quibus ſumus: *Cum dederit dilectis ſuis ſomnum: Ecce hæreditas Domini fili merces fructus ventris*, tum ſenſum Eccleſiæ indeſinenter ad Deiparam pro mortis hora orantis: *Eia ergo Advocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos converte, & Ieſum benedictum fructum vētris tui nobis poſt hoc exſilium oſtende*: & in ſalutatione Angelica *ora pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis noſtræ*: & ſignatè cum ſupplicat. *Tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe*: Credo equidem; nec vana fides; Deiparam, *Regimen domus*, cuius eſt habere œconomicam curam Eccleſiæ fidelibus in Chriſto morientibus ſingillatim aſsiſtere, vt tanquam filiis in hæreditatem ſuſcipiat. Pro qua cogitatione infinitæ Revelationes, quas in veteribus, & recentibus hiſterijs habemus omninò fideiubent: & vt omnes perſequi infiniti temporis, & laboris res eſſet; ita nonnullas afferre, fuerit operæprætium: quin earum modo meminerimus; quas in ſuperioribus retulimus, cum de Maria Advocata in hora mortis præſentiſsimum auxilium ſuis clientibus impertiente egimus.

6

EXEMPLA.

ANte omnia verò ſi audire, & videre velis Deiparam cœleſtem hæreditatem dividentem: Audi quod ex litteris Fiderici Forverij ſuffraganei Bambergenſis narrat Antonius Balingem ad diem 8. Decembris; opportuniſsimum, ſcilicet, tam pro immaculata Virginis Conceptione, quàm pro ſalubertima in ipſam pietate, & ſecuriſsimo begniſsimæ Dominæ patrocinio exēplum; quod maximo ſolatio fuerit cunctis clientibus in eam ſperantibus: *& eſt eiuſmodi Anno 1608. famulabatur Martinus Gutric Combergenſis nobili Cathol.*

co

co ipſe hæreticus eratque et *Amanuenſis. Febris autem hectica Martinum invaſit, non ſine vitæ periculo. Solantur ſocij ægrum. Interim ipſe vult ad ſe vocari Dominum Forverium Concionatorem Bambergenſem; velle ſe ait fieri Catholicum. Obſtant illi, advocaturos ſe aiant miniſtrum: Ille contra velle ſe Sacerdotẽ Catholicum reſpondet. Itaque domeſtici Catholici ipſo die Conceptionis Forverium advocant. Accedit, ac offendit Comburgenſes miſſos, qui ex hæredationis aliarumque pœnarum miniſtrum à Ioanne Caſimiro Saxoniæ Duce contendant, ne Papiſta fiat. Ille conſtanter reſpondet, ſe terrenam hæreditatem nihili ducere, cœleſtem mox initurum. Interrogatus à Forverio, cur tanto arderet Catholicæ Religionis deſiderio? reſpondit, ſibi nocte præterita (erat is diei Sacer Conceptionis Deiparæ) eam ſibi multa luce radiantem aſtitiſſe: & quia me (inquiebat) ſæpè devotè ſalutaſti, en venio adte ac moneo, vt quia inſtat obitus tuus, in gremium Sanctæ Eccleſiæ te recipi cures, confitearis, & cõmunices: nocte enim Nativitatis Filij mei, illa ipſa hora, qua exiit viſceribus meis, veniam ad te; teque abducam ad gaudia cœleſtia. Ad hæc Forverius: Cum ex hæreticorum ſis numero, qui Deiparam non honorant; quibus tu obſequijs, tantam ab ea gratiam prome itus es? Ego (inquit ille) à te edoctus in concione, quã cum domino meo catholico frequentabã; quam ſit Mater Dei honoranda, & quam ei grata ſit ſalutatio Angelica, ex eo tempore ſepties mane, totidemque vicibus veſperi nixus genibus eam recitavi. Itaque omnibus munitus Sacramentis, Nativitatis nocte, vt ei prædixerat Deipara, migrat ex hac vita. Ab eius morte manſit hilaritas in vultu, fuitque colore vivido, & formoſior, quam dum viveret: Hæc omnia ibi, vbi vides cœleſtem hæreditatem à Maria clienti tuo pro terrena delatam.*

Iam deinde pro conſolatione, quam Deipara in ipſa hora mortis ſuis cultoribus affert; refero in primis, quod in ſuperioribus de Venerabili multarum virtutum viro Magiſtro Ioanne de Avila ex P. Ludovico Granatenſi diximus: nempè eum in Deiparam per totam vitam propenſiſſimũ, & in ipſam præclarè animatum vbi monitus fuit de inſtante morte, elevatis oculis, ſic illam fuiſſe allocutum. Recordare Virgo Mater, dum ſtetis in conſpectu Dei, vt loquaris pro nobis bona: *piè, quidem, atque Sapienter; quaſi Regimen domus rogans, vt œconomicam curam eius habeas: bonam ageret pro hæreditate acquirenda Advocatam: Cuci certè non dubium, quin Bona Domina, ſive voce, ſive ſpiritu ſervo ſuo dixerit, quod Bernardo Catacienſi Capucino; quem illa his verbis ad cœleſtis regni fruendas delitias invitavit.* Veni dilecte fili, veni nihil dubites: te enim cœleſtis regni poſſeſsio manet: *Ita Zacharias Boverius tomo 1. Annalium ad annum 1567. num. 31. Nec eurſim prætereunda verba* te cœleſtis regni poſſeſsio manet; *quæ Deipara tanquam Regimen domus hæredi ſuggerebat.*

Quo itidem facit viſio à Surio die 13. Novembris in Actis Sanctæ Aldegundis relata, *quam ſorore eius Valdetrudis in ipſo obitu vidit à Deipara, cũ Sanctorum agminibus in cœlũ deducere, quippè ei ſa poteſtatem habet introducendi in cœleſtem Ieruſalem, quos vult:* tum etiam Bibliothecam Præmoſtratenſem de B. Adriano Eſtio. *In hora mortis à Virgine viſitato; cum ille Virginem devotiſſimè appellaret* Monſtrate eſſe Matrem: *Sanè ac ſi bonus filius ab optima Matre hæreditatem peteret, quam ipſa è veſtigio largita eſt:* Sed neque exſpectaſſe Deiparam, vt à fratribus Iacobo à Nurſia, & à Hieronymo de Focolivio Capucinis de beatitudine ipſis reddenda moneretur: *quin ipſos in morte apparens ad illam benigna, & læta fronte invitaret, tradit Boverius citato ſuperius anno:* Itidemque ad annum 1565. ſimile ſcribit de Alexio à Viglebano *homine ſimplici, recto, atque Virginis devoto, qui morti vicinus in cella rogabat nonnullas accendi faces.* Cuius rei cauſam interrogatus Quã primum hic Sanctiſsima Virgo, & Sanctus Ioſeph acceſſuri ſunt, quibus digna veneratione proſequi oportet. *Quæ vix reddiderat, cum clamare cæpit:* En cœlorum Regina, & S. Ioſeph adſunt. Aſſurgite fratres, genuflectite, ac dignos honoribus excipite. *Quibus dictis ſpiritum Domino commiſit.*

Simile prorſus eſt, quod Hiſtoria Luſitania S. Dominici 1. part. lib. 5. cap. 2. refert de Venerabili fratre Ferdinando Amato. *In Deiparam propenſiſſimo, qui morti viciniſſimus exo-*

ravit

ravit à fratribus novitijs, qui illi assistebant, vt hymnum de B. Virgine illi canerēt: cumque illi nonnullos cecinissent: ventumque esset ad illud Maria Mater gratiæ, Mater misericordiæ, Tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe: *Bonus frater ingenti gaudio plenus, & velut redivivus ad Cantores clamabat:* repetite, repetite carmē, *& magno manuum plausu, & oculis in altum defixis, iterum, atque iterum dicebat; vt magnæ admirationi adstantibus esset, hominem iam animam exhalantem tanta animi, & vocis vi, tantaque lætitia loqueretur: cum cellam intrans frater portæ ianitor vir multæ virtutis ad præsentes clamavit:* Quid statis fraterculi? quid statis? genua flectite, procidite ecce Mater Dei hic adstat morientem cōfortans, vt secum ad æterna gaudia perducat: *Quibus in vocibus Ferdinandus animam Deo reddidit.*

De S. Hyacintho, qui ad statum Religionis à S. Dominico aggregatus ab eo singulare in Matrem Dei studium, & ardorem concepit, narrat in eius vita Albertus Leander à Deipara vocatum in obitus sui die, *qui & Assumptionis itidem Deiparæ erat ad gaudia æterna, & visum fuisse, ab ipsamet in cœlum feliciter deduci concinente choro Virginum:* Ibo ad montem myrrhæ, & ad collem Libani cum Hyacintho. *Sed & Alexandrum Cappochium eiusdem ordinis paulò ante mortem Mater Domini sociata B. Dominico læta visione excepit: vnde ipse antequam expiraret, cani voluit Antiphonam.* Ave Regina Angelorum: Ave Domina Angelorum *Nec a sacro ordine Dominicano discedēdum, quin hisce sanctissimis viris adiungamus Henricum Calstum, qui cum B. Virgo ei sæpissimè in vita apparuerit, & consolata fuerit interrogatus aliquando à quodam: num absque purgatorio ad gloriam transiturus esset fidenter respondit* Beatissima Virgo Maria in exitu meo animam meam suscipiet, & plus quam trecentas animas mecum de Purgatorio abducam: *Ita Miræus in fastis Belgicis die 18. Septembris.*

Est & illud omninò ad rem, quod de Alexādro Pōtifice refert Thouslanus in triumpho Virginis die 27. Augusti: *Divinitus fuisse per visum revelatum Canonico cuidam Ecclesiæ S. Isidori Lugdunensis in extremo agone, cum à SS. Petro, Paulo, & Gregorio fuisse vehementer adiutum, & adhuc frendentibus contra eumdem dæmonibus Deiparam intercessisse, quæ de salute sua certum redderet, & tutum confirmante Christo Domino, quod Virgo fata erat: Vnde & à Beatis iucundum* Alleluia *resonare cæptum est:* Vbi dixeris Regimen domus hæreditatem designasse Domino domus confirmante, & ratum habente: Huc spectat, quod in Chronica Minorum tomo 4. habetur de B. Dominico Leonessa ex Seraphici Patris familia; *cui morienti apparuit B. Virgo, & dedit in fugam dæmones moribundo infestis* (itidemque insignis illa Deiparæ benignitas, cuius meminit Cæsarius Cisterciensis lib. 7. cap. 57.) *erga Cunonem in Palestina ægrotantem, quem illa spectabilis ei facta invitavit ad cœlum mercedem promisit; complevit lætitia, & tandem munitum Sacramentis ipsa ad gloriam evexit.*

De Alexandro autem Medicæo ad cœlestes delitias à Deipara in obitu in invitatum narrat Gaspar Leonclitus lib. 1. de Sodali Parthenico cap. 9. *Nam decimumquintum annum, & sanctissimam vitam agenti, ita vt à lectissima Virgine Magdalena de Pazzi terrestris Angelus appellaretur plura beneficia, adeòque singularia Deipara cōtulit vt dormienti, cum ægrotaret; & somno invigilaret, & flores ei inspergeret, sed iam morienti in cœlum sublatura apparuit: Vnde ipse exclamavit:* An non intuemini Beatissimam Virginem Mariam, meumque Angelum custodem, & Magdalenam de Pazzi cœlestis viæ mecum comites? Similiter in historia Societatis ad annum 1577. de Ioanne Baptista Coraudino Convictore dicitur, *antequam moreretur Sanctissimam Virginem lætus intuitus est:* & in annalibus Cisterciensibus anno 1155. cap. 2. *Inducitur Deipara, cum cœlesti processione veniens ad monachum Tiezcelinum, vt eius animam ad beatam immortalitatem summo cum gaudio deduceret:* Beato Iacobo Blanco Dominicano Virginem, tanquam sibi devotissimo *sese spectandam præbuisse, cum Sanctis Georgio, & Dominico, & ad postremum certamen animasse* affirmat Leander Albertus, & Michael Pius, & ab illis Poiræus tripli-

cis

cis coronæ tractatu 3 cap. 13 §. 2. de Florentio verò monacho apud Surium die 12. Iulij in vita S. Ioānis Gualberti dicitur: *Cum æger in lecto decumberet, & præsente Gualberto Satanam, sibi apparere diceret, Gualbertus arrepta Cruce, quam æger in manibus tenebat Satanam fugavit.* Et statim *B. Virgo comitata SS. Petro, & Benedicto apparuit: in cuius amicissimo sinu Florentius animā exhalavit*: Sanctus etiam Petrus Damianus lib. 1. epist. 14 pretiosam mortem Marini fratris sui describens, qui sese olim adhuc iuvenis magna devotione B. Deiparæ veluti mancipium tradiderat solvebatque quotannis certi pratij annale tributum in signū servitutis affirmat: *moribundum in lecto iacentem S. Virginem aspexisse, quæ eum in gaudia cœli deduxit exsultantem*: De B. Gratia Valencena ex ordine Minimorum narrat historia eius ordinis, *à gloriosa Dei Matre visitatione sensibili in hora mortis confortatam fuisse*: Similiter de S. Elizabetha ex ordine Benedicto narrat Egbertus in ipsius vita, & de P. Iacobo Turriano feliciter è vita *discedente ob visitationem Deiparæ consolantis, & protegentis Eusebius lib. 4. vitarum.*

Omitto invitus sexcenta ijs similia, quæ calamo occurrunt, nam talibus exemplis omnes omninò historiæ plenæ sunt: hæc autem scripsimus, vt è visibilibus ad invisibilia rapiamur piè credentes, idem etiam fidelibus, qui in Domino moriuntur feliciter obtingere, vt à B. Virgine, quæ *Regimen domus* cœlestis est, tanquam hæredes in beatitudinem manuducantur: vt hinc capiamus S. Damasceni sensum Deiparam in regno cœlesti, quod suum quidem est, quod Regina Dei mater sit; non tam collocatam, quàm depositam asserentis, sic enim ille orat. 1. de Dormitione Virginis: *Non corpus illud tuum immaculatum, ac labis omnis expers in terra relictum est verum in cœlo, ac regijs sedibus tu Regina, Domina, hera, ac vera Mater, & genitrix deposita es*; sed cur Deipara, & Regina non regio throno insidens, sed velut hospes deposita dicitur? Sanè, quod si dictis hæremus, vt ipsam, *cum Deus dederit dilectis suis somnum*; hæreditatem reddituram venidicamus magis in cœlo depositā, quam residens videri debet quæ singulis horis muneri suo incumbens mortalibus adesse, & eorum animas excipere, & debet, & vult.

Surium.

Pet. Damian.

Damasc.

MARIAM adeò felicem, & securam Advocatam suorum clientum esse, vt ipsos in libro vitæ constituat.

ADNOTATIO XII.

CVm de felicissima sorte eorū, qui ad æternam vitā prædestinati sunt dixerit Ioannes: *Non intrabit in eam* (Aulam, scilicet cœlestem) *aliquid coinquinatum, aut abominationē faciens, nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni*, Apoc. 21. v. 27 notātissimè Maria. & librum vitæ esse, & in hoc libro prædestinatos conscribendos fore piè, & animosè asseritur: & in primis Richardus à S Laur lib. 12. de Laud ib. Virginis de Maria, sic ait: *Hic est liber vitæ Agni Apocalyps 21. in libro nimirum vitæ illi soli scripti sunt; qui per gratiam ad gloriam pertingunt: qui* liber vitæ Agni *esse dicitur, quia bonum cœleste, quod Divinitas iustis tribuendum prædestinavit, humanitas dispensavit, quam per Mariam sumpsit*: Sic ille, & postmodum hùc referens librū monumenti, qui sensum communem habere videtur, cum libro vitæ Malachiæ 3. vers. 16. *Scriptus est liber monumenti coram eo timentibus Deum, & cogitantibus nomen eius*: Sic inquit: *Maria dicitur liber* monumenti, *quia monet mentem filij ad misericordiam, & etiam mentes nostras, vt simus memores Dei: & scriptus est hic liber* coram ei, scilicet, *coram Deo timentibus* eum, *id est, caventibus peccatum, & facientibus bonum*. Vbi vides librum vitæ prædestinationis, qui & Dei misericordia: & iustorum virtute constat, Maria ad vtrumque cooperante, & perficiente:

A B C D E

1

Apoc. 21 v. 27.

Rich. à S. Laur.

Apocal. 21.

Mal. 3. v. 16.

Hæc

Hæc ex mente Richardi; quod lucu-
Bonav. lentius expressit Bonaventura in Psalterio dissertè affirmans. *Qui acquirit gratiam Mariæ, agnoscetur à civibus paradisi: & qui habuerit characterem Mariæ, annotabitur in libro vitæ.* Sed vt blandam hanc sperandi pro æterna nostra salute dulcedinē promoveamus, atque firmemus; iuvat
Petr. Damia. dicere cum Petro Damiano serm. de Assumptione: *Hic totum decurrat ingenium, & aurens sermo tota reluceat maiestate, voluntaria oris nostri beneplacita sibi faciat Dei Genitrix, Domina mundi, cœli Regina, ipsa sensum acuat, dirigat stylum, & linguam pauperis venustiori respergat eloquio.*

2 Sed iam si placet vt pensiculatius librum hunc evolvamus; & à primo
Ps. 138. v. 16. ad vltimum rem elucidemus, quid de hoc libro dixerit Vates, cognoscere erit operæpretium: Ergo Psal. 138. vers. 16. Vates Christum Dominum, cum Summo Patre, sic ratiocinantem inducit: *Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur dies formabuntur, & nemo in eis:*
Agell. De quibus verbis, vt Agellius inquit, *obscurissimus est locus, & ideò multipliciter exponitur*: ita nos dicimus opportunissimus quidem locus; nec nisi vno modo, id est, de Christo exponendus: Ideòque multiplices trāslationes eius, sic observandas fore, vt ad ipsum omninò referantur: Et verò priora verba *imperfectum meum*, &c. quæ ad faciem Christo convenire non posse videntur: Symmachus,
Symm. Chrysost. Theod. Hieron. Ambro. Lect. Hebr. Lorin. & ab eo Chrysostomus & Theodoretus transferunt *informem me* Hieronymus verò in epist. ad Galatas: *Incompositum meum*: Ambrosius *inoperatum meum*: Hæc omnia complectente Hebræa voce *golmi*: nam propriè *significat* (sic observante P. Lorino) materiam fœtus corpoream adhuc involutam, & implicatam, suaque privatam formatione perfecta quantitate, & organis, cæterisque conditionibus ad prodeundum necessarijs. Quæ quidem omnia eo manifestè ire videntur; vt significetur; quod Augustin.
August. lib. de *Sancta virginitate* cap. 6. & ab eo alij PP. frequenter affirmant. Mariam eo ipso, quod fuerit Mater Christi, qui caput est Ecclesiæ, itidem membrorum Christi, hoc est, cunctorum fidelium Matrem esse. Sic namque Augustinus: *Ac per hoc vna illa fœmina, non solùm spiritu, verum etiam corpore, & Mater est, & Virgo. Et Mater quidem spiritu, non capitis nostri, quod est ipse Salvator (ex quo illa magis spiritualiter nata est, quia omnes, qui in eum crediderunt, in quibus & ipsa est filij Sponsi appellantur) sed planè Mater membrorum eius, quod nos sumus; quia cooperata est charitate, vt fideles in Ecclesia nascerētur*: Vt dum Vates, Christum *incompositum informem, & inoperatum* dicit (cum ipse in se ipso summè perfectus, & omnibus numeris absolutissimus sit) omninò velit; ipsum provt est caput Ecclesiæ, & primogenitus in multis fratribus, quodammodo informē, & incompositū videri, donec fideles velut corporis membra ei, tanquam capiti coaptentur; eaque de causa, è re, & dignitate muneris Mariæ veræ corporis, & spiritu Matris fuisse, & corpus, & membra Christi itidem formare, vt formata, & suis locis aptata Christi capiti vnirentur. Quod sanè tinnit lectio Symmachi, apud quem totus hic locus sic effertur: *Informem me viderunt oculi tui cum ijs, qui in libro tuo descripti sunt per dies formandis*: Idest, qui à prima Christi formatione, vsque ad mūdi finem, tam longo temporis tractu formandi, & suo capiti adiungendi sunt. Cum qua lectione omninò consentit Paulus 1. ad Cor. 12. vers. 27. inquiens: *Vos estis corpus Christi, & membra de membro*, de quo posteà redibit sermo.

1. Cor. 12. vers. 27.

3 Placuit hæc ratio exponendi ea verba Vatis P. Salazario lib. de Conceptione Virginis cap. 23. numero 7. eò ipsam omninò referens, vt eadem ratione, qua Maria Mater est Christi Domini, eo ipso Mater membrorum Christi, hoc est fidelium, ad vitam electorum esse dicatur, atque ideò ipsam, tunc temporis fideles formasse, & peperisse, cum filium suum primogenitum formavit, & peperit. Quare hæc verba *imperfectum meum* primum componit, & connectit cum præcedentibus, & *substantia mea in inferioribus terræ* legens ipsa ex Symmacho, & alijs *variè formatus sum, seu variegatus in infimis terræ*; deinde collatis inter se vtrisque verbis, vt hanc

P. Sala.

sen-

ſententiã luculenter eliciat, ſic inquirit: *Quoniam igitur modo Chriſtus in Matris vtero variegari potuit?* reſpõdet verò: *Non alio certè, niſi quia non vna tantũ ratione in ſe ipſo, ſed valdè etiam diſparibus, ac diſſimilibus in mẽbris ſuis à Maria genitus eſt, vel quia per ipſam ex variis vnũ Chriſti corpus conflatum, & coagmentatum eſt capite, ac membris conſtãs: vnde aptè ſubiungitur* imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur *ſe ipſum vtique imperfectũ Chriſtus appellãs, quatenus membris ſuis compleri poteſt; quaſi dicat, ideò me oportet in Matris viſceribus variegari, hoc eſt, ex variis coagmẽtari; quia tu noſti me aliqua ratione imperfectum, quatenus caput ſum, atque ideò membris indigeo, quibus perficiar, & abſolvar.* Tandem verò omninò ad rem, quam perſequimur: ita concludit: *Sed quinam illi? quotquot mihi ceu membra capiti per Mariam copulandi, & coagmentandi ſunt?* In libro tuo omnes ſcribentur: *Hi nimirum, qui in vitæ librum relati ſunt, prædeſtinati, & approbati:* Hæc ille.

4 *P. Salazar. Vverric.*

Et verò pro ſententia, & ſenſu P. Salazar plures ſunt PP. ſignatè verò Venerab. Vverricus ſerm. 1. *in Aſſumptione*, inquiẽs: *Mater ſiquidem eſt vitæ, qua viuunt vniverſi, quã dum ex ſe genuit, nimirum omnes, qui ex ea victuri ſunt, quodammodo regeneravit. Vnus generabatur, ſed omnes regenerabamur, quia videlicet ſecũdum rationem ſeminis, quo regeneratio fit, iam tanta in illa omnes eramus.* Sic Vverricus: Benè illud *vnus generabatur, ſed omnes regenerabamur*: referente Vverrico hãc regenerationem ad rationem ſeminis quo, *non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, ſed ex Deo* fideles ad vitam electi *nati ſunt*, Ioan. 1. v. 13. Deipara tanquã Spiritus Sancti, qui eſt omniũ artifex opportuniſsima officina cooperante, ſpiritu omniũ Matre effecta: huic cogitationi applaudente Athanaſio ſerm. *de ſanctiſsima Deipara*: vbi cũ primum de Maria dixiſſet: *Nam ex carne eius, & ex oſsibus eius veluti ex veteri Adamo novus iſte Adam, vt vicẽ eius expleret Coſtã ſibi finxit, nimirum iſtam Incarnationem, eamque ſemel indutã perpetuò geſtat; ac proinde iſta nova Eva Mater vitæ appellatur, variegata quo permanet ad primitias vitæ immortalis omniũ viventium:* ſubinde ipſam Virginem, ſic reverenter affatur: *Decet enim te, Matrem regeneratricem, Dominã, ac heram cognominare, eo quòd ex te prodiit Rex Dominus, ac Deus noſter: aſsiſtentem illi, nobis quidẽ terribili; tibi autẽ dulci, omnemque gratiam largienti.* Hæc Athanaſius: notanter Mariam Matrẽ regeneratricẽ appellans, quod ex ipſa *prodiit Rex Dominus*, vt dixerit *vnus generabatur, ſed omnes regenerabamur*, regeneratione, ſcilicet, vitæ ſpiritualis, quæ ſemen eſt gloriæ. Cõcinente huic cogitationi Vener. Guillielmo in cap. 4. Cant. v. 15. dũ hùc revocat ea verba de Deipara: *Emiſsiones tuæ paradiſus malorũ punicorum cum pomorum fructibus*, hunc in modũ: *Emiſsiones fructus ex ea ſunt emiſsi. Vnicus eius fructus eſt, qui ab efficacitate ſalutis dictus eſt Ieſus. Sed in vno illo fructu multiplex eſt fructus. In vno Salvatore omnium Ieſu plurimos Maria peperit ad ſalutem: pariendo vitam, multos peperit ad vitã. Eo ipſo quod Mater eſt capitis multorum mẽbrorum Mater eſt. Mater Chriſti, quia caput & corpus vnus eſt Chriſtus: corporaliter caput pariendo, ſpiritualiter membra peperit. Vnde etiam ab omnibus Mater appellatur; & ab omnibus cultu debito, vt Mater honoratur.* Hæc Guillielmus diſſertiſsimè.

Guilliel. Cant. 4. v. 15.

O bonam Matrẽ! quæ filios non ad luctum, ſeu mortẽ, ſed quæ *illos peperit ad vitã*: quippè *in libro tuo omnes ſcribentur: dies formabuntur, & nemo in eis.* Ecce Mariam Matrem: ecce Advocatam: eamque Advocatã, quæ clientes ſuos victoria gloriæ illuſtrat, ſed audi in primis ad hunc locum Hilarium qui non legit *dies formabuntur*, ſed *die formabuntur* (ſicut & Pſalteriũ Ambroſianum, quod habet eodẽ ſenſu *Per diem formabuntur*) ſeu replebũtur ſcitè obſervans perinde eſſe formari, ac repleri die: ita enim ille, *ſed contuendum eſt, qui profectus illorum ſit, qui in libro Dei ſcribantur. Nempè iſti:* die replebuntur: *In quibuſdam Codicibus ita legitur:* die formabuntur: *Nec multum differt repleri, & formari. Formamur enim, vt conformes ſimus gloriæ corporis Dei, & Apoſtoli dictum eſt.* Filioli, quos iterum parturio, donec Chriſtus formetur in vobis: *Replemur autem ſecundum dictum Prophetæ.* Replebimur ab vbertate domus tuæ.

5 *Hilar.*

Ioan. 1. v. 13.

Athanaſ.

Hactenus Richardus: Vbi omnino videtur, eos qui felici ſorte in libro Dei ſcribuntur dici formari: *Dicit autē formari, ſive de nouo fieri*, quid aliud fuerit; quàm à Maria Matre, ſic formari, vt fideles conformes fiant imagini Filij Dei, qui verus dies vera lux eſt, qui illuminet omnem hominem venientē in hunc mundum; ſic dicebat Richard. à S. Laur. lib. 2. de Laud. Virg. *Diligēda eſt Maria, & ſpecialiter honoranda, quia ipſa mediante forma diuina ſpōte venit ad hominem deformatum, &c. Ad id enim forma Dei venit in carnem, vt ſibi priùs in ſpiritu poſt etiam in carne illos conformaret, quos præſcivit, & prædeſtinavit* Deus Pater cōformes fieri imaginis Filij ſui, Rom. 8. *Hæc ergo forma, tam formoſa ex pietate ſola ſe vnivit materiæ, tam informi, nec modo informi, ſed & deformatæ; nec deformatæ quidē ex vlla neceſſitate, ſed ex ſola propriæ voluntatis voluntaria perverſitate.* Sic Richard.

Rich. à S. Laur.

Rom. 8.

6 Sed omninò ad rem Bernardus, vt vnde quaque ſubſiſtat *die formari* ad Mariam fore referēdum; ipſam dilucidè diē eſſe, affirmat ſerm. in Nativit. Mariæ, hunc in modū: *In ſupernis planè, & vltra Angelos, quæ Verbum ex ipſo ſinu Patris ſuſcepit, ſicut ſcriptū eſt.* Dies dicit eructat Verbum: *Vtique Deus Patē, ſiquidem* dies ex die ſalutare Dei, Pſal. 95. v. 2. *An non etiā Virgo dies, & præclara. Rutilans planè dies, quæ procedit, ſicut Aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol.* Hæc Bernardus. Ergo formantur à Maria mēbra Chriſti, vt formetur Chriſtus in eis, & ipſi cōformes fiant imagini illius: formātur die, vt à forma diei formentur dies, vt videlicet à peccatorū tenebris, & terrena, atque obſcura nativitate per Mariam, quæ dies præclara eſt, vera luce perfuſi ad vitā formentur, & in libertatem filiorum Dei reſpirent: dicente Apoſtolo ad Epheſios 5. v. 8. *Eratis aliquando tenebræ, nunc autē lux in Domino* formati dies à die Mariæ, ſic capiēte hæc Pauli verba Richard. à S. Laur. non ſemel: nam lib. 7. de Laud. Virg. primum ait: *Cum Sol oritur in Oriente, tunc illuminatur mundus; cū verò in Occidente ſe abſcondit, mūdus ſit tenebroſus: ſic cum gratia Matris, & Filij nobis oritur, illuminamur; cū occidit per peccatum noſtrū, tum obtenebramur; ideò dicitur cōverſis peccatoribus:* fuiſtis aliquādo tenebræ, nūc autem lux in Domino: ita ibi. & lib. 10. cōponens Mariam cum Luna, ex Eccleſiaſtico cap. 50. dicēte: Quaſi Luna plena in diebus ſuis lucet, ſic ait: *Quaſi Luna plena rore gratiæ, & miſericordiæ: Luna enim roriſua eſt, & proxima terræ, id eſt, peccatoribus terrenis pietate, & cōpaſſione in diebus ſuis lucet ad illuminanda noctem, in qua ſunt peccatores, quibus dicitur* eratis aliquando tenebræ, hoc eſt, *tenebroſi*. nunc autem lux, *id eſt, illuminati per gratiam Mariæ.* Hæc ille. Quibus non poſſum, non adiungere egregiā. Tertulliani ſententiam pro gratia Matris, & Filij: ex his Pauli verbis Valentinianos hæreticos confutantis, qui naturā à malo in bonū, & à bono in malum convertibilem eſſe negabant: ſic namque ille lib. de anima cap. 21. *Ergo ſi ita eſt, neque de lapidibus filios Abrahæ ſuſcitare poterit Deus, neque genimina viperarū facere pœnitētiæ fructus, & erravit Apoſtolus ſcribens:* Eratis & vos aliquando tenebræ: fuimus & nos aliquando natura filij iræ: in his quoque fuiſtis, ſed abluti eſtis: *Sed nunquā diſcordabunt ſententiæ ſanctæ, non dabit enim arbor mala bonos fructus, ſi non inſeratur, & bona malos dabit, ſi non colatur, & lapides filij Abrahæ fient, ſi in fidem Abrahæ formentur, & genimina viperarum fructum pœnitentiæ facient, ſi venena malignitatis expuerint: hæc enim vis diuinæ gratiæ potentior vtique natura habens in nobis ſubiacentem ſibi liberam arbitrij noſtri poteſtatem.* Hactenus Tertullianus: vt videris à Dei gratia, quam peccatoribus Maria impetrat, & tenebras commutatas in lucem, & è lapidibus formatos Abrahæ filios, & à viperis expulſis malignitatis venenis colūbas pēnis deargentatis in cœlū evolantes. Tanta quippè Divinæ gratiæ potentia; tanta Mariæ interceſſionis, & efficacitas eſt: Quæ omnia optimè confirmat cōmētarius Bellarmini in his Vatis verbis, quæ in manibus habemus: *Imperfectum meū viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur*: Sic enim habet: *Novit Dominus nos ex nobis nihil eſſe, niſi maſſam informē, ſed iuxtà deſcriptionem in libro vitæ in dies formamur, & perficimur, donec efficiamur conformes imagini Filij Dei, & conformemur corpori claritatis eius; atque hanc perfectionem, tam excellentē corporis, & animæ,*

Pſal. 18 v. 2.

Pſal 95. v. 2.

Epheſ 5 v. 8.

Rich. à S. Laur.

Eccl. 50.

Tertull.

Bellar.

ad quam ex tanta imperfectione perducuntur amici Dei reſpiciens Propheta exclamat il, quod ſequitur. Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui Deus. Hæc Card. Bellarm.

7 Obſerva ergo; quàm tenera, quàm ſalutaris filiorum ſuorum Mater Maria ſit; quippè quæ eos, vt ad cœleſtem vitam pariat, perfectione virtutum, vt dies claros formet, perficit, & confirmat, donec formetur Chriſtus in eis: Si enim Paulo dicere de Galatis licuit cap. 4. verſ. 19. *Filioli quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis*, quanto potiori iure Mariam parturientem filios ſuos dixerim: & primo quidem ad ipſam hæc Pauli verba refert Richard. à S. Laurentio, vt fideles in ſe, tanquam civitas munitas contineat, vt ab omni hoſtili incurſu ſecuros reddat: ſic enim ille lib. 11. de Laudibus Virginis: *Populus huius Civitatis ſunt omnes fideles. Vnde dicitur huic Civitati, Iſai. 60.* Populus tuus omnes iuſti, &c. *Viſceribus enim charitatis, tanquam capacitate murorum continet ipſa populum ſuum; vnde & dicitur Mater miſericordiæ, ſicut Paulus continebat in ſe populum ſuum dicente ad Philipp. 1.* S. cut eſt mihi iuſtum ſentire pro omnibus vobis, eo quod habeam vos in corde meo, *& ad Galatas 4.* Filioli mei, quos iterum parturio, *ergo eos habebat in ventre, quos dicebat ſe parturire.* Sic Richard. Plenius verò, & omninò ad rem. Verricus ſermon. *de Nativitate*, hæc Apoſtoli verba Mariæ accommodans, ſic inquit: *Hoc ipſum & Maria ſapere videtur, quæ Dilectum votorum ſuorum inſinuare cupiens affectibus hominum; cupit formare iterum Vnigenitum ſuum in omnibus filijs adoptionis: qui & ſi geniti ſunt Verbo veritatis, nihilominus parturit eos cottidie deſiderio, & cura pietatis, donec formetur in illis Chriſtus, donec occurrant in virum perfectum, in menſuram ætatis Filij ſui.* Hæc ille, & quidem opportunè illud: *& ſi geniti ſunt Verbo veritatis, nihilominus parturit cottidie cura pietatis*; quod nunquam de ipſorum ſalute, & profectu curam intermittat; nec vt eſt in Proverbio manum à tabula ſubmoveat, quin ipſis nova ad benè operandum auxilia; & inſpirationes paret, & à Deo obtineat. Quod iterũ firmat Verricus ſerm. 1. de Aſſumptione, inquiens: *Si ſervus Chriſti filios ſuos iterum, atque iterum parturivit cura, atque deſiderio pietatis, quantò magis ipſa Mater Chriſti? Laudo quidem in Paulo prædicationis miniſterium, ſed plus veneror in Maria generationis myſterium*: Quia videlicet tanquam Matri cariores filij, quam Apoſtolo, itidemque tanquam Mater, ad ipſos formandos nutriendos, & iis opem ferendam potentior eſt: ergo Maria deſiderio, & cura pietatis clientes ſibique devotos cottidie, & indefinenter parturit, donec *occurrant in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti*; quod iam dico.

Galat. 4 v. 19.

Rich. à S. Laur.

Iſai. 60.

Philip. 1

Galat. 4

Verric.

Verric.

EXEMPLA.

FVerit pro hoc argumento opportuniſsimum exemplum ex vita Venerabilis P. Franciſci de Orazo ab Euſebio Nierembergio lib. 4. vitarum conſcripta. *Fuit quidem is ab ipſo primo rationis vſu Virginis perſtudioſus, à qua plurimum confirmatus fuit in ſuſcipiendo Societatis inſtituto; ſubinde verò infatigabilis operarius in vinea Domini in Inſulis Philippinis. Sed enim anxio de ſua ſalute, ac prædeſtinatione; quod bonarum mentium ingenium ſit, nunquam ſibi ſecuritatem in hac vita promittere, ecce Deipara apparuit librum tenens, quo aperto ait. Iſte eſt liber prædeſtinationis: vide, & lege: legit ille tunc ſuum in capite libri nomen ſcriptum litteris aureis.* Scripti reliqui (*inquit Virgo*) ſalvabuntur per te: *His adde; quod cum aliquando Barbari in eum, & in illius ſocios minaces inſurgerent; converſa ad Deum, ac Deiparam voce.* Ne tradas (*inquit*) beſtijs Domine animas confitentium tibi: *Tunc que ſpectabilis Mater Domini.* Franciſce (*ait*) ne time: ego enim protegam te proſequere, vt cœpiſti: *O beatam ſpem! ò tutum perfugium!*

EIVSDEM argumenti.

MARIAM Optimam Advocatam, à qua electorum nomina ſcribuntur in libro vitæ,

ADNOTATIO XIII.

FVerit pro præſenti argumento peroportunum; quod ab Hilario canone 33. in Matth. ſubtiliter obſervatum eſt: ad ea verba Matthæi 28. v. 18. quibus Dominus diſcipulos ad parandum Paſcha, ſic admonuit: *Ite ad civitatem ad quendam, & dicite ei Magiſter dicit: Tempus meum prope eſt, apud te facio Paſcha cum diſcipulis meis*: de induſtria Dominum hominem illum, quē ſuo hoſpitio dignabatur, de proprio nomine non appellauiſſe; ſed ſignate ab ipſo *quendam* appellatum: cū tamen id & præter hominis dignitatem; nec ad rem præſentem, vt aut agnoſci, aut vt facilè inveniri poſſet, fuiſſe videatur? *Oportebat* (inquit Hilarius) *eos ſcire, quo pergerent, & de nomine hominis edoceri; alioquin incerti ad quem mitterentur, quomodo miſſi, quæ præcepta erant exſequerentur?* ſed ſapiēter ipſe ſtatim occurrit dubitationem inde opprimēs, quod Paſchate in Cruce nondū à Domino celebrato, Chriſtiani Nominis honor; & cœleſtis civis dignitas datus nō fuiſſet; ac proinde, non deberet homo ille de proprio nomine, quod adhuc non habebat appellari. Audi Hilarium: *Hominē enim, cum quo Paſcha celebraturus eſſet nō nominat, nondum enim Chriſtiani nominis honor credentibus erat præſtitus; qui verè ſunt Deum mentis, ac fidei oculis contuentes, vt cum eo Paſcha Domini Apoſtolos præparare ſciremus, cui in tempore, Domini nomen eſſet addendum.* Hæc Hilarius. Nimirum Chriſti Paſcha ipſius Crux, & Paſsio fuit: dicente Paulo 1. Corint. 5. verſ. 7. *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus* in ipſo, & peccatorum acetum in ſpongia à Chriſto ebibitum; & ſpongiæ (quæ Mariā erat) ſanctiſsimis precibus excitati peccatores ad vitam, & luci editi, *venia lætificati, gratia locupletati, fide illuminati, ſpe confortati, charitate iuſtificati, alijs virtutibus exercitati, bonis operibus adornati, ac tandem gloria beatificati*, à Deiparā ipſorum nomina ſingillatim in libro vitæ conſcriberentur.

Sunt quidem primum huic inſtituto conſentanea, quæ præcedentibus adnotationibus diximus ad verba Pſal. 138. verſ. 17. *Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur, dies formabuntur, & nemo in eis*: obſervantes Symmachum legere: *Informem me viderunt oculi tui cum ys, qui in libro tuo deſcripti ſunt per dies formandis*: Ambroſium: *inoperatum*. Hieronymum *incompoſitum*: & tandē hæc eo ire, vt ſignificet Vates, eatenus Chriſtū, qui in ſe perfectiſsimus, & omnibus numeris abſolutiſsimus eſt, informem, incompoſitum & inoperatum dici, quatenus cum caput Eccleſiæ, & primogenitus in multis fratribus ſit; homines ad gratiam, & gloriam electi, ipſi tanquam membra capiti adhærentes, & coaptati in ædificationem corporis Chriſti: *Occurramus in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti*, ad Epheſ. 4. v. 12. atque hæc ſignificare ea verba ex translatione Symmachi *informem me viderunt oculi tui cum ys, qui in libro tuo deſcripti ſunt per dies formandis*: tandemque adſtruximus hanc dierum formationē Deiparæ, iuxtà Crucem ſtanti fore adſcribendam: legentes Vatem cum Hilario *die formabuntur*, quod *Maria* (vt Bernardus inquit ſerm de Nativitate Mariæ) *dies ſit, & præclara*: His ergo ibi dictis modo addimus perinde quidem eſſe, *dies* (hoc eſt electos ad gloriā *à die* Mariæ formari, atque ab illā de proprio nomine in libro vitæ conſcribi: atque hoc planè eſſe, quod *Aula Dei publico muneri ſua morte exiſtimabat additura*m: necnon quodammodo ſub hoc ſenſu dixiſſe Venerabilem Arnoldum. *Dividunt corā Patre inter ſe Mater, & Filius pietatis officia, & miris allegationibus muniunt Redēptionis humanæ negotiū, & conduunt inter ſe reconciliationis humanæ inviolabile teſtamētū*: vt quaſi ſtudio

col-

1 Hilar. Matth. 28. v. 18.

1. Cor. 5. v. 7.

2

Pſ. 138. v. 17.

Symma.

Ambroſ. Hieron.

Epheſ. 4. v. 12.

Bernar.

Arnold.

collato hæredes in testamẽto proprijs nominibus conscriberentur: nec alijs veluti mẽbris formari, & componi; ac ædificari Christũ voluisse, quã ijs quos à Maria formarentur, dum ipsa facta peccatorum spongia, cui acetum esset imbibitũ cum hyssopo pœnitẽtiæ eius ori offerret bibendũ. Ergo quẽadmodum à Sole formantur dies, & numerãtur, & proprijs vocãtur nominibus, vt prima à Deo in principio dierũ formatio facta est, Genes. 2. v. 5. *Et factũ est vespere, & mane dies vnus: & factũ est vespere, & mane dies secundus, &c.* ita planè cũ in libro Dei omnes dies scripti sint, sic transferente præfata verba Paraphraste Caldæo *in libro memoriæ tuæ omnes dies scripti sunt*: dies à Deipara formari; idẽ est, ac in numero dierũ Dei poni, & in vitæ libro conscribi.

Gen. 2. v. 5.

His sic explanatis, benè omninò congruunt, quæ adiungit Vates: *Mihi autẽ nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos, & super arenã multiplicabũtur*: vbi observa id: dinumerabo quasi ex albo, & matricula numerãs: deinde cõpone cum numero, tam innumerabili arenæ maris illud Ioannis Apocal. 7. v. 9. *Post hæc vidi turbam magnam; quam dinumerare nemo poterat ex omnibus tribubus, & populis, & linguis*: vt ineffabilem Dei hominis in homines charitatẽ, & immensam Mariæ pietatem, cum infinita capacitate mentis coniunctã, quæ velut spongia aceto tot mille millium peccatorum imbibita poculũ copiosæ Redẽptionis Christo ministravit. sed illud maiori observatione dignũ pro voce *amici tui* in Hebræo omninò esse *cogitationes tuæ*, sic conciliante vtrãque lectionẽ Lorino: *Nam amici Dei honorãtur ab ipso, quia cogitat de illis, & sunt velut cogitationes ipsius mentis Dei.* Quod velim omninò referri ad Deiparam, vt vel ea de causa electi sint à Deo honorabiles, & pretiosi, quod Maria cogitaverit de illis, & cogitationes eius fuerint. Quare subijcit Vates: *Nimis confortatus est principatus eorum*, vbi Chrysostomus, & alij pro *principatus* legunt *capita eorum*: sumẽdo, scilicet, capita pro hominibus: alij verò transferunt *summas eorũ*. Quod apud Lorinum refertur *ad summas cogitationũ*, quæ pretiosæ, & honorabiles erãt apud Deũ, quod vt ideo è Virginis Mariæ pharetra viderentur eductæ, quod suis precibus à Deo obtinuisset veniã delictorum, ita eadẽ ratione etiam nimis confortatæ, & roboratæ dicãtur, quasi maximas vires, & ingens robur ab ipsa Deipara hæc felicissima iustorum electio acceperit.

3

Apoc. 7. v. 9.

Lorin.

Ecce tibi Mariam, iuxtà Crucem stantẽ, & formãtem dies, & anonymis hominibus, qui antea *quida* dicebantur nomina dantẽ, & ea conscribentẽ in libro vitæ, ac proinde humanæ Redẽptionis cooperatricem, & Redimẽti Filio Adiutoriũ penes ipsum: quia existimabat morte sua publico muneri addituram: Vide modo ipsam informe, & incompositum Christi corpus cõponentem, & singula membra locis suis aptantẽ; ac librum vitæ compaginantẽ, & plena manu conscribentem: hæc omnia opportunis, & elegantibus imaginibus describente Salomone Proverb. 8. v. 29. vbi cum de Summo Deo totius mundi spiritualis sapientissimo Architecto dixisset: *Quãdo appendebat fundamenta terræ*, subijcit sub persona Deiparæ: *Cum eo eram cuncta componẽs, & delectabar per singulos dies ludens in orbe terrarum, & deliciæ meæ esse cum filijs hominum*, quã sententiam singillatim expendere operæpretium est: Ergo primo observa in verbo *componens* manifestam allusionem ad verbum *incompositum*, quo de Christi corpore non completo, nec cũctis membris constante dixit præcedenti numero David *incompositum meum*: Deinde notãda est lectio LXX. quæ quod Hebræum verbum emphaticũ sit, & fæcundum trãstulerunt, *disponens œconomicè; modulans, compaginans*; & vt alij plus premẽtes Hebræam vocẽ *Aman* legunt *penes ipsum erã nutritia, sive nutrix*: & quidẽ hac nutricis imagine in alium locum transmissa, sive iam pensitata: expendo similitudinẽ in verbis cõponens, & disponens, & cõpaginans sumpta ab Architecto singulos lapides suis locis coaptans, vt fabricã componat, & cõpaginet sub hoc sensu monẽte Apostolorũ Principe epist. 1. c. 2. v. 5. *Et ipsi tanquã lapides vivi superædificamini*; & eodẽ sensu Paulo ad Ephesios 2. v. 20. *Estis cives sanctorũ, & domestici Dei superædificati supra fundamentũ Apostolorum, & Prophetarũ &c.*

4

Prov. 8. v. 29.

LXX

Lect. Heb.

1. Pet. 2. v. 5.

Ephes. 2. v. 20.

Itidemque in imagine œconomi officia, gradus, munera in domo Principis singulis ministris distribuentis: vt ex his vtrumque ministerium, sive vtraque imago Deiparæ omnino conveniat; tanquam sapientiæ Dei, vt tibi inducitur quippè de sapientia dixit notanter Sálomon: *Proposui pro luce habere illam*, Sapient. 7. v. 10. quod id lucis munus sit res omnes, & singulas de facie, & nomine cognoscendas dare. Nimirum cum MARIA, publico muneri Redēptionis aliquid additura, iuxtà crucem stare itidemque cuncta componere inducitur; periude id esse videtur, ac opus Redemptionis œconomicè disponere, modulari, & singulos dies formare, sive singulos Dei filios formandos de facie, & nomine cognoscere, & Dei Filio redimendos offerre, & tandem tanquam Regni cœlestes hæredes in libro vitæ nominatim conscribere, in hunc sensum sic intellectente Richardo lib. 2. de Laud. Virgin. Auroræ similitudinem, quæ ipsi in Cāticis cap. 8. v. 4 tribuitur: *Propter hoc comparatur ipsa Aurora, quæ consurgens omnibus rebus reddit colores propter os, quia omnia de nocte quasi vnius coloris sunt sic à Maria meliorari existunt omnia*: Sic ille.

Sap. 7. v. 10.

Rich. à S. Laur. Cant. 8. v. 4.

4 Quo pulchrè faciunt verba, quæ immediatè subijcit: *Et delectabar per singulos dies ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, & deliciæ meæ esse cum filijs hominum*: Observa consentaneam locutionem *delectabar per singulos dies*, cum illa *dies formabūtur*, à Maria, scilicet, è tenebris in lucē dati, vt sensus sit; Mariam dum singulos formabat dies, peculiarem à singulorum formatione voluptatē capere. Deinde vide, vt huic sensui adstipuletur Lectio LXX. quæ pro immediatè subiectis verbis, *ludens in orbe terrarii*, &c. reponit: *Ego eram, cui adgaudebat ipsè, cum lætaretur orbe perfecto, & delectaretur in filijs hominii*, vt dixerit: Ego quidem eram, cui, dum componerem incompositum, & coaptarem suis locis singulos lapides ædificij, videretque inde ipse orbē Redemptionis humanæ perfectum adgaudebat, & applaudebat operi meo libenter adstipulatus: quasi cum Maria designaret nominatim Petrū, & Paulum in fundamenta ædificij, & reliquos electos in structuram muri cœlestis; ipse Dominus diceret, id ratum habeo, & de quocumque à Matre mea singillatim hærede inscripto maximè lætor: Porrò in hunc sensum molliter cadere videntur verba quædam sanctissimi Ildephonsi, quæ quod tantisper obscura apparent, varios explicatus non omnino planos, & faciles habent; sunt ista lib. de *Virginitate Mariæ* cap. 12. *At nunc venio ad te sola Virgo Mater Dei: procido coram te solū opus incarnationis Dei mei; humilior coram te sola inventa Mater Domini mei; rogo te sola inventa ancilla Filij tui, vt obtineas deleri facta peccati mei, &c. Concedas etiam mihi adhærere Deo, & tibi servire Filio tuo, & Tibi illi sicut factori meo, Tibi sicut Genitrici factoris mei: illi sicut Redemptori meo; Tibi sicut operi Redemptionis meæ*: subijcit his notantissimè: *Quod enim in mea Redēptione est operatus, in tua persona veritate formavit*: sive vt alia lectio habet *firmavit*. Hæc Ildephonsus; & quidē opportunè: etenim vt ipse nullatenus velit Redemptionē Christi à Maria formari, sive perfici; quæ in se perfectissima, & omnibus vndequaque numeris absolutissima fuit; illud tamen evincit; ipsam Cruci adstātem Redemptioni nostræ fuisse cooperatā; quæ informes Dei filios parturivit, dū spongia cum hyssopo eorum peccata vera pœnitentia, quam ipsis impetravit, Christo potāda obtulit, vt formaretur Christus in eis: dicente Augustino lib. de sancta virginitate cap. 6. *Quia cooperata est charitate, vt fideles in Ecclesia nascerentur*, & vocāte Athanasio: *Heram, & regeneratricem*: & monēte Richardo lib. 2. de Laud. Virginis: *Diligenda est Maria, quia per ipsam facti sumus de nihilo aliquid, novi de vetustis, & de damnatis, & mortuis, beati, & æterni*: ideò notāter dixit Ildephōsus: *Illi tanquam Redemptori meo. Tibi sicut operi Redemptoris mei*, id est, sicut cooperatrici, sive filiorum Dei formatrici; cuius precibus, & meritis ad ipsos Christi Redemptio, & Scriptura in libro vitæ pervenit: Quæ quidē epitasis subest illis Ildephonsi verbis: *Quia quod in mea Redemptione est operatus in tuæ personæ veritate formavit, & firmavit*: vt Christus fuerit operator, & Maria cooperatrix.

Ildephō.

Augusti.

Athan.

Rich. à S. Laur.

Subest quidem hic sensus illis

5

Chri-

Delrio. Cant. 8. v. 5.

Chriſti Domini verbis (de quo illa accipiunt PP. apud Martinum Delrio) Cant. 8. verſ. 5. *Sub arbore malo ſuſcitavi te*: Quæ de Crucis arbore frequentius accipiunt PP. & ſingulis animabus à Chriſto in Cruce pendẽte dicta, ſic aſſerit ibi Delrius: *ſuſcitavi te ſub arbore; peccato mortuam, & ignorantiæ tenebris ſepultam. In ligno crucis pendens, moriensque ſuſcitavi*, & poſt nonnulla in hanc ſententiam. *Nam hoc erat Sapientiæ æternæ decretum, vt qui in ligno vicerat, in ligno quoque vinceretur, & vnde mors oriebatur, inde vita reſurgeret*: Hæc ille: Ecce Crucis Redemptionem ſpectantem ad Mariam, *iuxtà Crucem ſtantem*; quæ vt ſpongia acetum porrigat, & Redemptori adiutorium, & cooperatrix ſit? Adſtipulatur Gislerius interpres oppotunus & Sapiens huius loci, dum Chriſtum, cum anima eius Sponſa, ſic loquentem facit: *Initia amoris noſtri antiquiſſima ſunt: Sub arbore enim Crucis, dum Crucifixus in ea penderem vidi te ſomno decumbentem peccati, atque torporis; miſeransque tui iam ex tunc ſuſcitavi te (prædeſtinans te, vt mihi deſponſari optares: & ſub vmbra Crucis meæ ſederes in meditatione Paſſionis meæ:) ideòque ibi ſub ipſa Cruce excitavi te ad mei dilectionem: Vbi & gloriosa Virgo MARIA mater, & mea ſimul, & tua, Dei Patris charitate ſuccenſa doloribus maximis, quibus ſtans, iuxtà Crucem ipſam corde tranſfixa fuit: te quoque luci peperit Gratiæ, quam ſuis tibi impetravit affectuoſiſſimis precibus*: Hæc Gislerius omnino ad rem, & velut acu tangens myſterium cooperationis Deiparæ ad ſingulorum electorum Redemptionem. Sed ijs adiunge, quæ de potentiſſima orationis eius efficacitate meditatur Venerabilis Galfridus ſermone 8. *In omni feſtivitate B. Mariæ*, hunc in modum. *Beata autem Maria Virgo, & Sponſa intacta tibi pijſſima apud pijſſimum Filium ſuum obtinebit, vt nemo illorum pereat, pro quibus vel ſemel oraverit. Nec mirum, quia vniverſum ſuis precibus mundum ſalvare poteſt, ſi ipſa voluerit*: Ita ille: At quidem re ipſa voluit, & oravit pro iis, qui ab ipſa tanquam ſpongia acetum peccatorum, cum hyſſopo pœnitentiæ *obtulerunt ori eius Filij*.

Gisler.

Galfrid.

6 Quo rurſum refero Mariam, *iuxta Crucem ſtantem*, vt commiſſos ſibi filios foveat, & ſalvet. Nam ſi attendis, huc & habitus ſtantis, & ſitus iuxtà Crucem iverit. Nimirum ſtabat ipſa à parte dextra (non quidem ad latus, vt ſolemne eſt pictoribus depingere, ſed ante crucem, vt præſentem, & ſpectantem, & adiutricem ſeſe Filio exhiberet) pẽdebat Chriſtus in Cruce ad occaſum facie obverſa habens à dextra Aquilonem meridiem à ſiniſtra; quare cum circa ſextam, ſive Meridiem Sole ad Occaſum vergente vmbra obiectu corporis Chriſti procreata à ſiniſtra ad dextram; ab Auſtro, ſcilicet, ad Septentrionem porrigeretur incidit in Virginem (ſic id obſervante S. Bernardino ſerm. 2. de nomine Mariæ tomo 3.) vnde accidit vt obumbrata, ſic à Chriſto Maria ſacris huius Divinæ Vmbræ favoribus frueretur: Sed quo potiſſimum fructu? Sanè, vt quæ olim Angelo paranympho nunciante: *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te: & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi*, Lucæ 1. verſ. 35. ſub vmbra Spiritus Sancti Dei fuerat Mater effecta, ſub Chriſti Filii ſui patientis vmbra: Cunctorum fidelium efficeretur Mater: vnde ſignatè; Ioãnem deſignans Matri ſtatim allocutus perhibetur: *Ecce Filius tuus* in Ioãne cunctos Eccleſiæ filios recenſens, vt ex PP ſæpius vidimus tantum ipſi non dicens. Accipe Ioannem in filiũ, inſuper & omnes, qui fuerint diſcipuli mei fide, & operibus; vt tu eorum ſis Mater, & omnes ſint filij tui, & ſinguli, tanquam filij tibi curæ ſint, quorum tu ſalutem, & bonum materna ſolicitudine procures: ſic docet S. Bernardinus à nobis iam adductus: *In Ioanne intelligimus animas electorum, quorum per dilectionem Virgo Mater facta eſt*: & eodem ductu ad hæc verba Vener. Galfridus in allegoriis Gotfridi Tilmani, & Vverricus ſerm. 1. de Aſſumptione: dum ille, cum dixiſſet: *Quodammodo Ioannes Virginis in virginitate filius fuit: cuius illa ſi non carnem, carnis tamen Virginis genuit*: Subijcit: *Ceterum, quam multos hodie parit Sanctiſſima illa fœcundiſſimaque virginitas. Quam felix eiuſmodi generatio, fœcunda, & incorrupta poſteritas*: Vverricus verò ſimiliter, inquiens: *Habitabit iuvenis in Virgine, & habitabit*

Bernar.

Lucæ 1. v. 35.

Galfrid. Gotfrid. Vverric.

Vverric.

tabit in te Filius tuus, imò si magis placet, vt non recedamus à verbis Scripturæ habitabunt in te Filij tui, & statim *ipsa tamen Virgo Mater, quæ se Patris vnicum genuisse gloriatur, eumdem vnicum filium suum in omnibus membris eius amplectitur, omniumque in quibus Christum suum formatum agnoscit, Matrem se vocari non confunditur.*

7 Censum auget, sive plus plus rem explicat, vrgetque Rupertus, vt Maria cunctorum fidelium Mater sit, quod ipsos Virgo, iuxtà Crucem dolores parturientis sustinens ad salutem, & vitam pepererit: Ita enim ille lib. 13. in Ioan. *Proinde, quia ibi dolores, vt parturientis in passione vnigeniti omnium nostrum salutem Beata Virgo peperit; planè omnium nostrum Mater est.* Vide verò Mariam dolores parturiẽtis sustinentem, de qua, Cant. 7. vers. 7. dicitur: *Statura tua assimilata est palmæ.* hoc est Cruci, vt palmam ibi, & seq. vers. PP. plures interpretantur: vt vel ipso habitu Mariæ stantis, iuxtà Crucem significetur, ipsam cum Filio affixam cruci: ita vtraque verba explicans Vener. Guillielmus ibi ait: *Per palmam, qua manus victoris antiquo ritu ornatur insigne illud, ac victorio sum Crucis signum notatur: cui nimirum Evangelista staturam piæ Matris assimilatam insinuans ait:* Stabat iuxtà Crucem Iesu Mater eius, *planè ille foris; illa intus patiebatur Crucem; stabat illa, iuxtà Crucem sui Iesu, atque ea ipsa sibimet, quodammodo erat in Crucem erecta stando, iuxtà Crucem, ipsa sibi per affectum maternum, quodammodo erat Crux.* Sed quo hæc iverint? Nempè, vt ab vmbra palmæ Crucis Christi Virgo fideles parturiret: Quam ad rem perpulchrè faciunt, quæ Sancti PP. Ephrem, & Ambrosius de palmæ naturæ tradunt, nam dum illam, & in marem, & in fœminam discriminãt; ab vmbra palmæ maris, palmam fœminam fæcundam reddi ad fructum affirmant: Sic namque S. Ephrem homilia de *Margarita* ait. *Palmarum mares, dum obumbrant fœminas, fructuosas illas efficiunt, cum tamen neque illis misceantur, neque vllam ipsis substantiam præbeant:* Nec alio sensu, quãvis alia sententia, Ambrosius lib 3. Hexameron cap. 13. inquiens: *Videas palmam, quæ dactylos generat, plerumque inclinãtem ramos suos, & subijcientem ei arbori, quem Marem Arborem appellant puer Rusticorum: Illa ergo Palma fœmina est & sexum suum subiectionis specie confitetur:* Ergo ab vmbra Crucis Christi Maria fæcunda salutem parturiẽ omnes nos filios suos fecit. Hæc, nisi vehementer erro, omninò confirmãte ipsomet Domino Cruci suffixo; dum post præfata Canticorum verba subdit: *Dixi: Ascendam in Palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt vbera tua, sicut botri vineæ, & odor oris tui, sicut malorum:* vbi notantissimè observes nexum Crucis Christi, cum vberibus Virginis; vt vtriusque palmæ Maris, & fœminæ fæcunditas significetur. Quare sic premit hæc verba Honorius apud Delrium. *Quia exaltatus sum in Cruce omnia traham ad me* Dixi *enim, id est, firmiter apud Patrem ante sæcula disposui,* quia ascendam in Palmam, *id est, Crucem, & vincam tyrannum, & tunc apprehendam fructus eius, scilicet, omnes salvandos:* & statim: *Similitudo est illius, qui in arborem scandit, & pendentia poma ad se trahit, sic Christus in Crucem ascendit, & electos in multis erroribus dispersos ad se collegit.*

Rupert. Cant. 7. v. 7. Guilli. S. Ephrẽ Ambro. Honor.

8 Ecce tibi fructus Passionis Christi, quos ipse Crucem ascendens velut poma, sibi suavissima collegit; Maria ipsi in Adiutorium facta; adiutrice nempè, & cooperatrice: Quod non obscurè significat ipse Dominus consecutivè ad hæc subijciens, *& erũt vbera tua, sicut botri vineæ,* vbi observa ex Lectione Hebræa reponendum, *& erunt nunc:* Id est, Passionis tempore. Quid enim Cruci, & vberibus, quid palmæ, & botris? Occurrit his Venerab. Guillielmus, inquiens, non esse sermonem *de corporalibus vberibus, quæ Dei Filium aluerunt. Habet autem pia Mater, & spiritualia vbera, quibus nimirum datum est illi adoptivos fratres filij sui spiritualiter enutrire:* & post nonnulla: *Cum exsaltatus fuit à terra, & omnia traxit ad seipsum facta sunt vbera, tanquam botri vineæ, & cœperunt non tantum lac consolationis, sed etiam vinum sanctæ exsultationis ad se confugientibus propinare:* Sic ille: Sed enim cum vineæ imagine Ecclesia Christiana designetur simplicius dixeris: in Christi Palma, & Cruce ab vberibus Mariæ Palma Crucis obũ-

Lect. Hebr.

bra-

bratæ proferendos, & lactandos botros fidelium.

EXEMPLA.

HVc quidem spectat, quod Annales Cistercienses habent ad annum 1163. cap 6. num. 7. in Milrosico cænobio Beatissima Virgo Dormitorium visitare visa est comitata duabus Virginibus, & cœlesti Scriba: *Huic iubebat Deipara Virgo nomina quorumdam monachorum in charta excipere, quasi ad Regnum Dei paratorum. Quam visionem habuit Vvalterus huius monasterij Conversus, qui Scriptos ab Angelo monachos secundum ordinem facta descriptionis, etiam interire, & ad Virginem evolare notavit:* Vbi omninò vides Codicem, sive chirographum Mariæ respondentem libro vitæ; sive qui vnus cum eo sit.

Consentaneum est, quod habetur in annuis Societatis anno 1590. vbi de Collegio Dilingæ agitur: *Nempè cum eo anno ei vrbi læthalis quidam morbus permolestus fuisset, & quidam Scholasticus Sodalis Virginis genere, clarus, sed virtute magis illustris eo morbo correptus, intelligeret appropinquare sibi mortem ad vltimum certamen sub peculiari Virginis patrocinio sese composuisse: Quæ statim clienti suo affuit, præferens in tabula scriptum eius, & aliorum quorumdam nomen aureis litteris: affirmans migraturum ad cælites post exactum breue aliquod spatium in igne Purgatorij: Enim verò illud visioni huic fidem fecit, quod cum ægrotus lætitiæ, ac spei plenus Sacerdoti vicino retulisset; is illicò rogavit eum per amorem Dei Genitricis, vt cœlo receptus postularet à Deo, morbi, quod Sodalium Collegium affligebat, sedationem. Quod & factum est: nam ab eius obitu nullus amplius est mortuus hoc morbo, aut ægrotavit.*

(.·.)

CONCLVSIO OPERIS

Extremæ dementiæ, & noxiæ ruditatis esse; peccatores, sive in vita, sive in mortis hora ad Mariam non recurrere, vt veniam, & salutem consequantur.

LOngissimæ illi, & dissertissimæ de rerum omnium quæ sub cœlo sunt disputationi, quam vt earum vanitatem ostenderet intexuit Salomon toto libro Ecclesiastes breuissimam hanc, & absolutissimam imposuit clausulam cap. 12. vers. 13: *Finem loquendi pariter omnes audiamus: Deum time; & mandata eius observa: hoc est enim omnis homo:* vt omninò dixerit Sapiens (vt explicat Hieronym.) *ad hoc natus est homo;* vel vt ex Hebræo alij *hic est finis totius hominis:* vel (vt Olympiodorus) *Hic est Sapiens, integer, perfectus homo:* vel (vt habet alia Lectio) *Hoc omnis homo facere debet:* vel (vt Caietanus) *Hoc dumtaxat divinum est fixum: stabileque bonum in omni homine;* vel tandem (vt habet Lectio Caldæa apud Costum) *Hoc solo acquiritur quidquid verè hominem, & solidè beatum facere potest:* Quæ omnia eò eunt, vt moneamur huc omnes nostras curas consilia, & cogitationes dirigere debere, vt Deum toto corde amemus, & timeamus; inde veram felicitatem, & æternam beatitudinē adepturi: Hoc quidem posito, non quidem omninò abs re videtur mihi Venerab. Vverricus sapienter observasse Dominū nostrum Iesum Christum Verbum Patris; tot, & tantis divinis suis sermonibus clausulam posuisse, cum in Cruce finem loquendi fecit in Maria: sic enim Vverricus serm. 4. de Assumpt. Virginis loquitur: *Cæterum cum dilexisset eam Iesus in finem dilexit eam, vt non solùm propter ipsam finem vivendi, verum, & in ipsam finem pæne faceret loquendi: dum velut inter vltima verba testamēti curam Matris, cuius debitorem se cognoscebat, charissimo transcribit hæredi:* Hæc Vverricus.

Eccl. 12. v. 13.

Hieron. Lect. Hebr. Olymp. Cayeta. Caldæus Vverri.

2 Quod tamen in eum ſenſum inflecto vt quemadmodum Salomon finē loquendi fecit in timore Dei, quod ab ipſo tota hominis felicitas ſubſiſtat: ita & Dominus in Maria finem loquendi fecerit; quaſi indicare voluerit ab ipſius obſequio totam mortalium felicitatem, & beatam ſortē pendere. Nimirum dum ipſam Ioanni in Matrem dedit; omnes nos in eius filios adoptavit; & ſuæ curæ cōmiſit; vt ex Ruperto, & Vverrico iam vidimus: Vnde ſimiliter inferebat Anſelmus libro de *excellentia Virginis* cap. 1. *Si igitur illa propter peccatores, ſcilicet, propter me, meique ſimiles facta eſt Dei Mater; cur non illam erga me parentem futuram ſperabo?* Ita Anſelm Ergo *finem loquendi* Dominus in Maria faciens: ſic nos abſolutiſsimè admonet. Mariā Matrem meam, & Matrem veſtram colite, & omni obſequio, & veneratione proſequimini in eius laudes, & devotionem omnem operam navate: *Hoc eſt enim omnis homo: hoc omnis homo facere debet: Hic eſt ſapiens, integer, perfectus homo: Hoc dumtaxat, diuinū eſt ſignum, ſtabileque bonum in omni homine. Hoc ſolo acquiritur quidquid verè hominem, & ſolidè beatum facere poteſt:* ita dico, & prædico, ita eſt: ita eſt quare hūc ſignatè advoco, quod ex S. Bonavent. alibi dedi, cum in epiſtola *vigesti quinque memorialium* tom. 2. opuſculorum fidelem quemque, vt ſalutem conſequatur, ſic monet: *Vt gloriosam Reginam Domini noſtri Matrem benedictam in ſummo habeas omni tempore veneratione affectu, & in cunctis ad eam neceſsitatibus periculis, & preſuris, tanquam ad Refugium tutiſsimum te convertas, ipſius tutelæ præſidiū flagitando, eamque in tuam ſuſcipe Advocatam devotiſsimè, ac ſecurè tuam ei cauſam committas, quia Mater eſt miſericordiæ, cottidie ſtudens ei ſpecialem, & ſingularem reverentiam exhibere.*

3 Sed hac de re opportuniſsimam, & emphaſi plenam admonitionem, qua Sapiens Idiota felix hoc initium dedit libro de Contemplatione B. Mariæ in prologo audi. *O homo! quicumque es probationem vitæ ingreſſus; miſericordia Domini noſtri Ieſu Chriſti indiges, ſine qua ſalvari non potes: Accede igitur per devotam mentis contemplationem ad glorioſiſsimam Virginem Mariam Matrem eius; quia per ipſam, & in ipſa, & cum ipſa, & ab ipſa habet Mundus, & habiturus eſt omne bonum; ſcilicet, ſuper benedictum Filium eius Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui eſt omne bonum & ſumme bonum, & ſine quo nihil eſt bonum, cum ſolus bonus ſit. Inventa vtique Virgine Maria inventurus omne bonum: ipſa namque diligit diligentes ſe; imò ſibi ſervientibus ſervit. Ipſa ſuper benedicto Filio ſuo irato potentiſsimè reconciliat ſervos, & amatores ſuos. Tanta quoque eſt eius benignitas, quod nulli formidandum eſt ad eam accedere: tanta quoque miſericordia, quod ab ea nemo repellatur:* Hæc Sapiētiſsimus ille; omnia quidē obſervatu digna: ſed ſingillatim pende cū veriſsimè dixerit: Sine Domini miſericordia nullum poſſe ſalvari; per legitimam conſequentiam inde intuliſſe: *Accedere dum* ad Virginem ad miſericordiam hanc obtinendam: Quia nimirum ipſa Deo irato nos reconciliat, & quidem potentiſsimè; quod ipſius interceſsio apud ipſum omnipotens ſit: itidemque Virginis benignitatem tantam eſſe, vt ab ipſa nemo repellatur: Ex quibus facilè videris; cum qui in ſuis neceſsitatibus, præſertim in re ſalutis æternæ; & damnationis diſcrimine; ipſomet etiam tartaro hiante ad abſorbendum: ad Beatiſsimam Virginem opem petiturus non confugerit; ſtultum, væcordem, & extremè fatuum fore dicendum: diſſertiſsimè pro hac cogitatione fideiubente celebratiſsima illa decem Virginū parabola à Chriſto Domino, apud Matthæum cap. 25. verſ. 1. ſic propoſita: *Simile eſt regnum cœlorum decem Virginibus, quæ accipiētes lāpades ſuas exierunt obviam Sponſo, & Sponſæ; quinque autem ex eis erāt fatuæ, & quinque prudentes, ſed quinque fatuæ acceptis lāpadibus, non ſumpſerunt ſecum oleum: prudentes verò acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus,* de qua quidē parabola, ſic benè monuit Auguſt. lib. 83. qq. *Decem numerus Virginum, quarū quinque admittūtur; quinque excluduntur; bonorum, & malorum diſcretionem ſignificat.* Nimirū in oleo, quod fatuis ad manum nō fuit, bonorum operum ſtudium, & exercitatio deſignatur dicente ibi Hieronymo:

Rupert. Vverri. 1

Anſelm.

Bonav.

Matth. 25. v. 1.

Auguſt.

Idiota.

Hieron.

Venditur hoc oleum, & multo emitur pretio, ac difficili labore conquæritur, quod non ſolùm in eleemoſinis, ſed in cunctis virtutibus, & conſilijs intelligimus magiſtrorum: quippè, ſi attendis, hoc eſt illud pretium, quod Dominus pro Paſſione, & morte, quam pro peccatorum noſtrorũ redemptione ſubijt fideiuſſoria actione extricto iure à nobis exigit, vt Ambroſius lib. 1. *de Ioſeph* cap. 7. à nobis alibi adductus, & expenſus, ſic affirmat: *Solve pro auctore, quod ſoluturus es lege: non mediocris iſte contractus eſt: non omnes illum facilè emunt. Denique illæ Virgines in Evangelio, quas veniens Sponſus excluſit; ideò foris relictæ ſunt, quia venale oleum non emerunt. Vnde dicitur eis, ite potiùs ad vendentes, & emite vobis*: Sic Ambroſ.

Ambroſ.

4 Iam verò non abs re ambigis; cur iſti malæ fidei debitores, & qui re vera gravibus peccatis obnoxii à regno cœleſti excluduntur; non improbi, aut flagitioſi, & nequam, ſed fatui dicantur? cum à Dei regno fatuitas, aut inſcitia homines non excludat, ſed improbitas, & malignitas dicente de cœleſti aula Ioannes, Apocalyp. 21. Verſ. 27. *Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium*, & Apocal. 22. v. 15. *Foris canes, & benefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſervientes, & omnis, qui amat, & facit mendacium*. Sed reſponſio ad manum eſt, quod cum Dominus ad iudicandum advenerit; ſecumque de induſtria Sponſam, id eſt, Dilectiſſimam Matrem attulerit; vt à peccatoribus invocata, ipſos Deo reconciliaret, ipſi ab illa opem poſtulare præ ſtupore, & fatuitate neſcierint: & qui dicentes: *Domine Domine aperi nobis*: audierunt ab illo *Neſcio vos*: non ſtatim ad Mariam, quæ cœli porta eſt inclamarunt Domina Domina aperi nobis: pulchrè monente inibi Paſchaſio lib. 12. in Matthæum. *Nemo dignè Sponſa, ſine Sponſa occurrit*: Quæ namque maior fatuitas? & ſtoliditas? quam oleum à Maria non exigere? quæ noxior ruditas, quam eius auxilium non implorare? quæ ſponte libenter, & gratanter ſe præſtituram offerat; nam non indiget labore gratia (inquit Andræas Cretenſis orat. de Dormitione Virginis) *præter quam ſola voluntate*. Ergo ô ſtulte! ô fatue, ô rudis adeſt tibi Spõſa parata oleum, & operam ferre: & nec voce, nec prece, nec reſpectu ipſi occurris? Quid amentius? Audi iam quid de ipſa hac in re dixerit Richard. à S. Laurentio lib. 1. de Laud. Virg. vbi cum præmiſiſſet. *Gratia plena in tantum plena, vt ex tuo redundante totus hauriat mundus*: Subijcit: *Si enim prudentes Virgines oleum acceperunt in vaſis ſuis, cum lampadibus; Tu prudentiſſima Virgo, & Virgo Virginum non vnum tantum vas habuiſti oleo gratiæ plenum, quo lampadem tuam inexſtinguibilem ardentem nutrieras, ſed aliud geſtaſti vas redundans, & indeficiens, ex quo effuſo oleo miſericordiæ omnium lãpades illuminares, & vaſa omnium vſque ad ſummum, & perfectum repleres, & in illo nihil minueres*. Pergit opportunè. *Prudens ergo fuiſti, vt tibi prouideres; nec timida, vt alijs ſub venires: nec dixiſti*: Ne fortè non ſufficiat nobis, & vobis: *ſufficienter retinuiſti, & ſufficienter tribuiſti*: Hactenus Richard. Vides fatuarum Virginum ſtolidiſſimam ruditatem, & inſipientiam, & denſiſſimas pectoris cæci tenebras, quæ ad Mariã oleum miſericordiæ libẽter effundentem, omnium lãpades illuminaturam cõfugere neſcierunt.

Rich. à S. Laur.

Apocal. 21. ver. 27. & 22. ver. 15.

Paſch.

Andræ. Creten ſ.

Hùc quidem facit frequentiſſima ſcalæ cœli appellatio Virgini à PP. tributa: nam S. Ephrem orat. de *Laud. Virgin.* ipſam dixit, *ſcalam aſcenſus omnium*; ſignatè verò Bernard. ſerm. in Nativit. Virg. *Scalam peccatorum* appellavit, & Auguſtinus citatus à S. Bernardino ſerm. 51. tom. 2. cap. 4. inquit: *Eſt enim Maria flos, & ianua paradiſi; gloria generis humani, lucerna mundi ſcala cœli, terror dæmonum, refugium peccatorum*: Damaſcenus verò in Menæis die 27. Ianuarij Ode. 7. de B. V. Ipſam, ſic ſalutat. *Salve ſcala per quam è terra in cœlum, & ab interitu aſcendimus ad vitam*, & ſimiliter Ioannes Geometra in Græco Parnaſo Encomiaſtes Mariæ.

5

S. Ephrẽ

Bernar.

Auguſt.

Bernardinus.

Damaſ.

Ioannes Geom.

Salve ſcala polum penetrans, & ſydera tangens
Quæque Deũ nobis, nos reuehiſque Deo.

Et Hymnus Græcus apud Buteonem pag 1128.

Hymn. Græc.

Scala omnes è terra ad gratiã ſublevans.

Quod ſi fortè ambigas cur non primo loco Mariam, cum Scala illa celebra

tiſſi-

tiſſima Iacob per quam Angelos ille aſcendentes, & deſcendentes vidit, Gen. 28 v. 12. compoſuerim? reſpondebo; non vndequaque huic inſtituto de Deipara, vt ſcala per quam ad interitu aſcendimus ad vitam eam imaginem omninò conuenire; nimirum in ea non aſcendentes ſolum, ſed deſcendentes etiam videris; quippè vt Hieronim. epiſt. 27. ad Euſtochium, & Tertullian. lib. 3. contra Marcionē interpretātur ſcala iſta typus eſt, tribunalis, & iudicij Dei homines pro meritis, aut in cœlos evehētis, aut in tartara deturbātis. Abſit ergo, vt, qui ad Mariæ ſcalam confugerit, & in gradu eius pedē ponat inter deſcēdentes, & decidentes cōputetur; ſed potius per eam ab interitu ad vitā tandem perveniat: Quod quidē ſi vel oculis, quis videre velit adeat pulchram illam viſionem, quā B. Leoni, obiectam fuiſſe iam vidimus: *Erat magna planities, & in ea ſpecies quædam iudicij mox futuri: magna aderat hominum multitudo, Angelorum tubæ perſonabant denique binæ ſcalæ è ſummo cœlo vſque ad terram demiſſæ; altera cādidiore colore; altera purpureo: Huic autem purpureæ immìnens inſidebat ex alto Chriſtus vultus habitu ſevero, & ſubirato. At Franciſcus paulò infra ipſum fratres ſuos evocabat, vt aſcenderent ſidenter, Dominū ita velle, eoſque invitare: Cum autem illi ſe per ſcalas audenter efferrent; alius de tertio; alius de quarto, vel de decimo alij de ſuperioribus, vel pœne iā vltimis gradibus procidebāt. Quā ſuorum clade magnopere commotus B. Franciſcus eos voce magna admonuit, vt ad ſcalam aliam candidam accederent, illic nihil fore periculi, itaque cum ad eam acceſsiſſent, Mariam ei incumbentem vident, quæ eos blandiſsimè intuens ſtudioſè etiam iuvaret, excipereque ſingulos, ita vt nullo negotio ad vnum omnes in cœlum evaſerint:* Hæc Annales B. Franciſci apud P. Hieronymum Platiilib. de Bono ſtatus Religioſi lib. 1. cap. 14. Quæ quidem dū lego merito exclamaverim. *Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus;* quo in ancipiti ſalutis æternæ lance ſuaviſsimum: benigniſsimum, & mortalibus neceſſarium, & divinum Beatiſſimæ Virginis Mariæ ingenium demonſtratur: & ſtatuarum Virginum noxia ruditas opportunè arguitur: quę à purpurea ſcala decidentes, & excluſæ; ad candidam Virginis ſcalam neſcierunt accurrere in qua nihil erat periculi; cùm ad eam accedentes Beata Virgo blandiſsimè intuens excipere, & omni modo iuvare conſueverit. Sit iam tandem pro huius libri coronide pia hæc Venerab. Amedæi vltima clauſula hom. 8. de Laud. Virg. *Sed inter hæc ad memoriam redit dies illa famoſa iudicij, cuius altitudinem Sanctus Propheta David ſe timere pronunciat. Illo igitur tremēdi examinis articulo obſequentibus Angelis, Archangelis, omnique exercitu militiæ cœleſtis Rex cœlorum aderit cum præfata piiſsima Genitrice orbem terræ iudicaturus in iuſtitia, & populos in æquitate. Tunc illa fulgebit luce ſplendiſsima, &c. Denique omnis ſexus, & ætas: omnis Ordo, & Dignitas Beatiſsimam prædicabunt, & populus innumerabilis acclamabit illi in iubilo meritis eius, & precibus ſalvatus, & in dextera pio coronatus à Domino: in quorum numero, & ex quorum collegio nos eſſe contingat, ò clemens: ò pia: ò dulcis ſemper Virgo Maria.*

Gen. 28 v. 12.

Hieron. Tertull.

Hieron.

Amedæ.

FINIS

ADNOTATIONVM AD DEI, ET VIRGINIS GLORIAM.

APPENDIX AD PRAECEDENTES ADNOTATIONES DE MARIA FIDELIBVS IPSAM INVOCANTIBVS IN OMNI NECESSITATE SVCCVRRENTE.

PROOEMIVM.

DVO pié, ſapienter, & opportunè Eccleſiam Matrem, & doctricem noſtram orare novimus. Alterum ad Deum cum inquit: *Deus, qui nos in tantis periculis conſtitutos; pro humana ſcis fragilitate non poſſe ſubſiſtere: da nobis auxilium mentis, & corporis, vt ea, quæ pro peccatis noſtris patimur, te adiuvante vincamus:* Alterum conſequenter ad hæc, ad Sanctiſsimam Deiparam: *Sub tuum præſidium confugimus Sancta Dei genitrix, noſtras deprecationes, ne deſpicias in neceſsitatibus; ſed à periculis cunctis libera nos Virgo gloriosa, & benedicta:* Planè vt vtrique orationi is ſubſit ſenſus, Deum qui benè novit tãtis periculis, quibus involvimur ſuperandis nos impares eſſe, pro mentis, & corporis opportuniſsimo auxilio Deiparæ interventionem, & patrocinium nobis dediſſe; vt ipſa adiuvante à cunctis liberemur: & benè quidem à cunctis omninò liberari per Mariam petimus; cum ipſa ſit *Dextera Chriſti ad lapſos omnes erigendos exſtenta*; vt illam appellant Menæa Græca die 24. Maij, Ode. 8. *Advocata omnium miſerorum*; vt Bonavent. in Corona Virginis: *Cura mundi*, Andræas Cretenſis Cánone in Conceptionem: *Conſervatio mundi*; Hymnus apud Buteonem pag. 183. *Altrix vitæ noſtræ*; Menæa Græca die 7. & 8. Septembris; *Ager plenus, cui benedixit Dominus*. Richard. à S. Laur. lib. 8. de Laud. Virgin. *Flumen Dei repletum aquis gratiæ*. Raymund, Iordam par. 14 cap. 26. *Fons vniverſo Orbi medicinam afferens*. Damaſc. orat. 1. de Nativitate: *Aqueductus gratiarum Dei*. Bernard. ſerm. de Nativitate Virgin. *Gratia gratiarum*. Ioannes Geometra hymno 1. *Cauſa cauſaliſsima miſericordiarum*. Bernard. ſerm. in *Salve Regina*: *Lætitia cunctarum gentium*. Hymn. Græc. apud Buteonem pag. 123. *Lamentum ſorte dæmonum*. Anſelm. Hymno 8. de variis feſtis.

Menæa Græca. Andr. Cret. Hymn. Græc. Menæa. Rich. à S. Laur. Damaſc. Geome. Bernar. Hymn. Anſelm.

Cogita ergo. Cunctas neceſsitates, cuncta pericula; cunctas afflictiones, vexationes, ægritudines; labores, dolores, triſtitias, & quidquid malorum in vitam iſtam prima maledictio invexit & ab ijs omnibus Mariæ auxilio, & interventione liberatos, & liberandos nos iri certa ratione exiſtima: cum ipſa ſit *diſſipatrix maledictionis primigeniæ*, ita loquuntur Menæa Græca die 15. Iunuarij, & *Apotheca Chriſti Medici*, vt ait Richardus à S. Laur. lib. 10. de Laud. Virg. *Interceſſio ſedula; murus inexpugnabilis, fons miſericordiæ, refugium mundi*, ſic Theoſterictus in Cánone conciliat. *Conſolatio infirmorum, redemptio captivorum, liberatio dãnatorum, ſalus vniverſorum*. Gisleberrus in Altercatione cap. 19. Sic itidem dicitur: *Validum auxilium oppugnatorum ſtabilis anchora ijs, qui tempeſtate iactantur, præſidium vexatorum; exhortatio laborantium, ſpes deſolatorum, conſolatio lugentium*, ſic habetur in fibrilegio Buteonis ex orationibus Græcanicis. *Lachrymarũ noſtra*

Menæa. Richar. Theoſte. Gisleb.

Buteo. S. Ger.

rum ablatio, gemituum noſtrorum ceſſatio, calamitatum noſtrarum reſtauratio, dolorum noſtrorum relevatio, vinculorum noſtrorum ſolutio, ſalutis noſtræ ſpes: Hæc S. German. oratione de Præſentatione Virginis *Miraculorum Abyſſus*. Damaſcen-
Damaſ. orat. 1. de Nativitate Virginis. *Pelagus ſanitatum*; idem orat. 2. de Aſſumptione.

Sed enim, oranti Deiparam Georgio Nicomedienſi oratione de Præſentatione Virginis, quando in templo fuit oblata: *Tu ô Dei genitrix, ne deſpicias preces eorum, qui ſemper petunt, præbe manum laborantibus, opem fer eis, qui agitantur tempeſtatibus*; ipſa videtur occurrere Cant. 8. v. 10. inquiens: *Ego murus, & vbera mea, ſicut turris*, & de ipſa, ſic ait Sponſus Cant. 4. verſ. 4. *Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea*: vt cum
Cant. 8. v. 10. *Cant. 4. v. 4.* alluſione ad hæc verba appelletur à Græco Theoſtericho *in Canone Conciliatorij*: *Murus refugij, & omnibus modis hominum ſalus, & in anxietatibus munimentum*; *Theote. Herolo.* & ab Horologio Græco in Meſonycho *Murus inexpugnabilis, & munimentũ ſa-*
Gisler. *lutis*: Quæ optimè confirmat Commentarius Gisleri in prædicta Canticorum verba, dum ait: *Propugnacula ſunt erecta, atque præfortia, è quibus quotquot ipſius Virginis devoti ſunt, contra quoſcumque adverſarios propugnant, & contra Deum etiam ſanctiſſimo devotionis dimicant prælio*. Mille clypei, *qui ex hac turri pendent, mille ſunt, atque innumera præſidiorum genera, quæ ab oratione tantæ Virginis parata nobis accipimus, quibus qualibet in tentatione, & in emergenti quacumque occaſione, & neceſsitate nos ipſos quaſi fortiſſimis protegimus clypeis*. Sed hæc peculiari adnotatione diffundere erit operæpretium; ne tanta res brevi præſtricta videatur.

MARIA opportuna hominum Advocata, quæ eos à cunctis mentis, & corporis defendit periculis, atque ipſis in neceſsitatibus occurrit, & ſucurrit.

TRactavit hoc argumentum luculenter P. Ferdinandus de Salazar
Salaz. in cap. 8. Prov. num. 180. ſapienter illud evincens: quod ex S. Thoma 3. p.
S. Tho. quæſt. 10. art. 1. & ex optima ratione certum eſſe debeat, Deiparam omnes homines, & omnia illorũ opera, omnes eorum neceſsitates, & pericula è cœlo contemplari; necnon omnes homines ad Virginem ſpectare, quod eorum; quà Mater Dei, & Regina miſericordiæ eſt, curam ſuſceperit; luculenter affirmãte Sapiente Idiota: *Virgo Maria, ſicut eſt omnium Regina, ſicut*
Idiota. *omnium Advocata, & Patrona eſt, cura eſt illi de omnibus* inde legitimè infert Salazar; *pro ſingulis noſtris actionibus Virginem apud Dominum intereſſe, atque omnem gratiam, & auxilia per ipſam nobis impetrari*: Subditque. *Si enim Virgo omnes noſtras actiones, conſilia neceſsitates, & diſcrimina ſingillatim novit, ad maternam illius erga nos charitatem ſpectat, vt pro ſingulis deprecetur; atque gratiam nobis exoret*: Pulchra quidem, & neceſſaria argumentatio; quam ipſe opportunè firmat illis Petri Damiani *Petr. Dam.* verbis ſerm. 1. *de Nativitate Virginis* ipſam ſic alloquens: *Nũquid quia Dei cata: ideò noſtræ ſalutis oblita es? Nequaquam Domina. Scis, in quo diſcrimine nos reliqueris; vbi iaceant, quantum deliquerint ſervi tui. Non enim ita memoraris miſericordiæ Dei ſolius, vt miſericordiam in nos non habeas, neque ita es impaſſibilis, vt non ſis compaſſibilis*. Sic ille, ſed Bonaventura in Speculo cap. 8. ſic opportuniſsimè, inquit: *Magna* *Bonav.* *fuit erga miſeros miſericordia Mariæ adhuc exſulantis in mundo, ſed multò major erga miſeros eſt miſericordia eius regnantis in cœlo. Maiorem per beneficia innumerabilia, nunc oſtendit hominibus miſericordiam, quia magis, nunc videt innumerabilem hominum miſeriam. Vnde pro ſplendore prioris miſericordiæ dici poteſt*: Pulchra vt Luna: pro ſplendore *poſterioris*, electa vt Sol. *Quis eſt? ſuper quẽ Sol non luceat? Quis ſuper quem non ſplendeat miſericordia Mariæ?* Hæc Bonaventura.

2 Et verò cum Salazar indidem hùc advocet epiteton *multocula*, vel *multis prædita oculis*, quod Virgini tribuit S. Ephrem, quod ipſa omnia, & ſingula noſtra intueatur; omnibus, & ſingulis proſpiciat: placet id egregijs Amedæi verbis hom. 8. de *Mariæ* Virginis plenitudine cõfirmare: Sic enim *Amed.*

pri-

primum ait. *Adſtat ergo Beatiſsima ſingulari merito præcipua vultui Conditoris prece potentiſsima ſemper interpellans pro nobis. Illo enim edocta lumine, cui nuda, & aperta ſunt omnia, cuncta noſtra videt diſcrimina, noſtrique Clemens, & dulcis Domina materno affectu miſeretur.* deinde verò ad mentem S Ephrem multis oculis præditam Virginem faciens, ſic pergit. *Sancta animalia, de quibus in Ezechiele legitur, quod ante, & retro, intus, & foris, atque in circuitu plena ſunt oculis labores hominum, & dolores, caſus, defectus, excitates invaletudines, extrema pericula, incertos exitus vitæ, & mala quæque humani generis, non æquè, vt Dei Genitrix valent examinare, examinando, cœleſti auxilio diluere, & propulſare: Quò enim ſublimius immenſi Regis cor aſpicit, eò profundius divinæ gratia pietatis afflictorum miſereri, & miſeris ſuccurere novit*: Quæ ſtatim ex Mariæ nomine, & ex ſtellæ maris proprietate mirè, hunc in modum diffundit. *Vnde Maria, ideſt, maris Stella providò Dei conſilio vocata eſt, vt nomine declararet, quod reipſa clarius manifeſtat. Nàm ex quo cœlos, cum Filio ſuo regnatura conſcendit, induta decore indita paritèr fortitudine præcinxit ſe, mirabi es elationes maris ſolo nutu compeſcitura: Mare quippè præſentis ſeculi navigantes, ſeque plena fide invocantes, ab impetu procellæ, & ventorum rabie eruit, eoſque ſecum ovantes ad littus feliciſsimæ patriæ perducit.* Hæc & alia poſtmodum adducenda Amædeus: Quæ ſic præſtringit Damaſcen. orat 2. de Aſſumpt Virginem appellans: *Pharmacum ex omni pectore dolorem propulſans.*

Ezech. 1

Damaſ.

3 Quo denuo advoces Eccleſiaſtici verba de Virgine cap. 24. verſ. 19. quæ ipſi ex PP. non ſemel aptavimus. *Quaſi platanus exſaltata ſum iuxta aquas*, in hunc quem perſequimur ſenſum à bono Scholiaſte Cornelio expenſa, & enim cum præmiſiſſet: *Platanus repræſentat Beatam Virginem. Nam platanus patulis diffunditur ramis; habet filia inſtar ſcutorum, & peltarum; ſic Beata Virgo eſt, quaſi platanus patulis diffuſa ramis, quibus univerſos homines abſcondit, & protegit, perfugium eſt, protectio, tutum, & aſylum omnium ad ſe confugientium*: opportunè adiungit. *Nulla eſt tentatio, nulla calamitas, nullus labor, nullum periculum; nullus hoſtis, contra quem B. Virgo validiſsima ſcuta, peltaſque opem ſuam implorantibus non ſuggerat, & ſuppediter*: Hæc Cornelius. Quibus Eccleſia Græca, ſic conſentit in Menæis die 28. Ianuarij in pœnult. Stropha: *Spes deſperatorum, omnium afflictorum lætitia, iniquè oppreſſorum Patrona ſuſtentatio pauperum exſulantiũ*, & abſolutiſsimè Anſelmus lib. de excellentia Virginis cap. 10. inquiens. *Ab initio renovationis humanæ omnibus ſub tuum præſidium confugientibus hucuſque ſuccurriſti*: Sed & iis Georgius Græcæ Eccleſiæ Pater in Menæis die 19. Martii, Ode. 3. de S. Marco bellè ſubſcribit: Virginem noſtram inter anguſtias diſcriminum dilatationem, ſic faciens. *In quæ nos premunt anguſtijs, interceſsionem Tuam, ò Virgo, vt laxamentum habemus, & omnes inde tui cultores periculis involventibus exolvimur.* Ita Georgius: Ad quem modum Ioannes Chryſoſtomus indidem die 16. Iulij in veſperis Deiparam *paratum omnium tribulatorum auxilium* vocat. Bernardus verò in meditatione *in Salve Regina* ad ipſam, ſic devotiſsimè ſuſpirat: *Quis ergo ad te Domina, non ſuſpirabit? Amore ſuſpiramus, & dolore. Vndique nos anguſtiæ premunt. Quo modo ergo ad te non ſuſpiremus? ſolatium miſerorum, refugium expulſorum, liberatio captivorum, Regina bellatorum, Domina univerſorum, etiam inimicorum*: nec eſt, qui tuæ voluntati valeat obviare, ſic afflicti, ſic miſeri ad te ſuſpiramus, *Gementes, & flentes in hac lachrymarum valle*, ſic Bernardus.

Georg.

Bernar.

Eccl. 24. ver. 19.

4 Huc ſanè flexit S. Thomas à Villanova ſerm. 3. *in Nativitate Virginis*, Iſaiæ Vaticinium cap. 4. verſ. 6. *Super omnem gloriam protectio, & tabernaculum erit in abſconſionem à turbine, & à pluvia*, inquiens: *Quid tu Iſaias? quid ſentis de hac Virgine? qualis erit iſta Virgo?* Super omnem (*inquit*) gloriam protectio, &c. *Ideſt, iuſtorum erit cuſtodia, & peccatorum ſuffugium: Si peſtis, ſi bellum, ſi fames, ſi tribulatio, omnes ad te currimus; tu noſtra protectio; tu noſtrum refugium; tu noſtrum vnicum remedium, ſubſidium, & aſylum: Sicut pulli volitantibus deſuper milvis ad gallinæ alas accurrunt, ita nos ſub velamento alarum tuarum abſcondimus. Neſcimus aliud refugium, niſi te, tu ſola es vnica ſpes noſtra, in quâ confidimus;*

S. Tho. à Villanoua. Iſaiæ 4. v. 6.

tu ſola Patrona noſtra, ad quam omnes aſpicimus. Hæc & alia S. Thomas: nec minus luculenter S. Ioſephus in Menæis die 10. Martij poſt Ode. 3. de SS. MM. Quadrato & ſocijs. *Nam ſi tu* (inquit) *Patrona, & tutrix noſtra non fuiſſes, quis è tantis nos periculis eruere alius poterat? Quis hucuſque præter te libertatem noſtram conſervaſſet indemnè? Tu enim famulos tuos perpetuo ſervas, quæcumque diſcrimina ingruant.* Quo quidem ſenſu Deiparam exorat. S. Theophanes indidem die 17. Ianuarij Ode. 1. de S. Ioanne Baptiſta, hunc in modum. *O gravida Deo Maria! Virginitatis Sacratiſsimum Templum! eos qui confugiunt ad te, quique vt Advocatam inclamant; tuis ad Deum precibus ſerva; pariterque pericula, quæ inſultant, averte.* Sic Theophanes. Rurſum verò Bernardus poſt præfata verba: *Heu Domina* (inquit) *non vides, quod taliter ſumus amaritudine pleni? intus ſumus gementes, exterius flentes in valle lachrymoſa iacentes; onerati peccatis gemimus, aggravati moleſtijs flemus abundantes miſerijs in valle lachrymarum ſumus tuum auxilium poſtulantes.* Hæc ille; quibus ſic ipſa reſpondet apud S. Brigittam lib. 4. Revelat. cap. 138. *Ego ſum Mater totius iuſtitiæ, quæ eſt in mundo, quia iuſtitiam Filius meus dilexit dilectione perfectiſsima. Et ſicut materna manus ſemper parata eſt ad opponendum ſe periculis in cordis filij ſui defenſionem ſi aliquis niteretur in ſui læſionem; ita ego ſum parata iugiter iuſtos, qui ſunt in mundo defendere, & de omni periculo ſpirituali liberare:* Sic gloriosa Virgo, & benedicta.

5 Redeo ad communem Eccleſiæ conſenſum, à quo Deipara *Stella Maris* appellatur, quin ſit dubium, quod de ſtella polari ſermo ſit, de qua alibi oſtendimus, navigantiũ in hoc procelloſo mari ducem, & ſignum eſſe, quæ reſpicientes ipſam ad portum ſalutis nos dirigat modo, vero obſerva cum S. Bernardino tomo 3. ſer. 1. art. 3. peculiarem huius epiteti rationem, quam ipſe, ſic reddit. *Polare ſydus conveniens in Aquilone ſitum, per quod ex Aquilone pandens malum, tribulationum ventorum, & procellarum turbines mitigentur, & temperentur.* Ita ſanè, ita eſt, vt merito Mariam ſalutaverit Damaſcenus ſerm. de Dormitione Virginis: *Ave vnicum moleſtiarum levamen. Ave omnium dolorum cordium medicamentum:* ad cuius guſtum Bonavent. in litanijs B. Virginis ipſam appellat *fontem miſericordiæ, pietatis latitudinẽ orphanorum, mammillam parvulorum, & conſolationem afflictorum.* Bernardus verò ſerm. *in ſignum magnum:* pulchrè in hanc rem, inquit: *Sileat miſericordiam tuam Virgo beata, ſi quis eſt, qui invocatam te in neceſsitatibus ſuis, ſibi memmerit defuiſſe:* Vnde ſubdit. *Nos quidem ſervuli tui cæteris in virtutibus concaudemus tibi, ſed in hoc potiùs nobis ipſis: laudamus virginitatem, humilitatem miramur, ſed miſericordia miſeris ſapit dulciùs; miſericordiam amplectimur chariùs, recordamur ſæpiùs crebrius invocamus.* Hæc Bernard. Sãct. verò Sabbas in Menæis die 28. Ianuarij in penult. Stropha de S. Ephrem opportunè affirmat, nullum eſſe genus ærumnæ, cui non ſit remedium Virgo; ſic enim ille: *Spes deſperatorum, omnium afflictorum lætitia, iniquè oppreſſorũ Patrona; ſuſtentatio pauperum, exſulãtium conſolatio; in fluctibus laborantium Portus; imbecillium robur, laboris æſtus, confectorum vmbraculum, Auxilium, baculuſque cæcorum eſſe conſueſti, ò Dei Altiſsimi Mater.* Hæc S. Sabbas, quibus nihil copioſius, nihil magis ad rem dici potuit.

6 Hinc opportunè Maria à Richardo à S. Laurentio lib. 12. de Laudib Virginis, tum *virga conſolationis* dicitur ex Pſal. 22. verſ. 5. *Virga tua, & baculus tuus; ipſa me conſolata ſunt.* Tum indidem eum Virga Moyſis faciente prodigia in Ægypto, ita componitur: *Hæc eſt Virga Moyſis per quam fecit ſigna in Ægypto, & ad quam in omni neceſsitate recurrebat, Exod. 4. Quia Chriſtus per Mariam mirabilia fecit in mũdo:* obſerva illud *in omni neceſsitate recurrebat:* ſanè ad guſtum S. Germani orat. de Zona, & faſcijs inter alia dicentis: *Nullus eſt, qui liberetur à malis, niſi per te, ò puriſsima,* & rurſus oratione apud Simeonem Metaphraſtem eodem ductu, inquit: *Nullus ſe à periculorum laqueis expedit, quin ipſi ſubveniens. Quod ſi patrocinium denegas, nihil eſt, quod à largitore gratiæ poſsimus exſpectare; Tu enim à Rege, & rerum omnium parente, & gubernatore fœcunda Mater apud eum, tum fiducia; tum potentia vales:* Sed & S. Theodorus

S. Ioſep. Confeſſ.
S. Theo
Bernar.
S. Brig.
S. Bern.
Damaſc.
Bernar.
Rich. à S. Laur.
Germ.
Theod.

Stu-

Studita in Menæis die 20. Ianuarij in veſperis maioribus de S. Euthymio, ſic Deiparam exorabat: *Reſpice ſuper invocantes te famulos tuos, & gravibus malis, quæ ſunt in caput noſtrum eo orta, finem impone: ſimul ab alijs quoque omnibus rerum aſperitatibus libera. Tu enim ſola Te nobis ſecuram, ac ſtabilem anchoram præſtas. Quare noſtra hæc Opē tuam implorandi fiducia, ne confundatur, obſecramus Te Domina*: ſic ille, & quidem rectè: aſſirmāte de Virgine Bernardo ſerm. de Verbis Apocalypſis: *Omnibus ſeſe exorabilem, omnibus clementiſſimam præbet, omnium denique neceſsitatibus ampliſſimo quodam miſeratur affectu.* Bernar. Hæc Bernard.

7 Quo opportunè referas egregiū epitheton quod Virgini tribuit S. Proclus in ſerm. de Nativitate Domini; ipſam appellans *Panegyrim ſalutaris reconciliationis*; id eſt, vt Theophylus Raynaud. in Nomenclatore Mariano interpretatur Græcas voces; *mundinas ſpirituales* dicēte S. Chryſoſtomo orat. de S. Philogonio: *Nec enim alia res facere ſolet panegyrim, quam mercium venalium copia; cum triticum hordeum, & omni iuges fructuum ſpecies, ovium greges, armenta, veſtes, aliaque id genus plurima importantur, alijs quidem ementibus, alijs verò mercantibus.* Quod eò refert Theophylus, vt Virgo velut nundinæ ſpirituales omni merciū genere abundātes, ad quas vndequaque confluant curaturi, & paraturi ſibi neceſſaria, fideiubente B. Amadæo hom. 8. qui ait Deiparam eſſe veluti bonorum omnium temporalium, ac ſpiritualium Emporium; vbi quiſquis aliqua Dei largitate eget (*egentque omnes gloria Dei*, vt ait Paulus ad Romanos 3. verſ. 23. hoc eſt auxiliatrice manu Dei ad bonaque conſequenda, & mala vitanda) invenit abſque aliqua commutatione quidquid expetere poteſt ad ſatisfaciendum ſuæ neceſsitati. Sed & in hunc ſenſum itidem affert Bernardum, tum ſer. 2. in Pentecoſt. dicentem Deiparam eſſe *medium terræ* ad quam omni bonorum genere inſtructiſsimam omnes populi aviditſsimè cōcurrunt, proviſuri ſibi per eam, quæ ad ſalutem ſpectant; tum ſerm. *in ſignum magnum*; vbi videtur componere Virginem cum foro (vt ſic commodius mens Bernardi explicetur) in quo proſtent omnia miſeris mortalibus neceſſaria, aut quaſi locum nundinarū pietatis, & miſericordiæ: *Omnibus* (inquit) *omnia facta eſt, ſapientibus, & inſipientibus copioſiſsima charitate debitricem ſe fecit; omnibus miſericordiæ ſinum aperuit, vt de plenitudine eius accipiant vniverſi; captivus redemptionem, æger curationem, triſtis conſolationem; peccator veniam; iuſtus gratiam, &c. vt non ſit, qui ſe abſcondat à calore eius.* Hactenus Bernardus.

8 Equidem Salomon, vt ſub hiſtoria Angeli deſcendentis in Ægyptum ad librandum Dei populum è dira Ægyptiorum ſervitute: Chriſti incarnationem, vt mundum à ſervitute diaboli, & peccati iugo vindicaret feſsis humani generis rebus ſubveniendo annūciaret; magnifica hac verborum pompa vſus eſt, Sapientiæ 18. verſ. 15. *Cum quietum ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter haberet omnipotens ſermo tuus à regalibus ſedibus durus debellator in mediam exterminij terram proſilivit.* Sap. 18. v. 15. Quæ verba ad Regiam dignitatem, & munus ſubveniendi afflictis, & conſolandi mæſtos; quod Dei Filius in Mariæ ventre obivit regiam in ea ad id ſedem collocans retulit Guerricus ſerm. 1. de Annunciatione, hunc in modum. *Bonus planè ſermo, & conſolatorius. Omnipotens ſermo tuus Domine, qui hodie à regalibus ſedibus venit in viterum Virginis, vbi etiam ſedem ſibi regalem exſtruxit, in qua cum etiam nunc ſedeat, quaſi Rex circumſtante exercitu Angelorum in cœlis, eſt tamen mœrentium conſolator in terris.* Guerric. Hæc Guerricus: vbi primū obſerva adeò proprium Dei, omnium Regis eſſe mortalibus ſalutem, & cōſolationem afferre, vt non minus digna ſedes ipſius ſit; in terris id munus præſtare, quam circumſtante toto Angelorum exercitu in cœlo ſedere: Deinde verò ſingillatim ad id ſinum Matris, tanquam Regiam ſedem elegiſſe, in quo nunc & ſemper ſedet, vt ab ipſa, & in ipſa, & per ipſam mærētium conſolator ſit fideiubente Bonaventura in Pſalterio, his verbis. *Venite ad Mariam omnes, qui laboratis, & tribulati eſtis, & dabit refrigerium animabus veſtris*: idemque Damaſceno in Menæis die 27. Ianuar. Ode. 4. Canonis primi de S. Chryſoſt. dum Virginem

ginem, sic solutat: *Salve ò Solis effulgentis thesaure! Salve spiritualium remediorum scaturigo*: sed Ioannes Archiepiscopus in Menæis die 10. Iulij in vesperis, & Ode. 4. de SS. MM. in Nicopoli Armeniæ, sic omninò ad mentem Guerrici loquitur *Altissimi virtus, ò Virgo, Tuam in te animam obumbravit, Teque paradisum voluptatis effecit, in cuius medio plantatum est lignum vitæ; id est, Mediator, & Dominus noster Christus, Ne despicias me tuum indignũ domesticum servum. Tu, quæ es paratum omnium tribulatorum auxilium.* Hæc ille: opportunè Christum, tanquã lignum vitæ *ad sanitatem gentium*, Apocalyps. 22. vers. 2. in medio Virginis plantatum adstruens, vt omnibus omnino salus, refrigerium; auxilium, & vita sit adversus ingruentia mala, & imminentia pericula; quemadmodũ lignum vitæ ægritudines, & quævis saluti adversantia mala arcebat: sic rursum indidem Amedæus ad procurandum Virginis patrocinium nos admonens, inquit: *Feramus animos in sublime intuẽtes diligentissimè, quod Virga elegantissima orta de radice Iesse ramorum suorum mirabil. exstẽsione sese vbique terrarum expandit; vt dispersos filios Adæ ab æstu, & turbine, & pluvia, vmbra desiderabili protegeret, fructuque saluberrimo aleret esurientes.* Hæc ille. Quæ sic præstrinxit Hymnus Græcus apud Buteonem pag. 125. *Lignum adumbrantium foliorum multos prætexens*: ita ibi cum allusione ad folia ligni vitæ, de quibus citato Apocalypsis loco, *& folia eius ad sanitatem gentium.*

Ioann. Archiep.

Eccl. 22 v. 2.

Amedæ.

Hymn. Græc.

9 Quo sanè experimento edocti, quotquot ad Deiparam in suis necessitatibus confugerunt ipsi pro collatis beneficijs obtẽtis perpetuas agere gratias, nunquam cessant: sic ipsi dicebat S. Theophanes in Menæis die 9. Februarij, Ode. 3. *Laudem cum gratiarum actione coniunctam velut duo viduæ illius minuta offero tibi, ò Domina pro omnibus donis, ac beneficijs mihi collatis. Tu enim es cognitissima mihi tutela, atque subsidium, cuius vi omnes semper insultus, & ærumnas evasi*: Sic Theophanes. Sanctus verò Iosephus in iisdem Menæis die 20. Iunij, Ode. 1. Gratias agens, opportunè affirmat Sanctissimã Virginem, sic suorum necessitatibus occurrere, vt res omninò suas curare videatur, vnde fideliter petere pergit, vt quæ petentibus postulata concessit eosdem non deserens ad præmia futura disponat: Audi. *Quæ per tuæ benignitatis exuperantiam res nostras omnes, ita moderaris, vt propriè tuas; quæque genuisti huiusmodi Filium, qui suas mortalibus ægritudines demit. Tu ò Domina! nos vniversos ab omni caligine rationis, ab æstu item, atque periculis, quibus conflictamur, immunes conserva*: Sic ille. Ad quem modum S. Germanus, sic intimo affectu ad Virginem exclamat. *O Domina! quæ sola es mihi à Deo solatium; sola æstus in me existentis divinus ros; cordis mei exarescentis guttæ divinitus fluentes, tenebricosæ animæ meæ splendidissima lampas, itineris mei directio debilitatis meæ potentia, nuditatis meæ vestimentum, mendicitatis meæ divitiæ, insanabilium vulnerum meorum Medicina.* Hæc germanè Germanus in Encomio Virginis.

S. Theophan.

S. Ger.

10 Quod verò Maria, vt vidimus ex Richardo merito dicatur: *Apotheca Christi Medici*, & à Germano: *Pelagus sanitatum; & gemituum nostrorũ cessatio*, & à Bonavent. *Advocata omnium miserorum*, & à S. Ephrem, *salus firma omnium Christianorum ad eum recurrẽtium.* Quodque Sozomenus lib. 7. historiæ c. 1. & Metraphrastes in vita Martini Presbyteri de Ecclesia Constantinopolitana Deiparæ dicta *Anastasia*, propter resuscitatam in ea mulierem, quæ de sublimi pergula deciderat, sic scribunt: *In hoc templo Deipara se hominibus præbuit salutarem, morbos enim fugavit, dæmones expulit, veneficia sustulit, omniaque malorum genera relegavit*; id omninò ampliavit, & publici iuris fecit præfata homilia 8. Amedæus lõga hac oratione. *Non solùm autem animarum saluti, verum etiam humanorum corporum sanitati, atque necessitati pia diligentia providet, & medetur. In locis quippè memoriæ Sanctitatis eius dicatis claudis gressum, cæcis visum, surdis auditum, mutis impetrat eloquium, curans omne genus languorum, præbensque innumera beneficia sanitatum. Accedunt ad eius limina rei tundentes pectora, confitentes delicta, & accepta venia læti ad propria revertuntur. Accedunt etiam mente capti, capite languidi, phrenetici, maniaci, arreptitij, timore nocturno, aliquo vè*

Germ.

S. Ephr.

Amedæ.

phan-

phantaſmate, ſeu certa maligni incurſione deluſi, qui recepta ſoſpitate divini muneris lætitiam aſſequuntur. Accedunt nihilominus ad eius veſtigia, qui amaro ſunt animo, meſti, egeni, afflicti, deſolati, ære alieno obligati, quodque graviſsimum eſt, viventes cum dedecoris nota reſperſi. Horum & omnium de quacumque tribulatione clamantium illa libens preces ſuſcipit, & Nato ſupplicans omne malum ab eis miſeratrix avertit. Enim verò ſicut ignis attactu cera liqueſcit, & velut ardore Solis deſluit glacies, ſic ab eius facie inimicorum deperit acies, eaque iubente, nihil adverſi ſubſiſtit. Hæc omnia Amedæus: Quòd revoces mille illos clypeos ex hac divina turri pendentes ex commentario Gisleriі, qui poſt verba ſuperius adducta ſubijcit. *Poſſunt per mille clypeos, & omnē armaturā fortium, qui pendere dicuntur ex prædicta turri multiplicia illa intelligi armorum genera, linteamina vincula, & alia huiuſcemodi, quæ pro diverſis gratijs appenſa videmus. In celeberrimis B. Mariæ templis, quæ communi, & vulgari nomine* Vota *nuncupari ſolent pendentia ex turri iſta orationis eiuſdem Virginis, quæ* inſtructa eſt ad diſciplinas, ſeu ad docendū trāſeū tes. *quoniam quicumque ad hanc Turrim aſpexerint, viderintque tam multa interceſsionis eius monumenta, cognoſcent facilè, quantum ſpei ſit in Virginis præſidio collocandum.* Hactenus Gislerius, & quidem rectè, & verè illud *innumera*, cum nullo pacto, nulla ratione, nullo excogitabili modo enarrari valeant præſidiorum, ſive miraculorum genera toto terrarum orbe, quam latè propèmodum Chriſtiani fines ſe tēdunt, quæ Virginis interceſsione, ſingulis diebus, ſingulis horis, ſingulis horarum momentis hominibus adveniant; qui verius, ſecurius, fidentius ad ipſam accedunt, quam ad templum illud Miſericordiæ, in quo Athenienſes afflictis præſto auxilium impēndi, vel falſo iactabant, vel quod iam in illo Maria verum miſericordiæ templum præſignificaretur (velut Ara illa *ignoto Deo*, quam ignorantes colebant) vt Auguſtinus ſerm 2. de Aſſumptione, & Anſelmus lib. de excellentia Virginis Mariam *templum miſericordiæ Dei* appellandam cenſuere.

11 Et verò cum vna ex parte infiniti temporis, & laboris fuerit egregia Mariæ opera, & miracula ad numerum redigere, cum de ipſis dici quodammodo poſsit, quod de Filij eius divinis operibus, & miraculis Ioannes dixit cap. 21. verſ. 23. *Quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt libros*: cum omnia ſæcula plena miraculis illuceſcant, ex alia verò Beatiſsimæ Virginis immortalia in nos merita ignavo ſilētio involvere, quin aliqua ſaltem ad eius gloriam propagandam memoriæ mandaverimus inurbanā ingratitudinem ſapere videbitur: erit ne id otio abuto? & non potiùs bonas horas benè, & opportunè collocare in Mariæ beneficijs prædicandis? *Conſumpſere ſe quidam* (inquit ſapienter Seneca lib. 3. natural. qq.) *dum acta Regum externorum componunt, quæque paſsi invicem, auſique ſunt populi. Quantò ſatius eſt ſua mala exſtinguere, quàm aliena poſteris dare? Quantò potiùs deorum opera celebrare, quàm Philippi, aut Alexādri latrocinia, cæterorumque qui exitio gentium clari non minores fuere peſtes mortalium, quam inundatio, qua planum omne perfuſum eſt, quàm conflagratio: qua magna pars animantium exaruit* Hæc ille: noſtro inſtituto peropportunè, vt dicamus furor eſt profecto furor profanorum hominum facinora cædes barbaras, quibus ad paucos reductum eſt genus humanum, & excidia regnorum hos commendare litteris, illos in ijs perlegendis commentandis immorari, & delectari; & cæleſtibus Deiparæ beneficijs, quibus Divinitas interſt; aut negligere, aut oblitterare: Pergamus ergo, & miſericordias Dominæ in æternum cantemus in generationem, & generationem laudes eius. *Nec propria quædam mea* (vter verbis Cæſarij Dialogo primo) *ſed quæcumque clarorum Patrum prata peragrans, de illorum roſeto Collegi.*

Ioan. 21 v. 23.

Seneca.

Suppremisægritudinibus Deipara opitulatur, vitamque restituit.

§. I.

1 TItulum sumpsimus ex P. Bohuslao Balbino sæpius à nobis Laudato in libro, seu historia S. Montis lib. 5. cap 9. Sicut & capitis proœmium, & nonnulla ex ipso exempla: Ergo ille sic argumentum exordiritur: Nullum beneficium in vita maius est, quam vitam dare, in qua alia omnia insunt bona hoc quoque Diva Virgo munus occupavit, & quamvis vni Christo vitam dederit, vt Mater, pluribus tamen affectu materno vitam restituit: Agnovere hanc Virginis potentiam schola Medicorũ, qui palmas
Apoc 4. suas, & laureas, & quidquid coronarũ obtinuerant *ante thronum eius miserũt*, palmam Reginæ concedentes. Inde natum puto, vt tot medicamenta, tot herbæ, tot aquæ, aliaque Medicorum inventa SS. Mariæ, & nomine sint consecrata: Habemus *S. Mariæ arborem S. Mariæ calceolum, carduum, chirotecas, claves, flores, herbas, lac, lachrymas, linum, lilia, manus, mentham, pallium, pyra, rosas, sigillum, stramen, & tribulum*, omnia addito Mariæ nomine in officinis celebrata; neque aliæ linguæ ab hac Medicorum lingua abludunt, quæ etiam ad aves, pisces, & insecta quædã Mariæ nomen transtulerunt. Hunc igitur totius Europæ, & Christiani populi sensum, nomenque suum medendo tuetur Beatissima Virgo, & Medicinam inter artes omnes maximè profiterur; cuius rei argumentum esse potest, quod vbi Medici desinunt: tum Diva Virginis Medicina inchoatur: *Hæc omnia P. Balbinus*. Quæ mirè confirmat Medicorum Princeps Galenus Ethnicus ipse, imò Ethnicissimus, qui in libro *de Remedijs paratu facilibus ad Solonem* cap. 48. vt parturientis mulieris partus acceleretur, ita præscribit: *Manibus oleum contine, mulieriſque alia perſrica; atque hæc dic: Secundæ sistite corpus, quia præcipit vobis Magna Dei Genitrix*, ita ibi, vt videris non tantum Christiani populi, sed communem omniũ gentium sensum esse Beatissimam Virginem Medicinam inter omnes artes maximè profiteri: Sed cũ ingenui pudoris sit; profiteri, per quem profeceris fateor me hæc pulchra Galeni verba debere Doctori Michaele de Alva secundo planè Galeno; ac proinde Regis nostri à cubiculo Medico; eique maximè grato, non solùm ob summam artis Medicæ præstantiam, sed etiam ob egregiam indolem, & comitatem.

2 Verum, *iam ad exempla, & ea quidem ex eodem Patre de S. Virgine Sancta Montana*, quod recentia, & paucis obvia sint; cum plura ex aliorum libris notissima, & in ore omnium natent. *Et primum quidem, sic refert*: Anno 1659. Elisabeth Antonij de Marco Civis Beneslovienſis coniux eò iam morbi crudelitate pervenerat, vt actũ de vita esse omnes clamarent, itaque extrema olei sacri vnctione ad mortis luctam comparata extremum tamen illud votum in Magnæ Matris honorem nuncupat: si vita, & salus redeat, ad Sanctum Montem ituram: Sacrum de B. Virgine, vt celebraretur, curaturam: filiolum Matthiam vna adducturam, eumque Divinæ Virginis obsequio in omne tempus addicturam. Quod optarat, concesit in præmium Virgo Beata: Estque hæc attestatio plurium auctoritate confecta.

3 *Addit iucundè secundum* Henricus Steindi Civis Pragæ minoris in ignotum inciderat morbum (nam quis esset sciri tamen nunquam potuit) illud inter omnes cõstabat, adesse mortem, quæ fabula vitæ peracta plausum peti (quod moriens Augustus petit) iuberet: at æger in Monte Santo spem suam, & vitam defixit: adfuit voventi Beatissima Virgo, & vitæ fabulam continuare iussit.

4 *Addit elegantèr tertium*: Anno 1658. Decembri mẽse Adamus Georgijs Gregorij Kascæle Annæ Helenæ parvus filius post aliquot invaletudinis dies ad extrema devenit: Dixisses in eodem tempore, aut vitam mori, aut mortem vivere, pallor mortalis, frigus, & gelu exsangue, fracti oculi immobiles artus, denique nihil in infante vitæ reliquum, nihil mortis, nisi quem levissima palpitatio cordis afferebat. Pater eum supplicium filij paternis oculis ferre non posset, in vi-

cinum

cinum ædibus ſuis pratum exit ibique ſublatis ad cœlum manibus genuflexo Divæ Virginis opem expoſcit, & vovet ad S. Montem cum Coniuge, ſi convaluiſſet infans, primo quoque tẽpore pietatis cauſa profecturum. Brevis pro infante brevi oratio non cœlum modo, ſed magis etiam præcordia Beatiſsimæ Virginis penetravit. Ergo cum Pater rediret ad filium, vitalis, & lætus color infanti redire, hilares oculi, ac denique qua pueri geſtiunt vita cæpit: hodie dum hæc pater ſcriberet anno 1659. benè valẽs, & firmus à nũtrice ferebatur.

5 *Addit floridè quartum.* Iam ad infantem alium argumenti me ſimilitudo, & vitæ ipſa brevitas ducit: infantes ſæpè florum ſæpè vivunt ætatẽ non hominum, & ad hoc vnum inter eos aliqui naſci videntur, vt moriantur. Beatiſsima Dei Mater his hominũ floribus invocata ſubvenit, atque vt Virgines inter corollas occupatæ lãguentes flores arte quadam reſuſcitare ſciunt, ſic iſta vitæ coronam ex vivis floribus pertexere. *Obſervatum eſt* (ait Apollonius) *eos, qui coronas albæ violæ texunt, adhibere operi lucernas, nam coronæ hoc pacto non marceſcunt, & virides conſervantur.* An non Ieſum Filium, qui *lumen* eſt mundi ad latus habet Maria, cum pro nobis Miſericordiam interpellat apud Filium coronas texit electis, ne marceſcãt Sed atteſtatio, quam deſcribo, ſic concepta eſt. *Ego* ſubſcriptus ſanctè teſtor, filiolam meam Mariam Corneliam tribus anni partibus periculoſe ægrotantem ſummèque imbecillam, poſteà quam Divæ Virgini ad Sanctum Montem oblata eſt, magno miraculo cõvaluiſſe. Quam peregrinationem ego Viennæ Auſtriæ hucuſque ad S. Montem ſuſceptam anno 1661. perſolvi. In cuius rei fidem nomen adſcripſi 7. Iunij anno 1661. Antonius Franciſcus Brach.

6 *Addo ex Laurentio Surio die 15. Aprilis ſimile quiddam de Adalberto Archiepiſcopo Pragenſi*, qui cum adhuc infantulus lac ſugeret, febre correptus, & morte proxima exanimatus, iam funerandus reputabatur, ſed voto facto à parentibus delatus ad Altare S. Virginis ſoſpes ſervatus eſt, & ad eos labores ſervatus, quibus tum Polonis, tum Hungaris zelo animarum, ac Verbi Dei prædicatione non degenerem ſe Mariæ famulum præſtaret.

7 *Illud omninò mirandum, quod refert Iuſtus Lipſius lib. de Virgine Hallẽſi cap. 27. his verbis.* Vir nobilis erat è tetra Bavaria Monacho oriundus, qui religione motus in Iudæam, & loca Servatori noſtro calcata, & ſanguine ſacro reſperſa ivit. Pervenit, & redibat, ſed in via cum in naui, mari Ionio ferretur, acer eum morbus invaſit, & ad extremas Fati lineas admovit. Nauticum genus ſatis aſperum, neque ægris, aut languidis amicũ hominem in imam carinam, & angulũ aliquem navis detrudunt. Ingraveſcit ibi magis morbus, & iam in eo erat, vt deſperatus in mare abijceretur piſcium, & belluarum eſca. Senſit, & doluit alius è Belgica noſtra vir nobilis in eadem navi vector: is ad hominẽ accedit linguæ iam impotem, mentis vix compotem, ſolatur tamen, & erigit verbis, qua poteſt, & inter alia dicit: *Divam Virginem Hallis coli inſignem beneficijs, & velut publicam miſerorum tutelam: ſuadet, ad hanc Aram confugiat, & quoniam lingua nũcupere preces, aut vota non poſsit, corde faciat; confidere ſe de præſenti auxilia, & ſalute.* Homo intelligit arripit; & ſi antea fama nulla eius patrocinij ad aures eius veniſſet. Tamen è cordis penetrali ſuſpiria, & preces ad eam mittit, & ipſo tempore videt agmen varium, & miſcellum geniorum malorum ſuper navim volitare: & ſimul auguſta forma fœminam ante ſe ſtare, quæ prolẽ in brachia, & manu altera cereum ardẽtem præferret Ea vix comparuit, cum genialis illa turba diſparuit, & hãc adorans, ac pacem, veniamque ab ea precatus mox ſentit, vires reſtitui, ſermonem, & valetudinem veterem redire. Quod ipſe gavius, alij mirati ſunt in tam ſubita mutatione Ac cũ deinde patriam attigiſſet, nihil prius habuit, quam ad ſervatricem ſuam venire, quod non ſine inſigni teſtimonio pietatis fecit. Nam ipſe cum famulo totum illud iter, quam lata pœne Germania eſt, nudipes confecit; iterumque eo habitu regreſſus eſt. *Hæc Lipſius.*

8 *Redeo ad S. Montem, & ad Bohuſlaum fidum eius hiſtoriographum, qui*

lib. 5. cap. 7. hoc ſcribit Virginis inſigne miraculum: Anno 1660. die 18. Aprilis Carolus puer curioſitate ſuæ ætatis, cum temere in altiorem aſcendiſſet locum fallente veſtigio præceps delabitur. Tam gravis fuit lapſus, vt pœne tantillam animulam excuteret; illud Virgilianum *ſtatim ſanguineam vomit animam* dixiſſes: multus enim per omnia cava corporis ſanguis profluebat. Acceſsit exanimatione illa, & terrore turbata natura, ſeu caſus gravitate Morbus propè læthalis, vt advocatus ad puerum vir religioſus, & medicæ artis peritus, exploratis omnibus, quæ puero accidebant ex eo lapſu, citra omne dubium mortem inſtare pronunciarit. Mæſtiſsimus Pater, cui chara æquè, ac ſua cuique ſalus fuit, humanis omnibus remedijs poſt habitis ad Divam Virginem ſupplex accurrit, & peregrinationē ad S. Montem voto promittit cum lachrymis, multiſque alijs Diuam Virginem fatigat affectibus amor, & præſens filij chariſsimi periculum illudque parentibus triſtiſsimum. *Vale carum lumen!* vicinaque mors docebat orare. Vix benè preces votumque concluſerant, momento puerulus placidiſsimo ſomno corripitur; altera, & tertia abijt hora, non evigilat, parentes, quo evaſurus filij ſomnus ſit, ſolicitè circumſtant, non tamen auſi quieſcentem interpellare; quartam, quintam, ſextam, ac denique ſeptimam ſonuit, cum evigilat puer lætiſsimè, & oculis hilariſſimè circumlatis primam hanc ad patrem ſuſtulit vocem (quem vt antea obſervarunt, nunquam in morbo ſolitus eſt appellare, ſed Matrem ſemper volebat) *ò Pater* (inquit) *ò Pater, quādo ad S. Montem proficiſcemur? à Magiſtro noſtræ ſcholæ nimirum petenda licētia primo quoque tempore.* Magno ea vox excepta eſt parentis vtriuſque ſolatio, neque erat, cur aliter acciperēt. Puer quiante ardebat intus, iam moderatiſsimo, & congruo calore diſpēſato venis, ſanguine etiam, quem ſpūtabat conſiſtente, breui valetudinem recuperavit, pauciſque poſt diebus ad S. Montem (Cutina maximis decem illiaribus) cum patre voti reus aſcendit. Atteſtationem verò, & nomine, & anulo ſuo ſignatam Paterad S. Montem miſit anno 1660. die 4. Iunij.

9 *Perſimile capite ſequenti æquè, ac præteritum iucundum, & mirandum refert idem Auctor his verbis.* Anno 1656. Ioannes Carolus Illuſtriſ. D. D. Ioannis Victorini S. R. I. Comitis à Valdiſtein Filius Epidemiæ lue eſt correptus. Malo iſti, vt mederetur ars Medica quidquid pharmacorum potuit adhibuit, ſed irrito conatu, quod ſcilicet Mariana hic dextera exſpectaretur. Poſt tentata nequidquam omnia, poſt celebratum ſuper ægro trium Medicorum conſilium, tādem immatura licet, deſtinatur morti victima, & deponitur. Interea abſcens genitor illuſtriſsimus de Filij periculo, & deſperatis de ſalute eius conſilijs edoctus ad Sacromontanam Soſpitatricem cō fugit, ac ad aras Virgineas quaternos de Virgine cera cereos accendi iubet, prolixioris vitæ filum Filiolo, vel ſic firmaturus. Mirū dictu! ſimul, ac ſpirare flāmas cœperunt ad aras Sacro Mōtanas cerei (quemadmodum poſteà ex collatione temporum deprehenſum eſt) mox etiam Pragæ reſpirare cœpit æger, quantoque illi deficiebant in ſua mole magis, tantò magis ille in ſua proficiebat valetudine, quam hodie firmam ſervat, & ſtabilem beneficio Mariano. Parco infinitis alijs.

A varijs mortis periculis Deipara invocantes ſe liberat.

§. II.

1 *Æquè fertilis hic campus, ac præcedens erit: æquè etiam, vt ille certis terminis coercendus ad laudem tamen, & honorem Virginis, & noſtram ædificationem peculiaria quædam conſcribenda exempla: Et illud primum, quod de præſentiſsima Mariæ auxilium in manifeſto vitæ diſcrimine refert Balingem die 20. Octobris, hunc in modum*: In loco, qui Tumba dicitur eſt Eccleſia D. Michaelis Archangeli, quæ Occano cincta, qui terribiles habet æſtus, acceſſus, & receſſus, non enim Mare hic vt alibi paulatim accedit, & recedit, ſe

terri-

terrifico sono, & cursu accurrens sæpè intercepit iter agentes, in festo igitur Archangeli turbis ad eius templum confluentibus, ac in medio arenæ positis (erat autem inter eos mulier paupercula vterum ferens vicina partui) ecce Mare subitò fremit, & arenam tegit aquis, diffugiunt omnes sola remanente muliere ob infirmitatem, & nimium terrorem vsu pedum destituta, & quod in eam irruerent dolores subiti. Clamore quidem omnia complebat, sed frustra, quisque fuga saluti suæ consulebat. Igitur ad Deum recurrit, eumque cum Sanctissima Dei Genitrice, ac B. Michele invocat: populus quoque ad hoc spectaculum mulieris mari cinctæ, ac divos implorãtis accurrens manus ad sydera tendens Deum, deique Matrem pro salute mulieris deprecabatur. Advenit itaque pia Dei Mater, & vt mulieri videbatur, mantica super eam proiecta, ita intactam à mari reddidit, vt nec minima aquæ gutta eam tetigerit, ibi verò, quasi tutissima in domo fuisset, filium enixa est, sine timore ibi permanens, donec iterum mare remeans liberum iter mulieri præberet, itaque cum puerulo salva ad littus appulit, mirum spectaculum populo præbuit.

2 Præsentissimum itidem Deiparæ auxilium in præsentissimo mortis discrimine expertus dicitur ab historiographis Lusitanis, signatèque à Vasconcellos in descriptione regni Lusitaniæ illustris eques Fuasius Roupinius: Et res mira, sic se habet. A primis Lusitaniæ cunabulis nobile est delubrum Virginis à Nazareth, iuxtà oppidum, quod à filicibus *Pedem cira* dicitur. Ædes sacra assurgit propè filicem, quam Mare infra tundit piramidali specie cuspidatam, & in Oceanum procurrentem, tam vasto prospectu, vt oculos deijcientium aspectus vacillet. In illius filicis angusti mucronem, & mari imminentem venatio induxit Roupinium, cum effusis habenis cervum consectaretur, & præ nebula, & caligine periculi magnitudinem non agnosceret, nisi cum se in illo cõpulsum videt, vnde primo gradu esset in pontus præcipitãdus. Ergo cum nec posset fræna premere, nec equum retro cõvertere Beatam Virginem Mariam petitis ex imò corde precibus inclamans, illius imaginem a tergo vider, cuius præsentia, & alicuius Angeli (vt fas est credere) opera equus in eodem vestigio subsiliit, solisque nixus pedibus se à silicis cuspide in interiorem partem saltu inflexit, ferrei calceamenti signa saxo imprimens, quæ hodie religiosè tanguntur à reptantibus, & vix audentibus inde oculos in fluctus inferne oblatrantes demittere: In eodem locò Crux suspicitur nullo humano artificio perfectè elaborata.

3 Diversissima occasione simillimã Deiparæ invocatæ opẽ refert Antonius Solerius lib. de invocatione Sanctorũ, hũc in modũ: In maxima annonæ charitate Normanus quidã homo copiosus, & dives magnam vim frumenti condiderat, vociferante ne quidquam populo, vt constituto pretio divenderet. Qui comprimere perseuerabat, quod speraret, quantò tardius, tantò se carius venditurum: cum autem quodam Dominico die horreum voluptatis causa resignasset, atque aperuisset, vt ille, qui sibi apud Lucam cap. 12. vers. 16. applaudebat, quod ingentem numerum tritici collegisset, cõclusitque collectum, muribus contra quam opinabatur, granarium offendit impletũ: qui triticum haud contenti consumere facto agmine avarum possessorem, atque otiosum spectatorẽ invaserunt; & vndique momorderunt. Ille bestiolas, tum innumeras, tum grandiores, quã loci consuetudo ferret, vehementer extimuit, omnique humana destitutus ope divinam imploravit: Ac Deiparæ in malis adiutrice his se verbis commendavit: *Pœniter, heu pœnitet! Virgo mitissima! pœniter me sordium, & avaræ mentis peccatum, & scelus agnosco: Sancta Dei Genitrix Maria obitulare mihi, quem mures fœdè, & sevè discruciant, morsibusque conficiunt: tuum tale templum* (hic cum nominavit) *singulis Dominicis invisurum me fore polliceor, atque inibi sacrificium in Dei laudem, atque tuam, idque canorum solemne promitto.* His ita, & conceptis, & effatis mures insolito numero, & inusitata magnitudine diffugerunt; atque hominem missum fecerunt: ipse voti, ac periculi memor, quoad vixit promissa complevit, quin & moriens testamenti lege cavit, vt votivum illud sacrum, quod

quaque die Dominicâ cantabatur, perenne fieret, & legati perpetuitatem annua pensione fundavit?

4 *Annuæ Societatis anni* 1590. *affirmant* Sodalem quemdam *Deiparæ, qui certa prece se ipsum cottidie Deiparæ commendabat eius, etiam præsentissimum auxilium sensisse.* Nam extra domum ab hostibus cinctus, & crebro scoplorum diplosu appetitus, illæsus evasit parte solum vestitus aliquantulum ambusta: Sed eiusmodi exemplis plures possemus paginas opplere: sic enim in eiusdem anni Annuis habetur: Bruxellis, fuit miles, qui in expeditione Gallica, cum prædæ primitias B. Deiparæ vovisset, Irruptione facta in hostes, petitus est ferrea glande, adusta dumtaxat veste, cætera impenetrabilis: *Itidē in annuis anni* 1599. *duo hæc habētur:* alterum: imminētem ab inimico mucronem invocatam Deiparam ab eius cliente clementissimè avertisse: *Alterum:* quemdam circumdatum corona iuvenum armatorum; postquam se Virgini commendavit, statim ab ignoto quodam homine manu prehensum, & in ædes suas subductum solatio verborum animatum, & subitanea ipsius evanescētia stupefactum fuisse.

5 *Illud verò fuerit magis occultum, & peculiare, quod in Annuis litteris anni* 1599. *& à Vincentio Charron* 20. *Novembr. num.* 3. *itidemque à Gaspar Lechnelo lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 25. *dicitur contigisse in Mexico nobili adolescenti Sodali Congregationis Deiparæ, & in ipsam maximè properso:* nempè: illum pudicissimum, mulier quædam impudica depe ibat, sed frustra. Amor enim Virginis pudicitiæ comes est, eiusque servaror. Quare illa rabiè acta ad eũ bellaria mittit veneno infecta, quibus periret inescatus. Missa ad se dona recipit Adolescens, sed ea die, qua in Virginis honorem ieiunare solebat, ab illis abstinet reservans gustanda in crastinum. Sed crastino die venenum apparuit; nam bellariis cõspersis multo verme prodiderunt secreta veneficij indicia: vnde nota insanæ incontinentia mulieris, & Materna Virginis in suos Providentia est.

Alia eadem de re Exempla.

§. III.

1 VT Deiparam à rapido peccati originalis torrēte immunem demonstraremus in libro de Maria immaculatè concepta dissertat. 1. Adnotat. 8. adduximus egregiam illam S. Sabbæ in Menæis Græcis die 3. Ianuarij Ode. 9 sententiam. *in te primi parentis subsistit lapsus vltra progredi facultate sublata.* Sic prementes ex mente Sabbæ verbum *subsistit*, vt videatur alluisse ad verba, Exodi 15. v. 8. de populo Israel sicco vestigio Mare transeunte *steterit vnda fluens:* affirmans Mariam adeò fuisse intactam à rapido torrente originalis peccati mortales omnes secum involvente, vt illa eminus conspecta furens vnda reverenter constiterit quin progredi potuerit vlterius: sic quippè eo dicendi modo magnus poeta vsus dixit *tacita refluens subsistit vnda*. Qua quidem sententiæ opportunitate duobus, nunc exemplis placet ostendere; eumdemmet modum Virginem in danda vita humana mortalibus servavisse, qui ipsi in accipienda vita divina à Deo largitore, & liberatore obtigit.

2 Alterũ est de Sãctissima Deipara, quæ & in Indijs Peruſinis Colitur, sub nomine Virginis de Copacabana, & in hisce Hispaniæ regnis plures habet cultores, è quibus me licet indignissimũ esse non negabo, & illud refert Illustrissimus Archiepiscopus Platēsis D. Gaspar de Villaroel 2. p. hist. sacræ coronæ 8. consid. 5. hist. 2. vbi præmittens modum; quo metalla conflingũtur alternãtibus in præcipitis fluminis vnda maleis ingenti ferri pondere grauibus, subdit. Huic operæ incumbunt iuvenes Indi vnus per diem, alius per noctem, vt indesinenter maleis metalli frusta subministret: quibus præsunt œconomi ingenio truces semper instantes, semper furentes. Cum verò aliquando malo fato miselus Indus præ labore à somno victus fuisset, ferus ille exactor præ ira inter horribiles illos maleos, tam rapido furore proiecit, vt infelix hanc solum vocem Co-

pa-

pacabana pronũciare valuerit. Rarum quidem prodigium! *Stetit vnda fluens*: Steterunt & malei in aëre ſuſpenſi, & fixi, donec Indulus ille è tam horrẽti diſcrimine eripi valuit: currentibus deinceps ſolito curſu vndis, & quatientibus de more maleis.

3 Alterum, quod ab hoc non multum iverit narrat de Virgine Hallenſi Iuſtus Lipſius cap. 24. & eſt eiuſmodi: Molitor erat Ioannes Maſſardus, cui vxor Catharina, eaque fœtu gravida, & menſibus vtero legitimis ferè, iam exactis. Molitor iſte idem lignarius faber erat, itaque per eam cauſam fortè egreſſus molam, & domum vxori commendat. Vxor fedulo officium factura, rotam molarem cenſet tardiuſculè volui, atque aquæ inopem eſſe. Venit igitur, repagulũ ligneum levatura, & flumẽ vberius admiſſura: ſed dum conatur, tabula, ſive ponticulus, cui inſiſtit, frangitur, atque in aquam ea, & ſub ipſam rotam lapſa hæret Nam rota liberam volutionem non habere, & ipſa identidem à rota premi, atque ita tum aquis mergi, tum pondere ſimul cum fœtu ſuo allidi ſemihoram amplius, ſic iacet, ſed initio lapſus Divam Virginem Hallis in mente habet, atque invocat, quæ palam à duplici periculo, & merſionis, & oppreſsionis ſervat. Nam maritus tãdem ſupervenit, & miratur molam ſiſtere, nec circumagi, vxorem etiam requirit: cum ecce eam ſub mola afflictam videt: & conſternatus *Opem opem* clamat. Accurrunt vicini, & inter eos Prætor, & religioſi, etiam aliquot Lobiẽſes: mulierem ægre ſubtrahunt, certò non arbitrariò mortuã, vt cenſebant. At illa vivam, & ſanam ſe exhibet *Sanctam Mariam* in ore ingeminans, eiuſque præſidio tutam ſe coram omnibus teſtata. Poſt dies etiã aliquot pulchrum puerum parit, qui dies duodecim ſupervixit, quod omnes iure mirabantur, tantò illo rotæ pondere, ne fœtum quidem non dicam eliſum, ſed læſum.

4 Iam ex hiſtoria Monti Serrati miraculoſam cuiuſdam à morte liberationem *ope Virginis conſecutam, ſic refert Balingem die* 28. *Auguſti*. Cum Ioannes Perez Hiſpanus, cum filio divertiſſet ex itinere in quoddam hoſpitium: & pater iam ſeſe quieti dediſſet, filius interim cubiculo obſerato egreſſus eſt ad curandos equos. Et ecce tibi in reditu nihil tale ſuſpicans offendit ſeptem hoſtes ſuos armis inſtructos, qui eum aggreſsi ſunt. Pater ſtrepitu armorum excitatus ſurgit, arma corripit, ſed foribus occluſis egredi non poterat, neque filio opem ferre. Quid hic agat miſer? Ad Deiparam Mõtis Serrati vota ſua, & preces vertit. Quod & non ſegniter præſtabat filius, iam plus ſexaginta locis gladio pũctim vibrato percuſſus: at incaſum. Nam Dei genitricis interceſsione in irritum cecidere omnis illi ictus ſolis veſtibus conſciſsis intacta carne. Licet ſiccarii illi arbitrarentur illũ mortuum, & vt talem deſererent; at ſanus omninò, & incolumis inventus eſt. Qui vt tanto beneficio, quantum in eo erãt vires rependeret; mundo valere iuſſo ſe ad Dei, & Deiparæ liberatricis ſuæ honorem eius obſequio in Societate Ieſu conſecravit.

5 Perſimile eſt exemplum, quod de ope in vitæ diſcrimine à Deipara exhibita cuidam ſuo clienti refert Turſelinus lib. 4. hiſt. Lauret. cap. 8. his verbis. Ioannes Philippus Ambroſius Neapolitanus tenui re, ſed magna Religione erga Beatam Virginẽ fuit. Is anno 1579. inermis inciderat in armatos inimicos, à quibus quam tumultuoſiſsimè circumventus cædebatur ad necem. Iam vulneribus confoſſus haud procul exitio aberat, nec quiſquam opem miſero ferebat, & illi animis, armiſque infeſti non prius cædendi finem facturi erant, quam penitus exſtinctum cernerẽt: Ambroſius ergo media iam in morte Lauretanam Virginem venerabundus inclamat. Nec fruſtra miſſæ preces. Ex tẽplo è ſævientium manibus divina vi ereptus præſentem interitum evadit. Ipſemet (quod poſteà narravit) ſublimem inde ſe divinitùs auferri ſentit ad teli iactum: vbi exceptus à notis exſanguis, ac ſemianimis defertur in domum; nec tamen vitæ diſcrimen evaſiſſet, niſi novam in eo periculo B. Mariæ ſenſiſſet opem. Duodecim numero acceperat plagas, pleraſque mortiferas, quibus inſpectis medici de eius ſalute penitus deſperarant. At ille cœleſtis opis modo expertæ memor, tantum miraculum haud fruſtra

esse credidit: itaque vnde auxilium adversus tela inimicorum adfuerat, indidem medicinam vulneribus sperare cœpit: Ecce novum miraculum B. Virgo impensius ab illo implorata cœlestem plagis repentè facit medicinam. Ergo ille omnium opinione mortuus repētè sanus, vegetusque surgit è lecto, Lauretumque profectus vota persolvit; illustre Lauretani auxilii documentum: bis quippè vno tēpore à media morte revocatus. Proinde à notis, ignotisque non iam Ioannes Philippus appellabatur, sed Lazarus redivivus: *Hæc Tursellinus.*

De Virginis in morbis patrocinium, & levamen.

§. IV.

1 PErplacet Quintialiani suaforia 5. iudicium, cum in ea quam proponit, & versat controversia, quale maius malum, sit languor, & morbus: aut captivitas, & carcer? attrocius malum esse languorem, sic cēset. *Languor est, cui merito cesserint cūctæ calamitates, in cuius comparatione consolari se potest genus omne miserorum: Stringat licet manus sæva captivitas, profunda carceris nocte membra claudantur: datur tamen colludere catenis, artus extrahere nexibus, & habet aliquid æquanimitatis, cum pœna sua posse vixari. Sæviunt regna tormentis bella vulneribus, sed sævius afficit quidquid viribus feras, & cum in plenum adhuc sanguinem adversa ceciderunt repugnātis roboris colluctatione vincuntur. Quos cruciatus compares? quem dolorem? cum penitus vlceribus immissa tabes quotidie aliquid ex homine præmittit in mortem? cum cibos haustus, & omnia blandimenta vitæ fames fastidit, & poscit? desiderare assidentium officia, de hinc ferre non posse? gravare quos appetieris attactus? per totum cubile corpus velut super ardentes exagitare flammas? lux fatigatis luminibus gravis, vox sola de gemitu.* Hactenus Quintilianus.

2 Notantissimè ergo in corporis ægritudine (quæ inter corporis mala, & anxietas singularis necessitas censetur) vt frequenter à Virgine postulamus: *Sub tuum præsidium confugimus Sancta Dei Genitrix nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus*: Ita ipsa frequentius fidelibus succurrit, & sanitatem, & levamen benignius indulget; de quo tot dixerim testes esse, quot sunt homines toto terrarum orbe disterminati; cum vix vllus sit, qui auxilium Deiparæ in infirmitatibus non sit expertus. Iuvat tamen nonnulla ad ipsius gloriam, & fidelium consolationem afferre.

3 Sancto Radbodo ægrotanti (auctor est Laurentius Surius de vitis Sanctorum die 1. Novembr.) deque vita desperanti benignissima Dei Omnipotentis Mater Tecla, & Agnete committantibus multa se luce monstravit, omneque domicilium angustissimo splendore complevit: ille visione perterritus loqui non potuit, exanimatūque cordis virtus, ordoque defecit. Sed quæ salutis est porta animi timorem ereptura verbis confirmat ægrotum. Illam se esse, cui preces obtulisset, pietatem remunerari, memoriæ præsentiam, amori beneficentiam vel se reddere, ponat proinde timorem, nihil impendere discriminis, brevi sanatum iri morbum, neque tamen vitam, quæ restaret, fore longinquam. Pergeret igitur, quà cœpisset, & in Christiana vigilia, & Pontificia specula permaneret. His dictis splendor ille diffugit, & gratissimus, atque suavissimus pro illo relictus est odor, qui nares, & animum incredibiliter oblectabat. Hæc Surius de visione nec omitti debent, quæ subiicit: Episcopus excusso morbo surrexit è lecto, quibusdamque amicissimis imposita quoad vixit, necessitate silendi, non solùm visionis historiam, sed divinæ etiam Parentis formam, & speciem quomodo potuit explicavit. Negabat Virginis Virginum pulchritudinem animo comprehendi, nedum voce posse enarrari: Sanctas vero pedisequas Teclam, & Agnetem, & ex vultu, & ex vestitu aliquanto facilius valuisse dignosci.

4 Non minus benignam Divina Parens sese Bernardo ferè animam exhalanti exhibuit, vt refert Guilielmus Abbas S. Theodorici in eius vita cap. 12. hunc in modum. Infirmatur

ali-

aliquando homo Dei, & velut rivulus quidam phlegmatis inceſſanter ab eius ore effluebat, vnde exhauſto corpore, vſquequaque deficiens paulò minus ad extrema devenit, &c. Contigit autem advesperaſcente iam die, vt cæteris fratribus, iuxtà conſuetudinem accedentibus ad lectionem collationum ſolus Bernardus, cum duobus fratribus ſibi aſsiſtentibus remaneret in diverſorio, in quo iacebat. Cumque vehementius affligeretur, & ſupra vires dolor excreſceret, advocans alterum de duobus iubet citius oratum ire. Excuſantem autem, & dicentem. Non ſum ego talis orator, obedientiæ auctoritate compellit. Itum eſt, & oratum ad Altaria, quæ in eadem Baſilica erant tria. Primum in honore beatæ Dei Genitricis: duo circumpoſita in honore B. Laurentij Martyris, & B. Benedicti Abbatis. Eadem igitur hora affuit viro Dei prædicta Beata Virgo duobus illis ſtipata miniſtris beato ſcilicet Laurentio, & beato Benedicto. Aderant autem in ea ſerenitate, & ſuavitate, quæ eos decebat, & tam manifeſtè, vt ex ipſo introitu cellæ perſonas quoque diſcerneret ſingulorum. Affectam dolore partē manibus leniſsimè, atque indulgentiſsimè Regina, & Aulici tractaverunt, morbumque continuò depulerunt, itaque peſtilens ille rivus exaruit, ſecutaque ſiccitas eſt, & ex ſiccitate ſanitas.

5 Habet autem plus decoris in benefaciendo ægrotis, & iucunditatis, ac leporis, quod non contenta Deipara viſitatione, & conſolatione infirmorum: iis quotquot pietatis, & blanditiarum officia, quæ mater tenerrima erga filium ægrotantem exhibet; eademmet ipſa ſuis infirmis; quamvis deſpicatiſsimis præſtat. De quo mirabile nobis refert exemplum Nicolaus Orlandinus in annalibus Societatis ad annum 1584. de rebus à noſtris in Vrbe Mexicana viſis, & geſtis, quod eſt huiuſmodi. Inda in Valetudinario gravi affecta morbo omni humana ope deſtituta amiſſa omni cupiditate cibi vidiſſe dicitur admirabili ſplendore mulierem, quæ cibos præberet ægris duabus comitata pedi ſequis, quæ lāces, prandiumque ſuis manibus ſuſtineret. Cumque ea proprius acceſiſſet, tum vehementius mulieris pulchritudinem admirata, indignumque ſibi eſſe viſum, tali dignitate fœminam, tali in loco verſari. Monitāque à duabus eſſe comitibus, ne quid timeret, eam enim eſſe cœli Reginam, quæ ſuos ægros inviſeret; ſe autem eius eſſe comites, & ancillas alteram Catharinam, alteram Magdalenam, quæ cum eius animum confirmaſſent; poſteà munditiſsimam prætendiſſe mappam velut ad menſam; acceſiſſeque Mariam Virginem, & cibum in os inſeruiſſe, quo illa mirabiliter recreata ad ſanitatem eſt repēte perducta: Hæc ibi: O ſuaviſsimam charitatem! O blandiſsimum benefaciendi genus, & modum! Ei ſanè perſimilem; quem Beatiſsima Virgo exhibuit Alexandro Mediceo quindecim annos nato, quem B. Magdalena de Pazzi Angelum terreſtrē appellabat, de quo Gaſpar Lecnetus lib. 1. de Sodali Parthenico cap. 9 affirmat non ſolùm viſitatum in ægritudine à Deipara, ſed quod omnem admirationem excedit, ipſi tunc dormienti ipſam invigilaſſe, & flores ſuper eius faciem inſpergere, vt ſuavius quieſceret.

6 Magnum hoc, quod diximus de Deiparæ in ægrotos charitate, dum infirmæ, quæ amiſſerat omnem cibi cupiditatem; cibum ſuis manibus in os inſeruit: eo maius quod ſequitur, quōvis ijs ad ſimile, quippè reſpicit ad animum, cuius ſunt bona infinitis partibus meliora: Ergo refert Alanus de Rupe lib. de ortu, & progreſſu Roſarij cap. 7. de quodam Cardinali B. Domini Coævo, & in ſcholis Oxoniæ ſocio: qui admonitus de fine vitæ à Deipara, cuius eximius cultor, & ſtudioſus fuerat, egregiosante mortem pœnitentiæ fructus fecit: Do iam verba Alani. *Sed contingit ei*: in fine trium dierum, quod os ſuum aperire non valeret. Cum igitur deſperarent cuncti, poſſe illum Euchariſtiam ſuſcipere, die tertia Beata Virgo Maria illi apparuit, & manu virginea linguam eius contingens eidem & ſenſum, & perfectum reddidit eloquium. Ob hocque Sacramentis devotiſsimè ſuſceptis in tantum flevit in ſuſceptione corporis Domini filij Dei, vt nullus præſentium tantum vnquam vidiſſet fletum ab vno homine morti proximo: nam oculi eius videbantur, quaſi duo rivuli parvi

aquam

aquam ſtillantes; cor verò eius præ nimia contritione intus vehementiſsimis agitabatur motibus, vt longius à cubili eius ſonus motionis cordis ipſius perpenderetur. Mira res! ſic ſingultibus filius ille ſalutis æternæ nimis agitabatur, & ſuſpirijs immenſis præ peccatorum ſuorum contritione, & amore Chriſti, & deſiderio cœleſtis curiæ, quod cor ſuũ, quaſi vas plenum mero optimo, & recenti eſt fractum, & contritum: Sicque cum facto ſanguine cordis per os emiſſo ſpiritum inter manus Filij Dei aſsiſtentis effla vit, & ad gaudia æterna ipſo deducente pervenit: *Hactenus B. Alanus: Quæ mira, & egregia à divino illo contactu manus Virgineæ in huius viri os, & linguam ſuperna virtute in animam penetrante proveniſſe dubium non eſt.*

7 *Illud etiam pro tenerrima Deiparæ in Cultores ſuos, dum ægrotant charitate, & ſolicitudine mirabile exemplum eſt, quod Cardinalis Iacobus de Vitriaco, qui à confeſsionibus fuit, Beatæ Mariæ de Egniens ab ipſamet audiviſſe refert*: nempè quod cum ipſa viduam, quandam Deiparæ ſtudioſiſsimam, quæ ægrotabat viſitandam adijſſet animadvertit Virginem virginum infirmæ lecto aſsiſtere; & flabello ardorem febris continuo motu temperare, vt corpus illius, & animum tore cœleſti recrearet: Enim vero poterat Deipara, quæ febrim, & animũ levabat, infirmã vndequaq; ſanare, ſed maluit charitatis ſuæ teneritdinẽ blando illo ſigno oſtẽdere; & ei, quẽiam ad mortẽ ibat merẽdi occaſionẽ nõ auferre; vt maiora ſubinde benignitatis ſuẽſigna exhiberet: dũ ſanctã morientis animã in manus ſuas excepit; & immẽſo Angelorum exercitu concitante in cœleſte regnum perduxit: Quod ipſamet beata Maria de Egnies vidiſſe teſtata eſt: & inſuper Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum funeris officium perſolviſſe: *Tanti refert; Deiparam ſumma veneratione à mortalibus coli.*

8 Fuerit verò admirãda, & periucũda Lectori Deiparæ benignitas, qua Sanctæ Columbæ Mediolanenſi gravi corporis ægritudine, & animæ anxietate laboranti ſuccurrit: rem ſic referẽte Hadriano Lyræo lib. de imitatione Chriſti patientis lib. 4. cap. vltimo: Hæc inſigni vitæ aſperitate longis vigilijs, continua oratione illuſtriſsima; peſte, quæ graſſabatur correpta eſt. Hinc à malo genio ſtructæ inſidiæ, aries admotus, qui muniti ſsimas portas diruere ſolitus, & obvia quæque expugnare: Nam medicus formæ eius præſtantia captus, ſolicitare ægram, vt pretium ſanitatis ſibi cedat flos delibatus pudoris; ſi recuſet, certò morituram. Quid hic Columba? reputans ſe, & æternitatem decreti cum Spõſo in cruce moriendi, ſui conſtans, & medicum, & vitam ſprevit, vt florem, quem Deo deſtinaverat, ſervaret illæſum. Ergo deſerta ab homine, à Spõſo, & Matre Sponſi ſuſcipitur, quippè B. Virgo Maria Matronæ ſpecie, ſicut priùs ægræ cibum attulerat, ita denique cœleſti pharmaco delibutã perſanavit: *Ita ibi. Sanè de Medico indocto proverbio ceſsit: Medice pharmacũ tuum morbum auget*, quod medico Columbæ benè aptaveris: ſed de Mariæ pharmaco iure dixeris Pharmacum tuum ſalutem, & vitam affert.

9 Illa verò omnium opportuniſsima Mariæ corpus, & animam ſanantis hiſtoria, eſt quam refert noſter Simon Vaſconcelos in Hiſtoria Braſilica ad annum 1570. ex annuis noſtris anni 1594. & ex Petro Iarich de quodam hæretico, qui poſt cædem, quam ipſe, & impij milites Iaquis Oriæ intulerunt P. Ignatio de Azebedo, & eius ſocijs ingreſſus eſt templum Sanctiſsimæ Virginis, vt ſacra noſtra irrideret, & peſſum daret: cũque vix virus evomere cæpiſſet. Ecce adeò terribili corporis, & animi tremore, & horrore cõcutiebatur, vt ipſummet homicidam Cain repræſentare, & animam exhalare videretur. At enim, ò rariſsimam Mariæ benignitatem! qui in templo Mariæ reus criminis erat: pro ſupplicio patrocinium, & beneficium retulit; ipſa enim interveniente primum, cœleſtis lux, quo veram fidem cognoſceret, & amplecteretur; ſuumque ſcelus, & hæreſim corã omnibus multo cum fletu deteſtaretur, oborta eſt ei; deinde perfectam corporis ſanitatem, & quietem adeptus eſt, cunctis admirantibus, & Deiparæ gratias agẽtibus.

10 *Eſt etiam iucunda ea hiſtoria, quã narrat Turſelinus lib. 2. de Domo Lauretana cap. 10.* de puella paralytica ſa-

nata:

nata: quæ Neapoli Lauretum advecta, & intra Deiparæ ædem introducta, tunc omninò sanitatem accepit cum à Sacerdote sacrum faciente illa Evangelii verba audivit *Tibi dico surge.*

11 *Quis verò vehementer non laudet tantam Virginis benignitatem, quam refert Boverius in Annalibus tomo 1. n* 34. Cum Sebastiano cuidã è PP. Capucciis ægrotanti, & præfebris ardore anxiè sitienti, aquamque de fonte propè Virginis ædem effluido desideranti Beatissima Deipara apparuit, & vase deprompta lympha, & sitim abstulit, & perfectam reddidit sanitatem.

12 *Iam illud mirandum miraculum, quod narrat P. Bohuslaus Balbinus in historia Deiparæ Montis Sancti libro 4. cap. 22. eleganti hoc proœmio exorsus. Vipam nostram in glomeris instar volvi, & cum minimè putes, non parcente manu illum abscindi Poëtæ finxerunt*: Id adeò Vvillelmus Vitanousdis generosa stirpe editus, adolescẽs comprobavit: ita enim crescebat infelix, vt non cœlum tueri, non os sublime circumferre posset: in pedes redibat caput serpentum exemplo: manus, & pedes sequebantur intortæ, & præstare officium corpori non poterant. Accedebat Matri Polyxenæ dolor, quod Adolescentuli ingenium Nobilitati & generi suo optimè responderet: vnum hoc malũ in tanta naturæ præstantia obstare dolebat: nihil igitur omittebat industriæ, ne filium in dedecus non gentis suæ solùm, sed etiam in opprobrium Naturæ genitum haberet; remediis omnibus, & medicinis pugnabat, vincí tamen, & explicari nodosum illud quidquid erat, nulla medicorum arte potuit, donec Divæ Virginis erudita ad omnes pellendos morbos manus accederet. Anno 1654. ad Montem Matet filium advexit: Divæ opem imploravit, in aqua S. Montis lavit, statim sensit auxiliũ, lentè quidem, quia intricatius erat malum, ducebantur membra, & ad lineam revocabantur; leviora tamen fieri omnia, & explicari cæperunt: anno vertente rectus corporis status ex integro rediit, vt iam nihil desiderari posset. Ergo primo Septembris anno 1655. duodennem adolescentulum Vvillelmum ad gratias agendas ad S. Montem parentes advexerunt. Res est profectò pulcherrima, & digna relatu, qua & Adolescentis audacia, & Parentum pietas commendatur: cum in Beatissimæ Virginis conspectum admissus Adolescens esset, & sacra Effigies in locum humiliorem deposita accessit, & multa significatione cultus præmissa, manibusque ad os relatis, imaginis vestem infimam exoscularí cæpit; tum publicè in amicorum corona, audiente, & probante, qui aderat populo, palam, & publicè iam domi à parentibus in id instructus peroravit: *O magna cœli, & terræ Regina, Deique Mater Augustissima! millies, atque iterum millies ago gratias; agamque dum vivam, quod me Tuo Beneficio dignum esse voluerís, cui sanitatem à Filio tuo Deo impetrares? Rursus me tuæ Clementiæ supplex trado tuendum, & in periculis vsque ad mortem servandum.* Simul cum hæc peregisset Divæ Virgini quædam donare se dixit; obtulitque: adiecit deinde duplicem Sacerdotis ornatum; rursumque tacitis iam precibus salutata Diva post officia manuum, & pedum longius ab Imagine recessit.

13 Breve illud, sed opportunum exemplum de sanitate corporis, & animæ à Deipara ethnico iuveni data, sic narrat P. Bencius in historia domus de Gea, his verbis. Christianus senex à Corona insula ethnicum filiũ, quem ægrotum habebat quodam in oppido, cupiebat Christo adiungere: igitur quæsitis rebus levandæ invaletudinis ad eum adit: rogat, num velit, fieri Christianus: Annuit ægrotus; tum senex genuflexus Beatam Virginẽ veneratur, Rosario suppliciter percurso: Deinde applicat fomenta, & fuere salutaria recepta valetudine, iuvenis cum familia vniversa Christianam fidem suscepit.

14 Refertur etiam tomo 1. historiæ Societatis lib. 6. num. 9. de Petro Ferro Patavino, quem B. Deipara precibus S. P. N. Ignatij invisit, & ægrotum & vigilantem: Erat illa cãdido indutа amictu, & nobili Virginum, ac cœlesti stipata choro, quæ cum ex eo quæsiisset, cuperet ne cõvalescere sanitatique restitui, & ille ei protinus annuisset, expressam in papyro sui Virginei oris effigiem simi-

iem eius, quæ ad Cryptæ Ferratæ nono ab Vrbe lapide piè colitur ægro dedit, eamque iussit admoveri præcordijs. Quá ille ad pectus admota somno est consopitus. Dein ex intervallo excitatus liberum se ab omni morbo, & vacuum sensit.

15 Spectat etiam ad hanc Deiparæ benignam curam in ægrotos, quod Boverius in Annalibus ad annũ 1563. nu. 87. refert de Fr. Paulo Calabello viro eximiæ in Virginem devotionis, cui cum aliquando in Ecclesia oraret B. Deipara è cœlo tenui nubecula descendens apparuit, & verbis cœlestibus ineffabilem quãdam ingessit consolationem. Sed ecce ægrotus quidam Pauli curæ commissus exclamavit præ dolore, & eum vocavit: ad quem Paulus statim relicta Deipara convolans posteà solutis debitis obsequijs ad Ecclesiam rediit, Dei Matrem etiã nunc exspectantem reperit. Quæ eum de charitate, & obedientia laudavit, & ad progressum, & perseverantiam plurimum animavit. *Hæc ibi observatu digna.*

Auxiliarem Maria manum cadentibus præbet.

§. V.

1 AGressurus scribere Pater Bohuslaus Balvinus lib. 3. historiæ Divæ S. Montis in Bohemia misericordiã Beatissimæ Virginis manum cadenti subijcientis hæc sapienter, & eleganter, inquit. *In ruinam genitum animal est, homo lubricum, pronum, inconstans, qui mortuus cadit in tumulum, vivens sæpius in die labitur in errorem. Nullum vnquam ingenium illustribus ruinis describendis sufficiet, novis cottidie libris opus esset. Difficilè namque est animum naturæ, & consuetudinis vitio depravatum in officio tenere: difficilè item corpori nostro ad perpendiculum stare semper, sedere, & ingredi: idque conservatum certissimam affert ruinam. Sed Dei, & Beatissimæ Matris misericordia manum subijcit cadenti, surgere, qui curat populo, & quia Maria casum nescit, & quia in vita nunquam offendit vestigijs sublevat, eò promptius cum invocatur à nobis.* Hæc ille: & pro eo fideiubente Richardo à S. Laurent. lib. 8 de Laudibus Virginis, hunc in modum. *Maria cadentes suscipit, & ipsos adiuvat ad surgendum, quoad primum dicitur de servo eius:* Cum ceciderit, non collidetur, quia supponit manum suã: *Quoad secundum Apocalyp.* 12. & adiuvit terra *Maria* mulierem: *Ideò sic orãda est iugiter succurre cadenti, surgere, qui curat populo:* Ita ibi, & eodem ductu lib. 1. inquiens: *Venite debiles ad eius virtutem, vt cum aliquis ceciderit, non collidatur, sed Mater divinæ pietatis supponat manum suam:* Sed iam ad exempla.

2 Et illud in primis adducere placet, quod Edinerus testis oculatus familiaris S. Anselmi Archiepiscopi Cantuariensis in eius vita: de mira ope quam ei Deipara horribili in casu tulit opportunè his verbis refert. Quadam nocte socijs, ministrisque dormientibus Anselmum, vel necessitas coegit exire, vel voluntas invitavit liberioris cœli suspectu, qui mentem ad alta convertit: Lentoque pede ne suos excitaret, perrexit ad ostium. Cumque egressus fossæ profundæ immemor ad destinatum locum properaret, in barathrum decidit, altissimamque voraginem, in ipsa que ruina Sanctissimam Deiparam, quam amabat, & scriptis ornarat contentione maxima vocis appellavit. contubernales accurrunt, adest ipse quem dixi individuus Comes Edinerus, Accensis luminibus Anselmum in depressam altitudinem demersum vident. Omnes, animus præ horrore, & stupore defecit. Id Anselmus animadvertens, nihil se mali accepisse clamat, bonoque se animo amicos esse iubet. Hac voce recreati descendunt, qua parte ad præcipitium aliquis se auditus ostendebat, suorũque manibus sanctus Præsul valens, & sanus extrahitur.

3 Nec minus quidem peropportunũ, quod de Dominicano fratre Deiparæ studiosissimo refert Episcopus Monopolitanus in historia S. Dominici 3. part. lib. 3. cap. 4. Qui cum fratrem Chartusianum eius familiarem, nec minus studiosum Virginis visurus iter faceret; & præ tenuitatem, qua fere-

batur

batur regere non valeret ipsum illa præcipitem dedit: & casu casui addito; cum pedem è stapeda is extrahere nequiret per aspera loca, & lapides raptatus, & capite huc, illucque distracto, & ad saxa illidente, non vno tantum vulnere, sed mille sauciati videbatur, quin vllam ipsi opem socius itineris ferre posset: Sed tamen cum constitit error, & tam à socio, quàm ab alijs comitibus mortuus credebatur sanus, & vndequaque incolumis repertus est: O rem admirabilem laudi: Sanè cum in hoc tam extremo vitæ discrimine servus Dei erat: bonus ille amicus Carthusiensis, qui de huius adventu, nihil cogitabat in oratione defixus vidit manifesto in lumine Beatissimam Virginem mox, vt ille decidit è vestigio accurrentem, & suppo nentem capiti cadentis manum, quin illam subduceret toto illo tempore, quo raptabatur per invia, & saxa: Pervenit ille ergo sanus, & incolumis ad amici conspectum; qui antequam ab illo aliquid audiret læto ore ei suggessit. *Pater mi, qui talem habet Advocatam, & in discrimine Auxiliatricem securum fert caput suum quamtumvis à mula decidat, & vndequaque raptatus trahatur.*

4 Simile sed breuius exemplum de Patre Bustamantio Sancti Patris Franciscí de Boria, perpetuo socio refert P. Petrus de Ribadeneira in eius vita, qui cum ipso P. iter faciens in declivi loco præceps ab altissima semita in profundum: nihil omni ò mali percepit: Nimirum casus tempore ipse Rosarium Virginis recitabat: iisque in verbis: *Sancta Maria ora pro nobis nunc*: bona Domina hic, & nunc oravit pro eo, & salvum fecit: Æquè quidem breue, sed nō minus mirandum fuerit, quod refert Historia S. Virginis de Monserrato miraculo 120. de Domino de Nabales: qui cum Tolosam iret, vna cum equo in præcipitium delapsus. Virgine in ipso casu invocata, nihil penitus incommodi sensit

5 Fuerit & id opportunum de Salutatione Angelica devotè recitata, quod refert Surius in vita S Catharinæ Suedæ die 22. Martij cap. 17. Nēpè cum ipsa ex vrbe patriam repeteret domesticorum quidam ex curru lapsus, ac rotis incumbentibus in costis, vsque adeo fuit attritus, vt ægrè animam duceret: tunc ve o Sanctissima Catharina salutatione Virginis recitata leviter contrectavit quassatum hominis latus, & ipse pristinæ saluti restitutus est.

5 Omninò etiam è re est, quod Bentius in annalibus posterioribus Societatis anno 1590 narrat his verbis. Quidam religiosam vitam exercebat, cum studiorum spatio decurso subijt animum proficisci in patriam, an vale diceret; dissuadentibus ijs quibus mēs melior erat: iter ergo agens, equus, quo vehebatur decidit in fossam, ex cuius altera parte vallis præceps, & formidolosæ altitudinis, simul eius equitis tota mole corporis oppressit: periculum omninò sævum, & anceps, sive propter onus incumbens, equo expedire, neque ipse se poterat, neque extrahi à comitibus, alijsque, qui accurrerant audito casu sive, quod si se commovisset equus, pronus ipse volvendus erat in caput, atque ibilicet per præruptam rupem, atque asperam saxis interitus certus. Cum circumsisterent omnes anxii, & incerti quid agerent: ipseque iaceret non minus consternato animo, quam corpore, admonent, vt re desperata Deiparæ opem imploret. Nec mora vix suis credens oculis, nullis hominum auxilijs, nō suo ipsius nisu liberatum corpus aspicit, & periculo exemptum: inclamat socios: vix in tuto erat repositus, cum equus frustra eluctatus in imam vallē præcipitans ad exitium ruit Nimirum ex eo novit adolescens vitam, quam Dei Genitricis beneficio retinuit divino obsequio deberi.

6 Illa verò valdè amæna historia est, quam in Historia Deiparæ Monti Sancti in Bohemia lib 4. cap. 7 sic refert P. Bohuslaus Balbinus anno 1650. mense Martio. Illustrissima Heroïna Anna Ladmilla Illustrissimi D. D. Adalberti Genisiech filiola propè quadrimula ex altiore loco vno, dimidioque cubito in humum nudum delabitur: gravis ætati tanti illæ casus! lævum brachium loco motum maximè cruciabat, vt nullum lachrymandi finem puella faceret, atque vltra mediā noctem lachrymis significaret dolorem. Illustrissima Mater Hedrigis Barbara acceptam in sinum filiolam nequaquam solari, & componere nitebatur:

dum

tum Illustrissimæ Matronæ S. Montis venit in mentem: iniecta divinitus cogitatio visa est, quam repudiare non liceret: Igitur Divæ Virgini tacita mente supplicat, vovetque: si filiola valetudinem recipiat neque ex eo casu adultior, vitio laboret, se tribus Sabbathis ieiunaturã S. Montem adituram, & candelam bilibrem allaturam. Vix ea cogitarat, iam in somnũ labebatur filiola: ergo modestè in lectulo rursus compositam solicita Mater observat: non multò interiecto tempore puella dormiens ingentem vim sanguinis naribus effundit: Iam mori, & animam agere Mater credebat: territa clamore sublato protinus ancillas adesse iubet: adsunt cum tumultu, quo excitata puellula cum se paulum erexisset, & Matrem flentem videret his ipsis verbis lætissimè cum grata Matribus balbutie affatur. *Quæ* (inquit) *tot lachrymarum causa? Domina Mater? satis iam luctus est; nam apud me dolores nulli?* Audit Mater, cui redisse vita credebatur, subijcitque statim. *Quid ita mea Anna?* at puella: Beata Maria: apud me fuit; manuque apprehensam sanavit. *Qualis erat?* rogat Mater respondet. *Virgo, quam nunquã viderim, pulcherrima.* Puellæ tantulæ dictum Sapiens secuta mox sanitas comprobavit: nulli amplius dolores; brachium suo loco repositum apparuit. Qua in re illud notãdum in primis, puellam de Matris voto nihil sciisse, vt neque quod cogitarat, vigilans, somniaret, adde ætatem, quæ nescit fallere Ergo de Divæ Virginis beneficio nihil dubitans Mater primo quoque tempore ad S. Montem devexit filiolam, & quæ promiserat, repræsentavit libentissimè: id Illustrissima Matrona cum aliàs sæpè; tum præcipuè anno 1652. die 17. Ianuarij legitimè coram PP. nostris est testata.

7 Itidem in historia S. Montis lib. 5. cap. 19. sic habetur anno 1658. 19. Sept. Robertus Frañ Roland patria Zelibensis cum Dño Norberto Sutor Canonico S. Norberti Eques ad S. Montem Salutandæ D. Virginis gratia proficiscebatur. Iam pontem, qui ad Viclibusdo amplissimæ illi lacunæ instar, & altissimæ piscinæ impositus est, superabat. Equo repentè territo, seu alia de causa concidente ephippio iuvenis excutitur. Voluit hoc casu Diva Virgo, gloriam, vt videtur illustrare suam, ad eamque iter hoc in eius honorem susceptum pertinebat. Labitur infelix adolescẽs nihil aliud cum in præceps, & subiectam ponti piscinam profundissimã, velut incertam mortem caderet succurrit, quam eam, quæ causa erat itineris inclamare Divam S. Montis. Salutaris cogitatio! Nam statim prolata manu extremam pontis illius trabem tenere se miratur: in qua hæsit tantisper, quoad viæ comites pendentem in aquas extraherent, & periculo liberarent.

8 Duo à Iusto Lipsio hac de re percleganter scripta miracula de Virgine Hallensi libenter transcribimus: primum sic refert capite 33. Anno 1564. Mantuæ Carpentanorum, quod Madritum hodiè appellant, puella Aulam Regiam cum parentibus secuta (hi autem Hallis oriundi erant) casu è fenestra sublimi, & quadraginta amplius pedes alta decidit. Divæ corde invocatæ auxilio immunis ab omni noxa surrexit vocem statim emittens. *O Diva Parens me tuere.* Bona virguncula iam tuita erat. Quid poscis? agnosce magis, quam pete, sed & hæc agnitio erat ore fassæ, quod corde voverat.

9 Secundum, & id quidem maiori admiratione, imò & observatione dignum eiusmodi est. Anno 1591. Fuit vir nobilis Antuerpiæ (nomen verecunde silemus) qui fædum, & immane aliquid in se meditans, & animi impetu victus fræna rationis excusserat. Subitò ad Divam ipsam sese, & preces convertens, mirabili mutatione sensit refrigeratum pectus, & scelus, quod amabat detestari. Quo offensus, qui prædæ iam imminebat malus genius, ex alto loco, & septem decem gradibus scansili, hominem præcipitem dedit, eoeiditque sine noxa corporis, aut membrorum, pugione tantum distracto, quem sceleris instrumentum gestabat. Divæ igitur huic gratus tabulam posuit, obscurum, nec obscurum rei monumentum.

10 Anno 1517. (vt ab historia Mõtis serrati refert Balingem ad diem 20 Septembris.) Quidam faber murarius cum in summo tecto domus antiquæ, & ruinosæ versaretur tegulas

que

que auferret, accidit, vt ea vniverſa concideret; cuius ruina, cum ſe variis locis graviter læſum ſentiret, vſque ad coſtarum quatuor fractionem Deiparam Montis Serrati invocat Auditæ eius preces. Nam non modo à tam evidenti mortis periculo (cuius caſus eſſet ex altiori loco, & ruina murorũ, ac lapidum oppreſſus iacuiſſet) eum liberavit, at etiam intra paucos dies ab omni vulnere, quod quidẽ in omni corpore frequens erat, illum ſanavit priſcæque incolumitati reſtituit.

11 Redeo ad S. Montem cum nobili Scriptore ſequens miraculum referente. Illuſtriſsima Kriſelda Pragæ (dies S. Martini nominatur) fallente veſtigio alto ex loco ſummo cum vitæ periculo cadit: nihil proprius factũ, quam vt miſerè cervice fracta periret, ſed obiecto brachio dextro vitam redemit, quod ex caſu confractum diſcedentibus oſsibus ſummum afferebat Matronæ dolorem. Curabatur diligenter ad anni vſque finem. Inter hæc Illuſtriſsima Amita audito tam gravi lapſu Pragam venit, ægram inviſit, atque inter alia verborum ſolatia id etiam, quod bonus ille ſenex in S. Monte futurum prædixerat, narravit: concepta ex iis verbis fiducia Beatiſsimam Virginem voto ægra appellat, fidem Clienti ſeni præſtitit Diva Virgo: brevi evanuère dolores: oſſa confracta in locum redière, & feliciter coaluère. Sana Illuſtriſsima Matrona ſurrexit, & quod narravimus ipſa deſcripſit. *Fecit potentiam in brachio* B. Virgo, eoque maiorem, quòd non in *ſuo*, ſed alieno.

12 Nec diſcéſſerim à S. Monte, quin appingam duo in hanc rem opportuna eodem in libro cap. 11. narrata. Nobilis vir Vidaricus cum omnem domum ſuam Divæ Virgini obtuliſſet, præſens ipſius auxilium nõ ſemel perſenſit. Nam in primis cum filiolum bimulum nutrix baiularet, & neſcio quid ab alto petere vellet, mẽſam conſcendit; margine calcato ad pondus levatur menſa, vnaque deijcitur: nullum ſui in caſu habebat nutrix arbitrium, ſuper infantem cadit, ſuper vtrumque mẽſa devolvitur: infans Beatiſsimæ Virgini oblatus, qui vt alia deeſſent, alliſu terræ mori aliquoties debuiſſet, illæſus apparuit. Videbatur periculis cumulatis beneficentiam ſuam in hanc domum Dei Mater commendare velle, idẽ infans fortè humi ſolus in cubiculo relictus, foras prorepſit, & Matrem quærens, ad lapideos gradus (vt ad cochleam limax) lubricè pervenit: ibi iam nihil niſi lapſus in caput per decem & ſeptem gradus continuos ex lapide devolvitur, ad ſingulos vulnus luculentum accipere poterat: accurrente familia præter terrorem, & brevem fletum nullus in puero dolor; nullum veſtigium, & ſi parentes toto corpore multum quæſierint invẽtum eſt: *Hæc Scriptor*: ſubijcit de ſuo: *ſtellas nocte cadere putamus oculorum errore: non cadunt, quæ tenentur: infans ſimilis ſtellæ, quæ ſi non cecidit, potuit cecidiſſe videri, innoxiè Diva Virgine regente, & manum ſupponente, movebatur.*

13 Ferdinandus Gonçaga (ſic habetur in hiſtoria Lauretana) præ ferocem equum Mantuæ exercebat ab eo effuſſus in calathos ferreos invocata S. Maria Lauretana (miro dictu res!) ex tam gravi, fædoque caſu extẽplo ſanus, vegetuſque ſurrexit. Nec immemor voti equeſtrem ſtatuam argẽteam Lauretanæ Virgini donum tulit. Ipſe autem eiuſdem effigiem Virginis ex argento expreſſam deinceps in omni vita perpetuò ſuſpenſam geſtavit è collo, ſive miraculi monimẽtum, ſive vitæ præſidium.

A collapſis fornicibus ad mortem oppreſsi à Virgine liberantur.

§. VI.

1 QVod Plinius lib. 33. cap. 4. ſacram auri famem acriter perſtringens de fodinarum labore dixit: *Cuniculis per magna ſpatia actis cavantur montes ad lucernarum lumina eadem menſura vigiliarum eſt, multiſque menſibus non cernitur dies: ſiduntque ruinæ ſubitò, & opprimunt operarios; vt iam minus temerarium videatur è profundo maris petere margaritas; tanto nocentiores facimus terras. Nec tamen ad-*

huc aurum eſt; nec ſciêre eſſe cum foderunt tantaque ad pericula evincenda fuit ſatis cauſæ ſperare, quod cuperes. Id paucis ab hinc annis in fodinis Limenſis Regni dictum factum; nec hilum evêtu; à ſenſu Plinij diſtante ſidentibus montis ruinis, & opprimentibus tredecim operarios Indos; quin vllum, ſive ruinæ, ſive operariorum veſtigium remaneret: Et quidem poſt ſeptemdecim dies cum de operariorum morte nulla eſſet dubitatio; eorum corpora, quod fideles eſſent, ad ſepulturam cõquirebantur: ſed dum nulla recentis ruinæ ſuſpicio eſſet: viſum eſt ijs, quibus de ſepeliendis fidelibus curæ erat Deiparam precibus advocare. Quare ſacram ipſius imaginem de Copacabana illis in regnis ob innumera, eaque egregia miracula celeberrimam adierunt: Et pia temeritate ab eius ſinu ſanctiſsimum filium Ieſu avellere auſi ſunt, vt ipſo, loci illius, quẽ quærebant velut indice vterentur; cumque nõnullis ſitibus tentatis terra immota fuiſſet, tandem vbi divinus Puer conſtitit mota eſt, vt facilè eſſet cognoſcere, eum ruinæ locum fuiſſe: Ergo impigrè terram fodientibus: tredecim illi homines apparuerũt: ſed quomodo? mortui ne? aut ipſa terræ ruina ſepulti? Minimè quidem, ſed vivi, incolumes, læti. Cumque poſt videntium ſtupotem ab illis interrogaretur: Qua ratione incolumes abſque cibo, & potu evadere potuerint? vno omnes ore reſponderunt: *Fœminam pulcherrimam, quæ Virginem de Copacabana ore referebat, ipſis cottidie cibum, eumque valdè ſuavem afferre*: Hæc Mariæ natura, hæc conditio; hæc benignitas, & infinita benefaciendi, & opem ferẽdi aviditas eſt: Habet hæc hiſtoria tot teſtes, quot ſunt in Vrbe illa homines à minimo vſque ad maximum; eamque ſignatè nobis in hoc Imperiali Matritenſi Collegio Societatis Ieſu retulit P. Ferdinãdus de Labayẽ Provinciæ Peruenſis Procurator, qui non ſoùm huic miraculo, ſed etiam divinis laudibus, & Miſſæ ſolemni, quæ in gratiarũ actione celebrata eſt, interfuit, & Evangelium in illa decantavit.

2 *Verum enim verò: eademmet pietate Deiparam, quæ in hac imagine Copacabanæ veneratur, iam diu etiam vſam fuiſſe in re omni ſimili, cum in annales P. Franciſci Bentij de rebus Collegij Potoſini incidiſſem, omninò, inveni, vt dixerim tale beneficium in mores, & conſuetudinem Deiparæ tranſiſſe: Ait ergo Bentius.* Quingenti anno ſuperiore, nocte, cui dies Deiparæ naſcentis lucet 1537. illuxit, dabant operam lapidi cædendo. Cum interea collapſi fornices obſtructo ore cuniculi viam, ſpemque omnem ademerunt exeundi. Et iacebant in mærore, ac tenebris timore iam, & opinione ſua æterna nocte damnati. Fama eſt obtuliſſe ſe illis dæmonem imagine Dynaſtæ, vt in ſe manus converterent ſuadentis: melius conſilium, vt ſe Beatæ Virginis, cuius imago Copacabanæ colitur, commendarent menti ſedit, & videre illam viſi nova cum luce oculis, ſpeque animis exorta. Ita hac illac que diſcurrentibus, dimotus lapis aditum ad aliam fodinam oſtendit, qua ſinguli ingreſſi, neque enim erat capacior, & mox ad optatum cœli lumẽ emerſerunt, non ſine miraculo. Eo ipſo die ſolemni ſupplicatione, vt grates agerent liberatrici Deiparæ ad eius templum inter media gratulantium agmina proceſſere lætantes.

3 *Simile habet Chronicon Servitarum, quod in honorem & devotionẽ Antiphonæ Salve Regina maximè obſerva*: nempè cum recitaretur hæc devotiſſima, & Virgini gratiſsima Oratio fornix in Odæum decidit; pluresque Odæo depreſſos ſepelivit: qui tamen ad vnum ſunt omnes reperti incolumes. *Ita Chronicon anno Domini* 1541.

4 *Peropportunum etiam in hanc rem eſt, quod de Fratre Antonio Coriolano Capuccino refert Zacharias Boverius in Annalibus Cappuccinorum ad annum* 1581. Quod cum in effodiendis Coriolani fundamentis ſollicitè operam navaret, accidit, vt circumiecta defluente terra, ſic derepente, & obvolveretur, & obrueretur, vt ex omnium oculis penitus diſpareret. Excitati tamen ruinæ fragore ſocij ſubitò occurrerunt, à quibus ex ruderibus vix erutus ſtatim gratias agens Deo teſtatus eſt, Beatiſſimam ſibi Virginem albis veſtibus indutam, cum primum obrutus terra fuit adfuiſſe, & quæ animum addens ait. *Ne timeas Antoni nihil tibi mali hic telluris caſus efficiet*: & verò poſt hæc quaſi in molli culcitra tutus inter rudera fuit.

5 *Ab hoc non abit, quod in hiſtoria Patrum Diſcalceatorum Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis 1. p. lib. 1. cap. 29. de miraculoſa imagine Virginis appellatæ de* Gratia *dicitu* : Accidiſſe nimirum aliquando, vt fœmina cum filio quinquenni in alta domus turri conſideret Solis ſolatio fruitura cum ecce turris, domuſque tota corruit conſepulta matre cum filio, & vt tota terræ, & lapidum mole vtrumque obruente, ita ipſis ad Beatam Virginem auxilium in tanto caſu efflagitantibus : Quorum preces irritæ quidem non fuerunt. Nãdum ij, qui accurerant eorum corpora ad ſepulturam requirentes poſt quatuor horarum ſpatium, primum matrem, deinde filium ſalvos, & incolumes, & nihil omninò paſſos invenerunt ijs conſtanter affirmantibus adfuiſſe illis Deiparam; quæ manu terræ molẽ ſublevabat; iſque ſolatium, & gaudium afferebat: & ecce mirum: Vix puer ex infeſtis ruderibus extractus, cum quinquennis, & rationis capax nõ eſſet, clamavit, ego deinde non alio nomine, quam Ioannes de Gratia appellari volo.

EXEMPLA

De Maria in litibus Auxiliatrice.

§. VII.

1 TItulum quo Ioannes Geometra Mariam *ius dirimens lites* appellavit frequenter referimus quotquot in Mariæ laudes operam navare ſtudemus ad potentiſsimam eius interceſsionem, qua dubia, ſive litigioſa noſtræ ſalutis cauſa à Chriſto iudice miſericorditer iudicata victrix evadit: ita vt patrocinium Virginis ius noſtrum eſſe videatur, ſecundum quod à Domino iudicamur, ſicut iudices ſecundum leges imperatorias dirimunt lites: Sed id Theophylo Raynaudo in Nomenclatore Mariano ſenſum, ſeriemque verborum acrius perpendenti vehementer diſplicuit quippe aſſerit. *Geometram cum multa huic in multos beneficia enumeraſſet victoria in bello partas, repulſos à mœnibus hoſtes, everſas moles horrificas adverſariorum muros quatientium, averſa naufragia, moſtratũ in ſalebris iter; ſolutos compedibus captivos; tum etiam ſubijcere, eos quibus ſunt lites habere præſidium in B. Virgine, quæ verſipellium Cauſidicorum ius adverſæ partis nequiter impetẽtium technas diſſolvat, & iudicibus adſit, ne innoxium opprimi iure vè ſuo deturbari ſinat.* Quod plus plus ſic explicat. Hinc liquet de vero Geometræ ſenſu, qui nõ alius eſt, quàm quod B. Virgo ſit ius quoddam animatum (vt de Chriſto dixit S. Petrus apud Clementem Alexandr. 1 Stromatum) curans, vt cuique obtingat, quod ſuum eſt, & iniquum iudicium avertatur, ſi in eum finem, ab eo penes quem ius eſt interpelletur. Pro qua ſanè Theophyli cogitatione hiſtoria hæc fideiubet, quam ex Alano de Rupe refert Ioannes Bonifacius lib. 2. de Hiſtoria Virginali, hunc in modum. Mulier quædã inops, atque egens cum adverſario potentiſsimo litigabat, cui pro opibus, & gratia, & litem prorrogare, & leuiſsimi iudicis animum donis corrumpere licuit. Cum verò egentiſsima fœmina, communi tenuiorem ſorte, deprecatore, ac patrono careret, ad eam Reginam confugere ſtatuit, cui orborum, ac viduarum ſolicitudo curæ eſt. Orataque Virgine, & recitato Roſario, brevi cauſam obtinuit, non tamen ſine divinæ virtutis auxilio, & miraculo præclaro præpotẽtis Dei. Ter enim iudex iniquus ſententiam ex ſcripto pronunciare aggreſſus ter à Virgine revocatur, & contra, atque ipſe veller converſo calamo ſecundum inopem mulierem coactus eſt proferre ſententiam: *Hæcibi: En Deiparam iuxtà germanum Geometræ ſenſum*, ius dirimens lites.

2 Sed illud; (huic quidem ſimile) exemplum, ſed multo mirabilius, & amœnius eſt, quod in Hiſtoria Sancti Montis in Bohemia à P. Bohuſlao Balbino conſcripta lib. 4. cap. 7. ab ipſiſſimet quorum intererat teſtificatum, ſic habetur: In laudem, & gloriam Sanctiſsimæ Trinitatis, & Beatiſsimæ Virginis Sancto Montanæ honorem, quæ eius precibus nobis obvenere

bona

bona hiſce litteris conſignabimus. Anno 1654. in Maio filius noſter Samuel Ignatius de Bozs invidorũ fraudibus ad capitalem cauſam dicendam in militari iudicio compulſus eſt: habebat in cauſæ æquitate, & innocentia ſua præſidium: ſed iudex, vtpotè Lutheranus, & privatim infeſtus erat in partibus, & per malevolentiam agebat plurima. In eo periculo dum cauſa trahitur nullo apparente conſilio: Ego cum coniuge mea ad S. Montem peregrinationem ſuſcipio, vt litẽ periculoſam, & filium Beatiſsimæ Virgini commendarem. Ad primum Sacelli Sancti ingreſſum cum Divinæ Matri ſupplices, neceſsitates filij repræſentaremus, ſubitò ſtatua Divæ mœrere, & quaſi in tenebras recedere nobis videbatur: ea mæſtitudo fat diu per tẽpus, quo peccata confitebamur pertinaciter tenuit; at vbi ad SS. Euchariſtiam ſumendam acceſsimus (nonam inter, & decimam matutinã horam) repentè Imago tam venuſtè colorari, & erubeſcere cæpit, vt gaudio cor vtriuſque noſtrum geſtiret. Sacris finitis petimus à Sacerdote veſtem Beatiſsimæ Virginis venerationis cauſa poſſe contingere: id beneficium perlibenter præſtitit R. P. Georgius Pfefferhorn è Societate Ieſu. Cũverò ipſe in ſolitam Imaginis venuſtatem miraretur, rogat, an nos quoque eam Imaginis gratiam, & dulciſsimam formam videremus? diximus, quod videbatur, vt erat. Tum ille, verè inquit, animo quieto, & ſolatij pleno domum vobis redire licet quod peregrinãdo petiſtis, ſine dubio obtinuiſtis: Atque ita evenit: nam cum domum rediſſemus, quid abſentibus nobis accidiſſet, filius obvius memorabat. Victos eſſe iudicio mirabiliter hoſtes ſuos, calumnias, quas de ſe compoſuiſſent, in eorum caput recidiſſe: patuitque eadem ipſa hora, qua Divæ effigies in S. Mõte triſtabatur, iudicatum, qua lætabatur, filium abſolutum. Deus & B. eius Mater laudetur in ſæcula Amen. In huius rei fidem nomina ſubſcripſimus ſigillis appoſitis. Dabamus in vibe veteri Pragenſi 3. Martij. Anno 1656. Ioãnes Zalaudech Kninenſis Samuel Ignatius de Bozs filius.

3 *Annuæ litteræ Societatis anni 1613. id habent.* Murciæ latro quidam inſignis, vt ſe à periculo eriperet nobilis familiæ adoleſcentem accuſavit, qui torquendus cum eſſet reiecta eſt res à Prætore in diem tertium, eo quod eſſet pervigilium Aſſumptionis. Adoleſcentis Mater rogavit Sodales Virginis, vt eum in Sacro B. Virgini Mariæ commendarent. Commendarunt illi; & vix finito ſacro latro ille Iudicem admonuit de innocẽtia adoleſcentis, ſuumque ipſe crimen confeſſus eſt: vnde adoleſcens ereptus à carcere magno civitatis applauſu ſodalitio adſcribi voluit.

4 Novimus Sancto Nicolao Myræ in Lycia Epiſcopo ſingulari in Deiparam devotione caleſcenti; motam litem in Concilio Nizeno, quod Ario Divinitatẽ Chriſti neganti, ac proinde dignitatem Matris Dei convellẽti perfervidè colaphum impegiſſet; imò, & condemnatum; adeptamque ei Mitram, & pallium, ſed maior, melioreque Iudex Dei parens Nicolaum abſolvit; & in integrum reſtituit Mitram capiti, & pallium in humeros imponens: de quo vulgares verſus circumferuntur

Ob colaphum hæretico impactum decora alta Tiaræ
Dempta tibi à patribus; cælica Virgo refert.

videſis Lipomanum to. 5. & in notis ad Martyrologium die 6. Decembris, & ſermonem Ioannis Studitæ de S. Nicolao.

5 Annuæ Societatis anno 1612. de muliere iniuſtè apud Maritum de adulterio accuſata; ipſaque Virgini æquiori iudici cauſam ſuam committenti hæc habent. Gandiæ finitimo in oppido. Mulieri pudicæ mulier petulans crimen repetiti adulterij coram coniuge obiecit; qua ille calumnia exanimatus, ſive veram putaret, ſive timeret ab hominibus recipierdam, atrox facinus aggreditur, laqueo ſuæ collo coniugis ſceleratè inſerto eamdem ab arbore pendulam ſtrangulaturus deijcit. Cauſam ſuam mulier innocens Divæ Virgini commendarat, nec ſpe ſua cecidit: nam ſecreta vi mirabiliter ſuſtentata nunquam premi reſte potuit. Rabie percitus maritus, inde exſtractam, iterum tertio, & quarto in præruptas rapes præcipitem dare molitur: ſed Virgine implorata,

&

& impediente immobilior Caucaſo mulier integra ſtetit. Iterum maritus reductam in domum bis, ter, & quater ſclopo minore explodere tentat, nuſquam ignem concipit ſclopus, Maiorem catapultam adhibet, quæ concipiens flammam evibravit glandem plumbeam in pectus mulieris, ſed ictu inani, ac laneo Tunc prodigijs victus agnoſcit mulieris innocentiam, & venia petita ambo Deiparam laudant eique perpetuo ſe ſervitio devovent.

6 Hiſtoria Montis Serrati miraculo 199. mentionem facit anno 1538. de Arnaldo Beros diœceſeos Toloſſanæ, quem falſo accuſatum de ſuſceptis, ac celatis quibuſdam domi ſuæ furibus, ac propterea compedibus, ac manicis ferreis onuſtum invocata Virgo à vinculis liberum effecit. Cumque nihilominus tunc effugere non auderet, paulò poſt tamen cum ad triremes duceretur; vt ibi quinque annos moleſtiſsimè defungeretur; coram omnibus vinculis diſſolutis liber nullo reluctante diſceſsit, ſpectaculi novitate, & miraculo cunctis plurimum attonitis, & Dei, Virgiſque potentiã, ac pietatem in innocentes de prædicãtibus: *Ecce tibi, quàm opportunè Maria dicatur ius dirimens lites.*

7 Ad fines Cantabriæ in montibus Diſtertiis Vetuſtiſsima imago colitur ſub nomine Deiparæ de Valvanera multis miraculis celeberrima: inter quæ illud perilluſtre refertur in eius hiſtoria mira elegantia, & eruditione conſcripta ab Illuſtriſsimo & ſapientiſsimo D. D. Didaco de Silva Pacheco, Epiſcopo Accitano miraculo 7. de nobili Domna Leonora; del Peral fœmina magnarum virtutum ſorore Epiſcopi Almeriæ; qui quod à Regibus Catholicis ad Curiã, & res magnas vocaretur; Leonori bonorum, atque reditum ſuorum liberam commiſit adminiſtrationem, vt in pauperum ſubſidium, & eleemoſynas erogaret. Quod cum ipſa fideliter exſequeretur: alter eiuſdem Epiſcopi frater non quidem germanus, invidiæ, & cupiditatis, quæ eſt radix malorum omnium rabie actus, vt eos Epiſcopi reditus ſibi acquireret tantum ſorori malum molitus eſt, vt eam criminis hæreſis apud Inquiſitionis Tribunal accuſaret: atque vt illud planum faceret; varias ipſe perſonas, varios habitus mutans; iam militis, iam Sacerdotis, iam Monachi; ſub vnoquoque teſtem criminis agebat, vt in ore tricũ, & quatuor ſtaret omne Verbum. Vnde eo negotium perductum eſt, vt bona Leonora innocens, & ignara ſub ictu honoris, & vitæ adeò infeliciter iaceret: vt iam occiſſa res eſſet: Verũ ipſa omni humano auxilio, & ope deſtituta ad Beatam Virginem de Valvanera, cui erat addictiſsima ſe convertens toto animi impetu ab ea efflagitavit, vt in tanto famæ, & honoris ſui diſcrimine opem ferret, & veritatem aperiret. Cuius preces Beata Virgo, quæ eſt ius dirimens lites benignè exaudiens Inquiſitori inſpiravit, vt vnum illum ſimulque multiplicem ementitum teſtem accuratius examinaret, quod cum ille feciſſet; mendacium, quod (vt inquit Seneca) tenue eſt, & perlucet ſi diligenter inſpexeris, liquido apparuit; maluſque ille textor telam retexuit, quam orditus fuerat, & Leonora libertati, & honori cumulatiſsimè reſtituta eſt; falſuſque ille incidit in foveam, quã fecit.

8 *Sed nec illud prætereundum, quod à P. Nicolao Orlandino in annalibus Societatis ad annum 1587. ſic refertur:* Cauponi eũ mors eſſet illata in quæſtionem famulus datus, admotis tormentis annuit à ſe commiſſum eſſe facinus, ſocioſque habuiſſe ruſticos duos. Poſtulati in quæſtionem ruſtici, vi cruciatuum pari imbecillitate vincuntur. Sententia capitali damnatos mors ſequebatur: ſed vt iniectos innocentium iugulis laqueos falſus index aſpexit, intimis religionis ſtimulis agitatus errorem ſuum Sacerdoti Societatis, qui erat Sacramentalẽ eius confeſsionem exceptũrus apertè detegit, cuius conſilio, vt religione animum ſolveret, coram ijs, qui præſentes aderant ruſticorum prodidit innocentiam, nec tamen Iudex ſententiam, quam tulerat revocabat: Ducebantur nihilominus innocentes ad mortem, nec procul aberant à ſuſpendio; Virgini Lauretanæ ſuam cauſam commendantes. Cum iterum commonefactus à Patre Iudex de re toto cæpit animo vehemẽter addubitare, revocatiſque ex itinere reis, iubet iterum conſtitui

de cæde quæstionem. Cognita quam diligentissimè causa cum iure damnati viderentur, iterum ducuntur ad mortem: sed divino consilio fusis repente imbribus iterum dies necis extrahitur. Interim proditor cædis auctor, & rusticorum innocētia patefit. Ita tres homines simplices non sine peculiari divinæ providentiæ, & Virginis opis beneficio, quæ nunquam deserit sperantes in se præsentissimo periculo liberavit: Quare paucis post diebus è tormentorum laboribus recreati, ad Lauretanam ædem, vt pro incolumitate sua vota persolverent, suspensa de collo reste nudis pedibus incessierunt.

Deipara clientes suos à varijs in itinere periculis liberat.

§. VIII.

1 *Quod de Maris periculis dicebat Sapiens.* Qui navigant mare enarrent pericula eius, *& audientes auribus nostris admirabimur*, Ecclesiastici 43. vers. 26. Itidem de itinerū periculis id optimo merito dixeris: cum Paulus de ijs singillatim meminerit, qui 2. ad Corint. 11. vers. 26. interingentes labores suos, periculorum itinerum, sic meminit *in itineribus sæpè, periculis fluminum, periculis latronum.* Quare Deiparam in tot itinerum discriminibus opportunam experimur Advocatum: mille exemplis veritatem hanc firmantibus, quæ libenter afferemus, vt obsequiū Virgini sedulo deferendum itinera aggredientibus persuadeamus, & verax inveniatur Ioannes Geometra hymno 4. à quo Virgo *Socia itinerum* appellatur: *Pro quo in primis placet referre egregiam, simulque iucundam historiam; quæ habetur in Prato spirituali cap. 180. cuiusque meminerunt PP. Concilij secundi Nazianzeni, necnon S. Ioannes Damascenus sanctarum imaginem verus cultor rigidusque satelles: quamque P. Ioannes Bonifacius lib. 2. de historia Virginali hisce verbis narrat.* Eremita Ioannes vir magni nominis, & raræ sanctitatis in spelunca vitam egit, quam speluncam sacræ civitatis Hierosolymæ vicinitas fortunabat. Erat Ioanni Divæ Mariæ integerrimæ Virginis, & fæcūdæ Matris Deum Filium gestantis, in gremioque foventis imago charissima solitudinis socia, adiutrix itinerum, religionis incitamentum. Nam quotiescumque, vel voti, vel sanctitatis causa Ioanni peregrinandum esset: Id quod non minus studiosè, quàm frequenter agebat, ad sacræ huius aram imaginis cereum accendebat, emissisque precibus & se, & iter suum clementissimæ Virgini, quam domestici, illius simulacri modesta, eadēque serena facies adumbrabat, ex animo commendare solebat. Sanctissima humani generis, & Mater, & Domina (hæc erant precantis verba Ioannis) quandoquidem via mihi paratur, & anceps, & longa diesque plurimos abesse me oportet, hæc tibi sit candela curæ, cuius lumen opto esse perpetuum. Tu igitur lucidam, inflammatamque conserva: perficeque, vt eam talem redux inveniam, qualem relinquo, nunc tibi. Da hoc mihi pro tua in homines charitate, proque illa potestate, quam tibi tuus vnigena Filius, tam larga manu permittit. Hæc cum Virgine in eius intuēs imaginē collocutus sese alacer dabat in viam; confectoque itinere ad speluncam reversus; aliàs trimestri, aliàs semestri exacto spatio ardentem cereum semper invenit. Deo per Matrem, cui nihil negare solet prodigiū illud, miraculumque patrante, piamque & sancti monachi viam, & fiduciam factis admirabilibus prosequente: *Hactenus Bonifacius: & verò vt ad huius lumen candelæ omnia expondens quot, quantosque tempestatum, latronum ruinarum, & præcipitis casus Deipara protegente, & illuminante bonus ille eremita Ianus, & incolumis ad suam speluncam rediens, salvus, & incolumis evaserit, disce ex sequentibus.*

2 Iter faciebat B. Sita Virgo Hetrusca; *vt narrat Cæsar Francotius in libro de SS. Lucensis Diœcesis*, cumque præ infirmitate vehementer lassa Lucam, quò ibat vix posset attingere senescente iam die, & Sole propè occidente à B. Virgine, & confortata, simulque comiter deducta est ad porti-

Ci-

Civitatis, quæ vitro aperta est eis, cum anteà apprimè clausa esset: Sita autem invitante Virginem, quam honestam Matronam esse reputabat; ipsa subitò Virgo disparuit, non nisi notabilem in Sita relinquens erga Dominam nostram pietatis, & gratitudinis affectū: Est verò valdè adsimile, quod in recenti relatione Societatis de Missionibus ad Hurones cap. 7. dicitur de evitata morte beneficio Virginis, quando PP. Claudius Pilart, & Leonardus Galeaurt inter nives, & glacies intercepti invocata Virgine nocte incolumes evaserunt. Itemque eorum servus, devius inter nives fatigatus item, & frigore, & fame pœne enectus implorata Deipara, recitataque Antiphona *Sub tuum præsidium confugimus Sancta Dei Genitrix*, semitæ vestrigium reperit, virosque accrescere sensit, qua de mū semita emensa redditus est Patribus, vt verus itidē inveniretur Ioannes Geometra hymno 4. à quo Virgo appellatur *Socia viatorum, lumen errantium.*

3 Est verò peculiari admiratione, simul & pietate in Deiparam dignum, quod à P. Francisco Bentio in historia de Collegio Taurinensi, his verbis refertur: Vnus ex ijs, qui pietatis causa sunt nobis familiares, pedibus iter faciebat, multa secum portans, non minimi pretij, cum aberrasset à via multò iam noctis, sensit in medios latrones delapsus, quorum etiam voces non lōgè audiebat deliberantium parcamus vitæ, dum auferamus bona: Hoc ille tempore cum agitaret multa varius, & incertus, quoniam meminerat nos dicere, vbi nulla se dant humana subsidia suppeditare divina, quanta maxima potuit animi submissione in vota effunditur, Dei Matrem implorat, manus, & supplices voces ad cœlum tendens, neque irritus, conspicatur equum, nec stratum, nec infrænatum ad se advenientem, & ferè invitantem ascensum, vtitur tempore, insilijt apprehensa iuba, eò iturus quò duceretur. iis concito cursu refert sessorem receptum, ad notas homini ædes, vnde priùs discesserat geminata lætitia.

4 Pulchrum est, & pro Rosarij devotione valdè opportunum, quod Sachinus tomo 2. Annal. Societatis num. 140. refert de fratre quodam nostro Iacobo Sara via, qui cū repente in Mauros prædones incidisset, prolato Rosario hæc illis verba obiecit: *Hoc fretus, nihil vos timeo*: & vt confidit in Virgine, sic incolumis, & intactus evasit.

5 Audi simile de Rosario priorem quidam Carthusianus, qui pietatem, & studium, quod infans erga Virginem habebat texendi coronam de floribus, quam capitis imaginis Deiparæ imponeret; in mysticos Rosarij flores commutavit, iterquandoque faciens, & vastam sylvam ingressus; devotionis suæ memor ad salutandam de more Virginem sociis disiunctus secessit: cum repente latro erupit è latebris, & telum intendit, vt ei vitam eriperet, sed ecce puer formosus intervenit, qui ex monachi ore prodeuntes, rosas collegit, ex quibus cum textam coronam suo capiti imposuisset, in cœlū revolavit. Quod vbi latro animadvertit, & homicida nefarius ad Prioris pedes abiecit, & ijs, quæ puer ille cœlestis egisset singillatim expositis veniam postulavit, quin & ipse se, & instituto, & cœnobio libēter addixit, & reliquam vitæ partem, cum sanctitate traduxerit. Hæc latius scribente Sylvano Razzio lib. de miraculis Virginis lib. 2. cap. 15.

6 Ad eamdem Virginis pietatē, & suorum patrocinium adversus prædonum feritatem facit, quod in historia D. eiparæ Sācti Montis in Bohæmia lib. 4. cap. 9. sic refertur. Itali mercatores, qui Stra Konicio in reliquam Bohæmiam ferrum invehere, aliasque merces solēt, quorum omnis pœne vita in itineribus ad nundinas, & fora faciendis consumitur, cū se Beatissimæ Virgini in S. Monte sæpius commendassent, eius præsentem opem semper expertos se prædicant: sæpè latrones fefellēre, sæpè præteriti ab ijs sunt; sæpè quamvis iniuriæ opportuni forent, à prædonibus timebātur. Illud spaciatim adnotāt, cum eodem periculosissimo à militibus anno in Comitatu plurium mercatorum curribus vecti ad mercatum pergerent, accepisse subito nuncium *Adesse prædones*. Evadere medio in Campo deprehensi, in tutum non poterant: ergo vt pietas verè Christiana suadebat Itali pro gētis ritu ore ponunt trepidè genua, & Monti Sancto supplicant. Si Diva Virgo benignè periculū

præ

Præsens averteret, grandem se ex alba cera facem ad S Montem allaturos. Adsunt Martij illi dæmones rapiunt, spoliant, exuunt rebus omnibus cæteros viæ comites (qui nimirum nihil de B. Virgine cogitarant) Itali non opulenti minus, ac divites in medio spoliatorum sine vlla militum iniuria, ne appellati quidem, quasi non essent visi steterunt. Periculo superato attulère, quæ voverant hodieque in Monte Sancto grandis albus cereus spectatur sexdecim omninò librarum Italicæ illius mercatorum Societatis donum. Ab hoc Divæ beneficio non facilè vnquam Przibramum ex itinere veniunt Itali mercatores, quin Beatissimam Virginem salutent, adeoque S. Monte conscenso Sacra fieri prosè, & rerum suarum securitate postulent?

7 Mirum etiam id, quod de S. Stephano Comite Arvernensi fundatore familiæ Grandi montensis Baronius ad annum 1026. ex Vincentio, & Daraldo in eius vita refert: Nimirū illum præterquā quod initio suæ Cōversionis præcipuo quodam impulsu se B. Virginis studio patrocinioque cōmisit, præterea singulis diebus recitabat S. Mariæ officiū, præter alias multas preces, & in omnibus rebus suis, ac suorum, in negotijs, in necessitatibus recurrebat ad illam. Vnde capto aliquādo à latronibus Procuratore Monasterij sui, & funibus ligato post fusas preces suas, & suorum ad Deiparam, versa Vice-Procurator domum redijt cum latronibus ligatis, quos Stephanus benignè admonitos liberè abire permisit.

8 Aliud non absimile per Deiparæ intercessionem de Medico quodā à latronibus liberato exēplum refert Antonius Solerius Carpinas vtriusque iuris Doctor in libro de veneratione, & invocatione Sanctorum, & ab eo Ioannes Benifacius lib. 3. de historia Virginali cap. 2 hunc in modum. Quidā benè cordatus adolescens Lunati ortus, quod Brixianæ ditionis est oppidum, cum se Lutetiæ Parisiorum contulisset, atque ibi Medicinam didicisset, à quibus ruricolis Carneto vicinis honesto stipēdio invitatus medicum agere cæpit, pecuniisque locuples in patriam redire constituit. Vt autem quos illa arte pepererat nummos egenis parentibus pernecessarios portare tutò posset, eos in intimo thorace consutos callidè, & astutè recōdidit, dissimulationisque gratia lineam vestem thoraci circūdedit, quæ nudo corpori solet hærere: illa porrò vestis Beatissimæ Virginis subuculam attigerat, quæ subucula à Carnotensibus religiosissimè, inde ab antiquis temporibus asservabatur. Syncera namque fide credebat, qui tunicam à Virginis tunica tactam induisset, eum Virginis ope tutum, & incolumem à periculis fore. Ergo Quadragesimæ tempore, cum tribus mercatoribus versus Italiam iter arripuit, eumque ad cauponam in Mediolanensium terris sitam cibi capiendi causa divertissent, itineris socios, mercatores illos, quos diximus carnibus in lōgo, & Sacro Christianorum ieiunio vescentes palam coarguit, piscibus ipse Ecclesiasticæ legis custos famem saturavit, vererique se dixit, ne quid illo die mali mercatoribus eveniret, propter legem Ecclesiæ violatam; sed surdis illa cantabat: finito prandio rursum in via ventum erat ad pagum, quem licentiosi milites occupaverunt: ab ijs tres mercatores ex medici præsagio, non solùm equis, sed cæteris etiam bonis, atque adeò vestibus exuuntur, ac nec subuculæ quidem parcitur, nudi corporis tegumento primo, quod naturalis pudor vetat exuere. Medicus interim sese Virgini commendat ex animo, raptores, & eum similiter nudare adorti sunt. Per Deum, perque Deiparam obsecrat, vt se illa sum abire sinant; milites vocibus flexi, & Virginis venerādæ appellatione fortasis commoti equum duntaxat admerunt, cætera reliquerunt. Ille pedibus lætus iter faciebat, Deo præpotenti, ac illius beneficentissimæ Parenti tantas gratias, quantas maximas potest agit, & retractat beneficium, quo mercatores carnerunt. At verò cum Medicinæ quædam scripta in equi stragulū cautè, ac scienter inclusa relicta esse meminisset, ac se sine illis ad curandum morbos imparatum fore arbitraretur, doloreque ellet studiorum, & laborum tanta iactura, eccè à militibus revocatur; ille an rediret, an fugam arriperet cunctabundus, & anceps, tandem Dei Matris fretus auxilio, quæ inchoata

be-

beneficia consummat, ac perficit, ipse ad milites refert, à quibus commentariola de morbis curandis accepit, vltro & sponte reddentibus. Adeò salutaris est invocatio Deiparæ cum legis observatione coniuncta. Hæc Solerius ab eo se cognouisse ait, cui res hæc euenerat digna narratu.

9 Opportunam etiam aliam Annuæ anni 1500 referunt historiam de Sodali Virginis, qui incidit in latrones, à quibus cum alijs viæ socijs, tãquam ad cædem raptus in vicinum pagum, & dum illi cænant, militari lasciuia ludunt, inversum ipse dolium subire cogitur, quod lapide congesto onerant, circumstantque semiusta palea rimis hiantibus explendis, vt fèrè fumus suffocaret incluſum. Additur post cænam importuna saltatio, nempè qua cum solo dolium coibat situ inæquali immittitur certatim cuspis gladiorum ad pedes petendos, quos ipse interim defendebat vitandis ictibus alternis extollens. Neque alia tota nocte quies: vnum ei solatium, opusque Rosarij percursio. Sed & vnum postea retulit (vt secura recordatio præteriti temporis non caret delectatione) scilicet, in desperata penitus salute hanc ei repetitam sæpius formulam precandi, quam in Concionibus audierat, an quod sæpè metus obstupefecit mentem. *Domine, si vis, potes me mundare.* Hanc aptam existimabat esse orationem, & necessitati congruentem. Non vocem, sed voluntatem Deus exaudivit: vbi diluxit, eo inspectante vinculis comprehensi, & verberibus affecti alij comites viæ, ipse eximius habitus, ac sine alio ludibrio, pretiovè libertati redditus est. Nulla palam de causa, nisi quod Matri hunc honorem habuit Dei Filius, vt audiret eius famulum in summis angustijs ad eam clamantem.

Caprivi è Carcere a Deipara liberi educuntur.

§. IX.

1 QVoniam verò ab Ephrem dicta est Virgo sanctissima *Carcere clausorũ liberatrix*: & à Gislerio inter clypeos è turri Mariæ suspensos, hoc est præsidia, quibus fideles ab ipsa protegũtur signatè vincula, *è quibus soluti evadunt, numerantur, quæ quidem cunctis Mariæ templis appensa visuntur: audi quid de his fidi Auctores referant.* Et dissertissimus vir Iustus Lipsius in Virgine Hallẽsi duas nobis dat historias: alteram cap. 23. eiusmodi. Guillielmus Mosterius Picardus gente, non bona sua sorte in Pictoniæ fines venit negotij causa. Bellum autem ea tempestate Anglis cũ Gallis vetus, & diutinum erat manebatque tunc Galliæ Carolo Septimo. Incidit igitur in Anglorum manus, & captivus abducitur in oppidum Sancti Michaelis, ac decem circiter menses detinetur. Detinetur, nã redimias, quas ab eo poscebant, octoginta aureorum homo fortunæ modicus expedire non poterat, neque spes erat. Sed nec fraude, aut vi evadendi, quoniã in puteum profundum demiserant, atque ibidem pede vtroque firmiter boijs illigatũ habebant. Dum igitur mœstus, & anxius iacet, ac fortè panis frustum comedit, quod supernè deiecerant, mentẽ ei tetigit memoria, & affectus erga Divam Hallensem Virginẽ, cuius nomen, & cultus, tum in Picardia frequẽs etiam erat. Itaque toto corde eam invocat, & à squalore pedore, & tenebris illis liberari ope eius optat. Preces vix fuderat, somnus eum molliter amplectitur, & manè cum expergiscitur (res ipsi, & nobis stupenda) videt se liberũ à vinculis, & carcere, & tribus adeò milliaribus ab ipso oppido S. Michaelis abiunctũ. Dum miratur, gaudet, & vix credit, ecce Angli equites adveniunt, præfectorum, & nobilium aliqua manus. Hominẽ iacentẽ in agro vident, & ipsi quoque mirati accedunt. Erat inter eos Cẽturio Tournebilus nomine, qui agnoscit, & *Tu ne captivus ille noster es? vnde hùc? qua vi? fraude? arte?* Guillielmus

ex gaudio iterum confusus. *Domine vera audi* (inquit) *Nec fraus, nec vis mea, aut aliena huc adduxit, & arcta custodia (nosti ipse) eduxit. Divæ Virginis hoc totum est; ad quam preces equidem fudi, & illa ignarum, & dormientem huc transvexit. Rem vides: crede, & cœlesti beneficio tu quoque suffragator accede.* Tetigit hominem religio, itemque alios: dimittunt re tamen explorata, atque diploma, quo securior trāseat, donant, eoque miraculum consignant, cuius se auctores, & testes profitētur: Id ipse Mesterius Hallas secum tulit; atque ibi liberatricem Divam merito est veneratus: Hæc Iustus Lypsius, qui bellè titulum capiti posuit: *Captivus in vltima Gallia è carcere ad instar Divi Petri eductus*: Aliud simile habet cap. 30.

2 Duo etiam admiranda nobis offert hac de re exempla B. Alanus de Rupe lib. de ortu, & progressu Psalterij Quinquagena tertia: Quorū primum hismet verbis refert. In Dacia Petrus quidam nostra pœne memoria, aut paulum superiore iure, an iniuria non satis liquet, ad perpetuos damnatus carceres in profundam fossam turris bufonibus, sæviſque serpētibus scatentem demittitur, vt vel ab istis periret absumendus, vel horribili, & inevitabili inter bestias volutatione sui, metuque miserabilius cruciaretur. Mœstam miseramque matrē Filij sors acerbissima habebat, atque in primis ille iustus metus, ne qua humanam fragilitatem Sathanæ tētatio tantas inter ærumnas ad desperationem induceret. Nato igitur mater, tum precibus ipsa suis ad Deum, Divam, cœlitesque fusis, tum alia quacumque occultè poterat, opella veniebat solatio; maximè autem Rosario illi summisso, quod vt perdius, & per nox, quanta posset cum devotionis indefessæ contentione orare nō omitteret; oppido monere eum simul curabat. Multa captivum, aut vivum potius consepultum ad parendum matri, & si parum ante comprecationem cōmesset; movebant tamen, ac impellebāt, etiam vt assuescens experiretur. Necessitas fecit ei orandi vsum; copiam captivitas, Rosarium, seu precationū collectio globulorum occasionē dedit in manus; vsus facilitatem; facilitas peperit voluptatem; hæc denique verè gustū pietatis attulit, vnde crescente in dies maiori devotione, ardore ipsi pectus totum amore, honoreque Dei, Matrisque servatricis. Sensit quoque miseriæ suæ mitescere sibi acerbitatem, abstergi animo metus, & angores, venenati nihil nocere sibi tactu, seu afflatu, mœroribus gaudia supernè immissa permisceri; mentem sæpius solatij, spei que optimæ suavitate delibutam permulceri; ignorantiæ tenebras insueta luce cognitionis collustrari, seque in alium à priore diversum verti hominem, ac in fælicitatem suam in optatam, quasi fælicitatem commutari. Nec diù demum ipsa Regina cœli cum illustri cælitum, Virginumque comitatu suo adstat famulo multò in lumine manifesta, quem paucis plurimum consolata secum è squalore, & carcere eductum liberavit. Adeòque velut in momento horæ alio procul hominem transmigravit, ac plus, quàm per centum milliarium distantiam avectum alieno in solo collocavit securum, & innoxium, hoc dato illi mandato, quod in suum, Filijque sui honorem cæptum saluta re, quod didicit Rosarium captivus, id liber iam, & securus tantùm nō omittat, aut in eo torpescat, sed gratus, quoad vitam viveret mortalem frequentaret. Dixit, seque ab oculis comitante corona abstulit in cœlos. Petrus autem circumspectis omnibus se in vasta, ignotaque comperit solitudine diverti: nec diu ei anceps fuit animo de commoratione consilium, quo aiebat sibi, quo ibo vsquam alio, quam vbi Divinæ me posuit miseratio? Quid ego locum, aut inquisierim, aut delegerim vnquam beatiorem illo, quem mihi dedit Deus, favitque Deipara? Hæc requies mea Deus, hic habitabo; quoniam ecce, nunc dixi elegi eam. Exorsus igitur continuò inspirante Deo vitam Eremiticam, multis exinde fæliciter annis ibidem duxit, celebre dæmun construxit templum Dei, Virginisque honori sacrū, & sanctō fine quiescēs vixit. Vivitque vitam inter Beatos sempiternam. At vitam hanc hausit è fonte vitæ Rosario Iesu, & Mariæ. *Hactenus Alanus.*

3 Enim verò antequam subiecerim promissum alterum ex Alano

exem-

exemplum iuvat prædicto aliud adnectere de alio captivo à matre simplici, simplicissima industria, commiserante Deiparæ mulieris simplicitati è captivitate liberatum. Refert illud Auctor ille, qui eum aliorum Magister esse posset; voluit se de Discipuli nomine appellari, vt Deiparæ, cuius obsequii studiosissimus fuit humilitatem, vel summissa hac appellatione imitaretur, ait ergo. Fœmina quædam simplicis, & rectæ vitæ Sanctam Mariam Dei genitricem venerabatur: prosternens ante imaginem suam flores, & herbas. Cõtigit autem eiusdem fœminæ vnicum filium captivari; mater autem inconsolabiliter flebat, & beatam Mariam Virginem devotè pro filii sui liberatione orabat. Videns autem, quod nihil proficeret, Ecclesiam intravit, & imaginem B. Virginis, sic alloquitur. *O beata Virgo Maria pro liberatione filij mei te sæpius rogavi, & non exaudisti me: igitur sicut filius meus ablatus est mihi, sic ego filium tuum auferam, & obsidem in custodiam pro filio meo ponam:* & imaginem pueri accipiens de gremio Mariæ domum abiens in linteolo mũdo involvit, & in cista diligenter inclusit, & ecce sequenti nocte B. Maria iuveni captiuo apparuit, & eum exire præcepit, eique dixit. Matri tuæ dices, vt mihi filium meum reddat; qui veniens ad matrem, qualiter liberatus esset narravit: Illa autem plurimum gaudens imaginem Iesu Mariæ reportavit, & gratias ei retulit: *Sic Discipulus* in Promptuario miraculorum B. Virginis exemplo 14.

4 Idem etiam Discipulus exẽplo 41. ex Cæsario Cistercienſi itidem in hanc rem, sic narrat. Miles quidã captus est, & diu incarceratus, cum pecuniam pro sua solutione ipopondisset, exstractus de carcere positus est in loco superiori, cui addita sunt vincula, & servi ad custodiam deputati. Nocte igitur quadam, cum esset dormiens inter sex satellites, qui eum custodiebant Dominam nostram devotè invocavit, & sic obdormiens audivit vocem. *Fide Beata Virgo liberabit te.* Ad quod Verbũ evigilans gauisus, sed de visione cogitans, vt tum vera esset, an phantastica scire volens, mox, vt digitum admovit, pedem suum, sine difficultate manus à catena liberavit. Sæpius illa ante tentaverat, sed non perfecerat. Cumque ex motu vinculorũ vnus ex servis evigilasset, territus miles circulum reponere voluit, sed non potuit. Tum intelligens tale miraculum Dei Genitricis meritis erga se gestum, servo rursum obdormiente leviter surrexit, & vincula tenens in vno pede per linteamina se dimisit per fenestram, & fugit. Quod cum comperissent custodes cum tubis, & canibus insecuti sunt, sed eum minimè invenire potuerunt, quamvis circumquaque eum circumsederint. Qui postmodum veniens ad Ecclesiam eosdem circulos, quos secum deportavit præ gratiarum actione Beatæ Virgini obtulit. Hæc ibi: *Quæ libẽter retuli, vt hinc revocem fidelibus in memoriam vix vlla esse sacella peculiari cultu Virgini dicata; quæ non habeat parietes ornatos hisce ferreis catenis, vinculis, & compedibus in monumentum mille millium miraculorum, quæ benignissima Virgo in captivis è servitute liberandis omnibus sæculis patrare dignata est.*

5 Redeo ad Alanum alterum nobis hac de re exemplum subijcientem præfato loco, his verbis. Baro quidam in regno Franciæ inclytus in sævam Regis iram casu lapsus dirè luebat. Nam inexorabili Regis sententia in perpetuos adiudicatus carceres postquam per diu nexus iacuisset, nec via vlla, ratioque eius inde expediendi succederet, tentata multum Baronis patientia tandem abiit in furorem, ac illum tantum, vt suos ipse digitos mordicus præcisos, & arrosos devoraret, in lapides quoque morsibus lavaret ac ligna, aut quodcunque aliud apprehendere valebat, ac nisi ferro cõstrictus, fixusque sedisset sese ipsum frustatim discerptum è vita eiecisset. Fidelis furenti vxor sua matrona pijssima viro saluti venit, & per Rosarij preces eiusque meritorum pretium captivo subvenit. Ipsa denique omissis omnibus, imò & desperatis, & dãnatis aliis humanis auxilijs se totam, spemque omnem in Dei, Deiparæque misericordiam traiecit, & ad indubitatam salutis anchoram in cœlestis portus fide stationem fixam affixit. Hic acquievit; hic indefessa precando frequentissimo, & ferventissima cumulavit Rosaria, quæ pro meriti salute,

per

per Almæ Matris imploratam deprecationem Deo ritè cõsecrabat fidem, spem, vimque fœminæ votis donavit Deus exoratus, vt fieret, sicut crediderat. Neque verò quisquam fieri petebat viro, nisi quod illi Deus fore nosset, ac vellet salutare: itaque Misericordiæ Mater, quam victa à Rosario salutem exorare dignata Baroni est, ipsa eam afferens, illi præstitit. Nam nihil tale perēti, aut speranti, imò, nec cogitanti ipsa cœlo apparet, & adstat, suscitat de terra inopem, & de stercore erigit ferro, vinculisque gravem. Surgit illic vincula cadunt, animusque redit, & sueta revixit sub pectore virtus, sese mens respiratioque recognoscit, adesse Virgo manus redintegrat, sanumque totum hominem, liberumque sibi redditum ad Regem dimittit. Simul manifestavit ei signa, quibus secretissima Regis scelera in intimis conscientiæ fibris abdita indicaret soli, & obmonefaceret pœnitentiæ. Ad hæc, prædiceret ei certa, & proximè impendentia capiti eius Regnoque mala pessima, quibus vna mederi posset vera scelerum pœnitentiæ: Si vel temnat superbus, vel omittat, tardatvè vt secutus, denunciari iubet non tardaturam paratam, nunc vindictam. Rex ipso in visu Baronis attonitus hæsit, audituque in medio tam diræ damnationis contremuit: neque sese deseruit, nec salutis curæ deesse voluit. Vt primum Deo supplex factus se reum accusavit pro gratia actis ritè gratijs obedivit, paruit cõsilio dato, & pœnitentiam heroico pectore totus invasit. Quod autem Baroni Rosarium iam exstitisse videbat salutare, tamet si ante non ignoraret, parum tamen curaret, illud verò præ omnibus vnum arripit, in quo eo dignum Rege gratissimam Deo pœnitentiam suam exsequitur: & sui ipsius, & Regni conservator factus. *Quapropter psallite Deo in psalterio Decachordo psallite Sapienter.*

6 Plures nobiles Scriptores inter quos Nicolaus Camuzatius in Prõptuario Trecẽsi. & Nicolaus Desguerois in Annalibus Trecensibus. Froissardus in Annalibus Frãciæ cap. 150. & seqq & ab iis Vincẽtius Charron in Kalendario die 20. Iunij num. 3 referunt insignem liberationem Godefridi de Charni gubernatoris Picardiæ, qui cum Philippo Franco Valesio recuperare omni modo tentaret Calesium, sive Caletum, quam vrbem Angli superiore anno occuparant, Anglis multitudine superioribus cedere coactus est, & captus, nec ob preces, nec ob pretium ex Angli manu redimi valuit. Quare votum fecit de ædificanda æde in honorem B. Virginis. Quo facto adfuerunt duo Angeli à Virgine missi, qui indutum armis bellicis, & instructum equo mixtum copijs Anglorum ex vrbe emiserunt, admonentes, vt se deinde extra vrbem positus Gallicis turmis, quæ brevi occursuræ erant, strenuè admisceret. Ergo libertati restitutus promissum templum condidit in suo pago Iareyo, illudque, & dotavit, & ditavit de Christi Domini sudario, quod nunc est Taurini.

7 Persimile benignitatis Deiparæ exemplum expertus est Hieronymus Æmilianus, qui anno 1511. auctore Gogono in Chronico, ex tetertimo, & crudeli carcere post invocatam Dei Matrem ab eadem visibiliter est eductus, imò, & deductus vna cum compedibus ferreis, cæteroque duræ captivitatis apparatu per medias Maximiliani Cæsaris acies, & tanta Comite exhilaratus, donec Tarvisio conspecto demum evanuit Augustissima Liberatrix ipse verò templum S. Mariæ Tarvisinæ ingressus votum absolvit, gratiam acceptam evulgavit, catenas, & manicas ferreas sibi reliquit, & tabellam tanti beneficij memoriam oculis exhibentem appendit.

8 In Annuis Residentiæ Gerundẽsis anni 1598. id refertur: Miles captus ab hæreticis, & duobus annis ad negãdam Catholicam fidem ab ijs invitatus, atque in carcere dire afflictus, prece demum ad Deiparam ardentius fusa, sensit se solutum vinculis fugitque ad littus, nõ admodum remotum: natandi imperitus, sed divino motus instinctu sese æqueri committit, & medijs fluctibus, medio ue mari sultus ope pulcherrimæ Matronæ in contrarium littus tandem evasit incolumis: indeque Gerundam progressus statuit postquam convaleseceret, in gratiarum actionem Religiosum habitũ, institutumque assumere.

9 Anno 1213. Quidam ex Aqui-

tania

tania Eques cum voti causa Carnutum peteret, oleumque secum deferret nutriendæ lampadi, quæ corã B. Virginis Imagine ardet, incidit in latrones, à quibus spoliatus, tum equo, tum omni re sua traditur in Carcerẽ cum multis alijs, qui data pecunia liberationem redimebant. Peregrinus hic à B. Virgine admonitus exijt cum alijs, non tantum Custode Carceris eum non advertente, sed quod mirabilius est, equo, & oleo ad ianuam reperto, quibus occupatis alacer Carnutum contendit, gratias Dei Genitrici ex animo acturus: Sic Vincentius Charron in Kalendario 1 Augusti num. 1. ex Sebastiano Roulliad in historia Virginis Carnutensis cap. 9. n. 24.

Deiparã hominibus ad mortem damnatis sæpius auxiliarem manum dedisse.

§. X.

1 IVvat homini Madriti scribenti vbi Virgo dicta de *Atocha* celeberrimè colitur, illustrem historiam de ipsa in discrimine mortis homini Patricio Matritensi Magistratus iussu inferendæ auxiliarem manum præbente primo loco ponere, præterquam quod illa, & mira erit, & iucunda lectori. Est huiusmodi, Didacus Gudiel vnus è decurionibus Madritensibus ad Comitia generalia ab Henrico II. Rege Burgis agente vocatus est. Comque in eius domo dira inter Infantis Sancti Regis Fratris, & Petri de Mendoza famulos rixa orta esset, accidit malo fato, vt concurrentibus sex alijs aliarum Civitatum decurionibus, & ipsomet Infante Sãctio ad sedandum tumultum bonus Infans pro pace, quam optabat, infeliciter interemptus fuerit. Quam ob causam Rex Inquisitione facta sex illos decuriones, simul cum Didaco Gudiel capitis damnavit. Is verò sententia audita, nec de illa appellatione permissa Virginis Horas, quas secum deferebat, è sinu extractis corã Divæ Imagine, quæ in illis erat; votum cõcepit, se si è tam præsenti discrimine liber evaderet; eo funesto habitu, quoad supplicium duceretur, manibusque ligatis Burgis Madritum ad sacrã Virginis ædẽ de Atocha, vt gratias ageret adventurum. Ergo cum ipse simul cum sex alijs decurionibus ad supplicium duceretur; Deipara sic disponẽte, occurrit illi quidam eius amicus. Quæsitor vectigalium Regis, & magnæ apud illum auctoritatis; qui tristi amici sorte commotus concurrit ad Regem veniam pro illo oraturus, quã cum obtinuisset festinus cum bono nuncio accurrit. Sed audi modo egregium priscæ illius nobilitatis Hispanæ documentũ: Bonus tunc ille Virginis Cliens, ab amico incolumitatẽ suam annunciante perquisivit. Et quid mihi de hisce equitibus in casu, & pœna socijs renuntias? Cui ille nihil quidem boni dicere possum, cum vni tibi Rex indulserit. Tum Gudielius: *Gratum ergo tibi bonum hoc opus habeo; & quando aliud exsequi non valeo; iubeo filijs meis, vt tibi; & filijs tuis gratias, & debita officia persolvant: Ego verò nobiles socios, & amicos, qui mihi ad tuendam domum adfuerunt, minimè deseram, nec ab illis in morte separabor:* & statim ad Satellites conversus. *Eia,* inquit, *vlterius pergite, quo tendimus: Moriamur omnes simul, sic iuvat mortem obire:* Sed enim, qui Mariæ se devoverat sic, sic mori nõ debuit. Quare optimus ille intercessor rursum Regem adijt; totamque rem nũciat, veniam pro cunctis exorans. Quam inclytus ille Princeps, qui & Nobilis, & Liberalis cognomentum habuit, liberaliter concessit: Vnde Noster Gudielius voto, quo se alligaverat satisfaciens manibus, vt erat alligatis, nec fune de collo depositio Burgis Madritum pedes venit, & sese nova ratione in mancipium Deiparæ offerens ingentes pro collata liberatione gratias egit, & in perpetuam rei memoriam se in tabula compeditum, vt venerat depingi voluit: Hæc latè scribit P. Pereda Dominicanus in libro de Deipara Patrona par. 3. cap. 3.

2 Nec fuerit minus iucũdum exẽplum pro singulari Mariæ in miseres peccatores patrocinio nullum omnẽ

no respuentis, sed omnibus sedulam opem præstantis, quod P. Ioannes Lopezius, Episcopus Monopolitanus, lib. 1. de Rosario Beatissimæ Virginis cap. 15. & ab eo P. Ioānes Bonifacius lib. 3. de historia Virginali cap. 11. referunt, his verbis: Victoriam Hispaniæ Vrbem Federicus à Toleto Albæ Regulus anno 1512. gubernabat, & eorum castrorum Imperator erat, quæ Navarræ præsidium Castellæ Reges in illis locis collocarūt. Est autem Optimo Principi (suggerente P. Martino à Sanctis ex Divi familia Dominici, qui Federici confessiones audiebat) visum faciendum, vt qui blasphemus esset, Deoque, aut cœlitibus iniuriosus, non alio nisi mortis supplicio puniretur. Crescebat nimirum, & in dies augebatur impiæ, nefariæque linguæ, vel ex impunitate, vel ex pœnæ levitate licentia militaris, quæ etiam in cæterum vulgus manabat, & perniciosissima contagione serpebat. Haud multò post legem latam, plebique vniversæ promulgatam, duo gravissimi huius sceleris accusati sunt; causaque cognita capitis ex lege damnantur. Martinus, qui legis suasor fuerat, vir præclarus, & animarū salutis percupidus è suo cœnobio egressus ad custodiam vadit, & fontibus capitali supplicio, sine vlla spe veniæ addictis, auctor est Rosarij recitādi. Virginem eorum, qui se invocant, opportunam esse adiutricem perneccssariò tempore subvenire solitam; nulli quam vis indigno opem suam denegare. Consilium alter ex damnatis accepit; alter obsurduit. Cumque educti è carcere, vt Hispanorum nos est, asellis ad patibulum traherentur. Ecce, quæ Rosarij amatorem bestia portabat, ex media turba se proripit tanto impetu, vt nemo apparitor, nemo miles, nemo iudicis administer currentem asinum inhibere posset. Ille ad Divi Dominici Monasterium (rationis compotem diceres, rectique gnatum consilij) quā velocissimè properabat. Nec ante currere desiit, quàm Virginale in Cœnobio Sacellum, cui à Rosario nomen inditum faventibus superis penetravit, suūque sessorem ante Virgis Altare constituit. Accurrit Satellitium, & turba insequentium, vt fontem à templo abducant; sed eiusdem Martini à Sanctis, & Ioannis Victoriani ex eadem familia valuit auctoritas; quorum hortatu parcitum illi est, quem Deipara defendisset. Ipse beneficij memor, & tanto gratus miraculo in monasterio permansit, quo se tardum illud animal, quasi quid ageret sentiens detulisset, resque cœnobij domesticas fratrum laicorum habitu procuravit. Porrò Federici vxor clarissima tantum admirata prodigium Rosarij precationem illo ex die præcipua quadam religione percoluit, multaque Rosariorum millia coemit, militibusque distribuit, qui se hac pietate adversus imminentes Gallos armaverunt; à quibus Iulio brica (Lucronium vulgò dicimus) obsidione cincta tenebatur, sed brevi sequuta victoria est, & Galli profligati. *Hactenus egregij hi Auctores.*

3 Simile Deiparæ auxilium refert Paulus Morigia in historia *de Fonte*, & templo B. Virginis Caravagij cap. 7. hunc in modum. Vir quidam nomine Iacobus aliquando falso proditionis crimine insimulatus apud Calabriæ Ducem in carcerē coniectus, & atrocissimis tormentis expositus, cruciatuum acerbitate victus, delictorum, quæ nunquam patrarat, sed ne cogitarat quidem, reum se declaravit, quare suspendio adiudicatus, maximo animi angore affligebatur, & totam sequentem noctem traduxit insomnem magna lachrymarum effusione, & graviter conquerens, quod mortem adeò ignominiosam esset subiturus. Aderat hic fortuito senex quidam, qui eum meliori modo, quo poterat à mœrore sublevare conabatur: tandem hortatus est, vt ad Virginem confugeret, votumque eius sacræ imagini Carvagij nuncuparet; patuit Iacobus, qui illuscente die manibus post terga revinctis, lictoribus circumvallatus ad patibulum ductus Virginem, sic affatur. *O gloriosa Virgo Dei Parens, tu optimè nosci calumniam mihi impositam, & me nunquam admisisse crimen, propter quod infami laqueo damnatus sum: & si hic verum fatear, te Misericordiæ fontem, & Matrem gratiæ deprecor, vt me hac morte tali opprobrio coniuncta vindices.* Quibus dictis carnifex eum proiecit: & ecce statim mulier pulcherrima, quæ tamen non ab omnibus, sed à pro-

bis

bis tantùm visa cultro laqueum recidit. Iacobusque illæsus in terram cecidit. Iudex non auxiliari manu Reginæ cœli, sed magica arte, hoc evenisse putans, parari iubet consuetum ad recidendum caput instrumentum, cui subiectus, & genu flexus Iacobus opẽ iterum B. Virginis imploravit, & ecce ferrum à destinato ictu omnibus admirantibus ter aversum, viribusque carnifex destitutus. Quod animadvertens iudex divina virtute accidisse, Iacobum liberum dimisit: qui posteà ad prædictam Caravagij Basilicam Beatæ Virgini dicatam se contulit; votoque satisfecit.

4 Sunt quidem plurima huius Deiparæ benignitatis in miseros reos, præsertim in insontes exẽpla: Audi duo à Iusto Lypsio præclaris laudibus ob egregia litterarum studia; maximè verò ob insignem in Deiparam pietatẽ digno duplicem librum de Diva Virgine Hallensi, & Asperi colis in confusionem hæreticorum scribente: & priori quidem libro cap. 8. de quodam famulo, qui Falconem domini amiserat à morte servato, sic refert: Vir nobilis avem prædatricem æstimatam, & amatam habebat, quæ casu, aut negligentia ministri avolavit. Dominus in occasione requirere ille mussare: & quod res erat, denique dicere avolasse. Bilis huic in naribus, & sceleste, sic imponis? pretio avem alienasti, & manum mihi mendacio adis. Audi ne autem? Serio edico, nisi intra quinque septimanas (hanc comperendinationem vitæ tuæ dono) avis comparet: tu periisti. Servus in metu, qui dominica, & semi barbara tunc imperia norat: itaque requirit ipse, & alij vndique, sylvas, & devia vestigant, frustra dies lapsus, hero minæ non elapsæ, quas adrem vult cõferre. Iterum ille supplex precatur, & impetrat menstruam dilationem. Sed nulla quæstio iuvat, Dominus crucem iubet statui, miserum sub ea destitui iam laqueo illigandũ; carnifex adest, oculi obligantur, spe omni, atque ope humana abeunte, divina subvenit, & in mente ei est Diva Hallensis, quam miserorum, & præsertim innocentium sæpè levamẽ audierat fuisse: Tacitis precibus invocat, atque ecce statim in aëre visus audire sonum tintinnabulorum, quibus pedes huic avitio, vt amillæ se procãt solent illigari. Iam mens, iam spes illi redit, & dominum supplex rogat, paulum revelari, vt liberis saltem, & erectis in cœlum oculis vltimas preces possit effundere. Conceditur, oratque iterum Divã, quàm ex animo quid opus dicere? pro ipsa anima. Ecce autem palam ille ipse Falco nihil deterritus ea populi multitudine, è sublimi aëre præceps devolat, & in humero eius consedit, clamor, & gratulatio facta ipse avem, in ave vitam recuperat dominus innocentiam. At Diva Virgo omnium ore laudes accipit, & ab ipso, quem servavit testimonium; quod nunc ibi in ligno comparet: Hæc tam eleganter, quàm pice lustus Lipsius.

5 Sed simili etiam elegantia, & pietate simile refert exemplum eodem libro cap. 22. præmittens omne genus auxilij Misericordiæ Matrem, vt Ecclesia appellat in omni genere miseriarum attulisse, pergit narrare Ioannem quemdam Sampenoium Gallum natione pietate motum Hallas adviscndam Virginem affectasse; & in via duos comites parum fidos reperisse; qui cum vnoloco quatuor pateras argenteas, & tres alias alibi furto adsuliissent, & præter hæc, cædem innoxij viatoris patrassent, & de his accusati, & ex eorum confessione fuissent convicti; falso Ioannem illum horum omnium criminum socium fuisse, testificati sunt: *Hic Prætor* (iam Lipsius) nihil vltra ambigere, & Ioannem eodem adigere: & tamen, quia innoxium se proclamabat, populum hortari, vt sacrificio Missæ interesse vellent in gratiam veniamque morituri. At Ioannes. *Imò potiùs ò Prætor* (inquit) *Dominicam orationem, & Angelicam salutationem singuli recitent honori Beatæ Virginis Hallensis ad quam ibam. Et quoniam in innocentia parum præsidij est, ad illam appello: ea me tueatur:* Post dicta carnifex hominem Cruci applicat, laqueo illigat, scalis deiicit, & ille vivere perseverat, quod alij mirantur, carnifex indignatur. Itaque funem trahere, & stringere, genibus niti super eum, & premere; omnia facere, quæ accelerandæ morti essent. At ille tamen vivere: & palam videre (posteà fatus est) pulchra & Augusta facie fœminam à tergo sibi stantem, quæ amplecte-

tur,

tur, & circumdaret velut in tutelam ſuam receptum. Hora amplius, ſic exigitur: atque ecce demirantibus ſupervenit in equo vir nobilis Ioannes Sellius omnibus, ibi à virtute ſtirpe, & opibus notus. Is ad Prætorem. *Domine* (inquit) *precibus à te poſco hunc innoxium hominem mihi dones, aut potiùs Beatæ Virgini, cuius nomine, & monitu huc veni.* Ille impellitur iam ante inclinatus, & ſolvi iubet, ac ſibi habere. Accedit Sampenoius ad ſuũ ſervatorem, grates gratias agit. ille à ſe abdicat, & ad Divam (inquit) Hallenſem perge, cui promiſeras Auctorẽ tuæ ſalutis agnoſcere, & meã ab ea depoſce. Nos quoq; facimus (ait Lipſius) ò clemens! ò pia! & vt hanc innocentem laqueo mortis exuiſti, ſic nos nocentes, & vitijs alligatos abſolve, & ad beata tecum regna perduce. Sic Lipſius, qui perſimilem hiſtoriam de patrocinio Virginis cap. 31. refert.

6 Eſt etiam, vel propter auctoritatem Venerabilis Patris Petri Caniſij illud etiam afferẽdum exemplũ, quod ipſe lib. de Beata Virgine poſtquam egregiam hiſtoriam de Maria Ægyptiaca à nobis ſuo loco allatam latè ſcripſiſſet, ſic refert. Atque hic mihi venit in mentem alterius mulieris, quam ſi non nomine, at re ipſa ob cõmiſſum nẽpè homicidium peccatricẽ quoque fuiſſe, neceſſe eſt. Vixit autem circa annũ Domini 1094. non procul ab vrbe Laudunenſi. Hæc arcanum homicidij crimen à ſe commiſſum in exomologeſi detexerat Sacerdoti; à quo cum reſciviſſet Magiſtratus, flammis ardentibus eam tradi, & ad ſupplicij locum morituram abduci imperat. Hæc ad ſupplicium ducta fortè per Deiparæ templum iter habuit, & in eo cum coram populo vniverſo de commiſſo ſcelere confeſſa fuiſſet, Virgini Matri magna fiducia ſupplicavit, ſeque totam eius patrocinio commendavit. Hinc digreſſa, & iam in ignem ſemel, atque iterum conjecta, tantum Dei, & Virginis beneficium ſenſit, nihil vt ab igne, quamvis copioſo, ac vehementi caperet detrimenti, imo non modo carnem, ſed veſtem etiam ab omni flammarum iniuria ſervavit ſemper illæſam. Quare cum admiratio ingens animos populi occuparet, ad dictum Mariæ templum curſitatum eſt, vt vna cum bona muliere Deo, ac Virgini gratiæ agerentur, tantumque miraculum ad Virginis invocationem geſtum communi omnium lætitia celebraretur. Teſtem huius hiſtoriæ Segebertũ habemus in Chronico: Hæc Caniſius. Quibus ego addidiſſem Deiparam, quæ perfectiſſima Dei Adminiſtra eſt, non clementiæ ſolum, ſed recti iuris, & iuſtitiæ pulchrum ſpecimen dediſſe: Nam quæ ianua eſt pœnitentiæ, & ad confeſsionem peccatores adhortatur, & vrget; miſeram illam peccatricem, quæ monitis Virginis obtemperans rite fuerat confeſſa, & malo fato nefarium confeſſarium Sacramento abutentem habuerat; iure optimo à ſupplicio publico, & nece defendit.

7 Refero tandem libenter mirum pro Virginis benignitate, & fidelium in ipſam pietate exemplum, quod Bartholomæus Gramondus, vir æquè Galliciſsimus, ac diſſertiſsimus lib. 10. hiſtoriarum Gallicarum de exploratore hæretico ad Catholicam fidem converſo, & à Deipara à furcæ ſupplicio liberato, ſic refert. Poſtquam patuit Sectæ exploratorem eſſe, qui ſe mentiebatur Catholicum militari iudicio in furcam agitur Moriturus P. Langladæo (is Franciſcanus ex Recollectorum familia) committitur, certoque prædeſtinationis indicio cõvertitur ad Catholicam fidem, quo momento in necem rapitur. Haud ignarus ſum, pleroſque pro commento accepturos, quod ſequitur: æqui, bonique conſulat Lector: mihi rei probatio eſt, quanta eſſe poteſt, nempè ex Langladæi ſcripto, quod ipſius manu obſignatum accepi: nec ſatis mihi eo ſcripto: acceſſit, & Sclarmondi fides (id reo nomen, qui ſe mihi non multo poſt exhibuit reducem ex voto, quod Deiparæ Montis Serrati in Catalonia nuncupaverat) Sclarmondus momento inſtante, quod omnium decretoriũ eſt. *Audiſſe ſe* (inquit) *de Deipara Virgine pleraque, quæ fidem ſuperant, cui in ſpem ſalutis votum nuncupare auſit: ſi fatum eluctari labitur, iturum ſe ad Baſilicam Montis Serrati, vbi colitur Virgo agendis pro vitæ beneficio gratijs.* Ad hæc Langladæus. *Salutem animæ, ſi credis Virgini vt patronæ, nihil eſt, quod à iudice timeas prima Matris apud Filium gratia*

eſt,

est, reliqua desperata sunt post capitale iudicium, quoad mortem deposceris. Nihil his commotus Sclarmondus votum Deiparæ Virgini nuncupat si vitam sibi impetravetit, iturum se ad Montem Serratum habendis ab accepto beneficio gratiis. Per manualem scalam sublevatur funeque ad collum adacto proiicitur: iam humeros premebat ferali vestigio tortor morti accelerandæ tota corporis mole insultans, cum fracto fune reus in terram cadit. Ad hæc Capitalium Præfectus duplicari funē imperat, patibuloque iterum suffigi reum, legitur firmo stamine duplex funis, agitur in sublime reus, mox detruditur, & proculcatur: iamque pro mortuo habebatur cum funis iterum rumpitur. Statim ingenti vociferatione personant castra ea vocè *Miraculū: Miraculum.* Confestim ad Capitalium Præfectum accurrit circunstantium globus: *morique vt eximat, petunt miserum hominem, quem Deus vivere adhuc velit.* Ille laxari restim iubet, quæ vestigium iugulo tam altè impresserat, vt nemini primo intuitu addubitatū, quin exspirasset, cum ille placidè oculos explicans vitæ indicium dedit. Capitalium præfectus diplomate liberatorio impetrando ad Regē properare, crebrescente que miraculi fama Sclarmondus ipse advolvi Sacris genibus petere à Rege veniā ex crimine, quod aperto miraculo diluerat Deus. Rex vltorem se negans vbi Deus miraculo parcit, vitam donat, exsolvendoque voto dimittit reum. Subijcit Gramondus. Hæc mihi Hyppollytus Lagladæus scripto tradidit: hæc eadem confirmavit Sclarmondus ex Monte Serrato redux hæc vulgavit fama publica: tuum esto iudicium, qui hæc legis. Quibus respondemus. Credimus; nec in iis, quæ ad miraculosam Deiparæ pietatem spectant addubitare fas esse putamus.

MARIA ADVOCATA, & adiutrix, & propugnatrix in Bello.

§. XI.

1 HÆc thesis non vnam omninò adnotationem, sed iustū volumen, atque illud ingens, imò, & plura quidem volumina exigebat: cum vel solum de victoriis à Mariæ Hispaniæ nostræ concessis ipsa Diva hostes profligante vnus Auctor duos conscripserit libros: Quamvis verò multa in hanc rem ipse, & alij plures nobis occupaverint: non possum, non vel prædicare, vel mirari Deiparam, quæ à Salomone Cant. 7. vers. 1. *Sulamitis*, id est, *pacifica* appellatur, quæ nimirum Mater pacis, & Autrix pacem attulit mundo; pugnatricem, & bellatricem, & victricem palmamque de hostibus referentem videre; vt dixerit inibi Salomon: *Quid videbis in Sulamite nisi choros castrorum?* tanquam vna ipsa instar ingentis phalangis ex fortissimis militibus collectæ esse videatur: Nimirum ipsa, qua Sulamitis est, pro pace bellum gerit, & pro populi sui salute, & pro hæreditate sua arma sumit, nec deponit, quin pacem, & quietem illi reddat. Novimus Hispani, qui Deiparæ totam Hispaniæ regiones, & oras à Maurorum servitute vindicatas, & redemptas debemus, & quibus dum Damasceni verba in Menæis 18. Iunii post Od. 3. de S. Leontio fideliter vsurpabamus: *Contra hostes gravi nos bello prementes in aciem quæso descende, ferociter quippè tuam Hæreditatem invadunt, Barbarorū audacissimos spiritus manu Tua pessunda, vt agnoscant Potentiam tuam bellandi cupidæ gentes. Denique omnes omninò adversarios nostros solo nutu tuo ad nihilum redige*, felicissimus semper eventus obtigit; vt in quatuor millibus præliorum (tot à diligentibus Scriptoribus cum Mauris commissa memorantur) victores semper evaserimus; visa sæpè in illis Diva Maria feroces hostes sternente, & profligante. *Cant. 7. v. 1.* *Damasc.*

2 Id planè tinniunt ea verba Canticorum 6. vers. 3. *Pulchra es amica* *Cant. 6. v. 3.*

mea ſuavis, & decora, ſicut Hieruſalem: terribilis vt caſtrorum acies ordinata: obſerva epiteta inter ſe ad ſpeciem pugnantia; dum Virgo vna ex parte ſuavis, & decora, & quod plus eſt, ſicut Hieruſalem; *quæ viſio pacis dicitur:* ab Sponſo prædicatur; ex alia verò terribilis, tanquã copioſus, & validus exercitus terrorem incutiens appellatur: Quid enim ſuavitati, & terrori? quid bello, & paci? quid pulchritudini? & ferocitati? ſed omnia inter ſe omninò conveniunt: dum Dei para, vt amicis, & ſui ſtudioſis ſuavis, & decora ſit; eorum inimicis, & hoſtibus terribilis, & formidabilis conſpicitur: ita hæc capiente Ruperto ibi; *Sicuti amicis decora, & amabilis; ita hoſtibus pavẽda eſt, atque terribilis:* ſed & Bernard. in deprecatione ad Virgnem ſic eam affatur: *Tu terribilis vt caſtrorum acies ordinata: Quid enim? An non horruerunt principes tenebrarum? quando viderunt præter morem armatura omni fortiore inſtructam, contra ſe procedere fœminam, fœminã fortem ad bella doctiſsimã, cuius enſis ſuper fœmur ſuum. In circuitu eius acies valida ſpiritualium virtutum ſuo ſe invicem ordine tuentium, &c. Tu ergo bellatrix egregia.* Hæc ibi Bernardus. Pulchrè verò S. Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus oratione de Zona Virginis: ſic cum ipſa admirabũdus colloquitur. *O Zona, quæ noſtræ naturæ imbecillitatem adſtringis, & roboras, & inimicos noſtros viſibiles, & inviſibiles impedis. O Zona veneranda, quæ tuam Civitatem circumdas, & contines, & conſervas à barbarica illeſam excurſione.* Hæc Germanus. Similiter etiam S. Ioſephus eiuſdem Eccleſiæ Conſtãtinopolitanæ miniſter in Menæis die 16 April. Ode. 5. de S. Baſilio, ita exclamans clamat. *O Virginea Civitas Dei, de qua occaſione dicta ſunt glorioſa! hãc addictam Tibi Civitatem,* & omnem *ditionem illi connexam, cum ab omnibus periculis, tum à fame præſertim, ac barbarorum furore cuſtodi, tanquam amica, & adeò certa Tutela fidelium, quæ confundi neminem ſinat.* Sic Ioſephus.

3 Sed qua occaſione id Germanus ſcripſerit ſcire eſt operæpretium; ipſomet Pont. Maximo Gregorio II. pro nobis fideiubente: Res ita ſe habuit Anno ſalutis noſtræ 717. qui ſecũdus erat Leonis Iſurici Imperatoris antequam ipſe malo fato imaginum cultũ laceſſere cæpiſſet cum triennali obſidione à Sarracenis Imperialis Vrbs cincta eſſet: Sãctiſsima Virgo tutelatis grandi miraculo ei ſubvenit, dũ eius Imaginem, quod rebus iam prope deſperatis, atque ad triarios redactis vni cum ſupererat Aſylũ, in ſolemni proceſſione circumgeſtaſſent; hoſtes Panico furore correpti, & vèlut Oeſtro quodam pereiti diffugiunt, Vrbẽque liberam dimittunt: & quod victoriæ gloriam auctius cumulabat duæ Sarracenorũ inſtructiſsimæ claſſes, quarum altera ex Ægypto, altera ex Africa ſolverat, quibus annona obſidẽtibus portabatur, horribili tempeſtate cœlitus immiſſa diſſipatæ miſerrimè perierũt: audi primũ Theophanem hac de re in annalibus Græcorum: *Tunc Deo cooperante per interceſsionẽ intemeratæ Dei Genitricis Mariæ protinus ſubmerſi ſunt inimici, & aſſumptis ſpoliis noſtri, & expenſis eorum, annona videlicet cum gaudio reverſi ſunt. Et experimẽto dedicerunt Saraceni, quia Deus, & Sanctiſsima Virgo Dei Mater Maria hanc muniunt Vrbem, & ſub alarum ſuarum protectione defendunt.* Sic Theophanes: Qua autem ratione? quo medio, & tam brevi temporis ſpatio, ſic efficaciter impetrarunt enucleatius diffundit Vincentius Beluacenſis, hunc in modum. *Apud Conſtantinopolim in Monaſterio Sanctæ Dei Genitricis, iuxtà Palatium in mari prope S. Sophiam erat imago B. Mariæ, quæ tenebat infantem in brachio, quam depinxit in tabella S. Lucas, cum adhuc Sanctiſsima Virgo viveret. Hæc imago vocabatur Odigitria, id eſt, Dedutrix, quia duobus cæcis apparuit S. Maria, & deduxit eos ad ſuam Eccleſiam, & illuminavit eos: Cum iſta imagine faciunt Proceſsionem omni die Martis per totam Civitatem. Cum ergo, vt ſupra dictum eſt, obſeſſa eſſet Civitas, & cives ieiunarent, & orarent ſimul, & pugnarent, quidam civis admonuit aſſerri illam imaginem, & ab omnibus orationem fieri, hoc modo Sancta Dei Genitrix, quæ toties nos liberaſti, libera nos modo de inimicis Filij tui, & in Mari merge illos. Et cum hoc dixiſſent, ſtatim procella ſurrexit, & omnes naves Saracenorum, aut merſit, aut fregit, Benedicta Matre Domini ſuorum precibus annuente:* Hæc Vincentius. Iam Gregorium Pont. Max. hæc omnia probante,

Rupert. *Bernar.* *Germa.* *S. Ioſep.* *Theoph.* *Vincen.* *Gregor. Pont.*

&

& Sancto Germano Patriarchæ Constantinopolitano de tam illustri victoria gratulantem in epistola ad ipsum, quæ lecta, & approbata est in secunda Synodo Nicena, audire est operæpretium: Sic enim Pontifex Patriarcham affatur: *Propugnatricis illius Sanctæ, & omnium Christianorum Dominæ miranda facta, quæ in te declarata sunt, per quæ tu quoque contra hostes servatus, non sunt reticenda: Illi enim cum insania multa tumultuarentur, tantum in se invenerunt adversitatis hostilis, quantum eorum causa iniustitiæ habebat. Neque hoc tamen mirandum est. Nam si Bethulia per manum Israelitis mulieris servata est, cuius opus erat Holofernis sublatio, & per ea tempora ob id salus Israelis vocata est; quomodo nõ oportebat, & tuam sanctitatem huiuscemodi propugnatrice Dei, ac Domini nostri Matre vtentẽ hostibus Civitatis prævalere ipsamque victoria coronare.* Hæc & alia in Deiparæ laudationem Gregorius.

4 Hanc historiam occasione Verborum Germani primò posuimus loco; sed priùs scribenda fuit mira eiusdem Vrbis liberatio à Deiparæ auxilio anno 625. quippè vt cum primis Virginis Mariæ cultui impensè, ferventerque ea Vrbs addicta erat, sic quoque eius auxiliatricem manum in variis cladibus evidẽtissimo persensit experimento. Cum enim Occidentales Hunni (quos Avares Thraces nũcupatos historici scribunt) à Cosrroa Persarum Rege cum quo Heraclius Imperator, tunc bellum gerebat sollicitati Constantinopolim Imperatoris præsentia destitutã, maximis vndique coactis copijs terra marique hostiliter adoriuntur arctissimèque obsessam, sic premũt, sic affligunt, vt parum abesset, quin expugnarent Potentissima illa hominum, & Angelorum Regina à Clientibus, assiduis devotè pulsata precibus succursum minimè subtraxit, sed hostium vires, ac robur varijs casibus, ita fregit, & attrivit, vt re infecta discedere cõpellerentur: Quod sic refert in Annalibus Theophanes: *Avares Thraces Vrbi Constantinopolitanæ appropinquantes hanc depopulari poterant multis machinis adversus eam cõmotis ijdemque, & navium sculptarum ex Istro flumine multitudine infinita delata sinum repleverunt Maris: Decem sanè dies Vrbem obsidentes bellum terra, Marique gerentes Domini virtute, pariter & operationes necnon & intemeratæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ intercessionibus superati sunt, amissis verò terra, marique ingenti numero suis magno cum dedecore discesserunt.* Hæc Theophanes, & eodem ductu Cedrenus; apud quos, itidemque apud Curpalatem, & Nizetam plura in hanc rem videris: hi enim sicut & Card Baronius mirè ad annum 1123. multi sunt in scribendis victoriis Græcorũ Principum peculiari Virginis auxilio obtentis.

Theoph.

5 Sed non fuerit ommittenda cõmemoratio insignis in Deiparã pietatis Narsis egregij Ducis, qui ipsius auxilio Totilã Regem Gotthorũ, & exercitum eius profligavit; & pluribus cũ barbaris cõmissis prælijs victor semper evasit, vt Niceplorus lib 7 historiæ Paulus Diaconus lib. 2. de gestis Longobardorum, & Card Baronius tomo 7. Annalium dissertè referunt. Sanè de ipso Paulus Diaconos hæc habet. *Virginem Dei Matrem Vir pijssimus mirè amabat, & honorabat vigilijs, & orationibus in tantum studens, vt plus supplicationibus, quam armis bellicis victoriam obtineret:* Iam de Deiparæ ope, sic inquit Evagrius lib. 4. *Commemoratum est ab his, qui vna cum Narsete fuerunt, dum precibus, & alijs pietatis officijs Divinum Numen placaret, debitumque cultum illi tribueret, Sanctam Virginem Deiparam ei apparuisse, planèque tempus præscripsisse, quo bellum cum hostibus gereret, atque vt non prius ad prælium committendum se accingeret, quã cælitus signum acciperet. Multæ quoque res valdè memorabiles à Narsete Virginis Deiparæ auspicijs gesta sunt.* Sic Evagrius.

6 Nec pigebit alia è multis huic instituto cõsentanea afferre; Enim verò Hungarorum aliquando immensa propè modum copia Germaniam forè depopulata est, & post innumeras vbique strages, & clades Augustam obsidet cuius Episcopus erat tunc, & aderat Sanctus Vdalricus. Ille totum noctis spatium in oratione perdurans ad Matrem Dei supplices & suas, & populi sui obsecrationes obtulit, quas Virgo exaudivit. Nam Hungari prædicti, comperto Othonis Imperatoris

adventu timore correpti, primò obsidionem solvunt, deinde obviam pergunt, & inito prælio à paucis militibus Othonis multa millia funduntur, frãgantur, cæduntur; cæteri fugam arripiunt. Quæ victoria ingentes, tum à Vldalrico, tum ab Othone, & ab Augustanis civibus gratiarum actiones ad Deum, & B. Virginem repetit. Sic habetur in vita S. Vdalrici apud Surium 4. Iulij, & in Floëardo in Cronico.

7 Benè illud: *Phryx verberatus melior, & obsequentior*, itidemque *sero sapiunt Phryges*. Nimirum Hungari malo accepto sapuerunt aliquando, quippè anno 1443. Rex Vladislaus Comitibus Iuliano Cardinali; Georgio Despote Rasciæ, & Ioanne Huniade Baiboda Deiparæ auxilio ingentem victoriam reportavit contra Turcas, in qua triginta millia occisa sunt: ipse verò Rex in Hungariam redux ingenti gaudio, & sacra pompa exceptus Budæ nudis pedibus ex toto priusquam Regiam adiret Ecclesiam Beatissimæ Virginis petens signa hostium in ea affixit lætante tota Hungaria, & Mariæ laudes triumphali Cãtico vndicumque sonante. Sic Spondanus ad annum 1443. ex Calimacho Cromero, & Bonfinio victoriam hanc fusius scribentibus.

8 Præclara etiam est victoria, quã Sigismũdus Poloniæ Rex anno 1514. ope Virginis de Moscovitis obtinuit: Cui primum totum belli successum commendavit misso Episcopo Cracovienti ad S. Mariam de Claromonte: cumque ille Regis nomine ad ipsam preces funderet, auditi sunt dæmones funestè clamantes: *O Maria! non cessas pro Nazarxis postulare*: Ergo prælio cõmisso cæsa sunt supra triginta Moscorum, millia ex octoginta equitũ millibus, qui in armis erant, capta quatuor millia cum præcipuis ducibus, ac multis proceribus, & numerosa multitudine signisque, quàm plurimis cũ è Polonis ceciderint, dumtaxat paulò plusquam quadringenti equites: pius verò Rex, vt profiteretur non suis viribus, sed Virginis auxilio victorem compotem factum, vexilla hostibus erepta, simul cum donis pretiosis ad Divam Virginem misit. fusius id referentibus Spondano anno 1514. & Vincentio Carron in Kalendario die 2. Martij num 2.

9 Similis mens, pietasque fuit Philippo Augusto Franciæ Regi, qui bellum cum Rege Anglo, cui Otho Imperator cum multis copijs in auxiliũ venerat invitus gesturus: Conscius periculi in quod ingrederetur, supplex Virgini Matri se devovit: Eiusque potentissimo auxilio Othonem, Anglum Belgas alioſque ipsis fœderatos profligans gloriosam cunctis retro sæculis victoriam consecutus est. In cuius rei memoriam propè Sylvanectum fundavit Abbatiam in honorem S. Mariæ à Victoria, vt qui Sanctissimæ Virginis auxilio, tam gloriosam reportaverat victoriam eiusdem gloriæ perpetuam eidem Virgini penderet monumentum Hæc fusius narrant Annales Franciæ, & Genebrardus ad annum 1213.

10 Sed illustriorem illam Victoriã dixeris à Virginis auxilio, quæ Christiano populo obtigit ex bello sacro contra Saracenos, quod pro recuperãda terra Sancta ab Vrbano Secundo, & toto Concilio Claromontensi sub auspicijs Dei Genitricis indictum est, quam idem Pontifex, idemque Concilium invocari voluit recitatione cottidiani officij de B. Maria. Quibus precibus effectum est, vt reciperetur Ierusalem summa fidelium lætitia Duce Godefrido Bullonio, magna pars idumeæ ad Christianum dominium reduceretur: Hæc sic narrante Card. Baronio ad annum Domini 1095.

MARIA ADVOCATA in bellis; quæ singillatim ab Hispanis invocata victorias, & triumphos ipsis largitur.

§. XII.

1 PVlchrè S. Sabbas Beatissimam Virginem, quæ Principes Christianos ad bellãdum, & vincendum contra infideles accingit, hũc in modum affatur in Menæis Græcis

die

S. Sabb. die 2. Iulij Ode. 4. de Virginis veſte: *Per te, ò Deipara tanquam virtutem ex alto Reges Chriſtiani accinguntur ad Bellū, & genti tuæ illuſtrem concilias gloriam velut nervus quidam vinculumque membrorum.* Sic Sabbas, quaſi ore prophetico prænunciet noſtræ Hiſpaniæ regna olim malo noſtrorum peccatorum fato in Maurorum ditionem, & ſervitutem redacta: ſubinde glorioſæ Virginis ope, & auxiliari brachio, quo tanquam virtute ex Alto Reges noſtri ad bellum accincti ſant, in priſtinæ libertatis ſplendorem reſtituta videmus, & quod Maria Deipara auxiliatrice tantum Bonum nobis advenerit ſingulariter gloriemur: Sed enim quoniam denuo reſurgentibus malis præſens ætas, qua vix nulla alia diras ſuſtinet bellorum clades, & attrociſsimam tempeſtatem, toto velut terrarum orbe concuſſo, & terribiles tubas inflāte ad ſtrepitum armorum, tum Chriſtianorum Principum, tum gentium infidelium; placet pro rei opportunitate primum Deiparam cōſalutare iiſdem omninò verbis, quibus Eccleſia Græca in Menæis die 5. Maij, Ode. 9. de S. Irene M. ipſam piè, & eleganter precabatur, vt omnium Eccleſiarum pacē impetraret, hunc in modum; *Tu ò ſacratiſsima! cui eſt omnimoda libertas à Filio tuo quodlibet poſcendi ſine vllo metu repulſæ. Hunc ipſum Filium tuum exora, vt toti Mundo pacem largiatur, & concordem omnibus Eccleſijs ſenſum, quandoquidem Te nos Chriſtiani, ac planè te ſolam irato obÿcimus Domino, quæ illum vt clementius de nobis ſtatuere dignetur, impellas:* Deinde verò ex vluſquā quatuor mille victorijs, quas gens noſtra Dei genitrice auſpice de inimicis ſuis glorioſè retulit, pauculas quaſdam in medium adducere, vt ex præteritis beneficijs noverimus ſperare futura.

Eccleſia Græca.

2 Et verò cum in libro de Optimo Principe, hoc argumentum ſimus perſecuti, memini me ibi lib. 2. Adnot. 7. num. 7. in hanc rem adduxiſſe, quod de Arca legis, quam filij Iſrael ſecum in prælia deferebant, dicebat Athanaſius libro de interpretatione Pſalmorum ad Marcellinum: *Si bellū populo ingrueret, Arca, in qua erant tabulæ legis ante omnes præcedebat: hoc ſufficiebat illis pro quavis acie in ſubſidium:* Quod omninò refero ad Deiparæ Imaginem, quam in vexillis depictā Hiſpani Reges præferunt; quaſi illis ſufficiat pro quavis acie in ſubſidiū; vt à primis temporibus, quibus Saracenorū iugum excuſsimus felici experientia compertum eſt, duce glorioſiſsimi facti Principe Pelagio, qui in ſpeluncā S. Mariæ de Covadōga apud Aſtures primum incluſus præſentiſsima ſubinde eius ope, quam enixè petierat, erectus cum parva manu immenſam barbarorum multitudinem aggreſsus his verbis (quæ refert Lucas Tudenſis in hiſtoria) malum Epiſcopum Oppā, qui eum infideliter hortabatur, vt ſe hoſtibus ſubijceret, allocutus. *Confidimus per intercesſionē glorioſæ Virginis Genitricis eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti à Sarracenis ſalvari, & ipſa adiuvante, quæ Mater miſericordiarum eſt, gentem Gothorum de paucis, qui ſunt in iſta ſpelunca reſtaurari, ſicut de paucis granis infinitæ ſegetes germinarunt.* Nec vana Pelagij ſpes, ſed inſigni miraculo confirmata: rem ſic narrante P. Ioanne Mariana lib. 7. de rebus Hiſpaniæ. *Speluncæ aditus telorum omne genus, & lapidum procella quaſſatur. In quo vis Numinis apparuit noſtris propitij, inſenſi hoſtibus. Sagittæ & lapides miſsi, reflecti in iacientes viſi ſunt, ipſoſque barbaros revoluta in auctores tela magno numero vulnerare, trucidareque. Tanto miraculo hoſtes attoniti Chriſtianis cum ſpe victoriæ pugnandi ardor inceſsit. Erumpunt ex latebris pauci numero eluviē corporum ſeda acies pugnam magnis animis invadunt, tumultui perſimilis dimicatio fuit. Hoſtes immiſſa divinitus formido debilitavit, continuoque in fugam verſi, cæſi ſupra viginti millia.* Hæc Mariana; & alia, quæ totidem verbis ſcripſit Card. Baronius ad annum 718.

Lucas Tud.

P. Mar.

Athan.

3 Dixeris: prælium iſtud fuiſſe quaſi Idæam, & paradigma cæterorū, quæ cum infidelibus commiſſa ſunt: dum Deipara velut Arca cum bellum Hiſpaniæ ingrueret, pro quavis acie in ſubſidium fuerit: Sic anno 1212. illuſtriſsimam Victoriam Rex Alfonſus huius nominis Octavus de ingenti Maurorum exercitu retulit: Nam Mahomadi Regi vltimam, vt ille putabat, cladem Chriſtianis illaturus animosè occurrit fretus Dei ope, & Virginis auxilio, cuius imaginem in

regijs vexilius depictã ferebat, & militibus sacramentis ritè perfundis, & Missa peracta certamen inivit, in quo quamvis anceps primùm victoria fuerit, tandem præeunte signo Dominicæ Crucis, & regio vexillo, in quo erat imago B. Virginis Filium suum in sinu gestantis, & velut illum pro suis exorantis tantum in Mauros pauoris incidit, vt victi, fugati & ad internetionem deleti fuerint: & cum plusquam ducenta millia perierint, vix viginti quinque è nostris sublati fuerint: In tam præclaræ verò victoriæ Genitricis Dei auxilio obtentæ memoriam observavit nobilis scriptor Alvarus Gometius regium illud vexillum, in quo expressa erat Deiparæ imago, qua visa Mauri, tam multi, tamque fortes in fugam dati sunt in templo Toletano conservari.

4 Ad præfatam verò victoriarum Virginis ope obtentarum idæam pleni sunt nostri Annales historijs similibus, quas longum esset recensere, sive ex Castellæ, sive ex Lusitaniæ, Aragoniæ, & Indiarum scriptoribus apud quos iam videris Deiparam in aciem progressam, iam Imperatores prælij instantis admonentis, iam arma capere pro communi salute iubentem: iam ipsam in prælijs nostros adversus barbaros ducentem, & quod in Regno Chilensi accidisse refert P. Alfonsus Ovalle sinu pleno pulveres in hostium oculos excutientem, quibus excæcati ad victi, & ad satietatem cœli fuere: Illa verò miraculosa victoria præcunctis memoranda cum Virgo præ Christianorum salute prodigium illud Solis consistentis ad vocem Iosue ei præcipientis: *Sol contra Gabaon, ne movearis; obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Israel*, Iosue 10. vers. 12. mirabiliter renovavit Pelayo Correa militiæ D. Iacobi Magistro, sic de ipso affirmante Mariana lib. 13. de rebus Hispaniæ: *Ipse eadem Tudiæ ad Marianorum montium radices Divæ Mariæ nomine sacrum à fundamentis exstruxerat Victoriæ monimentum, quam superioribus annis de Mauris retulit eo loco nobilissimam Sole etiam à cursu retento, quo dies longior, & maior esset hostium fugientium strages.* Addit ipsemet Mariana in eamet historia, quam postea Hispano sermone donavit: illam Ecclesiam appellari solitam Sancta *Maria de Tentudia*, quod Pelayus Sole, iam occidente Deiparam, sic invocaverit *Domina diem tuum detine*, quod Hispanè, sic acceperunt, *Señora, teu tu dia.* Rarum sanè prodigium obediẽte Domina voci hominis, & pugnante pro Hispania

Iosue 10 v. 12.

5 Iam verò, vt ad recentiora tempora veniamus: anno 1471. Alfonsus V. Lusitaniæ Rex, dum Arcillam in Africa occupare meditaretur, tam ingens Maurorum multitudo ei occurrit; vt vix illi resistere valens, ad Virginem Genitricem Dei cõfugiens, ipsa invocata; dataque copijs pro signo præliũ strenuè aggreditur, & Mauris victis Arcillæ Castrum occupavit, & insigni Victoria de Mauritanis triũphavit. Quare pro tam illustri Victoria Deiparæ propè Eboram elegantissimum Equum Regemque ei insidẽtem ex argento conflatum, vt votum exsolveret dedicavit: Sic Vascõcelos de Regibus Lusitanis in Alfonso V. & Bzovius tom. 18. annal. pagina 5. Nec multo post Catholici Reges nostri bello, paceque clarissimi, nec vnquam pro mentis laudati Ferdinãdus, & Elizabeth, quibus Hispania debet vltim ã Maurorũ exterminationẽ Regno Granatæ ab ipsorũ manibus extorto Deiparam cunctis in prælijs Patronam, & Auxiliatricem vocabant, & in ipsius honorem templa, & sacella indesinenter erigebant.

6 Illa autem Navalis Victoria, quam Duce Ioãne Austriaco Philippi II. Regis fratre, & eius vices gerente exercitus Christianus de Turcis anno 1571. gloriosè retulit, qua ab Augusti Octaviani tempore maiorẽ Mare Mediterraneum minimè vidisse fertur, Deiparæ auxilio in vexillis depictæ, & omnium vocibus invocatæ; & Pij V. Pontificis diploma, & omnium fidelium ora loquuntur: Ergo Christiana Classis oculis, & animis in Mariam Sanctissimam defixis, & tanti Pontificis benedictione munita ad Echinadas insulas Turcicæ occurrit, *& cum iam manus cum Turcis* (verba sunt Laurentij Surij in Commentario historiæ ad annum 1571.) *conferendæ essent, tympanis, tubis, fistulis, aliisque musicis instrumentis accensis militũ Christianorum animis alta voce Deus Omnipo-*

tens

tens Trinus, & vnus invocatus; ipſa quoque Sanctiſsima Chriſti Mater, vt quæ plurimum poſsit apud Filium ſuum reverenter ſalutata eſt. Nec vana ſpes, nec irritæ preces dum ſub ipſum pugnæ initium præſentiſsimum Deiparæ auxilium enituit; obſecundante noſtris vento, qui ante pugnam contrarius erat, fumumque bombardarum, & tela hoſtium in ipſorum ora retorquente: Commiſſo igitur inter vtramque claſſem attrociſsimo prælio, à ſexta diei hora, vſque ad veſperam ingenti vtrinque animorum ardore, & magna cum internetione pugnatum eſt; Deiparæ tandem auxilio prævalente, & Chriſtianis Victoriam in manus dãte dum in pugna optimus quiſque Turcarum, aut ferro cecidit, aut captus eſt; hoſtibus ad triginta millia cæſis, decem millibus in poteſtatem redactis. Quindecim millibus Chriſtianis è remo libertati reſtitutis: Agnoſcens autem magnus ille Pontifex Pius Deiparæ beneficio adeptam fuiſſe, tam egregiam victoriam, eidem peculiare feſtum ſingulis annis faciendum ſtatuit: Quod Romanum Martyrologiũ die 7. Octobris, his verbis declarat: *Eodem die cõmemoratio S. Mariæ de Victoria, quam Pius Pontifex Max. ob inſignem victoriam à Chriſtianis bello navali eiuſdem Dei Genitricis auxilio hac die de Turcis reportatam cottãnis fieri inſtituit.* Refert etiam pro Pontificis pietate citato loco Surius ipſum eadem die impenſius precibus vacantem, divinitus certiorem factum de Chriſtianorum victoria, eamque Theſaurario Bartholomæo Biſotti diſſertis verbis ſignificaſſe.

7 Nec omiſſerim, quæ de hac victoria, quam Divæ Virgini Lauretanæ aſsignat Horatius Turſelinus lib. 4. hiſtoriæ cap. 21. ſic affirmat: *Ipſo Navalis prælij die antequam ſigna cãnerent, Chriſtiana mancipia remigio à Turcis addicta; pro libertate plerique autẽ Duces, ac milites Chriſtianæ claſsis pro ſalute, ac victoria B. Mariæ Lauretanæ vota fecerunt, vt dubium cuique eſſe non poſsit, quod tam inſignis victoria poſt Deum Deiparæ debeatur. Quare remiges captivi Turcarum, & milites Duceſque Chriſtiani ad agẽdas Deo, eiuſque Genitrici gratias, votaque reddenda Lauretum ſe contulere, ac divini beneficij monumenta ibi reliquerunt: alij Catenas, quibus ad remos religati fuerant Deiparæ liberatrici. alij, hoſtium manubias eidem victoriæ Auctori conſecrarunt:* Hæc Turſelinus.

8 Sed iam tandem, vt planum nobis fiat, Hiſpaniam noſtram ſub Tutela Deiparæ perpetuò eſſe, *quæ pupillis, & viduis ſuſcipiet, & vias peccatorẽ diſperdet*: Ecce novum miraculum, quo Virgo Sanctiſsima egregium patrocinij ſui ſpecimen dedit. Prima nempè Martij die, anni Chriſtiani 1666. fædifragus Maurus Gailan arcem noſtram Alarache oppugnaturus, nec ſuo ſolum; ſed quovis prudenti iudicio expugnaturus, & occupaturus advenit, quippè arce illa ducentis pœne militibus cuſtodita, Maurus quinquaginta mille pugnatores afferebat, omnibus belli armamentis communitos, & ſex tam enormi magnitudine ſcalis, vt mœnia ipſa æquarent, tantæque latitudinis, vt ſinguli gradus duos milites pugnatores exciperent; ſingulis verò ſcalis tria millia Maurorum aderant, certatim conſcenſuri. A prima ergo ei luce per quinque horas ſummo ardore Arx, tam ingenti bellatorum numero cincta expugnata eſt, verberatis vndequaque mœnibus & propugnatoribus tantopere afflictis, vt vix reſpirationi locus eſſet: ſed humanis deficientibus viribus divinæ ſucceſſere. Quippè Regina cœleſtis militiæ Maria, vt militibus ſuis vires, & robur allatura adfuit, ita hoſtibus eum terrorem incuſsit; vt ab ipſa, quæ eſt *terribilis Caſtrorum acies ordinata* citato curſu diffugerent, has indeſinenter voces emittentes. Iam diſcedimus, ò Maria! iam diſcedimus. iam imus: has Maurorum voces pluribus è noſtris audientibus, & fidem de ijs omnibus faciente Domno Ioanne de Alvarado Magiſtro militiæ, & Arcis Gubernatore in litteris quas Excellentiſsimo Duci de Medina Celi ſummo Maris Occeani Præfecto miſit, quas nobis videre licuit. *Cant. 6. v. 3.*

9 Hiſce victorijs, & triumphis à Regibus, ſive noſtris, ſive exteris de hoſtibus ſub Deiparæ patrocinio feliciter relatis, totidem poſſemus adiũgere victorias, quas fideles cottidie de infido, & inſano Mari Sãctiſsimæ Virginis auxilio conſequuntur. Quod ipſa ſit ſtella maris, vt inquit Bernardus, & *Bernar. hom. 2. m. Miſſus eſt.*

por-

portus naufragantium tutiſsimus, itidē-que *tranquilliſsimus*, *& à fluctibus procelliſque agitatorum liberatrix deſideratiſsima*: de quo & pleni ſunt Annales, tam priſci, quàm præſentis ævi, & Eccleſiarum Deiparæ parietes picturis varijs ipſaſmet tempeſtates, & naufragia repræſentantibus, à quibus auxiliaris Deiparæ manus Clientes ſuos eripuit. Inter quos nos etiam ab huius Scriptionis laboribus, fluctibus non diſsimilibus portum obtinuiſſe contenti ingentes Tantæ, tamque Optimæ Auxiliatrici gratias agimus.

S. Ephrē orat. de Laud. Virg.

OMNI POTENTI DEO
puriſsimæ Deigenitrici immaculatè
Conceptæ honor, & gloria:
nobis autem confuſio
faciei.



INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVI IN HOC LIBRO ALIQVO MODO ILLVSTRANTVR

OMISSIS IIS, QVI OBITER TANGVNTVR.

Ex Genesi.

CAP. 1. *Inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ*, fol. 11.2. *A*

Cap. 2. vers. 7. *Formavit Deus hominem de limo terræ*, fol. 82. col. 2. C

2. vers. 7. *Et inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ*, 416.2. C

2.18. *Non est bonum hominem esse solum*, 111. *A*

2.18. *Faciamus ei adiutorium simile sibi*, 95.2. D

2.27. *Tulit vnam de costis eius*, 95.2. C

3.8. *Ad auram paradisi post meridiem*, 286.1. C

3.6. *Vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum*, 464.2 D

3.18. *Spinas, & tribulos germinabit tibi*, 327.2. B

9.12. *Hoc signum fœdsris*, 115.2. C

12.13. *Dic obsecro, quòd soror mea sis*, 106.2. E

22.18. *In semine tuo benedicentur*, 163. 2 B

32.20. *Ascendit Aurora*, 219.2. C

38.27. *Vnus protulit manum*, 148.2. D

43.25. *Salus nostra in manu tua*, 196. 2. B

49.9. *Catulus leonis Iudà*, 97.1. C

Exodi.

Cap. 2.9. *Accipe puerum, & nutri*, 255 1. B

3.3. *Apparuit ei Dominus in medio rubi*, 54 1. B. 140. 2. B. 96. 1. D

3.8. *Vidi afflictionem populi mei*, 334. 1. A

3.14. *Ego sum, qui sum*, 381. 2. D

3.25. *Solve calceamentum de pedibus tuis*, 4. 1. C. 530. 1. E

14.14. *Per columnam nubis*, 253. 2. C

7.11. *Tulitque Aaron virgam, quæ versa est in colubrum*, 426. 2. B

20.24. *Altare de terra*, 48. 2. E

25.17. *Facies propitiatorium de auro*, 515. 1. C

32.7. *Peccavit populus tuus*, 16. 2. C

32.11. *Aut dimitte eis hanc noxam*, 6. 2. D. 47. 1. B. 53. 2. E

Numeri.

20.11. *Percussit virga petram*, 343. 1. C

Levitici.

20.3. *Dabo pluvias temporibus suis*, 402. 1. A

Deuteronomij.

4.44. *Deus noster ignis consumens est*, 105. 1. C

26.8. *Nudati inimicorum capitis*, 33. 1. C

28.11. *Si videris mulierem pulchram*, 164. 2. D

32.13. *Vt sugeret mel de petra*, 193. 1. C

32.22. *Ignis succensus est in furore meo*, 105 1. C

32.41. *Si acuero vt fulgur gladium*, 99. 1. C. 198. 1. A

Iob.

Cap. 2. 8. *Sedens in sterquilinio*, 218. 2. D

4.16. *Vocem auræ lenis*, 286. 1. E

6.2. *Vtinam appenderentur peccata mea*, 500. 1. D

7.1. *Militia est vita hominis*, 268. 2.

7.21. *Quare non tollis peccatum meum*, 319. 2. C. & 380. 2. C

10.8. *Manus tuæ fecerunt me*, 481. 2. C

13.26. *Scribis contra me amaritudines*, 30. 2. B

14.5. *Breues dies hominis*, 451. 1. E

14.15. *Operi manuum tuarum porriges dextram*, 29. 2. B. 481. 1. B

17.3. *Pone me iuxta te*, 72. 1. E

19.19. *Lapides excauant aquæ*, 341. 1. B

19.25. *Scio quod Redemptor meus vivit*, 320. 1. A

24.23. *Dedit ei locus pœnitentiæ*, 497. 1.C
20.15. *Diuitias, quas deuoravit euomet*, 315.1.B
28.12. *Nescit homo pretium eius*, 163 1.C
31.18. *Ab infantia crevit mecum misericordia*, 187.2.A
35.6. *Si peccaveris, quid nocebis ei*, 25. 2.E
38.13. *Tumentes fluctus tuos*, 519. 2.E
40.2. *Pones circulum in naribus eius* 314.2.E

Psalmi.

Psal. 2.8. *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam*, 153.1.B.528.2.B
9.9. *Iudicavit orbem terræ in æquitate*, 94.1.E
15.5. *Dominus pars*, 230.2.A
16.2. *Vt pupillam oculi*, 276.1.D
17.15. *Ero immaculatus cum eo*, 413. 1.C
17.17. *Cum perverso perverteris*, 120. 1.B
18.3. *In Sole posuit tabernaculum*, 504 2.A.226.1.C
18.2. *Dies diei eructat Verbum*,
21.6. *Opprobrium hominum*, 174.2.C
21.10. *In te proiectus sum*, 232.2.C
29.10. *Quæ vtilitas in sanguine meo*, 367.1.E
29.12. *Conscidisti saccum meum*, 61.2.A
22.5. *Qui tribulant me*, 265.2.D
33.9. *Oculi Domini super iustos*, 17.2. E
38. *Deus meus misericordia mea*, 40. 1.D
39.7. *Aures autem perforasti mihi*, 146. 2.B
43.6. *In te inimicos ventilabimus cornu*, 271.2.
44.6. *Sagittæ tuæ acutæ*, 122.1.C
44.8. *Vnxit te Deus oleo lætitiæ*, 53. 1.B
44.11. *Adstitit Regina à dextris tuis*, 2. 2.A.142.E.329.1.C.455.2.C
44.7. *Virga directionis*, 92.2.C
50.8. *Incerta, & occulta sapientiæ tuæ*, 40.1.C. 2. *Dele iniquitatem meam*, 379.2.D
44.10. *Mirrha, & gutta*, 204.2.C
61.4. *Quousque irruitis in hominem*, 512.1.D
61.12. *Semel locutus est Deus*, 6.1.C. 38.1.D
65.9. *Non dedit in commotionem pedes meos*, 274.1.D
66.6. *Ipse Deus Salvator meus*, 106. 1.D
66.8. *Benedicat nos Deus Deus noster*, 32.E
67.7. *Vinctos in fortitudine*, 396.2.B
67.10. *Pluviam voluntariam*, 402.1. C.423.1.A
67.13. *Specici domus diuidere spolia*, 535.1.E
67.21. *Deus noster, Deus salvos faciendi*, 29.2.B
73.11. *Vt quid avertis manum tuam*, 30.2.D
74. *Calix in manu Domini*, 189.1.D
75.1. *In Israel magnum nomen eius*, 225.1.D
76.7. *Aut continebit in ira sua misericordias suas*, 30.2.D
76.10. *Hæc mutatio dexteræ*, 24.1.A
83.4. *Passer invenit sibi domum*, 260. 1.C
83.11. *Gratiam, & gloriam*, 108.2.C
86.2. *Memorero Raab*, 3.1.A.18.1.E. 24.2.A
88.38. *Thronus eius sicut Sol*, 111. 2.B
92.1. *Decorem indutus est*, 79.
95.2. *Annunciate de die in diem*, 36. 2.C
57. *Sicut vulnerati dormientes*, 368. 2.D
103.2. *Confessionem, & decorem induisti*, 59.1.A
105.25. *Stetisset in confractione*, 321. 2.D
115.7. *Pretiosa in conspectu Domini*, 461.2.D
116.2. *Confirmata est super nos*, 122. 1.E
117.11. *Ascendit super Cherubim*, 205. 2.C
117.21. *Factus es mihi in salutem*, 34. 2.E
118.64. *Misericordia Domini plena est terra*, 187.1.D
118.73. *Manus tuæ fecerunt me*, 29. 2.A
118.76. *Fiat misericordia tua, vt salvet me*, 40.1.C
118.101. *Ab omni via mala*, 251.1.D
122. *Suscipe servum tuum in bon*, 422. 2.A
118.173. *Fiat manus tua, vt salvet me*, 92.2.B.199.1.A
122.3. *Sicut oculi ancillæ*, 343.E

126.2. *Ante lucem surgite*, 220.1.C
126 3. *Ecce hæreditas Domini*, 153.1.B 529.1.A
130. *Non est exaltatum cor meum*, 205.2.E
131. *Surge Domine in requiem tuam*, 111.1.C.393.1.D
134. *Fulgura in pluviam fecit*, 130.2.D
138.16 *In libro tuo omnes scribentur*, 540.1.C
140. 2. *Ad excusandas excusationes*, 207.2.B
142. *Quid est, quia reputas eum*, 154.2.C

Proverbia.

1.24. *Vocavi, & renuistis*, 205.1.D
21. *Foris prædicat*, 438.1.C
8.2. *In mediis semitis*, 456.1.C
17. *Diligentes me diligo*, 532.1.A
19. *Melior est fructus meus auro*, 232.2.A
23. *Ab æterno ordinata sum*, 144.2.B
29. *Quando appendebat fundamenta*, 229.2.A
30. *Cuncta componens*, 254.2.A
30. *Delectabar per singulos dies*, 536.1.A
31. *Ludens in orbe terrarum*, 545.2.D
31. *Delitiæ meæ esse cum filijs*, 423.2.B
33. *Audite disciplinam*, 101.2.D
33. *Et nolite abijcere eam*, 342.2.C
9.1. *Sapientia ædificavit sibi domum*, 139.1.B
5. *Comedite panem meum*, 257.1.E. 288.1.C
14.12. *Est via, quæ videtur homini recta*, 252.1.C
20.8. *Rex qui sedet in solio iudicij*, 271.2.E
16. *Tolle vestimentum ab eo, qui fideiussor extitit*, 91.2.D
28. *Roboratur clementia thronus eius*, 26.2.D
24.11. *Erue eos, qui ducuntur ad mortem*, 499.1.E
31.10. *Mulierem fortem quis inveniet*, 176.2.A
14. *Facta est quasi navis*, 257.1.C
16. *Consideravit agrum, & emit eum*, 399.1.D
20. *Manum suam aperuit inopi*, 205.1.B
23. *Nobilis in portis*, 456.2.B
24. *Syndonem fecit, & vendidit*, 4.2.D. 60.2.E
31. *Dare siceram*, 489.

Ecclesiastes.

4.10. *Si unus ceciderit, ab altero fulciatur*, 440.1.E
6.10. *Iam vocatum est nomen eius*, 525.2.D
7.31. *Mulierem ex omnibus non inveni*, 176.1.B
9.11. *Nec velocium cursum, nec fortium bellum*, 215.1.A
10.1. *Muscæ morientes perdunt suavitatem unguenti*, 498.1.C
12.6. *Cum consummaverit homo, tunc incipiet*, 135.1.A
12.13. *Finem loquendi omnes faciamus*, 549.2.A

Cantica Canticorum.

Cap. 1. *vers.* 1. *Meliora sunt ubera tua vino*, 128.1.259.2.C
1.3. *Trahe me post te*, 295.1.E. 406.1. D. 435.1.E
1.3. *In odorem unguentorum*, 502.1.A
5. *Decoloravit me Sol*, 120.1.E. 287.1. C. 415.1.A
5. *Filij matris meæ pugnaverunt contra me*, 499.1.E
8. *Equitatui meo*, 457.1.C. 513.1.A
11. *Murenulas aureas*, 419.1.C
12. *Nardus mea dedit odorem*, 109.2. 206.2.C
13. *Fasciculus myrrhæ*, 43.1.E.
14. *Ostende mihi faciem tuam*, 120.2.A

Cap. 2.

3. *Sub umbra eius*, 104.2.A. 503.1.E
4. *Ordinavit in me charitatem*, 341.1. C. 351.2.D
6. *Læva eius sub capite meo*, 486.2.E
10. *Surge propera amica mea*, 89.2.A

Cap. 3.

4. *Tenui eum*, 62.1.C. 92.1.D
9. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon*, 453.1.B
11. *In Diademate quo coronavit eum*, 38.2.D. 42.2.C

Cap. 4.

3. *Cortex mali punici*, 288.1.C
3. *Vitta coccinea*, 402.2.D
4. *Turris David collum tuum*, 120.2.D
5. *Duo ubera tua*, 258.2.C. 393.1.D
8. *Veni de Libano*, 5.2.C. 23.2.D
11. *Favus distillans*, 37.1.E
13. *Fons hortorum*, 19.1.E
15. *Emissiones tuæ*, 541.2.B

Cap. 5.

1. *Bibi vinum cum lacte meo*, 260.2.C
5. *Anima mea liquefacta est*, 341.2.D
9. *Qualis est dilectus tuus*, 150.2.B.

10. *Electus ex millibus*, 355. 1. *A*
11. *Elatæ palmarum*, 210. 2. *B*
14. *Venter eius eburneus*, 288. 2. *B*
15. *Crura eius columnæ*, 412. 2. *E*

Cap. 6.

12. *Revertere vt intueamur te*, 323. 2. *A*
4. *Averte oculos tuos*, 126. 2. *C*

Cap. 7.

2. *Vmbilicus tuus crater tornatilis*, 148. 2. *E*. 383 1. *D*
7. *Statura tua assimilata est*, 548. 1. *A*
12. *Surgamus ad vineas*, 255. 1. *E*. 448. 2. *A*

Cap. 8.

8. 1. *Quis det te fratrem meum*, 85. *D*
8. 1. *Sugentem vbera matris meæ*, 584. 1. *D*
8. 10. *Ascendam in palmam*, 409. 2. *B*
Vbera tua botris, 322. *A*
8. 8. *In die qua alloquenda est*, 422. 2. *C*
10. *Ego murus*, 102. 1. *D*. 467. 2. *D*

Ex libro Sapientiæ.

3. 1. *Iustorum animæ in manu Dei sunt*, 25. 2. *D*
4. 11. *Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius*, 280. 1. *A*
4. 12. *Fascinatio nugacitatis*, 426. 1. *C*
7. 1. *Attingit à fine ad finem*, 397. 1. *E*
7. *Candor est lucis æternæ*, 66. 1. *D*. 104. 2. *D*. 146. 1. *A*
7. 10. *Super salutem, & speciem dilexi illam*, 158. 1. *E*
Vapor est virtutis Dei, 355. 2. *B*. 359. 2. *E*
7. 29. *Speciosior sole*, 352. 1. *D*
8. 9. *Proposui hanc adducere mihi*, 431. 2. *E*
9. *Allocutio cogitationis, & tædij mei*, 398. 1. *C*
8. 17. *Quoniam immortalitas est in cognatione sapientiæ*, 161. 2. *A*
8. 19. *Sortitus sum animam bonam*, 288. 2. *B*
9. 19. *Per sapientiam sanati sunt*, 281. 2. *C*
14. 7. *Benedictum lignum*, 275. 1. *C*
14. 11. *In muscipulam pedibus insipientium*, 420. 2. *C*
16. 28. *Oportet prævenire solem*, 369. 2. *E*
18. 15. *Omnipotens sermo tuus*, 165. 1. *A*

Ecclesiastici.

Cap. 1. 19. *Vsque in tempus sustinebit sapiens.*
2. 5. *Væ ijs, qui perdiderunt sustinentiam*, 445. 1. *E*
6. 24. *Injice pedem tuum*, 277. 2. *B*
15. 2. *Obviabit illi*, 205. 1. *C*
8. *In fluctibus maris*, 288. 1. *C*
29. 31. *Transi hospes*, 67. 2. *C*. 188. 1. *A*
24. 8. *Profundum abyssi penetravi*, 97. 2. *D*
15. *In omnibus requiem quæsivi*, 80. 1. *C*
19. *Platanus iuxtà aquas*, 103. 2. *B*. 265. 2. *B*. 323. 1. *C*. 555.
24. *Mater pulchræ dilectionis*, 278. 1. *B*
26. *In me omnis spes*, 115. 2. *C*
27. *Spiritus meus super mel dulcis*, 407. 1. *E*
35. *Qui implet, quasi Phison sapientiam*, 404. 1. *D*
40. 1. *Iugum grave super filios Adam*, 120 2. *D*
43. 12. *Vide arcum, & benedic eum*, 114. 1. *C*
22. *Frigidus ventus Aquilo*, 342. 1. *C*

Isaias.

1. 14. *Laboravi sustinens*, 487. 2. *C*
2. 2. *Mons Domini in vertice montium*, 408. 2. *B*
3. *Prudentem eloquij mystici*, 429. 2. *E*
4. 5. *Creavit Dominus super omnem locum*, 106. 2. *A*
6. 1. *Super solium excelsum*, 388. 1. *B*
7. 11. *Pete tibi signum*, 307. 2. *A*
8. 1. *Sume tibi librum grandem*, 83. 1. *B*
9. 6. *Magni consilij Angelus*, 87. 1. *D*
9. 6. *Deus fortis*, 76. 2. *D*
11. 1. *Virga de radice Iesse*, 33. 1. *B*. 115. 2. *E*
19. 1. *Commovebuntur simulachra Ægypti*, 333. 1. *E*
25. 1. *Cogitationes antiquas fideles*, 88. 1. *D*. 507. 1. *B*
26. 18. *Concepimus, & quasi parturivimus*, 440. 2. *A*
30. 18. *Exspectat Dominus vt misereatur*, 89. 1. *D*. 480. 2. *B*
40. 6. *Verbum Domini manet in æternum*, 76. 1. *D*
40. 12. *Quis mensus est pugillo aquas*, 118. 1. *A*
43. 26. *Ego sum: ego sũ qui deleo*. 375. 2
53. 3. *Quasi absconditus vultus eius*, 299. 1. *C*
4. *Languores nostros ipse tulit*, 319. 2. *A*
7. *Non aperuit os suum*, 521. 1. *B*
55. 11. *Non revertetur vacuum*, 64. 1. *A*
60. 12. *Gens & regnum, quod non servierit tibi*, 253. 1. *B*
63. 3. *Torcular calcavi solus*, 463. 1. *C*

64. *Et teneat me*, 2.2.D

Ieremias.

8.22. *Non eſt reſina in Galaad*, 378.2.B

10.23. *Non eſt hominis via eius*, 251.2.E

18.23. *Abutere eis*, 497.2.B

20.11. *Ego cogito cogitationes pacis*, 88.2.A

20.24. *Si fuerit Iechonias annulus in manu dextera mea*, 26.1.B

31.34. *Non memorabar amplius*, 381.2.B

Threni.

2.3. *Velut mare contritio tua*, 510.2.D. 519.2.B

4.3. *Non ſunt cogniti in plateis*, 352.2.D

4.20. *Spiritus oris noſtri*, 103.2.A. 108.1.B

Ezechiel.

1.4. *Splendor in circuitu*, 105.1.A

11.19. *Auferam cor lapideum*, 340.2.D

20.23. *In brachio exſtento regnabo ſuperior*, 85.1.D. 90.2.E. 396.2.D

Oſeas.

2.14. *Ecce ego lactabo eam*, 419.1.B

6.3. *Quaſi diluculum*, 264.2.A. 448.2.E

6.3. *Viuificabit nos poſt duos dies*, 325.2.E

11.7. *Pendebit populus ad reditum meū*, 465.2.C

Ioel.

3.13. *Mittite falces*, 345.1.C

3.15. *Vllulate, qui bibitis vinum*, 435.2.C

3.18. *Rigabit montem ſpinarum*, 327.2.C.

Amos.

4.11. *Sicut torris ab incendio*, 485.1.E

Ionas.

4.8. *Præparavit Dominus hederam*, 104.2.B

Michæas.

7.18. *Quis Deus ſimilis tibi, qui aufers iniquitatem*, 319.1.

Nahum.

1.4. *Væ ciuitas ſanguinum*, 427.1.C

Abacuc.

3.2. *Cum iratus fueris*, 93.2.D

Malachias.

3.16. *Liber monumenti*, 539.2.D

4.2. *Sol iuſtitiæ*, 104.2.D

Zacharias.

10.2. *Sibilabo eos*, 429.1.E

13.1. *Fons patens domui Dauid*, 56.2.D.

13.10. *Vt doleri ſolet in morte primogeniti*, 517.2.C

EX NOVO TESTAMENTO.

Matthæus.

1.18. *De qua natus eſt Ieſus*, 52.2.D

2.2. *Vidimus ſtellam*, 212.2.B

4.4. *Non in ſolo pane vivit homo*, 281.2.C

5.8. *Beati mundo corde*, 414.2.B

6.8. *Niſi virgam*, 499.1.B

9.12. *Non eſt opus valentibus Medicus*, 546.2.E. 378.1.E

10.21. *Dic vt ſedeant*, 219.1.B

10.24. *Qui perſeveraverit vſque in finem*, 438.1.E

11.28. *Omnes qui laboratis*, 318.2.C

11.29. *Diſcite à me*, 295.1.D

12.33. *Ex fructibus arbor cognoſcitur*, 148.2.B

13.43. *Inventa vna pretioſa margarita*, 61.1.D

14.24. *Navicula in medio mari*, 55.2.D

15.2. *Miſerere mei fili Dauid*, 15.1.E

17.5. *In quo mihi bene complacui*, 65.1.E. 68.1.A

18.17. *Omne debitum dimiſi tibi*, 208.1.D

22.44. *Lapidem quem reprobaverunt*, 33.1.A

23.37. *Hieruſalem, quæ occidis Prophetas*, 119.2.E

23.32. *Quoties volui congregare filios tuos*, 421.2.D

25.1. *Decem virginibus*, 550.2.D

25.11. *Statuet oves à dextris*, 465.2.A

26.39. *Tranſeat à me calix*, 463.1.C

26.40. *Triſtis eſt anima mea*, 503.1.C

27.12. *Nihil reſpondit*, 521.1.E

27.40. *Vt quid dereliquiſti me*, 503.1.A

Marci.

6.8. *Niſi virgam*, 361.2.E

8.1. *Miſereor ſuper turbam*, 44.1.C

9.7. *Hic eſt filius meus dilectus*, 170.2.D

Lucas.

1.24. *Occultabat se mensibus quinque*, 288.1.D
1.34. *Ave Maria gratia plena*, 70.2.C
1.34. *Dominus tecum*, 155.1.C
1.31. *Concipies in vtero*, 138.1.A
31. *Hic erit magnus*, 68.2.A
1.35. *Quod ex te nascetur sanctum*, 150.1.C. 151.1.C
1.35. *Spiritus Sanctus superveniet in te*, 303.1.D. 526.2.A
1.38. *Ecce ancilla Domini*, 51.1.D. 165.2.C
1.38. *Fiat mihi*, 71.2.B. 307.2.C
1.41. *Salutavit Elizabeth*, 434.2.C
1.47. *In Deo salutari meo*, 91.1.C
1.48. *Beatam me dicent*, 133.2.E
1.48. *Respexit humilitatem ancillæ suæ*, 295.2.B
1.78. *Per viscera misericordiæ Dei nostri*, 43.2.C
2.1. *Exijt edictum à Cæsare Augusto*, 82.2.C
2.7. *Pannis eum involvit*, 54.2.C. 298.1.C
2.10. *Natus est vobis Salvator*, 37.2.D
2.15. *Verbum quod factum est*, 35.1.C
2.48. *Fili, quid fecisti nobis sic*, 156.2.D
5.19. *Portantes in lecto*, 302.1.E
8.15. *Qui in corde bono*, 445.1.B
6.19. *Virtus de illo exibat*, 387.1.A
7.38. *Lachrymis cœpit rigare*, 13.2.C
10.30. *Incidit in latrones*, 263.2.C
10.30. *Descendebat à Ierusalem*, 375.1.B
11.3. *Panem nostrum cottidianum*, 391.1.C
11.27. *Beatus venter, qui te portavit*, 14.2.E. 262.1.C. 288.
21.23. *Væ prægnantibus*, 441.1.A
22.24. *Factus est sudor eius*, 50.2.C. 403.1.D
22.43. *Confortans eum*, 463.1.C
23.39. *Salvum fac temetipsum, & nos*, 335.1.A
23.42. *Memento mei Domine*, 41.2.A

Ioannes.

1.1. *In principio erat Verbum*, 104.2.C
1.3. *Omnia per ipsum facta sunt*, 36.1.D
1.13. *Qui non ex sanguinibus*, 541.1.E
1.18. *Vnigenitus, qui est in sinu Patris*, 31.1.B. 110.2.E. 447.1.A
1.14. *Verbum caro factum est*, 35.1.C
2.3. *Vinum non habent*, 123.1.C. 204.1.D
2.5. *Nondum venit hora mea*, 221.2.A 290.2.A
3.1. *Homo ex Pharisæis Nicodemus*, 335.1.E
3.13. *Nemo ascendit in cælum*, 64.2.D
3.16. *Sic Deus dilexit mundum*, 110.1.D
5.2. *Probatica piscina*, 225.2.A
5.10. *Non potest filius à se facere quidquam*, 66.2.B
5.22. *Omne iudicium dedit Filio*, 11.2.A 93.2.D. 90.1.B
6.44. *Nisi Pater meus traxerit eum*, 407.2.A
10.24. *Nisi granum frumenti*, 49.1.D
10.28. *Non rapiet eas quisquam de manu mea*, 25.2.D
13.31. *Nunc clarificatus est filius hominis*, 26.1.D
14.6. *Via veritas, & vita*, 254.1.D
14.9. *Qui videt me, videt & Patrem*, 66.2.E. 149.2.D
14.16. *Alium Paraclitum dabit vobis*, 10.1.E
19.24. *Sortiamur de illa*, 230.1.C. 19.2.C
19.25. *Stabant iuxta Crucem*, 462.2.C. 501.B. 508.2.B
19.26. *Ecce filius tuus*, 7.1.D. 62.2.B. 232.1.C. 529.2.B
19.30. *Cùm accepisset acetum*, 465.2.A 513.2.E
19.30. *Inclinato capite*, 506.1.A
19.38. *Rogavit Pilatum Ioseph*, 335.2.B
21.16. *Pasce agnos meos*, 486.1.B
21.17. *Contristatus est Petrus*, 380.2.E

Actus Apostolorum.

1.7. *Non est vestrum nosse tempora, vel momenta*, 215.2.D
3.2. *Ad portam, quæ dicitur speciosa*, 331.2.C
7.55. *Iesum stantem à dextris*, 467.2.D
10.11. *Vidit vas quoddam linteum*, 3.2.D
10.12. *Receptum est in cœlum*, 6.1.C
38. *Pertransijt benefaciendo*, 55.2.C
10.42. *Constitutus est à Deo iudex*, 93.2.E

Epistola ad Romanos.

Cap. 1.3. *De Filio suo*, 63.2.E
Qui factus est ei, 35.1.C
2.4. *Diuitias bonitatis eius*, 321.1.D
8.17. *Hæredes quidem Dei*, 524.2.C
8.32. *Non pepercit Filio suo*, 91.2.E. 510.1.A
34. *Qui etiam interpellat pro nobis*, 10.2

37. *In his omnibus superamus*, 269.1.B
9.16. *Non est volentis*, 215.2.C
11.3. *Concluſit Deus omnia*, 30.2.C
13.3. *Chriſtus non ſibi placuit*, 53.2.

1. Ad Corinthios.

Cap. 1. *verſ.* 1. *Pater miſericordiarum*, 40.1.D
1.18. *Qui & confirmabit vos*, 266.1.C. 444.2.D
1.27. *Stulta mundi elegit Deus*, 72.2.B
12.17. *Vos eſtis Corpus Chriſti*, 540.2.D

2. Ad Corinthios.

Cap. 5.16. *Qui vivunt, non ſibi vivant*, 265.1.C
12.16. *Dolo vos cœpi*, 418.2.D
14.30. *Nolite pueri effici ſenſibus*, 205.1.E

Ad Galatas.

4.4. *Factum ex muliere*, 31.2.A. 52.2.A. 73.1. 370.1.B
6.1. *In ſpiritu lenitatis*, 434.2.A
6.17. *Stigmata Domini teſu*, 477.2.A

Ad Epheſios.

Cap. 1.6. *Habemus redemptionem*, 516.1.D
1.11. *Qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ*, 30.1.73.1.B. 164.2.E
4.7. *De dolentes ſe tradiderunt*, 11.2.E
15. *Alienati à vita Dei*, 351.1.E
5.14. *Surge, qui dormis*, 368.2.E
6.1. *Filij obedite parentibus*, 125.2.D
16. *Scutum fidei*, 265.1.A

Ad Philippenſes.

1.22. *Quod ſi vivere in carne*, 467.1.D
2.4. *Non quæ ſua ſunt*, 159.1.D
2.7. *Non rapinam arbitratus*, 68.1.C. 162.1.C
2.7. *In ſimilitudinem hominum factus*, 31.1.E
2.11. *In gloriam Dei Patris*, 31.1.
3. *Comprehenſus ſum à Chriſto*, 487.1.C
3.20. *Noſtra autem converſatio in cœlis eſt*, 422.1.A
4.1. *Gaudium meũ corona mea*, 27.1.C
4.16. *Inter quos lucetis ſicut luminaria*, 25.2.D

Ad Coloſſenſes.

2.14. *Chirographum decreti*, 365.2.C
2.14. *Quod erat contrarium nobis*, 275.1.D

Theſſalonicenſes.

Epiſt. 1.2.19. *Gaudium, & corona mea*, 27.1.E

1. Ad Timothæum.

4.6. *Vult omnes homines ſalvos fieri*, 13.1.C

Ad Hebræos.

Cap. 1.1. *Locutus eſt nobis in filio*, 2[illegible] 2.B
3. *Portans omnia*, 118.2.D
2.6. *Nuſquam Angelos apprehendit*, 85 1.C. 154.1.A. 163.2.A
2.17. *Fratribus aſſimilari*, 95.2.D
2.17. *Vt miſericors fieret*, 40.2.D
4.10. *In auxilio opportuno*, 26.2.E
16. *Adeamus cum fiducia*, 451.2.D
5.1. *Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus*, 47.2.E. 462.1.B
2. *Circumdatus infirmitate*, 42.1.A
7. *In diebus carnis*, 209.1.D
6.8. *Proferẽs ſpinas reproba eſt*, 155.2.A 545.2.A
6.17. *Ad tenendam propoſitam ſpem*, 105.2.B.
7.25. *Semper viuens ad interpellandum*, 10.2.A
10.5. *Corpus aptaſti mihi*, 146.2.C
10.27. *Filium Dei conculcaverit*, 367.2.C
12.3. *Deponentes omne pondus*, 321.1.B
12.12. *Genua debilia roborate*, 412.2.A
13.16. *Talibus hoſtijs promeretur Deus*, 26.2.B

Iacobus.

1.14. *Abſtractus, & illectus*, 265.1.A
1.21. *Quod poteſt ſalvare animas veſtras*, 327.2.B

1. Petri.

Epiſt. 1. *cap.* 1.5. *Modicum paſſos*, 445.E
1.14. *Qui peccata noſtra pertulit*, 202.2.A. 319.2.A
4.5. *Qui paratus eſt judicare*, 477.1.B

1. Ioannis.

Epiſt. 1. *cap.* 1.9. *Si confiteamur peccata*, 121.D
2.3. *Advocatum habemus*, 10.2.A
2.10. *Omne quod eſt in mundo*, 427.1.E
3.21. *Si cor noſtrum nos non reprehendit*, 121.E
4.11. *Qui manet in charitate*, 12.1.E
5.19. *Mundus poſitus eſt in maligno*, 120.1.B

Apocalypſis.

1.15. *Habebat in dextera ſua ſtellas*, 25.2.D
3.18. *Aurum ignitum*, 401.1.E
7.14. *Lavaverunt ſtolas ſuas*, 12.1.B
12.1. *Mulier amicta ſole*, 23.2.E
19.20. *In ſtagnum ignis*, 320.2.
21.27. *Non intrabit in illam*, [illegible].C
21.27. *In libro vitæ Agni*, 537.2.C

FINIS.

APPARATVS AD CONCIONES
PRO FERIIS MAIORIBVS
QVADRAGESSIMÆ.

Pleraque in hoc Indiculo apparavimus, cunctis forsan vtilia, sed ijs præsertim Concionatoribus, quibus pio vsui est, nullam omninò Concionem, sive inchoare, sive perficere, sine peculiari laude Deiparæ. Horum discursibus aliquam administrasse materiam, non fore iniucundum existimavimus; tum quia Eloquentiæ Christiana in Mariæ præconijs dulcius sonat, tum quia hæc ipsi Dei Genitrici, & Curiæ cœlesti gratissima sunt. Cuius illud est egregium documentum, quod de Elemminio Episcopo Aboculi S. Brigitta in Revelationibus Extravagantibus, cap. 104. testatur, affirmans sic ipsi fuisse aliquando Deiparam allocutam: Dic illi Episcopo; qui omnes prædicationes suas inchoare solet à laude mea, quod volo ei esse in Matrem, & eius animam præsentare Deo: *Ergo non parum Concionatoribus, & mihi consultum crediderim; si hanc illis occasionem dederim; iuxtà sapientis monitum.* Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia. *Prov. 9.*

Feria 4. Cinerum.

1 *Nolite fieri sicut Hypocritæ tristes, &c.* Imago Dei criminibus obscurata veris non fictis virtutum coloribus renovatur, Adn. 1. n. 1. pag 1.

2 *Et Pater tuus, qui videt in abscondito, &c.* Nullum pretium humilitate maius, quo Deum homo sibi devincat, lib. 3. Adn. 9. n. 1. pag. 295.

3 Virtutes humiliter celare summa dignitatis commendatio, ibidem num. 7. pag. 298.

4 *Ne videaris hominibus ieiunans, &c.* Siquidem puerilis, & abiecti animi est se se pro terrena magnitudine extollere, lib. 3. Adn. 10. n. 6. p. 305.

5 Etenim verè humilis, quò magis extollitur eò humilior fit, ibidem num. 3. pag. 303.

6 *Cum ieunas vnge caput tuum, &c.* Quoniã perfecta humilitas magnanimitati neutiquam derogat. Adn. 11. per totam pag. 307.

7 Magni, & præcelsi animi est humilitatem cum magnanimitate coniungere. Adn. 10. pag. 301.

8 *Quia pavisses*, quàm periculosum & pertimescendum vltimũ momentũ vitæ, lib. 4. Adn. 12. n. 1. p. 455.

9 Maria in articulo mortis misericors advocata, ibid. n. 3. & 4. p. 456.

10 Maria divinus imber, qui pulveres, id est, peccatores Deo coniungit, lib. 4. Adn. 10. n. 9. pag. 449.

11 Maria terræ comparata, quia homines sustentat, lib. 3. Adn. 12. n. 9. pag. 322.

Feria 6.

1 *Diligite inimicos vestros, &c.* Vt omnes sibi Deus amicos reddat Mariam mediatricem elegit. Totam ex misericordiæ penu depromptam. Adnot. 1. n. 1. pag. 2.

2 Cruci adstat Maria ad Aquilonem, vt peccatores ad dexteram collocet, eorum frigescentem charitatem accendat, Christoque manũ porrigenti, & caput benignè inclinanti penitus conciliet. Adn. 1. n. 1. p. 2.

3 Maria Christo morienti adstans ab ipso veram pœnitentiam, & remissionem peccatorum impetravit, lib. 5. Adn. 7. pag. 511.

4 Deipara Christo morienti adstans signatè ab ipso veniam petijt pro ipsismet inimicis, & crucifixoribus, lib. 5. Adnot. 6. pag 505. col. 1. Vide etiam lib. 4. Adnot. 13. num. 2. vbi Virgo inducitur flexis genibus pro crucifixoribus orans.

5 *Vt ſitis filii Patris veſtri.* Quam pungens ad dilectionem inimicorum aculeus filium Dei fieri, vel ipſomet gẽtili Epicteto auctore in Enchirid. dicente: *Si te Cæſar adoptaſſet, quis tuum ſupercilium ferre poſſet, nunc cum Dei filius ſis, non te æſtimas, & attollis?* Quæ namque excellentia maior valeat excogitari; maximè cum illi adnexa ſit beatitudinis æternæ hæreditas; cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini, &c. lib. 5. Adn. 9. 10. & 11. à fol 523. vſque ad 534.

6 *Vt ſitis filij Patris veſtri.* Pulchrè Gregorius hom. 38. in Evangelia adductis, his verbis ſubdit. *Magna ſunt hæc; alta ſunt hæc, & multis ad exhibendum difficilia: ſed tamen iſta eſt veſtis nuptialis. Quiſquis autem hanc recumbens in nuptijs non habet, iam ſollicitus metuat ingrediente Rege, quando mittatur foras?* Amiſſa, ſcilicèt, hæreditate, quæ ſolis filijs debetur, lib. 5. Adnot. 10 fol. 528.

7 *Vt ſitis filij Patris veſtri.* Adde etiam, vt ſitis filij Matris veſtræ, quæ Chriſto filio ſuo lac & nutrimentum dedit, vt cum lacte miſericordiam, & indulgentiam in peccatores fugeret, lib. 2. Adn. 10. fol. 180. & Adnot. 12. fol. 191.

8 *Vt ſitis filijs Patris veſtri. Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos.* Chriſtus in Maria omnibus indiſcriminatim radijs miſericordiæ affulget, lib. 2. Adn. 18. fol. 226.

Dominica Prima.

1 *Ductus eſt.* Petit ductorem via virtutis; quia *eſt via, quæ videtur homini recta, & noviſſima eius ducunt ad mortem.* Prover. 14. verſ. 12. Et ſi benè æſtimas Deipara egregia *Dux fœmina facti*, lib. 3. Adn. 2. tota, fol. 251.

2 *Ductus eſt Ieſus in deſertum.* Græcum verbum ſignificat ductum portẽter; & velut magnavi impulſum. Nimirum, ei certamen virtutis iait non ignave, & negligenter, ſed ſerenuè & diligenter gerere ſe debet iuxtà Pauli monitum genua debilia roborate, lib. 4. Adn. 9 fol. 440

3 *Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus.* Commendatur perſeverantia in virtute, & eius labores patienter ferre. *Modicum nunc ſi oportet contriſtari, vt probatio veſtræ fidei, multò pretioſior auro inveniatur. ibid.*

4 *Poſteà eſurijt.* In Dominum verum Pontificem, *qui condolere poſſit ijs, qui ignorant, & erratu, quoniam & ipſe circumdatus eſt infirmitate*, lib. 1. Adnot. 7. tota, fol. 40.

5 *Et accedens tentator*, Cyprianus. *Adverſarius vetus eſt, omnia iam genera tentandi, & artes, atque inſidias deſcipiẽdi uſu ipſo vetuſtatis edidicit.* Quis non timeat? Quis non horreat? Vis victorem illius evadere? Eſto cliens B. Virginis, quæ te victoria donavit, lib. 3. Adn. 12. pag. 312.

6 *Et accedens tentator.* Blandè, ſcilicèt, & amicè, quaſi donum, & levamen allaturus pro more quidem ſuo; ſuaviter mortẽ inferens, vt Leontius ſcr. erat de creatione, & Eva à dæmone decepta, inquit: *Neque homicida putabatur, ſed vt bonus conſiliarius credebatur ſimplicitate gladij vulnera molliora reddens, & dulcem doloris ſenſum exhibens*, lib 4. Adn. 6. n. 4. fol 420.

7 *Non in ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei*; vt dixerit: non in pane tuo, ſed in meo, qui dat vitam mundo, lib 3. Adnot. 3. pag. 257.

8 *Hæc omnia tibi dabo ſi cadens.* Vide vt ipſemet dæmon te moneat, bona mundi quæ offert in caſum deſinere, & nugatoria eſſe, lib. 4. Adn. 6. fol. 420. & 426.

9 Maria terror dæmonum ipſius technas, ſeu fraudes inertes reddit, lib. 3 Adn 12. fol. 312. eſt nobis portus ſalutis, & dæmoni mare amarum, fol. 313. Audito eius nomine fugantur dæmones, 314.

10 Malo dæmonis dolo, bonum dolum opponit Dominus, vt terrena bona, quæ dæmon offert, contemnant, lib. 4. Adn. 6. fol. 429.

Feria 4.

1 *Magiſter volumus à te ſignum videre.* Obſerva ſic immediate apud Matthæum haberi. *Tunc reſpondentes ei quidam de ſcribis, &c.* Quando? Tunc ſcilicèt, cum dæmonium ingenti, omnium admiratione ejecerat. Hieronymus *ſic ſigna poſtulant, quaſi quæ viderant ſigna non fuerint.*

O cœcos pectora! si signa vultis, vt ex illis divinitatem Christi credatis: Quod maius fuerit divinitatis signum, quàm salutem, & vitam dare? *Nam Deus est mortali iurare mortalem*, lib. 1. Adn. 9. fol. 52.

2 *Signum videre*: Ecce signum Maria: cum ab ipsa Christum nasci, divinitatis eius argumentum fuerit, lib. 2. Adnot. 4. numer. 1. fol. 143. & seqq.

Itidemque cum à Maria verum Salvatorem Christum esse noverimus, lib. 1. Adn. 14. n. 2. fol. 83.

3 *Signum non dabitur ei*. Nam cœlestis medicina, vt pœnitentibus in salutem; ita obduratis animis vertitur in perniciem, lib. 3. Adn. 17. n. 2. & 3. fol. 345.

4 *Signum non dabitur ei*. Quare? quia iam viderant signa; quin ipsis ad credendum moverentur; nec poterant causari, quod gratia ipsis deesset, sed potiùs gratia de illis conqueri poterat, quod ipsi ei defuissent, lib. 4. Adn. 5. num. 2. fol. 412. Nimirum, qui diligenter cum gratia se gerunt, vberiora dona percipiunt indidem, fol. 411.

5 *Nisi signum Ionæ*. Vide vt rigorem temperet; iudicans cum æquitate, lib. 1. Adn. 16. fol. 93. Et ijs, qui signum ad curiositatem quærebant; signum vtilius præbet Ionæ, qui peccavit, & pœnitentiam fecit; & ad pristinum honorem pro Dei benignitate restitutus est, lib. 3. Adnot. 20. fol. 374.

6 *Et ecce plus quam Ionas hic*. Gregorius Magn. lib. 2. Dialogorum cap. 8. *Qui se daturum signum Ionæ Prophetæ præmisit, vt coram superbis mori dignaretur*. En boni Principis boni Prælati signum, qui pro subditis labores perferre non recusat, lib. 1. Adn. 13. fol. 81.

7 *Viri Ninivitæ surgent in iudicio, &c. Quia pœnitentiam fecerunt*. Observa tacitè hac increpatione illos hortari ad pœnitentiam, vt salvi fierent: Quod tibi dictum existima, præsertim Deipara duce; quæ peccatoribus vt resipiscant, auxiliatricem præbet manum, lib. 3. Adn. 14. fol. 325. & Adn. 15. fol. 331.

Feria 6.

1 *Hebraicè Bethsaida*. Quod nomen ex Syriaca lectione, ex PP. interpretatur, *Domus misericordiæ, & benignitatis*; addit Maldonatus: *Sic dictus locus, quod divinam erga se benignitatem, ægroti recuperata sanitate experirentur*; vt vmbra omninò esset Salvatoris nostri, qui Misericors, Misericordia, & Advocatus misericordiæ nobis factus est, lib. 1. Adnot. 7. tota fol. 40.

2 *Probatica piscina*. Maria vera, & germana *Probatica piscina*; in quam Magni Consilij Angelus descendit, vt non tantum vni, sed omnibus auxiliarem manum daret, li. 2. Adn. 18. tota, præcipuè n. 5. fol. 225.

3 Vndè quidem Maria interveniente peccatores è civibus Babylonis mutantur in domesticos Dei, & cives Hierusalem, lib. 1. Adn. 3. n. 2. & 3. fol. 3.

Itidem ab huius piscinæ aquis spinæ irrigatæ; peccatores, scilicèt, converruntur in flores, lib. 3. Adn. 14. n. 4. fol. 327.

4 *Probatica piscina*. Observa probaticam piscinam iuxta templum esse, non ea solum ratione, vt Deum ad misericordiam provocaret, sed vt nobis documento fuerit, opem, & benignitatem ægrotis, & pauperibus exhibitam gravissimum Deo sacrificium esse. Vide lib. 4. Adnot. 2. folio 481.

5 *Probatica piscina*. Notanter Tertullian. lib. advers. Iudæos, cap. 15: *Habet piscinam Bethsaidam vsque ad Christi adventum durasse curando invaletudines ad Israel; deinde verò desiisse à beneficijs ob sui furoris perseverantiam*. Nimirum gratiarum cessat decursus, vbi recursus non est, lib. 4. Adn. 5. fol. 411.

6 *Angelus autem Domini secundum tempus descendebat*. Quod dicitur *secundum tempus*. Græcè est opportunè Habet enim vocatio, & inspiratio divina peculiares opportunitates, lib. 4. Adn. 3. tota fol. 401.

7 *Movebatur aqua*. Apposita imago redemptionis, & salutis humanæ, *Ecce ego movebo cœlum, & terram*, &

veniet deſideratus, &c. Et verò vt ibi movebatur aqua ad ſanandum vnum; ita etiam Chriſtus redemptionem omnium, ita diſpoſuit, atque decrevit, vt pro vno omninò, ſi vnus ſolum foret mortem eſſet ſubiturus. Vide lib. 3. Adn. 17. tota pag. 223.

8 *Triginta, & octo annos habens in infirmitate ſua.* Quid deſperatius? At Dei para deſpectos, & derelictos colligit, & Deo reconciliat, lib. 3. Adn. 17. fol. 345.

9 *A quacumque detinebatur infirmitate.* Diluvium enim miſericordiæ diuinæ longè altius, & profundius eſt noſtris peccatorum fluctibus, lib 1. Adn. 21. n. 9. pag. 122.

10 *Vis ſanus fieri.* Quis ſit, qui ſanus eſſe non velit? At enim non de ſimplici, & quacumque voluntate quæritur, ſed de efficace, & ſimul cum Dei gratia cooperatrice. Vide lib. 1. Adn. 2. fol. 13.

11 *Hominem non habeo.* Optima propoſitio, quæ locum facit diuinæ beneficentiæ, quæ tunc incipit, cum humana auxilia deficiunt. Vide lib. 1. Adn. 9. n. 2. fol. 53.

12 *Hominem non habeo.* En humanum genus morti deſtinatum, quod culpæ, & pœnæ obnoxium fideiuſſorem pro ſe non haberet: En Chriſti, & Mariæ immortale beneficium ipſis pro homine fideiubentibus, lib. 1. Adn. 15. fol. 88.

13 *Hominem non habeo.* Habes Mariam, quæ peccatoribus ſpontanea opitulatione ſubvenit, lib. 2. Adn. 14. fol. 200.

14 Maria ad peccatorum ſalutem, vt potentiſsima; ita & promptiſsima, lib. 3. Adn. 19. pag. 360.

15 Mariæ pietati nullus ægrotus pro deſperato eſt, lib 3. Adnot. 17 fol. 346.

16 *Tolle grabatum tuum, & ambula.* Ecce tibi, tum divinæ benignitatis, tum veræ pœnitentiæ ſpecimen cum tam integram, & valentem ſanitatem Deus ægroto reſtituerit, vt ſanus, & vegetus lectum ipſe ſuum portare valuerit, lib. 3. Adn. 20. fol. 365. & Adn. 21. fol. 374.

17 *Ecce ſanus factus es noli peccare.* Opportunè Cyprianus hæc verba, ſic expendit, lib. 1. ep. 5. *Parum eſt, adipiſci aliquid potuiſſe, plus eſt, quod adeptus es, poſſe ſervare; ſicut & fides ipſa, & nativitas ſalutaris non accepta, ſed cuſtodita vivificat. Nec ſtatim conſecutio, ſed conſummatio hominem Deo ſervat. Dominus hoc magiſterio docuit dicens: Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne tibi deterius contingat.* Vtiliſsimum planè monitum, & à Concionatoribus populo ſæpiùs ingerendum, lib. 4. Adn. 9. & 10. fol. 438. & 444.

Dominica 2. Quadrageſsimæ.

1 *Duxit illos in montem excelſum.* Maria quantumvis lucidiſsimum ſydus montis cognomine gaudet, vt omnes ſub eius vmbra requieſcant, lib. 1. Adn. 18. n. 1. & 2. pag. 103.

2 *Aſſumpſit Ieſus Petrum, Iacobum, & Ioannem.* Rex cœleſtis non niſi dignos & aptos muneribus deſtinat, lib. 2. Adn. 2. n. 6. pag. 134.

3 *In montem excelſum.* Arduum, & difficilem, ſic dona Dei per fructus arborum ſignificantur, vt potè qui non ſine cultoris labore percipiuntur, lib. 3. Adn. 1. n. 8. pag. 248.

4 *Transfiguratus eſt ante eos.* Oſtendens pro hominum ſalute exinanitum à tantæ ſplendore maieſtatis, lib. 1. Adn. 8 à num. 4. & ſeqq. fol. 48.

5 *Transfiguratus eſt ante eos.* Vt demonſtraret iis, qui virtutis ſtadium percurrunt, ſua etiam gaudia, & delectationes inibi eſſe. Bernard. in epiſt. ad fratres de monte Dei. *Reformata anima ad imaginem Creatoris iucundiſſimè reflorescit reformatur caro, & iam libenter ea amplectitur, quibus ſpiritus oblectatur,* lib. 4. Adn 8. à nu. 2. & ſeqq. fol. 432.

6 *Reſplenduit facies eius ſicut Sol.* Baſilius Seleuc. *Significavit orbis terræ futurum iudicem.* Nimirum ſtatim *Nubes lucida obumbravit eos,* quæ videlicèt Solis ardorem temperaret, iudicaretque Orbem in æquitate, lib. 1. Adn. 16. fol. 93.

7 *Nubes lucida obumbravit eos: ecce nubes lucida.* Maria nubes lucida, & columna præfulgida, quæ ad patriam proficiſcentes antecedit, lib. 3. Adn. 2. pag. 252.

8 *Reſplenduit facies eius ſicut Sol.* Humanitas Chriſti diuinitatis candorem referens nomen, & gloriam

Patris manifestat, lib. 1. Adn. 11. nu. 5. pag. 66.

9 Maria speculum sanctitatis pellucidum christallino imaginis Dei speculo purissimam materiam administravit, ibidem n. 6. pag 67.

10 Maria adinstar Aurorae Solem iustitiæ, concepit, & peperit, lib. 1. Adnot. 12. n. 7. pag 73.

11 Sol iustitiæ Mariæ afflatu indignationis ferventes radios temperat, & refrigerat, lib. 1. Adn. 16. nu. 8. pag. 97.

12 Verbum quod in Patre ignis consumens est per carnem Mariæ in vmbram refrigerantem transformatur, lib. 1. Adn. 18. pag. 104. Item Adnot. 19. pag. 108.

13 Christus per carnem Mariæ Sol est ad illuminandum, & clypeus ad protegendum, lib. 1. Adn. 19. nu. 2. & 3. pag. 108.

14 Caro Mariæ tanquam pretiosum monile Verbum exornat, lib. 2. Adn. 4. n. 5 pag. 146.

15 Corpus Christi à puritate, & sanctitate Matris Diuinitati Verbi maximè congruit, lib. 2. Adn. 4. n. 6 pag. 147.

16 Pietas Christi, & Mariæ aptè per Solis comparationem explicatur, lib. 2. Adn. 18. n. 6. pag. 226.

17 *Tibi vnum, Moysi vnum, &c.* Præmia proportione servata distribui debent, lib. 2. Adn. 8. n. 7. p. 170.

18 *Nesciens quid diceret.* Ambrosius lib. 1. de fide *Emendatur Dei Patris auctoritate dicentis.* Hic est Filius meus, &c. *Quid servos cum Domino socias tuo?* lib. 2. Adn. 8. n. 7. fol. 171. & Adn. 2. fol. 134.

19 *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui*, observa attentissimè quantum debeas Summo Patri, qui pro tua salute tali, & tam dilecto *Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum*, lib. 5. Adnot. 7. fol. 512.

Feria 4.

1 *Accessit ad Iesum Mater filiorum Zebedei.* Homines sæculo addicti pluris æstimant bona temporalia, quàm proprium animæ salutem, lib. 2. Adn. 20. n. 1 pag. 237.

2 Christus prius de hominum salute, quàm de suo commodo cogitavit, lib. 1. Adn. 9. n. 2. pag. 53.

3 Illustria nomina à rebus præclarè gestis potiùs, quàm à vanis titulis desumenda sunt, lib. 1. Adnot. 9. num. 1. pag. 53.

4 Excelsa sedes ad laborandum potius, quàm ad quiescendum expeti debet, quoniam Princeps, qui suis periclitantibus non subvenit phantasma potius, quàm verus Princeps debet reputari, lib. 1. Adn. 9. num. 6. & 7. pag. 55.

5 Cuncta bona terrestria iniquè cum bonis spiritualibus comparantur, lib. 2. Adn. 6. n. 1 pag. 154.

6 Advocatam elegerunt Apostoli Matrem terrenam; at si Matrem elegissent, fortasse non paterentur repelli, siquidem efficacissima Mariæ intercessio eius advocationem nobis commendat, lib. 2. Adn. 1. n. 1. p. 125.

Tum etiam, quia Mariæ intercessio iure naturali debet exaudiri, ibid. n. 2. pag. 125.

7 *Vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram.* Quantò consultius homines Mariæ interventione petant, à sinistra Dei manu ad dexteram collocari, lib. 5 Adn. 3. pag. 485. tota.

8 Maria non solum rogat, sed quodammodo filio suis precibus imperare videtur, ibidem n. 3.

9 Christus adeò libens Matris precibus annuit, vt ipsam ad petendum impellat, ibidem n. 4. & 5 pag. 126.

10 Mariæ intercessio omnipotens auxilium quodammodo est, lib. 1. Adn. 20. n. 1. pag 112.

11 Liberalitas diuina communicationis auxia suorum bonorum thesaurariam Mariam constituit, vt homines confidentius peterent, & libentius acciperent, lib. 3. Adn. 1. nu. 4. pag. 246.

12 Omnes suos thesauros Deus in Maria collocavit, vt largius, & facilius dispensarentur, ibid. n. 5. p. 245.

13 Maria thesaurus Regis cœlestis, vndè suis militibus stipendia soluit, ibidem num 9. pag. 249.

14 Optimè Christus generi humano providit, dum eius salutem in ea collocavit, ibidem n. 10.

15 Mariam ergo Advocatam imploremus, est enim Mater pientissima, quæ clientes adoptat in filios, la

ctat, nutrit & educat, lib. 3. Adn. 2. n. 9. & 10. pag. 255. & Adnot. 3 num. 7. pag. 260.

16 Maria Miniſtra gratiæ, lib. 3. Adn. 14. n. 1. pag. 325.

17 *Nrſcitis quid petatis.* Reiicit cum faſtidio, quia nihil importunius homine divinitatem affectante, lib. 1. Adn. 8. n. 2. pag. 47.

18 *Poteſtis bibere Calicem, quem ego bibiturus ſum.* Sanguis Chriſti, quaſi ros balſami ad noſtra ſananda vulnera, lib. 1. Adn. 8. n. 6. pag 50.

19 *Poteſtis bibere Calicem.* Calix obſervante Hieronymo in ſcriptura ad hæreditatem refertur: vndè Dominus Paſsionem ſuam Calicis nomine ipſis ſignificavit, vt innuerit hæreditatem beatitudinis cum Paſsione eſſe coniunctam: vide lib 5 Adn. 9. fol. 523.

20 Chriſtus in Paſsionis Calice, non tam ſibi, quàm peccatoribus, & martyribus condolebat Ibid.

21 *Poſſumus.* Crux Chriſti animos aſſeclis infundit, lib. 3. Adn. 15. nu. 7. pag. 335.

22 Maria extimidis audaces Chriſti milites reddit. Ibid.

23 Labor Crucis eius dulciſsimo fructu compenſatur, lib. 4. Adn. 4. nu. 3. pag. 407.

24 Labores Crucis Maria reddit ſuaviores. Ibid.

25 *Non eſt meum dare vobis.* Amb. ſerm. 2. in Pſal. 118. *Non ſuſcipio perſonam hominis, non ſuſcipio prærogativam generis, niſi videro congruentem generi nobilitatem morum, vt fiat iuſti generis electio*, lib. 2. Adn. 2. n. 6. fol. 134.

Feria 6.

1 *Homo erat Paterfamilias, qui plătavit vineam.* Eam intellige, quæ Eccli. 24. 23. dicit. *Ego quaſi vitis fructificavi ſuavitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honeſtatis.* Etenim omne lignum pulchrum Mariam figurat, quia nihil eſt iucundum, quod ipſa non proferat, lib. 3. Adn. 1. nu. 8 pag. 248. Et quidem Maria viris eſt vuas pulcherrimes producens, lib. 4 Adn. 6. n 7. pag. 422.

2 Dona Dei per fructus ſignificantur, vtpotè qui non ſine agricolæ labore percipiuntur. Ibid.

3 Largitas diuina ad inſtar arboris, quæ ramis inclinatis, & protenſis dona offert. Ibid.

4 Maria paradiſus, quæ nobis fructum arboris vitæ produxit. Ibid.

5 Chriſtus fructus Mariæ dignitatem arboris, & innatam puritatem demoſtrat, lib. 2. Adn. 5. n. 1. & ſeqq. pag. 148

6 Chriſtus flos immarceſcibilis omnimodam Matris à labe immunitatem oſtendit, lib. 2. Adn. 5. num. 3. pag. 151.

7 *Et ædificavit turrim.* Turrim David cogita. Maria enim diuini Regis palatium eſt miſeros peccatores hoſpitio recipiens, lib. 3. Adn. 14. num 8. pag 229. & ſeqq. & lib. 1. Adnot. 19. pag 112.

8 *Locavit eam agricolis.* Deus humanæ naturę commercium debet propenſione domus, quam illi Maria cōduxit, lib. 1. Adn. 4 n. 5. pag 86.

9 Maria domus capaciſsima, & ornatiſsima Dei, lib. 2. Adn. 3. num. 8. pag. 141.

10 *Plantavit vineam.* Id eſt Eccleſiam virtutum fœcundam, quia illi Mariæ Aſtrum irradiat. Et quidem terram, quam Maria luſtrat, ſumma ſanctitate fœcundam reddit, lib. 3. Adn. 15. n. 3. & ſeqq pag 332.

11 Terræ ſterilitas peccatorum fructus, lib. 3. Adn. 14. n 4 pag. 327.

12 *Et fodit in ea torcular.* Merito Maria huic vineæ præeſſe dicitur, cum in Euchariſtia vini Maria pyncerna ſit, lib. 3. Adn. 3. n. 6. pag 260.

13 *Auferetur à vobis Regnum, & dabitur genti facienti iuſtitiam.* Obſerva ſeriò. Deum vt in elargiendis primum gratiæ ſuæ donis hominum voluntates gratis prævenire; ita in promovendis auxiliis nobiſcum agere, vt nos cum ipſo; & provt à nobis tractatur, ita & ipſe nos tractat, lib. 4. Adn. 5. tota pag 411.

Dominica 3. Quadrageſimæ.

1 *Erat Ieſus ejiciens dæmonium, & illud erat mutum.* Rogare verbis Chriſtum non poterat, ſed perfecta miſericordia non expectat rogantem, ſed accipientem, lib. 2. Adn. 14. pag. 200. per totam.

2 Christus factus ex Maria artificiosè ad nostram salutem opportunus, lib. 1. Adn. 6. n. 1. & 2. pag. 35.

3 *Erat Iesus eijciens.* Dei maxima potentia, qui peccata hominum levat, lib. 3. Adn. 13. n. 2. & 3. pag. 319.

4 Nullum pondus peccati grauitati comparandum, lib. 13. Adn. 13. n. 1. pag. 318.

5 Maximum hominum malum, quod peccatis oppressi onus non sentiant, ibid. n. 6. pag. 321.

6 Cum tamen scelera, & flagitia hominum ignis æterni nutrimenta sint, ibid. n. 5.

7 Maria misericorditer peccatores sustentat, ne peccatis oppressi mergantur in profundum, ibid. num. 7. pag. 322.

8 *Eijciens dæmonium.* Ecce qui homo per naturam est; dæmonium redditur, quia sicut per gratiam homo fit Corpus Christi, per culpam fit corpus diaboli, lib 3. Adn. 20. n. 4. pag. 367.

9 Summus peccantium stupor, quod imminens sibi periculum non formident, ibid n. 5. & 6. pag. 368.

10 Nihil deterius, nihil timendum magis, quàm obstinatum cor habere, lib. 3. Adn. 16. n. 1. pag. 338.

11 En diuinæ gratiæ virtus, Deique clementia, qui, Maria præsertim interveniente, lapidea corda suaviter emollit, lib. 3. Adn. 16. n. 2. pag. 339.

12 Maria magnes diuinus, quæ ferrea peccatorum corda ad filium trahit, ibid. n. 3. & 4. pag. 340.

13 Corda ferrea ignita Mariæ charitate molliuntur, ibidem num. 9. pag. 342.

14 Hic mutus cœcus erat, fortasis, quia libidinosè aspiciendo se obcœcarat, & in ferrum, & saxum obduruerat. Mundana enim pulchritudo homines commutat in saxa, Maria verò pulchritudo cautes convertit in homines ibidem n. 5. pag. 340.

15 Maria molli gratiarum pluvia durissimos excavat lapides, ibidem n. 6. 7. & 8. pag. 341.

16 Opportunè exclamat mulier: *Beatus venter.* Matia enim spes desperatorum est, lib. 3. Adn. 18. n. 1. & 3. pag. 352.

17 *Locutus est mutus.* Remedium peccatorum confessio, lib. 2. Adnot. 15. n. 2. 3. & 4. pag. 207.

18 Per Mariam absolvuntur, qui decisiuè à filio damnati videbantur, lib. 3. Adn 20 n. 6 & 7 pag. 368.

19 Maria spongia ad delendam nostrorum criminum scripturam, lib. 2. Adn. 15. pag. 211. In exemplis.

20 *Beatus venter.* Sicut Maria per Christum, sic Christus propter Mariam commendatur, lib 2. Adn. 5. n. 4. & seqq. pag. 151.

21 *Locutus est mutus.* Ecce nullum præcedentis infirmitatis vestigium manet cum Christus Deipara interveniente peccatores sanat, lib. 3. Adn. 21 22. & 23. à pag. 374 vsque ad 384

Feria 4.

1 *Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum?* Qui animum operantis ignorat, temerè damnare non debet, lib. 2 Adn. 15. n. 1. pagin. 207.

2 Peccatores iudicant Christum, & Apostolos, à quibus ipsi posteà strictè iudicãdi, Verbum enim Dei strictæ iustitiæ trutina est, lib. 1. Adn. 5. nu. 2. pag. 30.

3 Verumtamen Mariæ attactu, & impulsu rigidæ stateræ trutina in discipulorum defensionem inclinauit, ibidem n. 5. & 6. pag. 32. & lib. 1. Adn. 16. pag. 96.

4 Excæcantur autem peccatores, vt diuinam potentiam non pertimescant, eamque in vindictam provocent, lib. 1. Adn. 21. n. 5. & seqq. pag. 119

5 Et quidem Deum in misericordiam pronum nostra delicta ad punitionem impellunt, ibid.

6 Deus quidem per Mariam, & si omnium curam gerit, parvulorum, & miserorum fortunam accuratius fovet, ibidem n. 2. & 3. pag. 224.

7 Et sanè benigno Regi, nec vilissimus servorum contemnendus est, ibid.

8 *Cum panem manducant.* Ad panem quotidianum consequendũ certissima via est Mariæ favor, lib. 2. Ad not. 17. n. 5. & 7. pag. 220.

9 In pauperibus ipse Christus reprehendebatur. Nam paupertatem amplexus est, vt eum homines viliori pretio comparatum, lib. 2. Adn. 20 n. 1. pag. 227.

10 Ideò forsitan Christus paupe

res discipulos defendit. Quoniam ea lamitatis, & laborum consors eisdem facilè compatitur, lib. 1. Adn 8. nu. 2. 3. & 4 pag 41. & Adn. 8. nu. 1. & seqq. pag. 40.

11 Malorum enim experientia benignum reddit, lib. 1. Adnot. 8. per totam pag. 46.

12 *Honora patrem, & matrem.* Pietatis controversia est, quis cui plus debere possit, Parens filio, an filius Parenti, lib. 1. Adn. 10. n 4. pag. 54.

13 Enim vero Christus, & Maria, ita sibi invicem debitores sunt, vt Mariæ voluntati Dei, & Deus subijciatur voluntati Mariæ, lib. 2. Adn. 6. num. 8 pag. 159.

14 *Honora patrem, & matrem.* Si ambigas: Cur Dominus hanc legem. Exodi citans non addiderit, quod inibi subditur: *Vt sis longævus super terram?* Respondetur: Evangelium Christi ad spiritualia potius, quàm ad terrena bona respicere. & vt in lege veteri promittebatur *Bona terræ comedetis*; ita Christum monere, *Nolite solliciti esse dicentes. Quid manducabimus? Aut quid bibemus? Aut quo operiemur?* Matth. 6. 31. itidemque Paulum asserere: *Regnum Dei non est esca, & potus*. nos videlicèt ad dexteram Dei aspicientes, in qua est *longitudo dierum* hoc est bona æterna; non ad sinistram, vbi sunt *divitiæ, & gloria*: vide lib. 1. Adnot. 6. fol. 34 & Adn. 20. fol 112.

Feria 6.

1 *Venit Iesus in Ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, iuxtà prædium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo.* Ioseph specialititulo dicitur filius Iacob, propter castitatem; qui enim casti sunt Deo milites, ac proinde filij redduntur, lib. 3. Adn. 8. n. 1. & 2. pag. 285.

2 *Erat autem ibi fons Iacob.* Rectè à fonte suam salutem Samaritana mulier auspicatur, quantumvis fuisset vitijs dedita: sæpè enim Maria corrigit, quos homines tanquam incorrigibiles relinquunt, lib. 3. Adn. 17. nu. 7 & 8. pag. 348.

3 Siquidem Maria est ad convertendos peccatores potentissima, lib. 3. Adn. 19 n. 1. pag. 360.

4 *Fatigatus ex itinere.* August. *Non frustra fatigatur Iesus: non frustra fatigatur virtus Dei.* Nimirum peccata nostra portat quorum ponderi vix vires divinæ pares esse videntur, lib. 3. Adnot. 13. totam pag. 323.

5 *Fatigatus ex itinere.* Plus studij, & diligentiæ impendit Deus in magnis peccatoribus ad se adducendis, lib. 5. Adn. 1. n. 9 pag. 478.

6 *Da mihi bibere.* Deus se hominum captui accommodat, vt illos ad meliorem frugem reducat, lib. 4. Adnot. 2. n. 3 & 4. pag. 397.

7 Deus quamlibet occasionem arripit ad indulgendum, & salvandum, lib. 5. Adn. 2. n. 1. pag. 480.

8 *Quomodo tu Iudæus cum sis.* Qui animum operantis ignorat, damnare non debet, lib. 2. Adn. 14. n. 1. p. 207.

9 Sed magna Dei pietas, qui non solum humilibus, sed cum exasperantibus indulget, lib. 4. Adn. 2. n. 2. pag. 396.

10 *Si scires donum Dei* Nulli laboriparceres, vt adsequereris. Et sanè dona Dei per fructus arborum significantur, quia non sine agricolæ labore percipiuntur, lib. 3. Adn. 1. n. 8. pag. 248.

11 Christus Dominus ad petendum invitat. quia largitas Diuina ad instar arboris est, quæ ramis protensis, & inclinatis dona offert, ibid.

12 *Vocà virum tuum*: Rupertus. *Vsa est arte sua nostris salutis opifex Dei sapientia, quatenus nec illam molestia verecundiæ pulsaret, & tamen necessariam salutis eius peccatorum confessionem eliceret.* Nimirum in convertendis peccatoribus arte sua vtitur Deus, lib. 4. Adn. 3. tota fol. 401.

13 *Bene dixisti: Quia non habeo virum*: Quid necesse erat illam laudare, quod benè dixisset? Sanè vt correctionem leniret, & animum peccatricis demulceret. Opportunè id ad hæc verba notante Ruperto in cap 2. Apocalypsis, hunc in modum: *Magnum hoc, & dignè imitandum est magisterium Spiritus Dei; corripere quidem ea, quæ emendatione indigent, sed inter corripiendum, & prius, & posterius collaudare, si quæ benè dicta, vel facta sunt ab eodem, qui in alijs corripitur, quatenus quoad fieri potest teneatur benevolus, vt non refugiat confusus, aut extervitus audire non sustinens peccatoris animus.* Vide lib. 4. Adn. 4. tota fol. 400.

14 *Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternã.* Nec mireris, quia diluvium misericordiæ diuinæ longe altius, & profundius est nostris peccatorum fletibus, lib. 1. Adn. 21. n. 9. pag. 122.

15 Nec mirandum si Mariam consideres peccatricis Advocatam Siquidem Maria fons est pietatis ad viuificandum lib. 1. Adn. 9. n. 8 pag. 56.

16 Item Maria fons est Misericordiæ, cuius flumina nullo aquilone congelantur, sed indesinenter exundant, lib. 1. Adn. 3. n. 7. pag. 20.

17 Itidem Maria rectè per fontem significatur; quia Maria contra cupiditatis æstum refrigerium est, lib. 3. Adn. 4 n. 1. pag. 263.

18 *Domine da mihi hac aquam. dicit ei Iesus, vade,* scilicèt, Christus, etiã si omnium peccatorum Advocatus sit, eis tamen prodest quoad effectum, qui eius inspirationi cooperantur, lib. 1. Adn. 2. n. 4. 5. 6. & 7. pag. 12.

19 *Video, quia Propheta es tu.* Et ipsum tanquam salutis Magistrum prudenter elegit, quia solerti Duce opus est, ne quis à via salutis aberret, lib. 3. Adn. 2. pag. 252.

20 *Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abijt in civitatem.* Non illam puduit euangelizare, quia non habet, quod erubescat, cui peccatum remissum est, lib. 3 Adn. 23. n. 2. pag. 385.

21 Scilicèt, cum perfecta pœnitentia peccata curantur, nec cicatrix quidem remanet, lib. 3. Adn. 21. num. 2. & 3. pag. 374.

Dominica 4. Quadragesimæ.

1 *Abijt Iesus trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis, & sequebatur eum multitudo magna.* Et vt se se Christus hominibus misericordem exhibeat, gaudet sibi illos in aquis repræsentari, vt significet ad pietatem excitari, dum nos per Mariam tanquam per christallum prospicit, lib. 3. Adn. 2. n. 6. pag. 253.

2 Etenim Maria aquis vult significari, vt omnes eius pietatem facilè inveniãt, lib. 2. Adn. 20. n. 2. & seqq pag. 238.

3 *Misereor super turbam,* apud Marcum Verbum, *Misereor.* Græcè est, *viscerior:* vt videris, quam tenerrimo viscerum affectu Deus nostri misereatur, lib 1. Adn. 7. fol. 44.

4 *Multitudo magna.* Christus prædicationi invigilat vt Apostolis ostendat peccatores ad Deum conversos fore in die iudicij prædicatorum triũphos, & coronas, lib. 1. Adn. 4. nu. 10. pag. 27.

5 *Super his, qui infirmabantur.* Videtur Christus pietatis Mariæ, vt nostris vulneribus mederetur, vestigia sequi, lib. 1. Adn. 9. n. 4. & 5 pag. 54 & 55.

6 *Cum sublevasset ergo oculos Iesus.* Quid nisi misericordiam expectes ab oculis filij Mariæ, qui ab ea misericordia hac fuxit? Nam sicut regulus venenum, sic Maria oculis salutem infundit, lib. 4. Adn. 8 n. 5 pag. 435.

7 Quin etiam iustificantur hi, ad quos Maria oculos convertit, damnãtur verò à quibus avertit, lib 5. Adn. 1. n. 2. pag. 475.

8 *Vnde ememus panes, vt manducent hi?* Nullus rogasse legitur, & tamen Christus indulget, quia perfecta misericordia non expectat rogantem, sed accipientem, lib. 2. Adn. 14. n. 1. & 2. pag. 200.

9 Ideò Mariæ misericordia, quia perfecta est, non solùm precantibus annuit, sed renuentes vocat, & ad beneficium invitat, lib 2. Adn. 14. n. 9. & 10. pag. 205.

10 Itaque Christus totus est ad misericordiam intentus, qui ex Patre misericordiarum natus, & Matre misericordiæ factus est, lib. 1. Adn. 7. n. 1. pag. 40.

11 *Hoc autem dicebat tentans eum.* An dignosceret Philippus, Christum in vtero Virginis aurum esse in fornace, quod in nostros vsus confletur, lib. 3. Adn. 1 n. 11. pag. 250.

12 *Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis.* Quid dubitat? quandoquidem liberalitas diuina communicationis anxia suorum bonorũ thesaurariam Mariam constituit, vt homines confidentius peterent, & libentius acciperent, lib. 3. Adn. 1. n. 4. pag. 246. & n. 9. pag 249.

13 *Facite homines discumbere.* Omnes invitat, neminem excludẽs. Christus enim omnium hominum, & singulorum calamitates, tanquam proprias reputat, vt se debitorem sub-

vantibus præſtet, lib 2 Adn 19.n.1.& 2.pag.230.& ibid.n.7 pag.233.

14 Deus tanquam vniverſi centrum in ſingula puncta circumferentiæ æqualiter pietatis lineas dirigit, lib 2.Adn.19.n.4 pag.231.

15 *Diſtribuit diſcumbentibus.* Amoris ſeraphici documentum eſt omnibus modis adminiſtrare pauperibus, & pauca ſibi relinquere, lib.2.Adn.5.n.8.pag.153.

16 Nihil magis proprium Chriſtus & Maria reputant, quàm quod in reliquos diſtribuunt, lib.2 Adn.19.n.4.pag 232.

17 *Vt autem impleti ſunt.* Mirandum non eſt, cum hoc miraculum acciderit in monte, cui Maria propter virtutum celſitudinem comparari ſolet: ſiquidem Maria tanquam menſa ſpiritualium ciborum Verbo noſtram ſalutem eſurienti opiparum convivium præparavit, lib 1.Adn.11.n.7. pag.67.

18 Imò Maria eſca dulciſſima eſt, qua homines ineſcati ad Deum trahuntur, lib 4.Adn.3.n.7.& 8.pag 404.

19 *Colligite, quæ ſuperaverunt fragmenta, ne pereant.* Hoc innuit in panis Euchariſtici commendationem. Eſt enim Euchariſtia diarius panis, ſine quo animæ fameſcunt, lib. 4. Adn.1. n.1.pag.391.

20 Ad conſequendum verò hunc quotidianum panem certiſſima via eſt Mariæ favor, lib.2.Adn 17.n.5.& 7.pag.220.

21 Scilicèt, Maria panem Sacramentalem condit, & filijs diſtribuit, lib.3.Adn.3.n.1.pag.257.

22 Panis quoque cæleſtis in vtero Mariæ igne Spiritus Sancti coctus eſt, vt lapidior evaderet, lib.3.Adn 3.n.2. pag.258. Vide alia in Indice vniverſali, verbo, *Euchariſtia.*

Feria 4.

1 *Præteriens Ieſus vidit hominem cæcũ à nativitate:* Obſerva Dominũ tunc feſtinum de templo exeuntem, quia *Iudæi tulerunt lapides, vt iacerent in eum.* Et tamen prætereuntem, & quaſi fugiẽtem ſtetiſſe, vt curaret cœcum; nihil de ſalute ſua curans, vt de ſalute hominis curaret: Ea quippè conditio Principis eſſe debet; vt muneri ſuo prius quam ſibi attendat, dicente Paulo, nec facio animam meam pretioſiorem, quàm me, dummodo conſumen curſum meum, & miniſterium verbi, quod accepi: ideò ſignatè dixit Euangeliſta: natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus, lib. 1. Adnot. 9. fol. 52.

2 *Præteriens vidit.* Nota Chriſtum prætereuntem in ipſo tranſitu videre, vt ſuccurrat; mundum velo videre, & præterire. *Præterit enim figura huius mũdi:* Sic videris in illo, *qui incidit in latrones;* quem vidit ſacerdos, & tranſiit. vidit Levita, & tranſiit, Samaritanus autem hoc eſt Dominus miſericordia motus eſt, & approprians alligavit vulnera eius, lib. 1. Adno. 7 fol. 44 col. 2.

3 *Vt manifeſtentur opera Dei in illo.* Quæ opera? Salutem, & vitam conferre: *Nam Deus noſter, Deus ad ſalutes.* Signatè verò dixit, *vt manifeſtentur:* vt indicaret ſe eſſe manum illam, de qua dicebat Vates *ſit manus tua, vt ſalves me*, lib. 1. Adn. 6 fol. 34.

4 *Manifeſtentur opera Dei in illo.* Manifeſta quidem erat Dei potentia, & ſapientia, & Deus ipſe non ignorabatur; ſed notanter dicitur à beneficentia manifeſtari, quia ab illa pulchreſcit Deus, lib. 1. Adn. 6 fol. 36.

5 *Me oportet operari opera eius, qui miſit me.* Quæſita ſanè locutio *me oportet, &c.* Non ſolùm vt ſignificetur teneri Principem ex munere benefacere; ſed ſua id omninò intereſſe, & ẽre ſua eſſe, quaſi ipſi proſit, lib. 1. Adnot. 4 fol. 22.

6 *Donec dies eſt.* Diſce, indeſinenter benè operari, vt obtineas à Deo donum perſeverantiæ, lib. 4. Adn. 9. fol. 438 & 444.

7 *Venit nox, quando nemo poteſt operari.* Noctem pro morte accipiunt interpretes poſt quam non eſt tempus pœnitentiæ, nec benefaciendi: de ipſo verò moriendi tempore Auguſtinus ſerm. 171. accipiens ſic Deum cum peccatore loquentem facit. *Quid pulſas ſine tempore, qui piger fuiſti cum tempore; dies fuit, & tu in lumine non ambulaſti: nox venit, & pulſare feciſti: excuſat tempus, quod improbus quærit affectus.* At enim verò, yel tũc ad Deiparam confuge, quæ in hora mortis

ſuſ

ſuſcipe, lib. 4. Adnot. 12. fol. 455. & Adn. vlt. fol. 549.

8 *Expuit in terram.* Obſerva Dominum totum factum ad noſtram ſalutem cuius verba; opera & ipſum met ſputum ſalutare, & vitale eſt, lib. 1. Adn. 6. fol. 35. Vide ibi. *Hæc manus plena remedijs.*

9 *Et linivit ſuper oculos eius.* Ambroſius ep. 75. itaque & tibi impoſuit, *lutum hoc eſt, verecundiam, prudentiam, conſiderationem fragilitatis tuæ*; quia videlicet, vt monet Auguſtinus *ſumus infirmi fragiles lutea vaſa portantes, quæ faciunt invicem anguſtias.* Vide, lib. 3. Adn 6. fol. 274 vbi de Maria clientes ſuos detinente, ne in peccata labantur.

10 *Linit lutum ſuper oculos eius.* Dixeris: ad cœcandum, quàm ad illuminandum id remedium fore, ſed obſerva divini ingenij cum morem eſſe, vt venena, & veneficia mundi per contraria curet, lib. 4 Adn. 8. fol 436.

11 *Linivit lutum ſuper oculos eius.* Signatiſsimè lutum in remedium adhibitum eſt obſervante S. Irenæo, lib. 5. adverſ. hæreſes cap. 15. *Quod enim in veteri plaſmate prætermiſit artifex Verbum hoc manifeſtè adimplevit, &c. Oſtendens antiquam plaſmationem quemadmodum facta eſt, & manum Dei oſtendens his, qui intelligere poſſunt, per quam è limo plaſmatus eſt homo.* Verum his opportunum id adiungit monitum. *Præbe cor tuum molle, atque tractabile, & cuſtodi figuram, qua te figuravit artifex habens in temetipſo humorem, ne indurans amittas vestigia digitorum.* Vide, lib. 5. Adn. 2. fol. 482.

Lib. 5. cap. 70.

12 *Vade, & Lava in Natatoria Siloe.* Quàm facilis, & ad manum eſt medicina confeſsionis, & pœnitentiæ, qua peccata lavantur, lib. 3. Adn. 14. & 15. à fol. 325. Vide verba Vrbani Pontificis. *Omnitiaſsima lotrix noſtra, &c.* lib. 528. col. 2.

Feria 6.

1 *Erat quidam languens Lazarus.* Celebratur à PP. reſurrectio Lazari, tanquam præcipuum & velut Sol miraculorum Chriſti: & verò cum abipſis PP. proponatur, vt imago peccatoris obdurati, & deſperati; egregium in ipſo, & pervtile ad benè ſperandum de diuina clementia documentum habemus, vti de miraculo reſurrectionis filij viduæ Nain, ſic dicebat Beda *Quanto deſperatior animæ mors ad vitam revocatur, tanto plures eodem corriguntur exemplo. Vide Dauid Prophetam, vide Apoſtolum Petrum, quorum quò gradus altior, eò caſus gravior, quo autem gravior caſus, eò pietas erigentis gratior, quò verò gratior in eis Domini pietas apparuit, eò certior cunctis pœnitentibus ſpes ſalutis ineſt.* Vide, lib 3. Adn. 17. & 18. à fol. 345. & adde non ſine hac emphaſi dictum fuiſſe à Domino. *Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam.* Eſt enim Deo maximè gloriosum magnos peccatores ad vitam revocare.

2 *Pro gloria Dei.* Gloria Dei eſt benefacere, & opem ferre: gloria Principis ſubditis auxiliarem manum dare, lib. 1. Adn 4. fol. 22. & Adn. 9. fol. 52.

3 *Dicit Thomas ad condiſcipulos: eamus, & moriamur cum eo.* Benè *cum eo*, ſed germanæ amicitiæ conditionem eam eſſe dicebat Seneca Ep. 6. *Cum quâ homines moriuntur, & pro quâ moriuntur*; ſicut Paulus, qui optabat anathema eſſe *pro fratribus*; ſic obſervante Chryſ. hom. 1. de laud. Pauli. *Moyſes cum cæteris optabat perire, Paulus pro cæteris*; ſic Dominus (diſcipulis ei obſicientibus, *Nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc*) non dubitavit diſcrimen mortis ſubire pro ſalute amico danda; & mortem pro omnium ſalute obire, lib. 1. Adnot. 7. fol. 40.

4 *Omnis qui credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Vtique Domine ego credidi, quia tu es Chriſtus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti*, Chryſoſtomus. *Videtur mihi non intellexiſſe mulier, quod dictum eſt propterea, aliud interrogata, aliud reſpondit.* Nimirum reſpondere debuerat credo Domine, quod credentibus in te vitam tribuis, maluit dicere, credere ſe, quod Chriſtus eſſet filius Dei vivi. Subſiſtit tamen reſponſio vt interrogationi opportuna. Nam quæ dixit Chriſtum eſſe Filium Dei vivi, ſimul eriam dixit: Vitam ſuis dare dicente aliquli Seneca; qui alijs non vivit, nec ſibi vivit. Ad rem vero Paulus de

Christo ad dexteram Patris sedente. *Semper vivens ad interpellandum pro nobis* notantissimè *semper vivens*; quod alicui videretur otiosum affirmare Christum viventem esse: voluit enim dicere Apostolus Dominum vivum, & viventem, & vitam ducere, vt interpellans pro nobis ad Patrem vitam nobis impertiatur, lib. 1. Adn. 8 fol. 46.

5 *Lachrymatus est Iesus.* En filium Dei, verum hominem, qui humani à se nihil alienum putat itidem optimũ Pontificem. *Qui condolere possit ijs, qui ignorant, & errant, quoniam & ipse circundatus est infirmitate,* lib. 1. Adnot. 6. fol. 42.

6 *Lachrymatus est Iesus.* Observa in Lazari resurrectione Dominum, & lachrymatum fuisse, & clamorem magnum edidisse; non secus, ac in Cruce salutem, & vitam omnibus dedit dicente Paulo. *Cum clamore valido, & lachrymis offerens exauditus est pro sua reverentia* ad Hebræor. 5. vt argumento fuerit, quamlibet suorum animam, non minus sibi caram quam omnes simul sint, lib. 2. Adnot. 18. & 19. à fol. 223. vsque ad 226.

7 *Tollite lapidem.* Ad obstinatos in peccatis loquitur; qui non abijciunt pondus peccati; ad quos voce magna clamat. Veni foras, lib. 3. Adn. 8. fol 351.

8 Dicit ei Martha Domine iam fœtet: benè Chrysologus: *Quod peritori fœtet, non fœtet Creatori. Quod horret alieni operis eversor, amator sui operis non abhorret,* lib. 3. Adn. 17. fol. 345.

9 *Lazare veni foras.* Ambrosius lib. de pœnitentia. *Veni foras, hoc est, qui iaces in tenebris conscientiæ, & delictorum tuorum sordibus, quodam reorum carcere exi foras, delictum prode vt iustificeris, ore enim confessio fit ad salutem.* Quæ verba possis accipere, quasi a Deipara tibi dicta, quæ cum ianua pœnitentiæ sit ad confessionem te invitat, lib. 3. Adn. 15. fol. 331.

10 *Solvite eum, & sinite abire;* quasi & à peccato liberum, & iam sui iuris, qui delectionem mali chirographi, quod erat contrarium ei obtinuerit, & sanitatem simul cum decore obtinuerit, lib 3. Adn. 22. & 23. à fol. 379. vsque ad 390.

Dominica in Passione.

1 *Quis ex vobis arguet me de peccato.* Christus Redempturus mundum innocentiam suam, & omnimodam puritatem in medium profert. *Nam si habuerit maculam* (Deute. 15.) *non immolabitur Domino*: Sic dicebat Paulus de Domino: *Talis nobis decebat Pontifex Sanctus innocens impollutus, segregatus à peccatoribus*: observa vocem *Talis*; vt videlicet dignè posset Deum placare: vnde Leo Pontifex. *Quamvis in conspectu Domini cunctorum Sanctorum pretiosa mors fuit, nullius tamen insontis occisio propitiatio fuit mũdi.* Quia nullus mundus à sorte, in quam rem observat Augustinus, lib. de natura, & gratia cap. 14. De aliis egregiæ sanctitatis viris dictum fuisse conversatos esse, sine querela de Christo vero *sine peccato fuisse*, & tu inde observa ipsum adeò impollutum, & segregatum à peccatoribus exstitisse, vt Matrem ab omni peccato & labe originali immunem habere voluerit, lib. 1. Adn. 9. fol. 173.

2 *Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi.* Dicamus hæc hominibus sæculo addictis: si vera, & cœlestia bona vobis proponimus, quare non creditis, & ea non amplexamini? quod si respondeant ij, quia mundus proponit nobis iucundiora bona, malumus ei fidem dare: opponemus, ea bona falsa mendacia, & nugatoria esse, quæ animum, & oculos decipiunt, lib. 3. Adn. 7. fol. 426.

3 *Qui ex Deo est verba Dei audit:* Humilem his verbis designat Dominus. Augustinus in id Psal. 77. *Inclinate aurem vestram in verba oris mei;* sic inquit: *Ille piè attendit legem Dei, cuius aurem inclinat humilitas, non cuius erigit cervicem superbia.* Vide lib. 3. Adn. 9. fol. 295.

4 *Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes.* Notanter *benè dicimus* Caietanus. *Manifestant se hæc quidem dixisse, sed modo agnoscere, quod benè dicant; modo approbant dicta. Nonne benedicunt, sed benè dicimus nos: manifestant se esse illos, qui perseverant dicendo hæc.* Homines, scilicèt, qui lætantur cum malefecerint, & exsultant in rebus pessimis;

quibus auxiliaris Deiparæ manus neceſſaria ad reſipiſcendum eſt, lib. 3. Ad not. 18. fol. 351.

5 *Samaritanus es tu, & dæmonium habes. Reſpondit Ieſus: Ego dæmonium non habeo.* Sed cur non etiam reſpondit Samaritanus non ſum? Pulchrè Auguſtinus: *Non fruſtra fratres, Samaritanus enim interpretatur cuſtos. Noverat ſe ille noſtrum eſſe cuſtodem. Non enim dormit, neque dormitat, qui cuſtodit Iſrael*, lib. 1. Adn. 9. fol. 52.

6 *Samaritanus es tu.* Pergit indidem Auguſt. *Pertinuit ad eum, vt redimeremur, & non pertinuit ad eum, vt ſervaremur?* Vbi vides perſeverantiam in via vitæ donum Dei eſſe; quia qui cœpit in nobis opus bonum perficiet: Quare ad ipſum bonis operibus adniti, & ope Deiparæ promereri debemus, lib. 4. Adn. 9. fol 438.

7 *Quem vos dicitis, quia Deus veſter eſt, & non cognoviſtis eum.* Caietanus. *Significanter autem, non dicit Pater meus Deus veſter, ſed apponit*, quem vos dicitis Deum veſtrum, *quia in veritate non erat Deus eorum, vtpotè quem non colebant corde, ſed ore.* Vide lib. 2. Adn. 19. fol. 229.

8 *Abraham Pater veſter exſultavit, vt videret diem meum.* Irenæus lib. 4. adverſus hæreſes cap. 15. Abraham doctus, quod inter homines homo futurus eſſet Filius Dei; ſed notanter dixit Dominus *diem meum* ſenſum cõmunem habens. Cũ Salomone Cant. 3. dicente: *Ex redimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum Mater ſua* in die *deſponſationis illius.* Quæ verba ad Chriſti Domini benignitatem, qua miſertus eſt nobis humana carne à Maria accepta referunt PP. lib. 1. Ad not. 7. fol. 24. per errorem: nam numerari debebat 42. fol. 2.

Feria 4.

1 *Facta ſunt encœnia Hieroſolymis, & hyems erat.* Theophylactus. *Da & tu operam dum hyems eſt præſens dico vita, quæ ſemper à malis ſpiritibus turbatur, vt celebres encœnia ſpiritualis templi ſempernovus factus, & aſcenſiones in corde diſponens*; vt videlicèt per viam ſalutis incedens magnum perſeverantiæ donum à Deo obtineas, lib. 4. Adn. 9. fol 438.

2 *Facta ſunt encœnia.* Pergit Theophylactus: Aderit enim tunc tibi Ieſus, qui ſimul celebret Encœniorum feſtivitatem in porticu Salomonis cuſtodia ſua te muniens, *& pacificum te faciens ab affectionibus: ipſe enim pacificus Salomon eſt.* Vide lib. 3. Adnot. 4. fol. 203.

3 *Ambulabat Ieſus in porticu Salomonis.* Non dixit ambulavit, ſed notanter *ambulabat*, quaſi de ſalute hominum cogitabundus continuata hac ambulatione cum illa, de qua dicitur Geneſ. 3. *Cùm audiſſet vocem Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem*; vbi Hieronymus: *Vt meridiano calore tranſacto refrigerium auræ ſpirantis oſtenderet*: quippè qui ad ſalutem perditi hominis anhelabat, tunc & modo indeſinenter anhelat, dicente Iſai. 30. *Exſpectat Dominus, vt miſereatur veſtri*; vbi eſt in Hebræo: *Anhelat Dominus*; & ipſemet per Ieremiam: *Ego cogito cogitationes pacis.* Vt peccator ad bonum Dominum fidenter accedat præſertim intrans per ſpeciſam portam templi Mariam, lib. 3. Adn. 15. fol. 331.

4 *Circumdederunt ergo eum Iudæi.* Card Toletus: *Inambulantem circumdant, vt ſtare faciant, vt nulla ex parte Chriſtus diverteret, ſed ſiſtens auditum ſermonibus eorum præberet*; addit Maldonatus: *Ne qua poſſet evadere*; vndè ſignatè ſubindè, inquit Ioannes: *exivit de manibus eorum.* O amentiam! Sed vide, non longius ab his abire, qui Deum, & eius providentiam velut manibus comprehendere volunt, qui divinarum rerum obliti politicis tantum, & temporalibus rationibus res ſuas diſponere, & fœlicitatem aſſequi ſatagunt: cùm vna ad fœlicitatem nõ modo æternam, ſed & temporalem vnus Dei timor Maria duce ſit. Vide lib. 2. Adn. 17. fol. 218.

5 *Et non rapiet eas quiſquam de manu mea.* Obſerva quàm ingens fœlicitas ſit talem, ac tantùm habere paſtorem è cuius manibus ovem ad beatitudinem apprehenſam nemo extorquere valeat. Verum enim verò omninò obſerva notanter dictum *non rapiet*, quaſi alia poſsit eſſe manus valentior ad rapiendum, non tamen dixiſſe

non exiet; quod liberum arbitrium ſemper ſubſiſtat, poſsitque homo diuinæ inſpirationi diſſentire ſi velit; ergo illud à nobis exigitur, vt cum metu, & tremore noſtram ſalutem operemur in Dei adiutorium, & miſericordiam ſperantes. Cum ipſe neminem deſerat, niſi prius deſeratur ab illo, lib. 4. Adn. 10. fol. 444.

6 *Pater meus, quod dedit mihi maius omnibus eſt.* Referunt Tertulian. Hilar. Ambroſ. & alij ad naturam diuinam, quam Pater filio gignendo dedit: *Qui factus eſt ei ex ſemine David ſecundum carnem.* Auguſtinus. *Quid dedit filio Pater maius omnibus, niſi vt ipſe eſſet vnigenitus filius?* lib. 1. Adnot. 11. fol. 63.

7 *Maius omnibus eſt.* Pergit Auguſtinus: *Sic habes ſapientiam, vt ipſe ſit ſapientia; faciatque ſapientes. Sic habet vitam, vt ipſe ſit vita, faciatque viventes. Hoc eſt, quod maius omnibus eſt:* ſcilicèt, dare vitam, & facere viventes, ſic Alexandro ingerebat Demoſthenes. *Nihil habes in fortuna tua maius, quàm vt poſsis, nihil melius, quàm vt velis benefacere,* lib. 11. Adn. 4. fol. 22.

Feria 6.

1 Hic homo multa ſigna facit: Is Dei mos eſt, vt pro hominum ſalute, *qui niſi ſigna viderint non credant* ſigna faciat: notanter verò Deipara pro peccatorum converſione miracula, & prodigia facere conſueſcit, lib. 4. Adn. 19. fol. 359.

2 Quid facimus? dolenter dicũt, quaſi occaſio perdendi Dominum è manibus eorum elabatur: cùm Dominus è contra occaſiones quærat, vt eis ſalutem, & vitam impertiatur, lib. 4 Adn. 3. fol. 401.

3 Venient Romani, & tollent locum noſtrum, &c. Auguſt. *Temporalia perdere timuerunt, & vitam æternam non cogitaverunt, ac ſic vtrumque perdiderunt:* Secus quidem clientibus Mariæ evenit, quos ipſa cum incolumitate vitæ temporalis dona ſpiritualia à Deo impetrat, lib. 2. Adn. 17. fol. 221

4 *Expedit vobis, vt vnus homo moriatur;* qui pro veſtra ſalute fideiubeat, lib. 1. Adn. 12. fol. 70.

6 *Expedit vobis, &c.* Vt pro vobis ipſis illum ad mortem damnantibus oret, & veniam vobis à Deo obtineat, lib. 5. Adn. 6. fol. 505.

7 *Non tantum pro gente.* Qui ſine acceptione perſonarum omnes homines vult ſaluos fieri, lib. 2. Adnot. 18. fol. 223.

Dominica in Palmis.

1 *Invenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea.* Hieronymus. *Alligata erat aſina multis vinculis peccatorum.* En infelicem peccatorum ſtatum alligatorum in faſciculos ad comburendum; ſed ecce Dominum invitantem ad veniam: Ecce Mariæ benignitatem, & poteſtatem ligandi, atque ſolvendi, lib. 2. Adn. 13. fol. 196.

2 *Et pullum cum ea.* Ambroſ. orat. in Auxentium, *quòd grave ſarcinam portare conſueverit;* cui dicitur, *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis.* Ergo qui peccatorum pondere premeris; muta pondus, muta iugum, & invenies requiem animæ tuæ, libr. 3. Adn. 13. fol. 318.

3 *Dominus his opus habet.* Bernar. ſerm. 3. Dom. in Ramis: *Opus magnũ, opus ſalutis; nempè homines, & iumenta ſalvos facere venerat, multiplicans miſericordiam ſuam Deus.* Optimè omninò: venit quippè *Dominus omnes homines ſalvos facere;* ideò ex Maria factus, lib. 1. Adn 5 fol. 29.

4 *Dominus his opus habet.* Qua ratione? Aut quo prætextu? Nonne David ſapienter dicebat: *Dixi Domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges?* Quomodo ergo his opus habet? Quid tibi omnium Domine miſeris homuncionibus? Et ignobilibus iumẽtis ſarcina peccatorum oneratis opus eſt? Eſt quidem opus Deo peccatoribus, vt theſauros benignitatis, & clementiæ ſuæ in ipſis oſtendat: immò & multiplicet, vt dicebat Bernardus: *Multiplicans miſericordiam ſuam,* quaſi ipſam exſtendens, amplificans, & maiorem faciens; atque inde glorioſior apparens. Nam miſerationes eius *ſuper omnia opera eius,* lib. 1. Adn. 7. fol. 40.

5 *Ecce Rex tuus venit tibi;* obſerva *tuus;* & *tibi*, vt videris Deum to-

tum ad ſalutes, totum tibi factum, totum tibi datum, lib. 1. Adn. 6. fol. 34.

6 *Venit tibi manſuetus.* Vt ſicut ille te opus habet; ita & tu illum habeas, quales tibi opus eſt, *qui condolere poſſit ijs, qui ignorant, & errant, quoniam & ipſe circumdatus eſt infirmitate*, lib. 1. Adn. 8. fol. 46.

7 *Venit tibi manſuetus.* Bernardus ſerm. 3. huius Dominicæ. *Quam modeſtè tamen hanc ipſam videtur gloriam ſuſcepiſſe ad triumphalem occurſum in aſino veniens non in curribus, aut equis*; vt videris Magnanimitatem cum humilitate coniunctam, lib. 3. Adnot. 10. fol. 306.

7 *Et impoſuerunt veſtimenta ſua, & eum deſuper ſedere fecerunt.* Obſerva verbum *fecerunt*, quòd non ſolùm pteces adhibitas, ſed etiam vim, & coactionem præſertim ex Græco ſignificat: immò & Hiſpanè dicitur: Hizole callar; hizole huir: vt bono Principi, humili, moderato, manſueto, & ad benefaciendum prono boni ſubditi ſua bona, immò & veſtimenta, & pallia ad Regiæ domus ſuſtentationem, non ſolum offerant, ſed renuentem cogant, vt accipiat: non verò cõtra velit Rex pallia, & veſtimenta ab ipſis extorquere, præſertim ſi ad luxum, & ſplendorem petat. Vide lib. 1. Adn. 9. fol. 52.

8 *Cedebant ramos de arboribus.* De oliuis, ſcilicèt, quas mons ille ferebat itidemque de palmis, vt habet Ioannes, *acceperunt ramos palmarum*; quos diſcipuli latus Domini cingentes illuſtri ſatellitio adornarent. Nam *miſericordia, & veritas cuſtodiunt Regem*, lib 1. Adn. 7. fol. 26.

9 *Hoſſanna filio David.* Id eſt (vt omnes PP. Hilarius, Origenes, Ambroſ. Hieron. Beda apud Maldonatum interpretantur) *Serva nos Fili David.* En Dominicæ Incarnationis Sacramentum: En Filij Dei ad nos Aduentum, *ſervare ſalvos facere*: En boni Regis typum: En munus, en triumphum *ſervare, benefacere*, lib. 1. Adn. 34. f. 34.

INDEX VNIVERSALIS VERBORVM, ET RERVM, QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

A

Abyſus.

Maria abyſus miſericordiæ, lib. 1. Adn. 3. n. 4. pag. 18.

Adamas.

Deus, qui quondam Adamas infragibilis erat, carnis teneritudinem accepit, vt nobis compateretur, lib. 1. Adn. 7 n 5. & 6 pag. 43.

Advocatus.

Etſi Chriſtus omnium peccatorum Advocatus eſt, eis tamen ſolùm prodeſt, quo ad effectum, qui eius interceſsioni cooperantur, lib. 1. Adn. 2. n. 4. & 5. pag. 12.

Chriſtus Advocatus iuſtus, & Patronus iudex lachrymas, & opera pœnitentiæ, à nobis exigit, vt noſtram ſalutem compleat, & perficiat, libr. 1. Adnotatio 2. num. 6. & 7. pag. 12.

Chriſtus Advocatus eſt nobis penes Patrem, ſed Maria penes Filium, lib 1. Adn. 1. Adn. 2. n. 2. & 3. item n. 8. & 9.

Pietas divina eundem nobis conſtituit Advocatum, & iudicem, lib. 1. Adn. 2 n. 7. pag. 12.

Æthiops.

Peccatores, qui peccato erant deformes Æthiopes, Mariæ interventu candidi redduntur, lib. 1. Adn. 1. n. 2 pag. 3.

Agnus.

Chriſtus, quia Matrem refert iure optimo Agnus appellatur, lib. 2. Adn. 11. n. 1. pag. 192.

Ancilla.

Maria nomine Ancillæ potius, quã reginæ gaudet, vt Chriſtum, pro nobis ſervum procrearet, lib. 1. Adn. 8. n. 6. pag. 50.

Angelus.

Angelorum puritas clariſsimum, & incontaminatum ſpeculum divinitatis, lib. 2. Adn. 6 n. 1. pag. 154.

Angelus à conſilio benefaciendi commendatur, lib. 2. Adn. 18. num. 5. pag. 225.

Angeli meſſores ſunt, qui gaudentes opimos fructus ſanctitatis demetunt, lib 3. Adnot. 17. num. 1. pag. 345.

Angelorum chori ſilicibus præruptis comparantur, lib. 2. Adn. 6. num. 4. pag. 157.

Sine iniuria naturæ Angelicæ Verbum ei prætulit carnem Mariæ, vtpotè valdè dignioris, libr. 2. Adnot. 6. numero 1. & 2. pagina 154. & 155.

Animus.

Puerilis, & abiecti animi ex ſeſe pro terrena magnitudine extollere, lib 3. Adn 10. n 6. pag. 306.

Apes.

Filius Dei tamquam Apes, ex Mariæ paradiſinis floribus favum ſuæ carnis effecit, lib. 2. Adn. 7. nu. 1. pag. 161.

Aqua.

Maria Aquis repræſentari gaudet, vt omnes eius pietatem facilè inveniant, lib. 2. Adn. 20. n. 2. 3. 4. & 5. pag. 238.

Aquila.

Maria Aquila cœleſtis, quàm infernalis Draco maximè timet, lib. 2. Adn. 6. n. 4. pag. 157.

Aquilo.

Cruci adſtat Maria ad Aquilonem, vt peccatores ad dexteram collocet, eorum frigeſcentem charitatem accẽdat, Chriſtoque manum porrigenti, & caput benignè inclinanti penitus conciliet, lib. 1. Adnot. 1. n. 1. pag. 2.

Arbor.

Largitas divina adinſtar arboris quæ ramis inclinatis, & protenſis do-

na offert, lib. 3. Adn. 18. n. 8. pag. 248.

Arca.

Maria dives arca, in qua sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei, lib. 3. Adn. 1. n. 9. pag. 249.

Asylum.

Domus Mariæ peccatoribus pro asylo est, lib 1. Adn. 1. n. 5 pag. 5.

Maria templum misericordiæ, in quod peccatores, tanquam in asylum confugiunt, lib. 1. Adnot. 3. num. 8. pag. 20.

B

Babylon.

Ex Civibus Babylonis per Mariæ patrocinium transeunt peccatores in Ciues Hierusalem, lib. 1. Adn. 1. nu. 2. pag. 3.

Baculus.

Maria senescentis mundi baculus est, & fulcimentum, ne cotruat, lib. 1. Adn. 21. num. 6. pag. 120.

Beneficium.

Singulare Dei beneficium, peccatorum è vivis tollere: siquidem præstat mortem oppetere, quàm peccatum admittere, lib. 3. Adn. 7. num. 1. & 2. & seqq. pag. 280.

Speciosum beneficium, quod accipientis verecundia non emitur, lib. 2. Adn. 14. n. 1. & 2. pag. 200.

Omnes creaturæ Mariam, quamtumvis excellentem, sine invidia, colunt, quia omnibus se præstitit beneficam, lib. 2. Adn. 8. num. 4 pag. 168.

Bestiola.

Bestiolas ad se confugientes Maria pallio protegens, manuque benignè contrectans Filio suo reconciliat, lib. 1. Adn. 1. n. 5. pag. 5.

Bona.

Cuncta bona terrestria iniquè cum bonis spiritualibus comparata æstimantur, lib. 2. Adn. 6. n. 1. p. 154.

Immortalia quærentibus bona temporalia affatim suppetent, lib. 4. Adn. 3. num. 3. pag. 402.

C

Caro.

Caro Mariæ tanquam pretiosum monile verbum exornat, lib. 2. Adn. 4. num. 5. pag. 146.

Dignitas carnis Christi, vel ipsis Angelis inexplicabilis est, lib. 2. Adnot. 5 num. 5. pag 151.

Ex purissima carne Mariæ nitidissimam, & sacrosanctam telam texuit Deus, vt Filium suum talari tunica, & polymita indueret, lib. 1. Adnot. 1. num 3. pag. 4.

Nostra caro, quæ anteà venenum peccati, per Mariam transivit in antidotum, lib 3. Adnot. 21. num. 6. & 7. pag. 377.

Deus, qui quondam Adamas infragibilis erat, carnis teneritudinem accepit, vt nobis compateretur, lib. 1. Adn. 7. num. 5 & 6. pag. 43.

Christallus.

Vt nos Deus benignè, & misericorditer aspicia, per Mariam tanquam per christallum prospicit, lib. 3. Adn. 2. num. 6. pag. 253.

Christus.

Nihil magis proprium Christus, & Maria reputant, quam quod in reliquos distribuunt, lib. 2. Adn. 19. num. 4. pag. 232.

Christus præ amore hominum passibilem potius, quàm impassibilem vitam elegit, lib. 1. Adn. 8. num. 4 pag. 49.

Christus voluit Patri perpetuus effici servus, vt nostram libertatem sua servitute promoveret, lib. 1. Adn. 8 num. 5. pag. 49.

Christus per nostrarum passionum experientiam, dicitur misericordiã didicisse, lib. 1. Adn. 8. n. 5. pa. 49.

Christus divinitate vnctus salutiferum nobis misericordiæ vnguentum exhalat, lib. 3. Adn. 23. num. 5. pag. 387

Christus gerit Imaginem Mariæ lib. 2. Adn. 4. n. 3. pag. 144.

Christus antequam nascerctur suis primis progenitoribus fuit humilitatis exemplum, lib. 3. Adn. 9. num. 10. pag 300.

Optimè Christus generi humano prospexit, dum eius salutem in Maria collocavit, lib. 3. Adn. 1. n. 10. p. 249.

Christus pronus ad misereudum, lib. 1. Adn. 7. n. 7. & 8. pag 44

Infans in præsepio vagit, vt peccatores; potius alliciat, quàm deterreat, lib. 2. Adn. 13. n. 5. pag 198.

Chriſtus, & Maria in iride ſignificantur, lib. 1. Adn. 20. n. 3. & 4. pagin. 114.

Chriſtus in vtero Virginis aurum in fornace, quod in noſtros vſus conflatur, lib. 3. Adn. 1. n. 11. pag. 250.

Chriſtus triumphantem Mariam gaudens excepit, & ſuper thronos Angelorum collocavit, lib. 2. Adnot. 6. n. 4. pag 157.

Chriſtus naſcitur, vt Deus, quia omnibus facilè inveniendus, & poſſidendus offertur, lib. 2. Adn 19. n. 5. & 6. pag. 232.

Peccatores Chriſtus ad Mariam remittit, vt certius exaudiantur, lib. 2 Adn. 17. n. 4 pag 219.

Sic Chriſtus in genus humanum ſe beneficium præſtitit, vt pro ſingulis ſe totum dediderit, lib. 2. Adn 19. nu. 1. & 2. pag. 230.

Mirandum ſanè fuit Curiæ cœleſti, cum Chriſtus Patri noſtram naturam offerret; nulla imperfectionis macula fœdatam, lib. 1. Adn. 11. n. 2. pag 65.

Chriſtus omnium hominum, & ſingulorum calamitates tanquã proprias purat, vt ſe debitorem ſubleVantibus præſtet, lib. 2. Adn. 19. nu. 7. pag 233.

Excelſior apparere videtur Chriſtus in vtero Virginis, quam in ſinu Patris, lib. 1. Adn. 19. n. 6. pag 110.

Chriſtus aſcendens in cœlum mirabile domum Patri obtulit, dum noſtræ naturæ primitias in eius dextera collocavit, lib. 1. Adn. 11. num. 2. pag. 65.

Chriſtus factus eſt ex Maria artificioſè ad noſtram ſalutem opportunus, lib. 6. n. 1. & 2. pag. 35.

Quamvis Chriſtus delevit chirographum decreti, lituræ tamen remanent veſtigia, per pœnitentiam penitus era denda, lib. 3. Adn. 21. n. 1. pag. 374. & Adn. 22. n. 1. pag. 380.

Nec Chriſtus verus agnoſcendus, quem Maria non ſigillet, lib. 1. Adnot. 14. n. 2. pag. 83.

Chriſtus pietatem Mariæ, vt noſtris vulneribus mederetur hæreditare videtur, lib. 1. Adn. 9. n. 4. & 5. pag. 54. & 55.

Chriſtus vapor flagrans, & flos immarceſsibilis Matris in corruptionem oſtendit, lib. 2. Adn. 5. n. 3. p. 150.

Chriſtus ex vtero Matris eam venuſtatem traxit, quæ ornaret elegantèr vniverſum genus humanum, lib. 1. Adn 6. n. 3. pag. 36.

Chriſtus naſcitur in præſepi, vt homines bruris ſimiles illum inter palleas quærerent, lib. 4. Adn. 3. nu. 5. & 6. pag. 403.

Idem eſt vnigenitus Patris, & Filius Mariæ, vt vbi poteſtas, ibi reſideat etiam miſericordia, lib. 1. Adn. 6. n. 7 pag 38.

Chriſtus totus eſt miſericors, vtpotè, qui ex Patre miſericordiarum, & Matre miſericordiæ natus eſt, lib. 1. Adn. 7. n. 1. pag 40.

Salus animarum Chriſto divitiæ ſunt, lib. 1. Adn 12. n. 4. pag. 71.

Chriſtus amabilior redditur, quia Mariæ Filius, lib. 1. Adn. 12. num. 6. pag. 72.

Chriſtus in paſſionis Calice, non tam ſibi, quam peccatoribus, & Martyribus condolebat, lib. 1. Adn. 8. nu 6. pag. 50.

Hæreditatem omnium gentium Chriſtus in Mariam tranſmiſit, cum ei Ioannem dilectum teſtamento tradidit, lib. 1. Adn. 10. n 10. pag 62.

Chriſtus Mariæ debet, quod carne ab ipſa ſuſcepta factus fuerit extenſivè filius naturalis Dei, lib. 1. Adn 11. per totam, pag. 64.

Ex Mariæ viſceribus Chriſtus naſcens divitem miſericordiæ thesaurum pro redemptione hominum exportavit, lib. 1. Adn. 11. n. 1. pag. 64.

Civitas.

Maria Civitas Refugij, lib. 1. Adn. 1. n. 2. pag. 3.

Clementia.

Diuina clementia lapidea corda ſuaviter emollit, lib. 3. Adn. 15. n. 2. pag. 339.

Regale inſigne Clementia eſt, lib 1. Adn. 1. pag. 22. & n. 8. & 9. pag. 26.

Conceptio.

Per Conceptionis gratiam aptata eſt Maria, vt digna ſit Mater Chriſti Redemptoris, lib. 2. Adn. 9. n. 5. 6. & 7. pag. 176.

Impugnatores Conceptionis pœnis afflicti, & propugnatores præmijs ornati, lib. 2. Adn. 9 n. 8. pag. 179. in exemp.

Confessio.

Remedium peccatorum confessio, lib. 2. Adnot. 15. n. 2. 3 & 4. pag. 207.

Ad delendum negationum numerum triplici amoris confessione Petrus excitatur, lib. 3. Adnot. 2. n. 3. pag. 381.

Confidentia.

Nimia sui confidentia in periculis ruinæ conterminat, lib. 3. Adn. 5. n. 2. pag. 269.

In misericordia Dei confidere salutare est de ipsa desidiosè præsumere periculosum, lib. 5. Adn. 4. n. 1. pag. 497.

Conservatio.

Mundum culparum pondere labentem conservare præclarius diuinæ sapientiæ facinus, quam primo producere, lib. 1. Adn. 21. n. 3. pag. 118.

Consors.

Calamitatis, & laborum consors eisdem facilè comparitur, lib. 1. Adn. 7 n. 3. & 4 pag. 41. & Adn. 8. n. 1. &c. pag. 46. &c.

Maior pietas speranda à iudice expertè culpæ quàm à consorte, lib. 2. Adn. 11. n. 8. pag 190.

Contractus.

Nostræ redemptionis contractus, omnibus forensibus solemnitatibus roboratur, lib. 1. Adn. 14 n. 1 pag 83.

Expectatur Mariæ consensus ad Incarnationem, vt per contractum liberum Deo humana natura despondetur, lib. 1. Adn. 12. n. 3. pag. 71.

Conversio.

Qui ad Mariam convertitur dum modo inspirationi non resistat gratiam consequitur, lib 3. Adnot. 4. in exemplum, pag. 267.

Cor.

Nihil deterius obstinato corde, lib. 3. Adn. 16. n. 1. pag. 339.

Divina clementia lapidea corda suaviter emollit, lib. 3. Adn. 15. nu 2. pag. 339.

Corda ferrea ignita Mariæ charitates molliuntur, lib. 3. Adn. 10. nu. 9. pag. 342.

Corona.

Vbi tentatio non ardet corona non fulget, lib. 3. Adn 5. n. 1. pag. 260

Peccatores de tenebris transeunt in nitidissima sydera, quibus Mariæ pietas coronatur, lib. 1. Adn. 1. n. 6. pag 5

Corpus.

Corpus Mariæ casti animi exemplar, lib. 3. Adn. 8. n 3 & 4. pag. 286

Corpus Mariæ vas aureum a cœlesti artifice elaboratum, vt inde Corpus Christi formaretur, lib 1. Adn. 1. n. 3. pag. 4.

Crux.

Crux Christi animos affectis infundit, lib. 3. Adn. 15. n. 7 pag. 335.

Labor Crucis eius dulcissimo fructu compensatur, lib. 4. Adn. 4. n. 3. pag. 407.

Cruci adstat Maria ad Aquilonem, vt peccatores ad dexteram collocet, eorum frigescentem charitatem accendat, Christoque manum porrigenti, & caput benignè inclinanti penitus conciliet, lib. 1. Adn. 1. n. 1. pag. 2.

D

Damnati.

Maria condemnatos ad mortem suis precibus liberat, lib. 5. Adn. 3. nu. 1. pag 485.

Decor.

Decor pudicitiæ, nisi auspice Deo, & Maria non servatur, lib. 3. Adnot. 2. num. 1. pag. 284.

Desiderium.

Desiderium Mariæ captivos vinculis impeditos liberare, lib. 3. Adn. 18. n. 1 pag 351.

Deus.

Deum in misericordiam pronum nostra delicta ad punitionem impellunt, lib. 1. Adn. 21. n. 5. pag. 119.

Vt Deus nostra crimina obliviscatur, oportet, vt eorum memoriam confessione repetamus, lib. 3. Adnot 22. num 4. pag. 381.

Ad inveniendum Deum festinatio iuvat, procrastinatio nocet, lib. 2. Adn. 19. n. 5 & 6. pag 232.

Deus pœnitentium peccata è sua memoria delet, lib. 3. Adn. 22. nu n 4. pag. 381.

Deus quodammodo obligatur ad nobis subveniendum, quia ipsius factura sumus, lib. 5. Adn. 2. num. 2. pag. 481.

Quod Deus habet per naturam videtur Maria suscepisse per gratiam lib. 2. Adn. 13. n. 3. pag. 196.

Deus ſe hominum captui accommodat, vt illos ad meliorem frugem reducat, lib. 4. Adn. 2. nu. 3. & 4. pag. 397.

Deus non ſolum per miſericordiam turpitudinem aufert, ſed animæ pulchritudinem indit, lib. 3. Adn. 23. n. 3. & 4. pag. 385.

Deus ita peculiariter ſingulis prouidet, vt cuiuſcumque pars, & portio ſit, lib. 2. Adn. 19 n. 3. pag. 231.

Deus tanquam vniverſi centrum in ſingula puncta circūferentiæ æqualiter pietatis lineas dirigit, lib. 2. Adn. 19. n. 4. pag 231.

Deus quamlibet occaſionem arripit ad indulgendum, & ſalvandum, lib 5. Adn. 2. n. 1. pag 480.

Plus ſtudij, & diligentiæ impendit Deus in convertēdis magnis peccatoribus, quàm in his, qui minus peccarunt lib. 5 Adn 1 n. 9 pag 478.

Maria ſubjicitur voluntati Dei, & Deus voluntati Mariæ, lib. 2. Adn. 6. n. 8. pag. 159.

Devotio.

Mariæ devotio virtutibus potius, quàm verbis comprobatur, lib. 4. Adn. 9. n. 6. pag. 441.

Diabolus.

Diabolus circuit quærens ad mortem, Maria circuit quærens ad ſalutem, lib. 2. Adn. 14 n. 5. pag. 202.

Diabolus lutum dat, vt cœlum rapiat, & multifariam illudit, lib. 4. Adn. 6. n. 4. pag. 420.

Quos Diabolus venatur in perniciem, Maria captat in ſalutem, lib. 1. Adn. 1. n. 6. pag. 6.

Diluvium.

Diluvium miſericordiæ divinæ longè altius, & profundius eſt noſtris peccatorum fluctibus, lib. 1. Adn. 21. num. 9. pag. 122.

Dioptra.

Maria dioptra perſpectiva, lib. 4. Adn. 5. num 8. pag. 416.

Divinitas.

Ex Maria naſci, divinitatis argumentum eſt, lib. 2. Adn. 4. num. 1. pag. 143.

Maria divinitati ſimillima, lib. 2. Adn. 4. num. 2. & 3. pag. 144.

Corpus Chriſti à puritate, & ſanctitate Matris divinitati verbi maximè congruit, lib. 2. Adn. 4. num. 6. pagin. 147.

Nihil importunius homine divinitatem affectante, lib. 1. Adn. 8. num. 2. pag. 47.

Dolus.

Bono dolo Deus homines allicit, vt dæmonem dolo malo faſcinantem contemnat, lib. 4. Adn. 6. num. 1. & ſeqq. pag. 419.

Domus.

Totius mundi artifex, vtpote qui probe norat pulcherrimam domum, ſibi Mariam habitandam elegit, lib. 2. Adn. 13. n. 6. pag. 199.

Maria domus ornatiſsima, & capaciſsima Dei, lib. 2. Adn. 3. num. 8. pag. 141.

Opifice Spiritu Sancto Maria infirmiſsimam domum Dei conſtruitur, lib. 2. Adn. 3. num 9. pag. 148.

Deus humanæ naturæ commercium debet pro penſione domus, quā illi Maria conduxit, lib. 1. Adnot. 14. num. 5. pag. 80.

Donum.

Dona Dei per Mariam collata dulcius ſapiunt, lib. 4. Adn. 2. num. 5. pag. 398.

Draco.

Maria Aquila cœleſtis, quam infernalis Draco maximè timet, lib. 2. Adn. 6. num. 4 pag. 157.

Dulcedo.

Eam dulcedinem miſcet rigore Maria, vt nullus eius perſuaſioni reſiſtat, lib. 4. Adn. 3. n. 7. & 8. pag. 404.

E

Eſca.

Maria eſca dulciſsima, qua homines inescati ad Deum trahuntur, lib. 4 Adn. 6. num. 9 pag. 423.

Euchariſtia.

Euchariſtiæ Sacramentum myſterium Virginis, lib. 3. Adn. 3. num. 5. pag. 260.

Euchariſtici vini Maria pincerna eſt, lib. 3. Adn. 3. n. 26. pag. 266.

Euchariſtia diarius panis, ſine quo animæ fame eſcunt, lib. 4. Adn. 1. num. 1 pag. 391.

Euchariſtia à ſervitute redimit, & in libertatem aſſerit, lib. 4. Adnot. 1. num. 2. pag. 391.

Sacramentum Euchariſtiæ efficax antidotum contra concupiſcentiam,

lio. 3. Adn. 4. num 5. & 6. pag. 295

Eva.

Evæ crudelitatem in genus humanum Maria ſumma pietate compenſat, lib 1. Adn 3 n. 1. pag. 17.

Sicut per Evam mors, ita per Mariam vita nobis advenit, lib. 1. Adnot. 13. n. 5 pag. 78.

Maior firmitas, & conſtantia à Chriſto ex Maria genito humanæ naturæ accrevit, quàm infirmitas, & fragilitas ab Eva ex Adamo formata in genus humanum dimanavit, lib. 1. Adn. 13. n. 2. & 3. pag. 77.

Sicut genus humanum in Eva moritur, ita in Maria reſurgit, lib. 3. Adn. 1. n. 3. pag. 246.

Experientia.

Malorum experientia begninum reddit, lib. 1. Adnot. 8. per totam pag. 46.

F

Faſcia.

Faſcia, qua tenerum Chriſtum Maria involuit, adultum cohibet, ne in peccatores iram effundat, lib. 1. Adn. 1. nu. 6. pag. 6.

Favus.

Filius Dei tanquam apes ex Mariæ paradiſinis floribus favum ſuæ carnis effecit, lib. 2. Adn. 7. n. 1. pag. 161.

Ex florida carne Mariæ, & roſcida divinitatis dulcedine favus diſtillans Verbum factum eſt, lib 1. Adn 6. n. 5. pag. 37. & Adn. 7. n. 6. pag. 43.

Ferrum.

Maria igne Spiritus Sancti ferrum candens, lib 2. Adn 14. n. 7. pag. 203.

Finis.

Laus ſapientis in fine eſt, lib. 4 Adn. 9. n. 1. pag 438.

Etiamſi quis rectè vixerit, timere debet, ne in fine deficiat, lib. 4. Adn. 9. n. 1. pag. 438.

Qui diù gratiæ Dei cooperatus eſt optimum finem prudenter ſperat, lib. 4. Adn. 9. n. 2. & 3. pag 439.

Flos.

Virtutum floribus Maria tanquam amæno paradiſo delectatur, lib. 3. Adnot. 3. n. 4. pag. 259.

Fons.

Maria Fons miſericordiæ, cuius fluenta nullo Aquilone congelantur, ſed indeſinenter exundant, lib 1. Adn. 3. n. 7. pag 20.

Maria Fons pietatis ad viuificandum, lib 1. Adn. 9. n. 8. pag. 56.

Fortuna.

Fortuna in hoc mundo navigantibus pro nauclero eſt, lib. 2. Adn. 16. n. 3. pag. 213.

Tota hominum fortuna, non ab aliis ſtellis, quàm à Chriſto, & Maria ſperanda eſt, lib 2 Adn 16. n. 1. pag. 212.

Maria nobis verior fortuna eſt, quàm illa fictitia multò facilior, benignior, & potentior, lib. 2. Adn. 16. num. 4 & 5. pag 214.

Maria fortunam ad ſuum nutum temperat, lib. 2. Adn 16 n 3. pag. 213.

Benemeriti in hoc mundo, non ideò fortunati, imò potius in fortunijs expoſiti, lib 2. Adn 16. n. 6. pag. 215.

Fortuna etiam dum favet timenda, lib. 2. Adn 17. n. 1. pag. 218.

Fragrantia.

Fragrantia virtutum Mariæ Verbum ad eius vterũ allexit, lib 2. Adn. 6 n 5 pag. 157. & Adn. 7. n. 5. pag. 164.

Odore virtutum Mariæ excitatur Chriſtus ad nobis benefaciendum, lib. 2. Adn. 10. n. 4 pag. 182.

G

Gemma.

Mors Sanctorum Deo pro Gemma pretioſa eſt, lib 4. Adn. 11. nu 3. pag. 451.

Gratia.

Maria auxilia gratiæ dulciora, & efficaciora reddit, lib 4. Adn. 11. n. 4. & 5. pag. 451.

Eos, qui ſe diſponunt gratia Spiritus Sancti vberius rigat, lib. 4. Adn. 3. n. 3 pag. 402.

Gratia Dei non ſolùm operantem comitatur, ſed prævenit, lib. 2 Adn. 14. n. 4. pag. 202.

Iuſtificatis tenetur Deus, ex fidelitate auxilium moraliter efficax conferre, lib. 4. Adn. 11. n. 1. & 2 pag. 450.

Iuſtius Deus conqueritur homines deeſſe ſuæ gratiæ, quàm homines Dei gratiam eis defuiſſe, lib. 4 Adn. 5. n. 2. pag 412.

Qui ſe capaciores reddunt maiorem gratiam accipiunt, lib. 4. Adn. 5. n. 1. pag. 411.

Qui diu gratiæ Dei cooperatus est, optimum finem prudenter sperat, lib. 4. Adn. 9. n. 2 & 3. pag. 439.

Deus semper paratus est manere in nobis dummodo ipsum non abijciamus, lib 4. Adn. 10. n. 1. pag. 444.

Tantam Maria gratiam habuit, quanta est capacitas puræ creaturæ, lib. 2. Adn. 8. n. 5. & 6. pag. 169.

Per gratiam homo fit corpus Christi; per culpam fit corpus diaboli, lib. 3. Adn. 20. n 4 pag. 367.

Maria apud Deum gratiam invenit tanquam generi humano restituendam, lib. 2. Adn. 18. n. 4. pag. 225.

H

Hæreditas.

Hæreditatem omnium gentium Christus in Mariam transmisit, cum ei Ioannem dilectum testamento tradidit, lib. 1. Adn. 10. n 10. pag. 62.

Homo.

Homo, quia pulvis est sperare potest à Deo vberiorem gratiam, lib. 5. Adn. 2. n. 2. pag. 481.

Humanitas.

Humanitas Christi divinitatis candorem referens nomen, & gloriam Patris manifestat, lib. 1. Adn. 11. n. 5. pag. 66.

Humilitas.

Christi generationis tota series ab humilitate originem ducit, lib. 3. Adnot. 9. n. 4. pag. 297.

Perfecta humilitas magnanimitati neutiquam derogat, lib. 3. Adn. 11. per totam pag. 307.

Magni, & præcelsi animi est humilitatem cum magnanimitate coniungere, lib. 3. Adn. 10. n. 1. pag. 301.

Verè humilis eo humiliatur magis, quo magis extollitur, lib. 3. Adn. 10 n. 3 pag. 305.

I

Ignis.

Verbum quod in Patre ignis consumens est, per carnem Mariæ in vmbram refrigerantem transformatur, lib. 1. Adn. 18. nu 3. pag. 104. & Adn. 19. n. 1. pag. 108.

Illecebra.

Maria divinæ clementiæ illecebra, lib. 2. Adnot. 1. num. 6. pag. 127.

Imago.

Imago Dei criminibus obscurata virtutum Mariæ coloribus renovatur, lib 1. Adn. 1. n. 1. pag. 2.

Maria adeò exactè depingit Filij imaginem, vt ad eam tanquam ad Filium homines accurrant, lib. 4. Adn. 6. n. 7 pag. 422.

Inuectiva.

Præparatam retinet Christus inuectivam pro peccatorum pœnitentium honore, lib. 1. Adn. 2. n. 6. pag. 12.

Incantator.

Mundus instar malefici incantatoris sequentes decipit, lib. 4. Adn. 7. n. 3 & 4. pag. 427.

Maria halitu salutatorio peccatores excantat, & ægritudines curat, lib 4. Adn 8 n. 5. pag. 433.

Carmina incãtatoris malefici Christus incantator beneficus irritat, lib. 4. Adn. 7 n. 5. & 6. &c. pag. 428.

Maria ipsas mundi incantationes incantat, & illudit, lib. 4. Adn. 8. nu. 4. pag. 434.

Incontinentia.

Incontinentia spinæ, castitas rosæ comparatur, lib. 3. Adn. 8. num. 1. & 2. pag. 285.

Intercessio.

Efficacissima Mariæ intercessio eius advocationem nobis commendat, lib. 1. Adn. 2. n. 1. pag. 125.

Mariæ intercessio iure naturali debet exaudiri, lib. 2. Adn. 1. n. 2. pag. 125.

Ioannes.

In Ioannem, quem iuxtà crucem pro filio suscepit, nos omnes pientissima Mater enixa est, lib. 1. Adn. 1. n. 9. pag. 7.

Ioseph.

Spiritus Sanctus de amore Mariæ cum sponso Iosepho contendit, lib. 2. Adn. 7 n. 3. & 4. pag. 163.

Ira.

Benigna Mariæ aura incalescens Dei ira temperatur, lib. 1. Adn. 15. nu. 2. pag. 89.

Ira Dei misericordiæ ansa, & illecebra est, lib. 2. Adn. 11. n. 2. & 3. pag. 192.

Maria iram divinam sedat, divinamque dexteram tenet, ne gladium in peccatores effundat, lib. 1. Adn. 1. n. 1. pag. 2.

Iudicium.

Qui animum operantis ignorat, damnare non debet, lib. 2. Adn. 14. n. 1. pag. 207.

Peccatores ad Deum conversi erunt in die iudicij Prædicatorum triumphus, & corona, lib. 1. Adn. 4. n 10. pag 27.

Ius.

Maria ius dirimens lites, lib 1. Adn 2. n. 1. pag. 10.

Iustitia.

Invicem contendunt Dei iustitia, & Mariæ misericordia, sed hæc superat, lib. 2. Adn. 13. n. 4. pag. 198.

Sicut Deo placet lignum ad misericordiam, sic placet ad iustitiam, lib. 3. Adn. 6. n. 2. pag. 275.

L

Labor.

Deus suos laboribus probat, lib. 4. Adn. 10 n 2. & 3. pag. 445.

Dona Dei fructus dicuntur, vtpotè qui non sine agricolæ labore percipiuntur, lib. 3. Adn. 1. n. 7. pag. 248.

Lac.

Lac Mariæ lætheo simile, quod Christo iniuriarum oblivionem infundat, lib. 2. Adn. 1. n. 11. pag 185. & Adn. 11. n. 4.

Amaritudinem veteris legis in materni lactis dulcedinem Christus commutavit, lib. 2. Adnot. 11. nu 5. pag. 188.

Ex lacte Mariæ coagulatus est sanguis, qui est pretium nostræ salutis, lib. 2. Adn. 10. n. 6. pag. 183.

Lacte, quo filium nutrivit indignationis eius fulmen extinguit, libr. 1. Adn. 1. n. 6. pag. 6.

Christus non tantum lac ex Mariæ vberibus haurit, sed fidelibus hauriendum relinquit, lib. 2. Adn. 10. n. 8. pag. 184.

Latro.

Latro Maria intercedente salutem impetrat, lib 3. Adn. 15. n. 6. pag. 334.

Lex.

Lex divina tanquam oculi pupillæ servanda, lib. 3. Adn. 6. nu. 4. & 5. pag. 276.

Maria lex clementiæ est, vt eius clementia Deo pro lege sit, lib. 5. Adnot. 3. n. 8. pag. 488.

Lignum.

Omne pulchrum lignum Mariã, figurat, quia nihil est iucundum, quod ipsa non proferat, lib. 3. Adn. 1. nu. 8. pag. 248.

M

Manum.

Manus Dei æterna scribit amaritudines, facta verò ex Maria nostris medetur vulneribus, lib. 1. Adn. 5. nu 4. pag. 31 & 32.

Per incarnationem fit Deo manus ad benefaciendum, lib. 1. Adn. 5. n. 1. &c. pag. 29.

Maria.

Nihil est in Maria, quod peccatores ad eius misericordiã confugientes deterreat, lib. 1. Adn 3. n. 1. pag. 17.

Si quæris Christum, in Maria invenies, lib. 2. Adn. 16. n. 2. pag. 212.

Maria iram divinam sedat, diviamque dexteram tenet, ne gladium in peccatores effundat, lib. 1. Adn. 1. n. 1 pag. 2.

Maria porta Regni cœlestis, quæ intrantes non arcet, sed invitat, lib. 3. Adn. 15. n 2. & 3. pag. 332.

Maria spongia nequitiæ nostræ, lib. 3 Adn. 21. num. 8. pag. 378. & n. 7. pag. 382.

Per Mariam plura adquisivit genus humanum, quam per Evam amisserat, lib. 3. Adn. 23. nu. 6 & 7. pagin. 388.

Maria animas suaviter lactat, vt terrenarum voluptatem oblivionem inducat, lib 4 Adn. 8. nu. 1. 2. & 3. pag 431.

Clientes Maria non solum affectu parturit, sed Sacramento nutrit, lib. 3. Adn. 3. n. 2. pag. 258.

Maria servulos ignominiosis passionibus liberat, lib. 3. Adn. 4 n. 1. pag. 261.

Maria contra cupiditatis æstum refrigerium est, lib. 3. Adn. 4. n. 2. p 263

Maria mensa civorum spiritualium sitim concupiscentiæ extinguit, lib. 3. Adn. 4. n. 6. pag. 266.

Maria remedium contra concupiscentiam carnis, & oculorum, & superbiam vitæ, lib. 3. Adn. 4. n. 2. pag. 264.

Maria Dei thesauraria animas hominum servat, tanquam pretiosas Dei divitias, lib. 3. Adn. 6. num. 1. pag. 274.

Maria Christo manus ligavit, vt ipsà invità illas non extendat, lib. 2. Adn. 13. n. 3. & 6. pag. 197.

Mariæ iuxtà crucem dolor, pietas, constantia, &c. Copiosè per totam Adn. lib. 4. Adn. 13. pag. 462.

Maria iuxtà crucem egregia redemptionis cooperatrix exiſtit, lib. 5. Adn. 5. per totam.

Maria in salute hominum tota studiosè occupatur, lib. 4 Adn. 2. num. 1. pag. 396.

Maria ad instar Cananeæ clamat ad Dominum pro anima peccatrice, cui materno affectu pientissima prospicit, lib. 1. Adn. 2. n. 7. pag. 12.

Quos Diabolus venatur in perniciem, Maria captat in salutem, lib. 1. Adn. 1. n. 6. pag. 6.

Maria iuxtà crucem advocata, vt potè, quæ pro genere humano in causa redemptionis fideiusserat, lib. 5. Adnot. 6. per totam.

Maria iuxtà crucem peccatoribus verum pœnitentiam, & remissionem peccatorum impetravit, lib. 5. Adnot. 7. per totam.

Maria pro Deo militantibus subsidio est, lib. 4. Adn. 10. n. 6. pag. 447.

Maria Aurora, quæ Christum tanquam rorem nobis distillat, lib. 3. Adnot. 4. n. 3. pag. 264.

Sæpè Maria corrigit, quos homines tanquam incorrigibiles relinquunt, lib. 3. Adn. 17. num. 7. & 8. pag. 348.

Omnibus omnia facta est Maria, vt vnicuique sigillatim prosit, cuilibetque necessitati se accommodet, lib. 3. Adn. 1. n. 7. pag. 248.

Maria quantò nobilior, eo clementior Mater est, lib. 1. Adn. 1. nu. 2. pag. 3.

Maria, quia omnibus beneficentior, præ omnibus Christum habet debitorem, lib. 2. Adn. 19. n. 8. pagin. 233.

Maria servos stigmatibus inurit, ne à Deo fugere possint, lib. 5. Adn 6. pag. 478.

Maria radix omnium bonorum, & radix gloriæ, lib. 4. Adnot. 10. n. 7. pag. 448.

Maria lignum vitæ in medio Ecclesiæ, lib. 3. Adn. 5. n. 6. pag. 271.

Per Mariam vbi abundavit delictum, superabundavit gratia, lib. 2. Adn 11. n. 7. pag. 190.

Non solum protegit Maria ab spirituali, sed etiam à temporali discrimine, lib. 3. Adn. 7. n. 1. pag. 280.

Maria habet naturale ius ad vniversi dominium, lib. 2. Adn. 2. num. 4. pag. 135.

Maria nobis est portus salutis, diabolo verò mare amaritudine plenum, lib. 3. Adn. 12. n. 3. pag. 313.

Maria sibi servientes donis copiosissimis ditat, lib. 3. Adn. 6. n. 5. pagin. 277.

Mariæ clientes beneficiorum vinculis compediti Deo serviunt, lib. 3. Adn. 6. n. 7. pag. 278.

Maria clientes à periculis, & terrenorum cupiditate submovet, lib. 3. Adn 6. n. 7. pag. 278.

Maria apud Deum nobis felicitatem precatur, atque procurat, lib 5. Adn. 1. pag 475.

Maria potestatem habet, quidquid à filio voluerit obtinendi, lib. 5. Adn. 1. n. 4. pag. 476.

Maria contra diaboli sagittas protendit scutum fidei, lib. 3. Adn. 4 n. 4. pag. 265.

Maria mare in quod, & ex quo omnia gratiarum flumina intrant, & exeunt, lib. 3. Adn. 1. n. 1. pag. 245.

Maria promptuarium charitatis, & providentiæ Dei, lib. 2. Adn. 1. n. 2. pag. 245.

Maria Ecclesiæ membra capiti Christo connectit, lib. 4. Adn. 1. n. 7. pag. 394.

Maria promptissima auxiliatrix, quæ animas ab aereis potestatibus liberat, lib. 4. Adn. 12. n. 2. pag. 456.

Maria condemnatos ad mortem suis precibus liberat, lib. 5. Adn. 3. n. 1. pag. 485.

Maria Mater misericors, vnicumque peccatorum refugium, lib. 1. Adnot. 20. n 5. pag. 115.

Felicius non est, Mariæ filijs esse in sinu Abrahæ, quàm in sinu Matris, lib. 4. Adn. 10. n. 5. pag. 447.

Omnibus priuilegijs sanctorum Maria gavisa est, lib. 2. Adn. 8. num. 4. pag. 168.

Christo iudicanti Maria adstat, vt

ro peccatoribus intercedat, lib.3. Adn.14.n.6.pag.329.& lib.2.Adn.2. n.7.pag.12.

Maria quas in se gratias recipit in genus humanum effundit, lib.4.Adn. 5.pag.416

Maria ad instar artificis prius Christum Dominum mente concepit, quã opere produxit, lib.1.Adn.6.n.2.p.35

Maria eloquentissima Advocatrix ad declamandum pro peccatoribus, lib.2.Adn.15.n.7.& 8.pag.210.

Maria potens pharmacum ad excludendum serpentis venenum, lib. 4.Adn.8.n.3.pag.433.

Maria ferrea lima advincula peccatorum confringenda, lib.2.Adnot. 15.n.6.pag.209.

Multa exempla indulgentissimæ misericordiæ Mariæ erga sui cultores etiam in levissimis, lib.2.Adnot. 20.& seqq.pag.238.

Maria sol i compar, quæ ex pelagi huius mundi amaris vaporibus dulcissimos, & amenos extrahit latices, lib.3.Adn.14.n.9.pag.330.

Maria porta speciosa salutis humanæ, lib.3.Adn.15.n.1.pag.331.

Qui Mariæ immunitates defendũt eius patrocinium fidentius sibi promittere possunt, lib.1.Adn.21.nu.1. pag.117.

Maria vexillum salutare, ad quod milites aberrantes, & dispalati confugiant, lib.3.Adn.18.num 5.& 6.pag. 354.

Maria Virginitatis inventrix, auctrix, protectrix, & conservatrix, lib. 3.Adn.8.n 5.pag.286.

Maria spes desperatorum, lib.3. Adn.18.n.1.& 3.pag.352.

Maria iuxtà Crucem, vt fortitudinis typus nobis patrocinium præsefert, lib.5.Adnot.8.per totam, pag. 517.

Maria ad convertendos peccatores potentissima, lib.3.Adn.19.num. 1.pag.360.

Maria virga Aaron impietates devorans, & pro iustis prodigia patrans, lib.3.Adnotat.19.num.3.pag. 361.

Mariæ servis Christus moriens reliquit beatitudines hæreditatem, lib.5.Adn.9.per totam, pag. 523. & Adn.10.per totam, pag.528.

Mariæ servi ex testamento Christi cœlestem hæreditatem consequuntur, lib.5.Adn.11.per totam, p.534.

Maria suos clientes in libro vitæ constituit, lib.5.Adn.12.per totam, pag.539.

Per Mariam, qui & casti Deo similes redduntur, lib.3.Adn 8.n.1.& 2.pag.285.

Per Mariam absolnuntur, qui decisivè à filio damnati videbantur, lib. 3.Adn.20.n.6 & 7.pag.368.

Maria Auroræ comparatur, quia ipsa aspirante animæ floridum nitorem accipiunt, lib.3.Adn.23.n.4.pag. 386.

Maria ad instar Auroræ Solem iustitiæ concepit, & peperit, lib.1.Adn. 12.n.7.pag.73.

Maria vnica inventa est dandi hominibus salutis via, lib.1.Adnot.12. n.8.pag.74.

Quos Maria invisebat castitate, & puritate adornabat, lib.3.Adn.8.n. 5.pag.289.

Inenarrabilis Mariæ magnitudo, à filij magnitudine dignoscitur, lib.2. Adn.5.n.2.pag.148.

Maria Anchora firmissima nostræ spei, lib.1.Adn.20.n.6.pag.115.

Mariæ efficacia Dei, lib.3. Adn. 18.n.7.pag.355.

Maria humani generis redemptioni fideiussionis titulo cooperata est, lib.1.Adn.15.n.7.& 8.pag.91.

Vt Filius misericordiæ admoneretur Mariam elegit sui iudicij Thronum, lib.1.Adn.16.nu.1.2.& 3.pag. 93.

Maria quantumvis lucidissimum sydus, plarani, & montis cognomine gaudet, vt omnes sub eius vmbra requiescant, lib.1.Adn.18.num.1.& 2. pag.103.

Maria adeò exactè depingit filij imaginem, vt ad eam, tanquam ad filium homines accurrant, lib.4.Adn. 6.n.7.pag.422.

Maria, vna cum sit, multiplex in benefaciendo est, lib.3.Adn.1.nu.7. pag.248.

Maria ex timidis, audaces Christi milites reddit, lib.3.Adn.15.num.7. pag 335.

Maria Dei Mater effecta, vt eius mundiciæ mundus immundus purificaretur, lib.1.Adn.21.num.6.pagin. 120.

Maria tanquam amoris arcu à Deo transfixa, & bello capta ancillam se profitetur, lib. 2. Adn. 7. num. 3. & seqq. pag. 164.

Maria Magistra virtutum, & doctrix disciplinæ Dei, lib. 3. procem. pag. 244.

Maria est vniverso mundo fons salutis, lib 2. Adn. 18. nu. 5. pag. 225.

Sicut Maria propter Christum, sic Christus propter Mariam commendatur, libr. 2. Adn. 5. num. 4. & seqq. pag. 151.

Maria toto vitæ curriculo corde prophetico filij dolores prævidens intimè cruciabatur, lib. 2 Adnot. 10. num. 7. pag. 183.

Maria arbor vitæ, quæ fructum nostræ salutis protulit, lib. 1. Adn. 19. num. 7. pag. 111.

Maria pectus opponit tanquam murum æneum, vt peccatores ab ira irrumpente protegat, & defendat, lib. 1. Adn. 17. n 8. & 9. pag. 102.

Plus meruit Maria vno consensu Incarnationi præstito, quàm omnes aliæ creaturæ cunctis suis actibus, & cogitationibus, lib. 2. Adn. 8. num. 5. pag. 168.

Maria apud Deum gratiam invenit tanquam generi humano restituendam, lib. 2. Adn. 18. num. 4. pag. 225.

Maria fons divinæ propensionis erga genus humanum, lib. 2. Adn. 6. num. 3. pag. 156.

Maria tanquam mensa spiritualium ciborum Verbo nostram salutem esurienti opipatum convivium præparavit, lib. 1. Adn. 11. num. 7. pag. 67.

Maria lucida castrorum acies contra tenebrarum principes, lib. 3. Adn. 12. num. 4. & 5. pag. 313.

Maria in futuro sæculo glorificat glorificantes eam in præsenti, libr. 5. Adn. 1. num. 5. pag 477.

Virgo Maria primævus scopus consiliorum Dei, lib. 1. Adn. 15. num. 1. pag. 88.

Tanta firmitas, & constantia à Christo ex Maria genito humanæ naturæ accrevit, quanta infirmitas, & fragilitas ab Eva, ex Adamo formata in genus humanum dimanavit, lib. 1. Adn. 13. num 2. & 3. pag. 77.

Maria divini Regis Palatium miseros peccatores hospitio recipit, lib. 3. Adn. 14. num. 8. pag. 330.

Maria mediatoris mediatrix est tota ex misericordiæ penu deprompta, lib. 1. Adn 1 num. 1. pag. 2

Per Mariam fugatur mors, & reparatur vita, lib. 3. Adn. 14. num. 2. pag. 326.

Maria cœlestium virtutum, firmamentum consolidatum, lib. 2. Adn. 3. num. 6. pag. 140.

Maria peccatores protegit, atque suæ protectionis scuto à gladio iræ defendit, lib. 1. Adn. 17. n. 1. & 2. pag. 99.

Maria peccatorum Mater de eorum interitu intimè cruciatur, lib. 1. Adn. 17. num. 5 pag 100.

Mariæ intercessio omnipotens auxilium quodammodo est, lib. 1. Adn. 20. num. 1. pag. 112.

Ad Mariæ exemptionem à culpa, præcipuè incarnatio Verbi destinatur, lib. 1. Adn. 6. num. 6 pag. 37.

Maria totius orbis Thesaurus, lib. 1. Adn. 6. num. 6 pag. 37.

Maria superatrix, & terror dæmonum diaboli tecnas inertes reddit, lib. 3. Adn. 12. n. 2. pag. 312.

Maria felix stella, quæ fortunatos reddit, lib. 2. Adn. 16. n. 1. pag. 212.

Maria potissima humanæ felicitatis ratio, lib. 2. Adn. 17. num. 2. pag. 218.

Maria supplex orat pro crucifigentibus filium, lib. 4. Adn. 13. n. 2. pag. 463.

Maria misericorditer peccatores sustentat, ne peccatis oppressi mergantur in profundum, lib. 3. Adn. 13. n 7. pag. 322.

Maria ratio, & complementum omnium, quæ facta, & quæ futura sunt, lib. 3. Adn. 1. n. 10. pag. 250.

Maria mundi labantis erectrix, lib. 1. Adn. 15. n. 4. pag. 90.

Maria vas vitæ alligatæ in fasciculo viventium, lib. 3. Adn. 6. n. 1. pag. 274. & n. 3. pag. 276.

Maria inexhaustum liberalitatis pelagus, lib. 2. Adnot. 6. num. 9. pag. 159.

Maria Sol indeficiens, quam nulla nox obscuravit, lib 3. Adn. 18. n 2. pag. 352.

Maria, quo dignitate excellentior, humilitate submissior, lib. 2.

Adnotat. 2. numer. 5. pagin. 134.

Maria humani generis fortitudo, vel ipsum Christum in militiam armavit, lib. 1. Adn. 13. nu 7. & 8. pag. 79.

Maria terræ comparatur, quia homines sustentat, lib. 3. Adn. 13. num. 9. pag. 322.

Maria ministra gratiæ, lib. 3. Adn. 14. num. 1. pag. 325.

Maria baculus peregrinantium, lib. 1. Adn. 20. nu. 7. pag. 115.

Maria laudabiliter hominum peccata excusationibus elevat, lib. 2. Adnot. 15. num. 5. pag. 208.

Nostris affectibus vult Maria Christum regenerari, vt formetur in nobis Christus, lib. 1. Adn. 17. num. 7. pag. 101.

Maria in mundi salute communem cum filio effectum obtinuit, lib. 2. Adn. 8. n. 9. pag. 172.

Illa quæ tædium pariunt Maria opitulante dulcia fiunt, lib. 4. Adn. 2. num. 5. pag. 398.

Maria creditrix, & Christus debitor reputandus, qui ab ea purpuram humanæ carnis accepit, lib. 1. à nu. 1. per totam adnotationem.

Maria ab amplitudine charitatis lata, & extensa appellatur, lib. 3. Adn. 18. n. 3. & 4. pag. 353.

Prophetarum asserta sigillo suæ authoritatis firmata Deipara Maria in exitum, & complementum deduxit, lib. 1. Adnotat. 12. num. 4. pagin. 70.

Maria navis quærentium salutem, lib. 3. Adn. 7. num. 5. pag. 282.

Maria magnes divinus, quæ ferrea peccatorum corda ad filium trahit, lib. 3. Adn. 16. num. 3. & 4. pag. 340.

Maria se ancillam appellat, vt filium hominibus obsecundantem pararet servum, lib. 3. Adn. 14. num. 5. pag. 328.

Maria genij propensionem sequitur, vt clientes varijs virtutibus accommodet, lib. 4. Adn. 2. num. 6. pag. 399.

Maria fons, cuius fluctibus irrigatæ spinæ mutantur in flores, lib. 3. Adnot. 14. num. 4. pag. 327.

Dolorem propter filium crudeliter occisum, in misericordiam ergo homines Maria pientissima convertit, lib. 1. Adn. 10. num. 9. pag. 62.

Maria clientes adoptat in filios, lactat, nutrit, & educat, lib. 3. Adn. 2. num. 9. & 10. pag. 255. & Adn. 3. n 7. pag. 260.

Maria corda hominum rapit, vt arduam sanctitatis ingrediantur viã, lib. 4. Adnotat. 4. num. 4. pag. 408. & reliq.

Deum indignantem tenet, ne in peccatores iram effundat, lib. 1. Adn. 17. num. 2. 3. & 4 pag. 99.

Roganti Mariæ Christus, vel cum negare videtur, concedit, lib. 2. Adn. 1. num. 6. pag. 117. & seqq.

Audito nomine Mariæ, fugantur dæmones, lib. 3. Adn. 12. num. 6. 7. & 8. pag. 314.

Immunitas Mariæ à culpa firmiorem nostram spem, eiusque patrocinium efficacius reddit, lib. 1. Adn. 20. num. 2. pag. 113.

Maria civitas refugij, lib. 1. Adn. 1. num. 2. pag. 3.

Maria virga evangelizantium, lib. 3. Adn. 19. num 4. & 5. pag. 362.

Maria stella maris, quæ à syrenis, & syrtibus navigantes liberat, lib. 3. Adn. 5. num 5. pag. 27. & Adn. 6. nu. 2. & 3. pag. 278

Maria molli gratiarum pruina durissimos excavat lapides, lib. 3. Adn. 16 num. 6 7. & 8 pag. 341.

Maria de reprobis facit electos, & à sinistra Dei transfert in dexteram, lib. 5. Adn 3. num 2 pag 485 & seqq.

Maria concha est Christum ingentis pretij vnionem pariens ingenitaque purpura induens, lib. 1. Adnot. 10. num 5 pag. 60.

Mariæ Virginis præclarissima merita idoneam reddiderunt, vt ad dignitatem Matris Dei assumeretur, lib. 2. Adnotat. 3. numer. 1. & reliq. pag. 137.

Maria dies tota lucida de inaccessibili luce divinitatis dimanans, lib. 1. Adn. 6. num. 4. pag. 27.

Nisi sciente, & consentiente Maria non vult Deus hostiam reconciliationis, lib. 1. Adn. 6 num. 5 pag 37.

Martyr.

Martyrum vulnera diabolus exhorret, lib 5. Adn. 2. nu. 4. pag. 482.

Mors martyribus pro Christo morientibus nocere non potest, lib. 4. Adn. 12. num. 6. pag. 458.

Maternitas.

Mariæ nobilitas maternitatis titulo describitur, lib. 2. Adn. 2. num. 7. pag. 135.

Maternitati Mariæ nullum privilegium excogitari potest satis congruum, lib. 2. Adn. 2. num. 1. 2. 3. & 4. pag. 132.

Medicina.

Medicina cœlestis pœnitentibus in salutem, at induratis vertitur in perniciem, lib. 3. Adn. 17. num. 2. & 3. pag. 345.

Maria omnium malorum solamen, & medella est, lib. 1. Adn. 3. nu. 2. pag. 18.

Mensa.

Maria mensam præparat, vt Deum convivio exceptum hominibus reddat placatum, lib. 2 Adn. 11. num. 4. pag. 104.

Mensa spiritualis fastidium non generat, lib. 3. Adn. 4 num. 7 pagin. 266.

Maria mensa conviviorum Dei, lib. 2. Adn. 6. num. 6. pag. 158.

Misericordia.

Glorioſum est miseris opitulari, etiam cum mortis periculo, lib. 1. Adn. 7. num. 8. pag. 45.

Misericordia Christi collactanea, lib. 2. Adn. 11. n. 2. & 3. pag. 187.

Perfecta misericordia non expectat rogantem, sed accipientem, lib. 2. Adnotat. 14. numer. 1. & 2. pagin. 200.

Mariæ misericordia non solùm precantibus annuit, sed renuentes vocat, & ad beneficium invitat, lib. 2. Adn. 14. num 9. & 10. pag. 205.

Pro alimentis Christo præstitis Maria iure petit misericordiam, lib. 2. Adn. 10. num. 2. & 3. pag. 181.

Misericordia creatoris ad instar maternæ charitatis est, lib 2. Adn. 17. n. 3. pag. 219.

Monile.

Caro Mariæ tanquam pretioſum monile Verbum exornat, lib. 2. Adn. 4. n. 5. pag. 146.

Mors.

Strenuis Christi militibus mors ipsa, pro vita est, libr. 3. Adnot. 6. num. 5. pag. 277.

Maria in articulo mortis misericors Advocata, lib. 4. Adn. 12. n. 3. & 4. pag. 456.

Quàm periculoſum, & pertimescens vltimum momentum vitæ, lib. 4. Adn. 12. n. 1. pag. 455.

Mors sanctorum Deo pro gemma pretioſa est, lib. 4. Adn. 11. nu 3. pag. 451.

Mors Martyribus pro Christo morientibus nocere non potest, lib. 4. Adn. 12. n. 6. pag. 4. 8.

Musica.

Musicam Maria sapientissima inter Virgines exercuit, dum nobis dulcissimum Verbum protulit, lib. 4. Adn. 4 n. 2. pag. 407.

Mundus.

Mundus ruisset, si Mariæ precibus non sustineretur, lib. 1. Adn. 21. nu. 9. pag. 122.

Ne fluctus peccatorum mundum involvant, pietas divina Mariam Matrem, in excelſum montem erexit, & opposuit, lib. 1. Adn. 21. num. 11. pag. 122.

N

Nobilis.

Maria quanto nobilior, eo clementior Mater est, lib. 1. Adn. 1. nu. 2. pag 3.

Nomen.

Illustria nomina à rebus præclarè gestis potius, quàm ab inanibus titulis desumenda sunt, lib. 1. Adn. 9. nu. 1. pag. 53.

Gloria nominis Christi per Mariam explicatum Deum maximè colendum exhibuit, lib 1. Adn. 11. num. 8. pag. 68.

Gloriam nominis noluit Christus, sine meritis comparare, lib. 2. Adn. 7. num. 2. pag. 162.

Invocatio Nominis Mariæ omnium sanctorum Nomina superexcellit, lib. 2. Adn. 1. num. 8. 9. & 10. Vide Adn. 13. n. 10. pag. 128.

Nomen Mariæ mirabiliter emollit duritiem cordis humani, lib. 4. Adnot. 4. num. 1. pag. 406.

Nomen Mariæ victoriarum Thessera, lib. 3. Adnot. 5. num. 7. & 8. pag. 271. & Adnotat. 18. pagin. 229. in exemp.

Nomen Iesu potentissimum oleũ est ad animarum sananda vulnera, lib. 3. Adn. 21. n. 4. pag. 376.

Nubes.

Maria nubes lucida, & columna præfulgida, quæ ad patriam proficiscentes antecedit, lib. 3. Adn. 2. num. 2. 3. & 4. pag. 252.

Nutrix.

Mores nutricis derivantur in filios, lib. 2. Adn. 10. num. 11. pag. 185. & Adn. 11. num. 4. in exemp.

O

Obstinatio.

Obstinati animi est correptionem excusationibus repellere, lib 2. Adn. 15. num. 2. 3. & 4. pag. 207.

Oculi.

Sicut Regulus venenum, sic Maria oculis salutem infundit, lib. 4. Adnot. 8. num. 5. pag. 435.

Iustificantur hi, ad quos Maria oculos convertit, damnantur verò à quibus avertit, lib. 5. Adn. 1 n. 2. pag 475

Oleum.

Oleo misericordiæ, & vino iræ Dei animi vulnera curantur, libro 2. Adn. 11 num. 6. pag. 189.

Oraculum.

Maria oraculum misericordiæ, lib. 5. Adn. 1. num 3. pag. 476.

Oratio.

Deus mendicantium more à nobis exorandus, lib. 4. Adn. 1. n. 3. pag. 392

Ante Lucana oratio beneficia divina certiora & promptiora reddit, lib. 2. Adn. 17. num. 5. & 7. pag. 220.

P

Panis.

Ad panem quotidianum consequendum certissima via est Mariæ favor, lib. 2. Adn. 17. num. 5. & 7. pag. 220.

Maria Panem Sacramentalem cõdit, & filijs distribuit, lib. 3. Adnot. 3. num 1. pag. 257.

Panis cœlestis in vtero Mariæ igne Spiritus Sancti coctus est, vt sapidior evaderet, lib. 3. Adn. 3 nu. 2. pag. 258.

Paradisus.

Maria paradisus, vndè fluenta misericordiæ in quatuor mundi partes dimanarunt, lib. 2. Adn. 10. n. 6. pag. 183

Maria paradisus, quæ nobis fructum arboris vitæ produxit, lib. 3 Adnot. 1 num. 8. pag. 248.

Patrocinium.

Patrocinium Mariæ victores reddit, lib 3. Adn. 5. n. 7. & 8. pag. 271.

Præstantius est Mariæ patrocinium, vtpotè immunis à culpa, lib. 2. Adn. 9. num. 8. & 9. pag. 177.

Sub Mariæ patrocinio peccatorum animæ à morte liberantur, lib. 1. Adn. 17. num 6 pag. 100.

Mariæ patrocinium omni intelligentia maius, lib. 5 Adn. 3. num. 1. pagina 490.

Patrocinium nobis Maria promittit, vt fortitudinis typus, lib. 5. Adnot 8. per totam, pag. 517.

Paupertas.

Egeni, & pauperes divinam protectionem præpotentioribus consequũtur, lib. 2. Adn. 18. num. 1. pag 223.

Paupertatem amplexatus est Christus, vt eum homines viliori pretio cõpararent, lib 2. Adn. 20. n. 1. p. 237.

Maria, etsi omnium curam gerit, parvulorum, & miserorum fortunam accuratius fovet, lib. 2. Adn. 18. num. 2. & 3. pag. 224.

Pax.

Pace regnante omnia bona fluunt, lib. 2. Adn. 11 num 1. pag. 186.

Antiquæ Dei cogitationes pacis per Mariam Virginem adeptæ sunt efficaciam, lib. 1. Adn. 15. num. 5. & 6. pag. 90.

Peccatum.

Nullum pondus peccati gravitati comparandum, lib. 3. Adn. 13. num. 1. pag. 318.

Maximum hominum malum, quod peccatis oppressi onus non sentiant, lib. 3. Adn. 13 num. 6 pag. 321.

Dei maxima potentia, qui peccata hominum elevat, lib. 3. Adnot. 13. num. 2 & 3. pag. 319.

Scelera, & flagitia hominum ignis æterni nutrimenta sunt, lib. 3. Adnot. 13. num 5. pag. 320.

Etiam inter virtutes memoria peccatorum tristitiam parit, lib. 3. Adn. 22. num. 3. pag. 381.

Peccatorum pondere etiam vires Dei fatigantur, lib. 3. Adn. 13. num. 4. pag 320.

Peccatorum reliquiæ recrudescunt, si cœlestis medicina contemnitur, lib. 3. Adn. 21. num 5. pag. 376.

Peccator.

Singulare Dei beneficium, peccatorem è vivis tollere; siquidè præstat mortem oppetere, quàm peccatum admittere, lib. 3. Adn. 7. num. 1. & seqq. pag. 280.

Peccatores, qui peccato erant deformes Æthiopes, Mariæ interventu candidi redduntur, lib. 1. Adnot. 1. n. 2. pag. 3.

Peccatores de tenebris transeunt in nitidissima sydera, quibus Mariæ pietas coronatur, lib. 1. Adnot. 1. n. 6. pag 5.

Fascia, qua tenerum Maria Christum involuit, adultum cohibet, ne in peccatores iram effundat, lib. 1. Adn. 1. n. 6. pag. 6.

Domus Mariæ peccatoribus pro asylo est, lib. 1. Adn. 1. n. 5. pag. 5.

Peccatores quantumvis immundi, & culparum sordibus contaminati, Maria protegente purificantur, lib. 1. Adn 1. n 3 pag. 3.

Ex civibus Babylonis per Mariæ patrocinium transeunt peccatores in cives Hierusalem, lib. 1 Adn. 1. nu. 2. pag. 3.

Peccatores pluris æstimant bona temporalia; quam ipsum Deum, lib. 2. Adn. 20. n 1. pag 237.

Excæcantur peccatores, vt divinam potentiam non pertimescant, eâque in vindictam provocent, lib. 1. Adn. 2 1. n. 5. & seqq. pag. 119.

Malè homines ponderant, qui æterna, caducis, & vera falsis diabolo suadente posthabent, lib. 4. Adn. 7. nu. 1. & 2. pag. 426.

Peccator, quem infernalis Draco deglutit per pœnitentiam liber evadit, lib. 3. Adn. 12. n. 7. pag. 315.

Peccator pœnitentia purificatus à nemine contemnendus, lib 3. Adn 23. n. 1. pag. 364.

Peccator proprio Chirographo se pœnis submittit, lib. 3. Adn. 20. n. 1. pag. 306.

Qui læthaliter peccat, Christum cõculcat, li 3. Adn. 20 n 4. pag. 367

Peccator rescribit, quod Christus Chirographum in cruce deleverat, lib. 3. Adn. 20. n. 2. & 3. pag. 306.

Perseverantia.

Spectaculum Deo dignum iustus in virtute perdurans, lib. 4. Adn. 10. n. 8. pag. 448.

Maria humanam imbecillitatem roborat ad perseverandum in bono, lib. 4 Adn. 9. n. 6 & 7 pag. 442.

Donum perseverantiæ, per Mariam expetendum, lib. 4. Adn. 11. n. 4. & 5. pag. 451.

Specialissimum donum Dei perseverantia est, lib. 4. Adn. 10. n. 4. pag. 446. & Adn. 1. n. 1. &c.

Petrus.

Ad delendum negationum numerum triplici amoris confessione Petrus excitatur, lib. 3. Adn. 22. n. 3 pag. 381.

Maria optat se Petri sociam, & veluti cooperatricem esse in salute animarum, lib. 5. Adn. 3. n. 3. p. 486.

Pietas.

Maior pietas speranda à iudice culpæ expertè, quàm à consorte, lib. 2. Adn. 11 n. 8 pag. 190.

Pietas Christi, & Mariæ aptè per solis comparationem explicatur, lib. 2 Adn. 18. n. 6. pag. 226.

Mariæ potentissimæ pietati nullus ægrotus pro desperato est, lib. 3 Adn. 17. n. 4. 5. & 6. pag. 346.

Pietas divina in æquilibro est, vt quolibet pulsante facilè inclinet, lib. 2. Adn. 18. n. 8. pag. 226.

Magna Dei pietas, qui non solum humilibus, sed eum exasperantibus indulget, lib. 4. Adn. 2. n. 2 pag. 396.

Pietas pulchritudinem commendat, lib. 2, Adn. 10. nu. 11. pag. 185. & Adn. 11. n. 4.

Nobilissimum potentiæ genus, quod à pietate, & beneficentia dimanat, lib. 3. Adn. 19. n. 3. pag. 360.

Maria quis repræsentari gaudet, vt omnes eius pietatem facilè inveniant, lib. 2. Adn. 20. nu. 2. 3. 4 & 5. pag. 238.

Pietas, quam ex Maria hæreditavit Deum movet, vt peccatores citra condignum puniat, lib. 1. Adn. 10. n. 9. pag. 97.

Divinæ pietati quælibet hora est benefaciendi, maximè interventu Mariæ, lib. 2. Adn. 17. nu. 8 pag. 221.

Pietatis controversia est, quis cui plus debere possit parens filio, an filius parēti, lib. 1. Adn. 10. n. 4. pag. 59.

Piscatio.

Evangelizantibus Maria est virga piscationis ad salvandas animas, lib. 4. Adn. 3. n. 6. pag. 404.

Pœna.

Peccatorum pœna Chriſtus clarificatur, lib. 1. Adn. 14. num. 7. & 8. pag. 25. & 26.

A menſura culpæ ſumit Deus mẽſuram pœnæ, lib. 4. Adn. 5. pag. 412.

Pœnitentia.

Non habet, quod erubeſcat, cui peccatum remiſſum eſt, lib. 3. Adnot. 23. num 2. pag. 385.

Cum perfecta pœnitentia peccata curantur, nec cicatrix, quidem remanet, lib. 3. Adn. 21. num. 2. & 3. pag 374.

Pomum.

Aureum pomum protulit Maria, quod Adami noxiali pomo mederetur, lib. 2. Adn 4. n. 4. pag. 145.

Pontifex.

Ad Pontificiam Chriſti dignitatem ſpectat immunitas Mariæ, lib. 2. Adn. 9. num. 4. pag. 174.

Porta.

Ad Mariam tanquam ad portam ſpecioſam nobis ſedendum, & mendicandum, lib. 4. Adn 1. n. 8. pag. 394

Poteſtas.

Poteſtas Dei poteſtas eſt Mariæ, lib. 4. Adn. 10. n. 7. pag. 448.

Pratum.

Maria pratum divina manu conſitum omnibus ſponte beneficia offert, lib. 2. Adn. 14. n. 3. pag. 201.

Prædeſtinatus.

Prædeſtinati ſunt fructus opimi, quos fert arbor triumphalis Sanctiſsimæ Crucis, lib. 2. Adn. 10. num. 10. pag 184.

Præmium.

Præmia proportione ſervata diſtribui debent, lib 2. Adn. 8. num. 7. pag. 170.

Præſidium.

Chriſtus humani generis amator, & Maria præſidium inexpugnabile Chriſtianorum, lib. 1. Adn. 1. num. 8. pag. 7.

Prædicatores.

Peccatores ad Deum converſi erũt in die iudicij prædicatorum triumphus, & corona, lib. 1. Adn. 4. nu. 10. pag. 27.

Præſepe.

Chriſtus naſcitur in præſepi, vt homines brutis ſimiles illum interpalleas quæterent, lib. 4. Adn. 3. num. 5. & 6. pag. 403.

Preces.

Maria non ſolum rogat, ſed quodammodo ſuis precibus imperat, lib. 2. Adn. 1 num. 3. pag. 125.

Indigentia hominum Mariæ pro precibus eſt, lib. 2. Adn. 14 num. 9. & 10. pag. 204.

Chriſtus à Deo lubens precibus Matris annuit, vt ipſam ad petendum impellat, lib. 1. Adn. 2. num. 4. & 5. pag. 126.

Pretium.

Nullum pretium humilitate maius ad Deum comparandum, lib. 3. Adn. 9. num. 1 pag 295.

Princeps.

Princeps, qui ſuos miſericorditer ſervat cœleſti diademate redimitur, lib. 1. Adn. 4 pag 24.

Bonus Princeps ſubditorum incolumitatem propriæ anteponit, lib. 1. Adn. 9. num. 2. & 3. pag. 54.

Terrenis Principibus in augurandis Maria miſericordiæ Regina ſcitè ab Eccleſia proponitur, lib. 1. Adn. 4. num 3 pag 23.

Princeps, qui ſuis periclitantibus non ſubvenit phantaſma potius, quàm verus Princeps reputandus eſt, lib. 1. Adn. 9. num 6 & 7. pag. 55. &c.

Maximum & optimum Principis conſilium eſt omnibus benefacere, & neminem præterire, lib. 2. Adnot. 18. num. 3. pag. 225.

Providentia.

Divina providentia opportunitatem expectat, vt homines ad ſe alliciat, lib 4. Adn 3 n. 1 2. & 3. pag. 401.

Pudor.

Virgineus pudor Regi cœleſti pro rubicundo veſtimento eſt, lib. 1. Adn. 10. num. 6. pag. 61.

Pulchritudo.

Mundana pulchritudo homines commutat in ſaxa: Mariæ vero pulchritudo cautes convertit in homines, lib. 3. Adn. 16. n 5. pag. 340.

Mariæ pulchritudo in peccatorum protectione oſtenditur, lib. 1. Adnot 21. num. 5. & ſeqq. pag. 119.

Pulvis.

Homo quia pulvis eſt ſperare poteſt à Deo vberiorem gratiam, lib. 5. Adn. 2. num. 3. pag. 481.

Maria divinus imber, qui pulveres, id eſt, peccatores Deo conglutinat, lib. 4. Adn. 10. num. 9 pag. 449.

Puritas.

Puritas eſt ratio ſapientem reddens, lib. 3. Adn. 8. n. 3. pag. 285.

Chriſtus fructus Mariæ dignitatem arboris, & innatam puritatem demonſtrat, lib. 2. Adnot. 5. num. 1. & ſeqq. pag. 148.

A cordis puritate Mariæ vterus fœcundatur, lib. 2. Adn. 3. num. 3. pag. 137.

Decor pudicitiæ, niſi auſpice Deo, & Maria non ſervatur, lib. 3. Adn. 8. num. 1. pag. 284.

R

Redemptio.

Totum pretium noſtræ redemptionis in Maria tanquam in ſequeſtro depoſuit Deus, lib. 3. Adn. 1. num. 5. pag. 247.

Religioſus.

Religioſus viam perfectionis, Maria auſpice, ſecurus ingreditur, & à tentationibus liberatur, lib. 1. Adn. 1. num. 9. pag. 1.

Remiſsio.

Remiſsio peccatorum hæreditas Chriſti, lib. 3. Adn. 22. n. 6. p. 382.

Renovatio.

Maria non ſolum renovat ſervos, ſed de nihil eos facit aliquid eſſe, lib. 5. Adn. 3. num. 10. pag. 490.

Rex.

Rex cœleſtis, non niſi dignos, & aptos muneribus deſtinat, lib. 2. Adn. 2. num. 6. pag. 134.

Regia dignitas ad patiendum, & compatiendum referenda, lib. 1. Adn. 7. num. 5 pag. 42.

Mariæ conceptæ indemnitatem defendere Regiæ magnitudinis proprium eſt, lib. 2. Adn. 9. num 1. 2. & 3. pag. 174.

Regale inſigne clementia eſt, lib. 1. Adn. 4. n. 1. pag. 22. & n. 8. & 9. pag. 26.

Benigno Regi, nec viliſsimus ſervorum contemnendus eſt, lib 2. Adn. 18. num. 2. & 3. pagin. 224.

Regina.

Maria eſt apud Regem iuſtitiæ Regina miſericordiæ, lib. 1. Adnot. 3. numer 3. pagin. 18.

Maria ob Reginæ titulum ſe omnibus debitricem profitetur, libr. 3. Adnotatio 1. numer. 6. pagin. 247.

Regulus.

Sicut oculi reguli virtutem habent hominem interficiendi, ſic Mariæ oculi potentes ſunt ad vivificandum, lib. 1. Adnot. 3. num. 8. pag. 20.

S

Saccus.

Caro Chriſti ſaccus cilicinus, quod ipſe indutus pro peccatoribus pœnitentiam egit, lib. 1. Adn. 10. nu. 7. pagin. 61.

Corpus Chriſti ſaccus lancea diſruptus in Cruce, vt pretium noſtræ redemptionis effunderet, lib. 1. Adn. 10. num. 7. pag. 61.

Salus.

Nemo de propria ſalute debet eſſe ſecurus, lib. 5. Adn. 4. n. 1. p. 497.

Sanguis.

Chriſtus ſanguine Mariæ vnctus eſt in Regem munificum, & miſericordem, lib. 2. Adn. 10. nu. 4 & 5. p. 182.

Sanguine Redemptionis Chriſtus lac, quod ab vberibus Mariæ ſuxit, compenſavit, lib. 2. Adn. 10. num. 1. pag. 181.

Sanguis Chriſti, quaſi ros balſami ad noſtra ſananda vulnera, lib. 1. Adnot. 8. num. 6. pag. 50.

Sanctus.

Gratia, & merita Mariæ omnem gratiam, & merita Sanctorum longè ſuperant, lib 2. Adn. 8. num. 6. pagina 107. per totam.

Maria cum reliquis ſanctis comparata eſt, velut aurum cũ arena, lib. 2. Adn. 7. num. 2 pag 163.

Inter Mariam, & reliquas creaturas eſt veluti quædam diſtantia infinita, lib. 2. Adn. 8. n. 6. 7. & 8. pag. 170.

Sapiens.

Laus ſapientis in fine eſt, lib. 4. Adn. 9. num. 1. pag. 438.

Sceptrum.

Maria cœleſtis Regis ſceptrum aureum, lib. 1. Adn. 4. num. 1. pag. 22. & num. 8. & 9. pag. 26.

Sceptrum Chriſti quantumvis rectum propter Mariæ lenitudinem deflexum in miſericordiam eſt, lib. 1. Adn. 16. num. 6. & 7. pag. 96.

Sceptrum, & dominium omnium gentium Chriſtus ex vtero Mariæ

hæ

hæreditavit, lib. 2. Adn. 5. nu 8. pag 153.

Seraphin.

Amoris Seraphici documentum est omnibus bonis Deo administrare, & pauperibus sibi relinquere, lib. 4. Adn. 5. num. 4. pag. 412.

Servus.

Servis Mariæ Christus moriens testamento reliquit beatitudinis hæreditatem, lib. 5 Adn. 9. per totam, pag 523 & Adn. 10. per totam, pag. 528.

Servi Deiparæ ex testamento Christi cœlestem hæreditatem consequuntur, lib. 5. Adn. 11. per totam, p. 534.

Serpens.

Pestifera vis serpentium si fulmine feriantur omnino extinguitur, lib. 2. Adn. 1. pag. 130.

Sexus fœmineus.

Propter specialia Mariæ privilegia peculiari titulo sexus fœmineus Deo reverentiam, & amorem debet, lib. 1. Adn. 11. n. 3. pag. 65.

Sindon.

Linteum de cœlo serpentibus & alijs animantibus plenum apparens, Divo Petro Syndon munda est, qua Corpus Christi involutum fuit, lib. 1. Adn. 1. num. 3. pag. 4.

Sol.

Sol iustitiæ seipsum respicientes illuminat, terga vertentes obtenebrat, lib. 4. Adn. 5. n. 5. pag. 412.

Sol divinæ pietatis documentum, cum etiam maledicentibus illuceat, lib 2 Adn. 18. num. 3. pag. 274.

Maria ad instar Solis omnibus indiscriminatim radijs suæ pietatis affulget, lib. 1 Adn. 3. n 2. pag. 18.

Christus per carnem Mariæ Sol est ad illuminandum & clypeus ad protegendum, lib. 1. Adn. 19. num. 2. 3. & seqq pag. 108.

Sol iustitiæ Mariæ afflatu indignationis ferventes radios temperat, & refrigerat, lib. 1. Adn. 16. n. 8 p. 97.

Solitudo.

Latenti in solitudine modus peccandi non patet, lib. 3. Adn. 7. num. 4 pag. 282.

Speculum.

Cor Virginis clarissimum speculum passionis Christi, lib. 5. Adn. 5. n. 2. pag. 501.

Maria speculum ad quod virtutes omnes componunt formam, lib. 8. procœmio. pag. 244.

Maria speculum sanctitatis pellucidum chrystallino imaginis Dei speculo, purissimam materiam administravit, lib. 1. Adn 11. n. 6. pag. 67.

Sphæra.

Per Incarnationem Verbi amplificata est sphæra divinæ misericordiæ, lib. 1. Adn. 5. n. 3 pag. 31.

Spiritus Sanctus.

Spiritus Sanctus non vult, nisi per Mariam communicari, lib. 2. Adn. 6. n. 7. pag. 158.

Spiritus Sanctus, & amor divinus venti afflatu significatur, vt promptitudinem opitulandi demonstret, lib. 2. Adn. 14 num. 8. pag. 203.

Maria sigillum Spiritus Sancti, lib. 2. Adn. 13. num. 1. pag. 196.

Maria authoritatem habet in omni temporali missione Spiritus Sancti, lib. 2. Adn. 13. num. 1 pag. 196.

Mariam rogatam, non raptam Spiritus Sanctus sponsam habere voluit, lib. 2. Adn. 7. num. 2. pag. 163.

Vox Mariæ fuit Apostolis, vox Spiritus Sancti, lib. 3. procœmio, pag. 244.

Spongia.

Maria spongia ad delendam nostrorum criminum Scripturam, lib. 2. Adn. 15. in exemp. pag. 211.

Stella.

Peccatores belluarum moribus efferati per gratiam, & orationes Mariæ fiunt stellæ, quibus coronatur, lib. 1. Adn 4 n. 5. & 6. pag. 24 & Adn. 1. n. 6. pag. 5.

Stemma.

Stemmata humiliter celare summa dignitatis commendatio, lib. 3. Adn. 9. n. 7 pag 298.

Sterilitas.

Terræ sterilitas peccatorum fructus, lib. 3. Adn. 14. n. 4 pag. 327.

Stupor.

Summus peccantium stupor, quod imminens sibi periculum non formident, lib 3. Adn. 20. num. 5. & 6. pag 368.

Superbia.

Puerilis, & abiecti animi est se se pro terrena magnitudine extollere lib. 3. Adn. 10. n. 6. pag 306.

Sydus.

Peccatores de tenebris tranſeunt in nitidiſsima ſydera, quibus Mariæ pietas coronatur, libr. 1. Adn. 1. nu. 6. pag. 5. & Adn. 4. num. 5. & 6. pag 24.

T

Tela.

Ex puriſsima carne Mariæ nitidiſſimam, & ſacroſanctam telam texuit Deus, vt filium ſuum talari tunica, & polymita indueret, lib. 1. Adn. 1. nu. 3. pag. 4.

Tentator.

Tentator maximè timendus, tum propter aſtum, tum propter tentandi nimiam experientiam, libr. 3. Adn. 12. num. 1. pag. 312.

Terra.

Terram, quam Maria luſtrat ſumma ſanctitate fœlicitat, lib. 1. Adn. 15. num. 3. & ſeqq. pag. 332.

S. Thereſia.

Sancta Thereſia virilis fortitudinis magnificum exemplar, lib. 1. Adn. 13. num. 3. pag. 77.

Theſaurus.

Maria Theſaurus Regis cœleſtis, vndè ſuis militibus ſtipendia ſolvit, lib. 3. Adn. 1. num. 9. pag. 249.

Omnes ſuos Theſauros Deus in Maria collocavit, vt largius, & facilius diſpenſentur, lib. 3. Adn. 1. num. 1. pag. 245.

Maria dives arca, in qua ſunt omnes Theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, lib. 3. Adn. 1. num. 9. pag. 249.

Ex Mariæ viſceribus Chriſtus naſcens divitem miſericordiæ Theſaurum pro Redemptione hominum exportavit, lib 1. Adn. 11. n. 1. pag. 64.

Liberalitas divina communicationis anxia ſuorum bonorum theſaurariam Mariam conſtituit, vt homines confidentius peterent, & libentius acciperent, lib. 3. Adn. 1. n. 4. pag. 246.

Thronus.

Adſtat Mariæ throno Dei, vt homini paratum patrocinium oſtendat, lib. 3. Adn. 14. num. 6. pag. 329.

Virgo Maria Thronus, Sol, Luna, & teſtis, lib. 1. Adn. 9. n. 8. pag. 111.

Confugere præſtat ad thronum miſericordiæ, ne ad tribunal iudicis damnemur, lib. 3. Adn. 5. num. 3. pag. 270.

Torrens.

Maria ad inſtar torrentis innato pondere in miſericordiam inclinat, lib. 1. Adn. 3. num. 5. pag. 19.

Trinitas.

In ſuſtentando orbe propter crimina hominis ruituro tota Trinitas ſe oſtentat, libr. 1. Adn. 21. num. 2. pag. 118.

Trinitatis myſterium aptè per modum circuli depingitur, lib 2. Adnot. 6. num. 5. pag. 157.

Maria vena Sanctiſsimæ Trinitatis, & beneficiorum Dei, lib. 2. Adn. 16. num. 7. pag. 216.

Trutina.

Dum Deus iuſtitiæ lancem miſericorditer declinat iuſtitiam ſervat, lib. 2. Adn 2. num. 8 pag. 136.

Mariæ attactu, & impulſu rigidæ ſtateræ trutina in noſtram ſalutem inclinavit, libr. 1. Adn. 5. nu. 5. & 6. pag. 32.

Iuſtitiæ trutina in perſonis Sanctiſſimæ Trinitatis præſignatur, lib. 1. Ad not. 5. num. 2. pag. 30.

Verbum ante Incarnationem rigoroſæ iuſtitiæ trutina, poſt Crucem verò ſtatera miſericordiæ, lib. 1. Adn. 5. n 2. pag. 30.

Tunica.

Ex puriſsima carne Mariæ nitidiſſimam telam texuit Deus, vt Filium ſuum talari tunica indueret, libr. 1. Adn. 1. n. 3. pag. 4.

V

Vanitas.

Vanitas mundi temulentos reddit, lib. 4. Adn. 9. num. 7. pag. 435.

Vas.

Corpus Mariæ, non tam luteum, quàm aureum à cœleſti artifice elaboratum, vt inde Corpus Chriſti formaretur, lib. 1. Adn. 1 num. 3. pag. 4.

Vena.

Maria vena veniæ fons vitæ, lib. 1. Adn. 3. n. 6. pag. 4.

Venenum.

Noſtra caro, quæ anteà venenum peccati, per Mariam tranſivit in antidotum, libr. 3. Adn. 21. n. 6. & 7. pag. 377.

Vbera.

Mariæ vbera non solùm fidelibus sunt in alimentum, sed in propugnaculum, lib. 2. Adn. 10. n 9. pag. 184.

Ab vberibus Matris largitas diuina sumpsit augmentum, lib. 2. Adnot 11. num. 11 pag. 186.

Verbum.

Verbum Mariæ vterum ingreditur ad instar belligeri triumphatoris lib 2. Adn. 7. n. 6 pag. 165.

Ita verbum insitum fuit humanitati, vt humanitas Verbum, & Verbum humanitatem sapiat, lib 2. Adn 1. n. 5. & 6. pag. 194.

Dum Verbum naturam humanam, tamquam serum fugacem apprehendit, lib. 1. Adn. 14 numer 4. pag. 85.

Multi concipiunt Verbum, sed ad maturitatem non perducunt, lib. 4. Adn. 9. n. 4. & 5. pag. 440.

Via.

Maria non solum domus Dei, sed via ad ipsum inveniendum, lib 3. Adn. 2. n. 1. pag. 251.

Solerti duce opus est, ne quis à via salutis aberret, lib. 3. Adn. 2. num. 2. pag. 252.

Maria solicita, & perspicax ad dirigendos pedes nostros in viam pa... lib. 3. Adn. 2. n 5. pag. 253.

Maria Regia via virtutis, & vitæ, lib. 3 Adn. 2. n 7. & 8. pag. 254.

Virga.

Virga Iesse ferula est, quæ viam salutis addiscentes suauiter corripit, lib. 1. Adn. 5. n. 4. pag. 270.

Evangelizantibus Maria est virga piscationis ad salvandas animas, lib 4 Adn. 3. n. 6 p g 404.

Maria virga sustentans Deum ad peccatorum pondera benignè sustinenda, lib. 5. Adn. 3. n. 6. pag. 487.

Virgines.

Prudentium Virginum lampades divinitatem significant, lib. 1. Adn. 14 num. 10 pag 81.

Virtus.

Clientum virtutibus Maria elucidatur, vitiis verò obscuratur quodadmodo, lib. 3. Adn. 2. n. 1. pag. 251.

Vitis.

Maria vitis, vuas pulcherrimas producens, lib. 4 Adn. 6. num. 7 pag. 422.

Vterus.

Vterus Mariæ suauem, & dulcem nobis Christum reddidit, lib. 1. Adn. 5. num. 7 pag. 33.

FINIS.

Obediens præcepto SS. D. N. Vrbani VIII. secundum pleniorem eius Decreti tenorem, quod fecit anno 1625. *& explicuit anno* 1631. *protestor me hoc in libro nullum absolutè vocare Sanctum, aut Beatum elogio cadente in personam, sed tantùm in mores præter adscriptos per Romanam Sedem in Sanctorum, aut Beatorum Catalogo.*

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

FINIS.

Signt.ª Top.ª
Est. 45
Tab. 5
Núm. 15

VELAZQ

Maria

Advocata

.1.

691